

N. 2340


# IOANNIS OSORII

SOCIETATIS IESV, TOMVS PRIMVS CONCIONVM.

A DOMINICA PRIMA AD-  
uentus, vsque ad Resurrectionem.

AD D. FRANCISCVM SARMEN-  
tum Episcopum Giepensem

*Del Sr. D. de la Com. de N. de Joan.*



ANNO

M. D. XCL.

CVM PRIVILEGIO.

SALMANTICAE.

Excudebat Michael Serranus de Vargas.

*Esta Tassado en onze reales y onze maravedis, a tres maravedis y medio cada pliego.*

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18


N. 2340

IOANNIS OSORII  
SOCIETATIS IESV, TOMVS PRIMVS  
CONCIONVM.

A DOMINICA PRIMA AD-  
uentus, vsque ad Resurrectionem.

AD D. FRANCISCVM SARMEN-  
tum Episcopum Geracensem

*Del Sr. D. de la Com. de N. de Joan.*



ANNO

M. D. XCL.

CVM PRIVILEGIO.  
SALMANTICAE.  
Excudebat Michael Serranus de Vargas.

Esta Tassado en onze reales y onze maravedis, a tres maravedis y medio cada pliego.

## Erratas.

pagina. 4. linea. 29. ordiditur. lege. orditur. p. 5. li. 19. delect. leg. delicta.  
li. 27. moribus leg. moribus. pag. 6. li. 4. Ei. le. Et. p. 7. li. 4. pondens le.  
pendens. li. 22. oblatari le. oblatrari. p. 126. li. pen. exhibata. l. exhibita.  
p. 34. li. 3. conentione le. contentione. pa. 44. li. 9. naturali. le. natali. p.  
99. li. 29. Cum. l. Eum. pag. 165. li. 14. puer. le. prouer. p. 170. li. 23. uoca  
le. uota. p. 198. li. 17. ipse. ipse. pag. 206. li. 9. Iese. le. Isai. pa. 222. li.  
30. egole. ergo. p. 230. li. pen. Iesū le. Iesum. p. 234. li. 16. Dei le. die. p.  
255. li. 14. omnis. le. omnes. p. 301. linea. 19. nostrorum. le. nostrum. pag.  
309. li. 4. impebole. implebo. pag. 311. sculpa. le. sculpta. p. 346. li. 6. Laca  
demonij. le. Lacedemonij. p. 368. li. 2. ostendē. le. ostendenda. p. 394  
li. 30. acced. inum. le. accedunt. in. p. 415. li. 11. Iustus. le. Iustu. p. 417. lin.  
15. Petus. le. Petrus. pa. 519. li. 29. infimanti. le. infirmanti. p. 634. li. 32.  
Magdolena. le. Magdalena. pag. 645. li. 16. suam. le. tuam. p. 646. li. 19.  
sugreat. le. sugerat. pa. 647. li. 4. uos. le. uox. li. 18. obstulens. le. obtuleris.  
p. 659. li. 19. accessisti. le. accessistis. pag. 673. li. 6. ego. le. ergo. li. 8. obsecru  
tis. le. obsecratis. pag. 683. linea. 14. hui mundius. le. huius mundi. line.  
pene. Regum. le. Regem. p. 705. li. 4. rubro. le. rubo. p. 718. li. 16. confur  
retur. le. confstructur. p. 736. li. 11. delectione. le. dilectione. pag. 743. li. 23.  
sis. le. sit. p. 761. lin. pen. murraba. le. myrrha. pag. 765. li. 17. quisque. le.  
quisquam. p. 767. lin. 18. patribus. le. partibus. pag. 773. li. 21. intrauerū  
le. intrauerunt. pag. 773. li. 27. quodo. le. quomodo. pag. 777. li. 8. carnē.  
le. carere. pag. 786. li. 11. suscitabit. le. suscitauit.

Con estas erratas esta correcto cóforme a su original este libro (Pri  
mus Tomus Concionum) En testimonio de lo qual lo firme. En Sa  
lamanca oy. 15. dias de Septiēbre. 1591. años.  
El corrector.

Manuel Correa  
de Montenegro.



Concionum Ioannis Olorij è socie  
tate IESV, Tomus primus eiusdē  
patrum societatis prouidentia, dili  
genti examine p̄quisus: nunc uero <sup>1. Corint. 14.</sup>  
de mandato supremi Senatus reuisus, nullam  
continet erroris specimen, quin potius, vt est  
apud Paulum, spiritu loquitur ad exhortatio  
nem, & edificationem, & consolationem, itaque  
citans sanctorum grauissimas sententias, eo  
rum sensu, (qui est Christi) instituit fidelem in  
terpretem, vt ecclesia ædificationem accipiat  
vnde, cum summa ecclesie & ministrorum ver  
bi utilitate typis mandabitur in Conuentu. S.  
Philippi de Madrid ordinis. Diui Augustini.  
Anno. 1591. mensis uero Maij die sexto.

F. Gabriel Pinela.






**D**Go Aegidius Gonçalez Dauila vifitator Societatis IESV in Prouincijs Toletana, & Castellana facultatem cōcedo, vt primus Tomus concionum Ecclesiasticarum à Patre Ioanne Oforio noſtræ Societatis compositus, & eiusdem Societatis grauium, doctorumque hominum iudicio approbatus typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas & ſigillo noſtro munitas dedimus. Compluti die duodecima menſis Martij, Anni milleſimi quingentefimi nonageſimi primi.

*Aegidius Gonzalez.*

EL



O R quanto por parte de vos Ioan Oforio de la compañia de Ieſus nos fue ſecha relacion que vos auia des compueſto ciertos tomos de ſermones en latin de mucho prouecho para los predicadores, devno de losquales dichos tomos que era el primero ſe hizo ante los del nueſtro conſejo preſentacion y nos pedistes y ſuplicaſtes os mandafemos dar licencia para le poder imprimir y priuilegio

para que otro ninguno lo pudiese hazer por tiempo de diez Años o por el q̄ fueſſemos ſeruido, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias que la pragmatica por nos hecha ſobre la impreſiõ de los libros diſpone fue acordado que deuia mos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon e nos tuuimoslo por bien, por la qual por os hazer bien y merced os damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes que corran y ſe cuenten deſdel dia de la fecha de eſta nueſtra cedula vos o la perſona que vueſtro poder ouiere y no otra alguna podays imprimir el dicho primer Tomo de Sermones que de ſuſo ſe hazẽ mencion por el original que en el nueſtro conſejo ſe vio que va rubricado y firmado al fin de las hojas del de Chriſtoual de Leõ nueſtro ſcriuano de camara de los que reſiden en el nueſtro conſejo eon que antes que ſe venda lo traygays ante ellos juntamente con el original que en el nueſtro conſejo ſe vio: para que ſe vea ſi la dicha impreſion eſta conforme a el, o traygays fee en publica forma, en como por corrector nõbra do por nueſtro mandado ſe vio y corrigio la dicha impreſiõ por el original. Y mandamos al impreſſor que imprimiere el dicho Tomo de Sermones, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de ſolos dos libros con los originales, al Autor o perſona a cuya coſta ſe imprimieren ni otra alguna, y para effeçto de la correccion y Taſſo, haſta q̄ primero los dichos libros eſtẽ corregidos y taſſados por los del nueſtro Conſejo, y eſtãdo anſi

y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego en el qual seguidamente ponga esta nuestra licencia y privilegio y la aprobacion tassa y erratas fopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha Prematica y leyes de nuestros reynos, y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender, fopena quel que lo imprimiere aya perdido y pierda todos y qualesquier libros moldes y aparejos que del dicho primer tomo de sermones tuuiere y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis por cada vez que lo contrario hiziere la qual dicha pena sea la tercia parte para nuestra camara y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare y mandamos a los del nuestro consejo presidetes y oydores de las nuestras audiencias alcaldes alguaziles de nuestra cada corte y chancillerias y a todos los corregidores assistete gouernadores alcaldes mayores y ordinarios y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros reynos y señorios, y a cada vno y qualquier dellos q̄ vos guardé y cumplan esta nuestra cedula y merced que ansi vos hazemos y contra el tenor y forma della y de lo en ella contenido no vayan ni passen ni consientan yr ni passar por alguna manera fopena de la nuestra merced y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Fecha en el Pardo a diez y ocho dias del mes de Mayo de mil y quinientos y nouenta y vn Años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor.

Juan Vazquez



CLARISSIMO  
ET AMPLISSIMO DOMINO FRAN  
CISCO SARMIENTO EPISCOPO  
GIENNENSI, IOANNES OSORIO

E SOCIETATE IESV.

S. F. E.



*BENEMERERI* de literis, Franciscæ præsul amplissime, etiam si utilitas præterea nulla consequatur eum, qui benemeritus est, præclarum in primis atque egregium semper esse duxerunt, qui rem attentius considerarunt. Hanc autem benemerendi rationem duplicem esse non dubito; nam, ut illos, qui aliquid scripsere, typisque mandarunt omittam, silentioque tegam, quibus tu potissimum esses annumerandus, eos in primis, qui alios vel cohortatione, vel præmijs, vel autoritate ad scribendum impellunt, non mediocrem literis opem tulisse dicemus, tum quia sæpe iacentes animos erigunt, tum quia laborem humanitate leuiorem, opusque reddunt illustrius, quod quidem non exiret in vulgus, sed omnino iaceret in tene-

bris, nisi scriptores haberent, qui eos veluti manu ducerent, & ad adiuuanda literarum studia excitarent, excitatos impellerent, & impulsos inflārent. Quis enim esset, qui noctis intempesta vigilias, & anteluernas operas a quo animo ferret, qui molestias multorum dierum deuoraret, qui satius esse non duceret domi tranquillam vitam agere, quā libros prælo mandare, nisi aliquem veluti Mecenatem haberet, ad quem susceptū laborem inscriberet, & cuius dignitate, autoritateque fulcum in publicum edi posse speraret? Quemadmodum enim vitis, quæ natura sua multiplici lapsu, & erratico serpit, nisi quibusdam adminiculis fulciatur, ad terram fertur, contraque vlmis adiuncta per omnes eius ramos læta diffunditur, ac in altum tollitur, ita etiam animus noster, nisi videat, qui labores eius erigat, honestet, ac tueatur, deijcitur, nihilque magnum aggreditur. Cum autem sibi virū aliquem clarū ingenio, nobilitateque primū, cuius autoritate nitatur, velut ante oculos collocat, spinosiora quæque suaui, & difficiliora facilia ducit. Hoc omnibus ferè sapientibus, qui præclara nobis laborum suorum monumenta reliquerunt, vsu venisse video, de quorum singulis longum esset hic mentionem fecisse. Quis enim ignoret, si velit omnium ætatum memoriam recordari vltimam, nullum extitisse philosophum, qui suos libros alicui nobilissimo principi non dedicauerit? Quos ego cum ijs etiam, qui hac nostra ætate conscripserunt, libentissime commemorarem, nisi cum eo sermonem

nem haberem, qui singulos diligentissime euoluit. Hoc idem, quod ceteris omnibus, contingit mihi. Præsul ampliss. & ne mediocris hic meus labor interiret, ad te vnum eum dirigendum putavi, vt qui meas elucubrations possis è tenebris in lucem vocare, & ita spargere in vulgus, vt nullus omnino sit, qui non putet illum librum magni esse faciendum, quem viderit sapientissimo Præsuli, ac nobilissimo inscribi. Quod si ad hoc efficiendū, aliquibus grauissimis causis debeo permoueri, sine me hodie impetrare à tua modestia, vt ea quæ sentio, de te dicam, vt nullus sit a deo veritatis ignarus, qui leuioribus memoracionibus putet esse permotum. Nam si omnes ij, qui aliquid posteris prodidere, aut eius, ad quem scribebant, insigni sapientia mouebantur; quis te sapientior? Si nobilitate clarissima, quis ex æqualibus, ne dicā ex maioribus etiam, nobilior? Si amicitia officiosa: quis te officiosior amicus? Certe enim, qui maiorem aut iuris ciuilis, aut sacrarum literarum cognitionē sit cōsecutus, neminem esse constat. Tua ista sapientia non in humili, atque obscuro loco latet, sed quasi in specula quadam excelsa, atque illustri, posita est, vnde opem ostētare bonis omnibus possit. Iccirco vndique homines accurrunt ad te tum vt consilium, tum etiam vt auxiliū petant, quod quā singulare sit ac salutare testatur Italia vniuersa, testatur Hispania, testatur vrbs ipsa, vbi plurimos annos animi tui fontes aperuisti. Quod si ad hoc hæc meratio iam pridem induxit, beneficia tua, Præsul integerrime,

gerrime que in vniuersam societatem extant singularia  
ita meum animum flectat necesse est, vt ad neminē aliū  
oculos, mentem vè conuertere liceat. Quis enim est aut  
vnuquā esse potuit, qui arctiore beneuolentia de Societa  
te viros religiosos prosequatur? Tu, qua tua est in om  
nes alios humanitas, noster es dulcissimus ac suavissi  
mus pater, & quem, vt Roma Tullium, Augustumq;  
Cæsarem patres patriæ, sic etiā nostræ religionis patrē  
possumus appellare. Sicut enim, qui verus est pater non  
solum liberos mirificè diligit, sed etiam tuetur ac fouet,  
& in sede ac domo honestissima collocat, sic etiam tu,  
Frācisce liberalitate liberalissimis liberalior, nos mirū  
in modum amas, nos ab omni curas iniuria vindicare,  
nos alere ac sustentare conaris, conatusque tui semper fe  
licissimè reciderunt. Addam præterea in me vnū amo  
rem singularem, ac beneficia sempiterna, quibus me de  
uinctum esse sentio. Propter quæ quidem omnia cum  
animi grati significationem dare vellem, tibi hunc libel  
lum dedicandū putavi, vt tua fultus autoritate vigeat,  
floreat, & in lucem editus non modo gratus omnibus  
sit ac iucundus, sed tuus etiam amor efficiat, vt omnes  
intelligant te vnum & Societatis vniuersæ patronum,  
& filiorum eiusdem vere patrem extitisse: ac simul te  
vtraque ratione de literis bene meritum esse, cum non  
solum sapientissima ingenij tui monumenta rypis man  
data reliqueris, verum etiam cæteris, qui hanc viam se  
quuntur, tua autoritate patrocineris. Vale.

## Ad Lectorem.



REIPUBLICAE Christi  
anæ salutem, optime le  
ctor, qua nihil antiquius  
esse debet, cum omnibus sa  
cerdotibus, tum præcipuè  
iis, qui oues Christi pascen  
das susceperunt: satis con  
stat duabus maximè rebus  
contineri, diuinę legis explicatione, atque doctri  
na, & sacramentorū vsu, ac perceptione salutari.  
Horum quidem alterū discussis ignorantia tene  
bris, mentibus nostris lucem affert; alterum pur  
gatis viciorum sordibus reficit animi vires. Diui  
na lege docemur, erudimur, instruimur, & ad ve  
ram religionem colendam, ac retinendam infor  
mamur, sacramentis ritè, & sanctè percipiendis  
medemur animi morbis, recreamur, & pascimur  
& aduersus humani generis hostem diuinarum  
virtutum præsidio roboramur. Vtrumq; Societa  
ti nostræ propositum est. Nam qui huic Iesu Chri  
sti militiæ nomen dedimus, ex instituta vitæ no  
stræ ratione, & in tradenda Christi doctrina, & in  
sacramentorum ministrante versamur. Quod,  
vt facilius præstare possimus, tum nos, tum cæte  
ri, qui in eandem curam, & cogitationem incum  
bunt,

bunt, cum alij eam disputationem, quæ ad cõfessiones audiendas pertinet, grauitèr, copiosè, & eruditè tractauerint, ij patres, quorum imperio, & auctoritati parere debeo, ad me eã huius officij partem detulerunt, quæ concionibus habendis ad populum, atq; hominum animis ad pietatem instituendis accõmodata est. Et quamuis annos circiter triginta in hoc studio cõsumpserim, quo tempore cum scripta doctissimorum virorum, qui concionandi facultate maximè præstiterunt, tum sacrorum Doctõrũ libros diligèter euoluërim, tamen propter ingenij mei imbecillitatem nõ audeo polliceri, me ita satisfacturũ huic meo promisso, ac recepto, vt non multa iure optimo à me requirantur. Quæ, qui desideret, ab Augustinis, censeo petat, Ambrosijs, Gregorijs, Hieronymis, Basilijs, Chrystostomis, cæterisque sacris Doctõribus, qui fuerunt Ecclesiæ lumina, è quorum liquidis fontibus hausimus nostra, vt ex eis quosdam quasi riuulos ad communem vtilitatẽ deduceremus. Non nulla erunt, & fortasse nõ pauca à nobis excõgitata, & assidua cõmõtatione, atq; labore quæsita & inuenta; quæ tamè eiusmodi, vt vel è sacris literis eruta, vel ab Ecclesiæ Doctõribus petita vel cum Christiana religione coniuncta esse videantur. Eò enim spectare debet Christiani concionatoris oratio, vt ita delectet auditores, & quadam cũ voluptate in eorum ani-

mos

mos influat, vt etiam eos syncerè fidei mysterijs imbuat, sanamq; doctrinã, quod Apostolus præcipit, tradat, à turpitudine reuocet, ad diuinas leges seruandas impellat, ad omne deniq; virtutis officium permoueat, incendat, inflammet. Ad hanc rem, qua nulla est, neq; sua natura præstantior, neq; Deo Optimo Maximo gratior, nec hominibus vtilior assequendã aliquid opis, & adiumentij feremus cõcionibus his, quas si vtilis, quod speramus, & gratas esse viderimus, integri huius operis magnitudo crescet in volumina decẽ, quibus omnia: quæ Christiani concionatores in eiusmodi libris requirere possent, cõplectemur. Scribendi ratio in his concionibus, quod ad stylum attinet, & sermo ipse Latinus nõ tam erit politus, & elegans, quam simplex, & apertus, vt nõ nullis, qui nõ multum in linguæ latinæ cõgnitione processerunt consulamus. Vale Optime Lector, & quicquid in his concionibus erit boni, id totum ei, à quo profectum est, idest, Deo Optimo Maximo tribue.

T A B V.





T A B V L A C O N.  
C I O N V M. Q V A E H O C P R I O.  
ri continētur.



Dominica prima Aduentus. pag. 1. & 359.  
Dominica secunda Aduentus. pag. 16.  
Dominica tertia Aduentus. pag. 39.  
Dominica quarta Aduentus. pag. 42.

In vigilia Natiuitatis Christi. pag. 56.  
In Natiuitate Christi Domini. pag. 70. & 84.  
In die S. Stephani Proto martyris. pag. 98.  
In die S. Ioānis Euangelistæ. pag. 111.  
In die Sanctorum Innocentium. pag. 123.  
Dominica infra octauas Natiuitatis. pag. 136.  
In die Circumcisionis Domini. pag. 148. & 162.  
In Epiphania Domini. pag. 175.  
Dominica infra octauas Epiphaniæ. pag. 189.  
In octaua Epiphaniæ. pag. 201.  
Dominica secunda post Epiphaniam. pag. 214.  
Dominica tertia post Epiphaniam. pag. 226.  
Dominica quarta post Epiphaniam. pag. 238.  
Dominica quinta post Epiphaniam. pag. 251.  
Dominica sexta post Epiphaniam. pag. 262.  
Dominica in Septuagesima. pag. 275.  
Dominica in Sexagesima. pag. 286.  
Dominica in quinquagesima. pag. 298.  
Feria quarta Cinerum. pag. 310.  
Feria quinta post Cineres. pag. 321.  
Feria sexta post Cineres. pag. 334.  
Dominica prima in quadragesima. pag. 346  
Feria secunda post Dominicam primam quadragesimæ.  
pagin. 359.

Feria. 4.

T A B V L A.

Feria quarta post dominicā primam quadragesimæ. pa. 373  
Feria quinta post Dominicā primā quadragesimæ. pa. 385.  
Feria sexta post Dominicam primā quadragesimæ. pa. 397.  
Dominica secunda quadragesimæ. pag. 409.  
Feria secunda post Dominicam secundam quadragesime.  
pagin. 420.  
Feria quarta post Dominicam secundam quadragesimæ.  
pagin. 433.  
Feria quinta post Dominicam secundam quadragesimæ.  
pagin. 444.  
Feria sexta post Dominicam secundam quadragesimæ.  
pagin. 456.  
Dominica tertia quadragesimæ. pag. 467.  
Feria secunda post Dominicam tertiam quadragesimæ.  
pagin. 479.  
Feria quarta post Dominicam tertiā quadragesimæ. pa. 491.  
Feria quinta post Dominicā tertiā quadragesime. pa. 504.  
Feria sexta post Dominicā tertiam quadragesimæ. pa. 515.  
Dominica quarta quadragesimæ. pag. 528.  
Feria secunda post Dominicam quartam quadragesimæ.  
pagin. 539.  
Feria quarta post Dominicam quartā quadragesimæ p. 551.  
Feria quinta post Dominicam quartam quadragesimæ.  
pagin. 564.  
Feria sexta post Dominicā quartā quadragesimæ. pa. 575.  
Dominica in Passione. pag. 587.  
Feria secunda post Dominica in Passione. pag. 600.  
Feria quarta post Dominicam in Passione. pagin. 613.  
Feria quinta post Dominicam in Passione. pag. 624. & 637.  
Feria sexta post Dominicam in Passione pag. 649.  
Dominica in Ramis Palmarum. pag. 662.  
Feria secunda post Dominicam in Ramis. pag. 688.  
Feria tertia maioris Hebdomadæ, de Latrone iusto. p. 701.  
Feria

# CONCIONVM.

Feria quinta in Coena Domini. pag. 712. & 726.  
 Feria sexta maioris hebdomadae, de passione Dñi. p. 738.  
 Sabbatho sancto de compasione Beatæ Mariæ. pag. 763.  
 Dominica Resurrectionis. pag. 774.  
 Feria secunda Resurrectionis. pag.

## Tassa.



O Christoual de Leon escriuano de camara de su Magestad de los que residen en el su cõ sejo, Doy fe que auiendo se visto por los señores del, vn libro intitulado primer tomo de sermones que con su licencia hizo imprimir Iuan Osorio de la Compañia de Iesus, Tassaron cada pliego del dicho libro en papel a tres marauedis y medio. e mandarõ que antes que se venda se imprima en la primera hoja de cada vno dellos este testimonio de Tassa y para que dello cõste di esta fe en Madrid a veynte y quatro dias del mes de Octubre de mil y quinientos y Nouenta e vn Años.

*Christoual de Leon.*

**Dominica**




# DOMINICA,

## PRIMA ADVENTVS

Thema: Erunt signa in Sole.

&c. Lucæ. 21.

**A**



**ORRENDVM**, ac formidandum diuini iudicij verbū est, quod omnes sancti vehementer pertimuerunt. Audi Psalm. Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam di numerare? Duo ostendit difficilia. Primum nosse potestatem diuinæ iræ; qui nouit, quantus sit Deus, ille nouit iusti-

*Psalm. 89.*

tiam, & iram eius. Secundum, quis enarrabit hanc iram præ timore? Quis enim considerans hanc iram meruisse, & contra se futuram, non contremiscat? à voce contremuerunt labia mea, ait Abachc. Audiui, & conturbatus est venter meus, vt quiescam in die tribulationis. In grediaturo putredo in ossibus meis. Quomodo referet tibi sententiam mortis, qui ad eandem est damnatus, mortem? Quomodo iudicandus iudicandis loquetur iudicium? Gratia omnes egemus, quam modo obtinebit Maria, non tunc: quia vt Psalm. ait, indiluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt: non enim tūc tempus est opportunum. Accedamus iam ad thronum gratiæ, vt misericordiam inueniamus modo.

*Abachc. 3.*

*Psalm. 31.*

Hoc nomine, stultus, peccatores sæpissimè in scriptura dicuntur, ac toties, vt plusquam tercenties hoc peccatori nomen imponatur; & meritò. Quando enim in eo alia stultitia

Primus. Tom.

**A**

non

Eccles. 8.

simile.

Ad Hebr. 6.

2. u. u. u. u. u. u.

Gene. 4.

Cicero de natura deorum.

non inueniretur, quàm quod cum in peccato sit Dei inimicus A  
 tam securus in utramque aurem dormit, ut aiunt, ac si nihil ma-  
 li egisset: Hæc stultitia satis erat, ut stultissimus diceretur. De  
 quare loquitur Eccles. 8. Sunt impij, qui ita securi sunt, quasi  
 iustorum facta habeant: sed & hoc vanissimum iudico. Cuius  
 rei vanitas hoc exemplo perspicui potest. Si quis piam modo  
 domum Regis intraret: Regemque impeteret districto gladio,  
 ut eum iugularet, Rex tamen seruatus est, nec quicquam mali  
 passus: si post tam insigne aggressum facinus, nihil hic homo  
 curaret, non fugeret, non se absconderet, sed per mediam cu-  
 riam securus incederet; an non hunc in sanum putares? Audi  
 in sane peccator in saniam tuam, qui sapiens es in oculis tuis, B  
 quid te egisse putas, cum peccasti? Nihil te putas aggressum? Au-  
 di, Deum curasti occidere, & in te occidisti, & quantum est  
 in te, ipsum interemisti. In auditum facinus. An non Jegisti in  
 Paulo: Rursum crucifigentes sibi metipsis filium Dei? Sed in-  
 terrogas: Quomodo hoc feci, cum nihil tale cogitauerim?  
 Audi, creaturam plus Deo dilexisti, eam pluris fecisti, quàm  
 Deum; eam tibi reputasti maius bonum, quàm Deum; ei de-  
 disti in corde tuo locum primum, eam fecisti in Deum tuum;  
 & cum duo Dij esse non possint, quantum in te fuit, eam Deum  
 tuum constituens, Deo abstulisti diuinitatem, & vitam: & sic  
 omne peccatum mortale est quædam participatio Idololatriæ.  
 Abominandum aggressus es facinus, Deus adhuc uiuus perse-  
 uerat, non ei nocuit iniustitia tua, prodicionem summam fe-  
 cisti, & nihil times? securus es? Non paues? Non fugis? In sanus  
 es: stultus es. Vide timorem cain Genes. 4. Ecce eijcis me hodie  
 à facie tua; omnis igitur, qui inuenit me, occidet me. Ci-  
 cero de Natura Deorum refert sententiam quorundam philo-  
 sophorum, negantium Deum esse. Et erat hæc eorum ratio; Si  
 dicimus Deum esse, intolerabile super nos pondus tollimus.  
 Quoniam si Deus est, sapiens, Potens, Bonus, & iustus est; ergo  
 rationem exiget ab homine omnium peccatorum, & ea vl-  
 ciscetur: homo ergo semper timens, & pauens erit, hoc credens.  
 Ut ergo liberè uiuat, credat Deum non esse. Duo hi philoso-  
 phi dicunt, alterum falsissimum, alterum verissimum. Quod  
 falsissimum est, est, Deum non esse. Nam hoc adeo certum  
 est,

A est, ut non sola fide, verum etiam euidenti ratione naturali sit  
 compertum. Et facilius, ait Augu. dubitarem me viuere, quàm  
 viuere infinitam illam bonitatem, quæ cuncta gubernat. Quod  
 verè affirmabant, est, qui credit Deum viuere, pondus super se  
 tollit, semper debet esse iudicij pauidus. Sic enim Iob erat, qui  
 dicit. c. 3. 1. Semper enim, quasi tumentes super me fluctus timui  
 Deum, & pondus eius ferre non potui. Nos ergo, qui fide  
 credimus Deum esse, hac nostra veritate corrigamus illorum  
 Philosophorum errorem: sed qui hoc credentes nihil paue-  
 mus, eorum veritate nostrum errorem emendemus, simulque  
 pauentes, quod Deus est, iudicium est: vereamur opera omnia  
 nostra, scientes, quod non parcat delinquenti: & hæc prima ve-  
 ritas animo nostro insideat, Deus est, iudicium est. Quam, &  
 si fides non doceret; naturalis ratio satis ostendit. Sic Iob. Iob. 21.  
 11. Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem il-  
 lum intelligere cognoscetis; Quia in diem perditionis serua-  
 tur malus, & ad diem furoris ducitur. Quilibet viatorum id di-  
 cet; id est, omnis gens, omnis natio illud fatetur. Addit ibi Iob. Iob.  
 Ille moritur robustus, & sanus, diues, & felix, viscera eius ple-  
 na sunt adipe. Alius verò moritur in amaritudine animæ suæ,  
 absque vllis opibus, & tamen simul in puluere dormient? Qua  
 si dicat: Impius feliciter viuit, cõtra iustus amaritudinibus ple-  
 nus. Si iudicium non esset, iniustus Deus esset, malos donans  
 C beneficijs, iustos contra ærumnis. Effet ne iudex æquus, dam-  
 nans innocentem, soluens nocentem? Dies ergò veniet, quæ  
 omnia æqua reddet. Ideò Psalm. 139. Cognoui, quia faciet Do-  
 minus iudicium in opis, & vindictam pauperum. Dices verò:  
 Quis de re admodum manifesta dubitare potest? Tren. 3. Quis  
 est iste, qui dicit, ex ore altissimi non egredientur, neque bona  
 neque mala? Forfan tu es, qui hoc dicis, non ore, sed opere, &  
 corde, sic te gerens, ac si iudicium nullum esset. Quod si talis  
 es, ad te loquitur. Sopho. 1. Visito super viros defixos in fac-  
 tibus suis, qui dicunt in cordibus suis. Non faciet bene Domi-  
 nus, & non faciet malè. Qui coram iudice sine timore furatur,  
 dicit. Non est iudex, qui peccat, nec Deum timet, dicit, non  
 est iudicium, non est Deus. Qua re Deus maximè irritatur, in-  
 quirir. Psalm. Propter quid irritauit impius Deum? Respõdet. Psalm. 9.

August.

Iob. 31.

Iob. 9.

Iob. 21.

Iob.

Psalm. 39.

Sopho. 1.

Psalm. 9.

*Mala. 2.* Dixit enim in corde suo, non requiret. Et de hoc multis ver- **A**  
bis ex postulat Dominus *Mala. 2.* Laborare fecistis Dominum  
in sermonibus vestris, & dixistis: In quo eum fecimus laborare?  
In eo quod dicitis: omnis qui facit malum, bonus est in conspe-  
ctu Domini, & tales ei placent. Aut certè, vbi est Deus iudicij.  
*Eccles. 11.* Lætare ergo ò iuuenis in adolescentia tua, ambula in vijs cor-  
*Psal. 109.* dis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito, quòd pro his  
omnibus adducet te Dominus in iudicium. *Eccles. 11.* & *Psal.*  
Iudicabit in nationibus; implebit ruinas: conquassabit capita in  
terra multorum, id est, iudicium erit, in quo ex bonis ruinæ an-  
gelicæ implebuntur, & multorù id est, peccatorum capita con-  
terentur. Hæc ergò prima veritas nobis perspicua relinquitur,  
iudicium est. **B**

**SECUNDA** veritas: Hoc iudicium erit vniuersale extra sin-  
gularia iudicia, quæ in cuiusque morte fiunt. Sed si interrogas,  
quæ huius vniuersalis iudicij necessitas est? Respondetur. Pri-  
mo. Multi nunc Dei iudicia, & opera damnant, cum tamen  
*Prouer. 16.* pondus, & statera iudicia Domini. *Prouer. 16.* Dicit modo  
pauper, melius mecum ageret Deus, si diuitias concederet, in-  
firmus, si salutem, & quisque pro arbitrato disponere vellet  
mundialem hanc machinam. Tunc ostendetur omnibus illud  
*Psal. 100.* *Psal.* opera manum eius veritas, & iudicium. Et illud *Eccl.* Non  
*Eccles. 18.* est minuere. neque adijcere, neque est inuenire magnalia Dei.  
*Psal. 154.* Quia vt *Psal.* loquitur: Omnes viæ eius veritas. Textoris ope-  
*Simile.* re conficitur tapes, figuris ornatus: ante operis consummati-  
onem, qui eum intuetur, videt hinc manum prodeuntem, illinc  
pedem, istinc caput, & sine ordine hæc omnia videntur dispo-  
sita. Perficitur opus vniuersum; tapes extenditur in pariete, &  
omnia consona apparent, quæ ante dissona videbantur. Ordi-  
ditur modo Deus maximum hunc mundialem pannum; cuius  
partem aliquam considerantes dicunt multi: Hoc non bene  
dispositum est? Cur hic derelinquitur, ille iuuatur? Quid turca  
vincit, fidelis vincitur? In die iudicij vniuersus hic pannus iam  
perfectus extendetur in omnium oculis, videbimusque cuncta  
consonare, & dicemus cum *Psal.* Iustus es Domine, & rectum  
iudicium tuum. Similiter horologij artificium nesciens, vidés  
singulas eius partes super mensam dicit: Vt quid hæc rota? vt  
quid

**A** quid hoc ferrum? Componitur ab Artifice horologium, moue-  
turque secundum artem; & tunc illud intuens dicit: Omnia illa  
necessaria erant. In die iudicij hoc maximum mundi horolo-  
gium componetur à mundi opifice videbimusque, quod nihil  
sine causa fuerit in eo. Deus ergo iudicandus est primus in iu-  
dicio, & prius quam mundum iudicet, vincet, cum iudicatur,  
ostendens omnia opera sua iusta, optima, atque perfecta. *Psal. 50.*

**Resp.** Secundo. Hoc iudicium vniuersale erit, vt pœna con-  
ueniens impijs detur, iustis verò beatitudo eo cum honore, qui  
eos decet. Peccator dignus est supplicio, & quanquã igne cru-  
cietur, sed ea non est hominis pœna propria, quatenus homo  
est, nam etiam brutum igne affligitur, & comburitur. Confusio  
**B** verò, & ignominia propria hominis pœna est, & maximè pec-  
cato conueniens; quam intendunt leges ciuiles, præcipientes  
malefactorem publicè puniri; & iudex qui secretò delinquen-  
tes puniret, in iustus esset auferens dimidium pœnæ, scilicet, ig-  
nominiam publicam, quæ maximè supplicium est. Hoc verò in  
iudicio vniuersali corã vniuerso mundo Deus peccatores mul-  
tabit, reuelans eorum vniuersa delecta in eorum ignominia.  
Intellexisti, o hypocrita, qui intus peruersus, exterius te homi-  
num oculis exhibes commendabilem: intellexisti mulier exte-  
rius habitum præferens honestatis, interius verò igne ardes li-  
bidinis: Omnia secretissima iudicio illa manifestada fore omni  
**C** creaturæ. *Nau. 3.* Reuelabo pudèda tua in facie tua, & osten-  
dam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam,  
& projiciam super te abominationes, & cõtumelijs te afficiam.  
En impletum illud *Psal.* Illuminans tu mirabiliter, à morti-  
bus æternis; turbati sunt omnes insipientes corde. An non mi-  
rabilis illa illuminatio, qua Deus in puncto omnia tum bona,  
tum mala omnibus patere faciet? Sicut vniuersum mundum  
sub vno radio ostendit diuo Benedicto narrate. Gregorio, Mi-  
rabile profecto diuinum illud lumen, quo pene infinita mani-  
festa fiunt. Tunc turbati sunt omnes insipientes corde, quos  
peccatores esse initio ostendimus. Sed quanta illa perturbatio  
impriorum erit, & confusio, dici non potest. Si tanta tibi modo  
esset: si ego ex hoc loco coram astantibus occulta tua paderem,  
qualis obsecro erit, cum omni mundo, & angelis manifesta ap-  
pare-

**Luc. 23.**  
**Nau. 3.**  
**Psal. 51.**  
parebant. Illic dices montibus, cadite super nos, & collibus ope-  
rite nos. Tunc implebitur illud Nau. 3. Contumelijs te afficiã,  
& ponam te in exemplum, & erit omnis, qui viderit te, resiliat  
à te. Ei illud Psalm. Tunc videbunt iusti, & super eum ride-  
bunt, & dicent, ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem  
suum, &c.

**Iob. 20.**  
I V S T R V M, æquumque est, quando homo Deum in hono-  
rauit, ibi ipse in honoretur, & de honestetur, quale erit illud op-  
probrium, illa exhibitio, & irrisio, cum cælum, & terra vniuersa  
contra te consurgent? Iob. 20. Reuelabunt cæli iniquitatem  
eius, & terra consurget aduersus eum; appertum erit germen  
domus illius, detrahetur in die furoris Dei. Hæc est pars homi-  
nis impij à Deo. B

**Psal. 31.**  
S E D dubitas: an iustorum peccata reuelanda sint in iudi-  
cio. Et licet quidam in dubium reuocent, certum est tamen re-  
uelanda esse, sed non ad confusionem; quoad hoc enim celan-  
da sunt. Psalm. Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & que-  
rum tecta sunt peccata. Sed quomodo teguntur, si omnibus  
manifestantur? Respondetur exemplo: Pretiosa vestis Reginae  
facta forte rumpitur aliqua parte: num ideo reiicienda, & per-  
denda omnino illa vestis est? Absit. Resumit vestem sartor, &  
locum rupturæ coaptat, ibique aurum, gemmas, lapillos pretio-  
sos apponens, sic vestem ornat, vt ruptura nil indecorum videat-  
ur: nec casu factam credas, sed consulto quidem, vt tam pre-  
tiosis lapidibus splenderet. Sic iusto, qui vestis est christi con-  
tingit. Viuit Dominus, quia omnibus his velut ornamento  
vesti eris, & circumdabis eos tibi, quasi sponsa. Loquitur pater  
filio per Esai. de iustis: Sed rupta vestis est peccatis eorum, rup-  
ta quidem, & tunc indecora facta: sed artifex Deus, vt rupturam  
refarciret, ibi apposuit Christi sanguinem, & merita, ibi gratiam  
cælestem, ibi dona, atque virtutes, quibus sic raptura operire-  
tur, vt merito dicatur: Beati quorum remissa sunt iniquitates,  
& quorum tecta sunt peccata. Imò consulto factam rupturam  
credas, vt tantæ ibi apponerentur diuitiæ. Felix culpa, quæ tale  
habuit remedium? Sed dubitas, ad huc puto me confundendū,  
cum reuelentur peccata mea licet remissa, humano iudicio du-  
ceris, non diuino. Audi, ad huc cum homo es, & vt homo iudi-  
cas.

**Esai. 49.**  
**Psal. 31.**  
cas.

**A** cas. Nouit Deus sic tegere electorum suorum peccata, vt cor-  
ram te nihil sint. Audisti Petri, Pauli, Matthæi, latronis, Mag-  
dalena: peccata, an non etiam modo tibi tecta sunt, nil vile de  
eis propterea æstimans, nec eos vllō modo vili pondens? Si hoc  
adhuc in hoc sæculo experiris, quid facies, cum in alterum trās-  
latus, iudicium omnino mutabis, sicut & locum, diuinumque  
iudicium, sic omnibus, mentibus erit manifestum iustum, vt  
iudicare aliud non possint, quàm quod Deus iudicat? Similiter  
& omnia egregia facta bonorum ibi manifestanda sunt in eorū  
gloriam singularem. Tuncque implebitur illud Psalm. Ampu-  
ta opprobrium meum, quod suspicatus sum. Id est; Timui, op-  
probrium amputandum est omnino, & honos iustis restituendus,  
nec ipsis impijs reclamantibus, sed id agnoscentibus, & di-  
centibus: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in  
similitudinem improprij, ecce quomodo computati sunt in-  
ter filios Dei; ergo errauimus. Tunc stabunt iusti in magna cō-  
stantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Tunc virtus sola  
honorabilis apparebit; tunc humiles exaltabūt caput; tunc om-  
nes reges, & filij Dei apparebunt. Nondum apparuit, quid eri-  
mus. Cum autem apparuerit, similes ei erimus, vt Ioan. ait. Hoc  
verò nunc pios consolari debet, cum se despici vident, eisque  
oblatari. Sic Psalm. 119. secundum expositionem Aug. & Eu-  
thi. Quid detur tibi, aut quid apponetur tibi ad linguam dolo-  
sam? Id est: Quod tibi dabimus antidotum, qua te consolatio-  
ne reficiemus, cum te videris vulneratum lingua dolosa, te des-  
piciente? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs.  
Hæc tibi sit consolatio, quia iam parata sunt arcus, & sagittæ  
Dei ad iudicium venientis contra inimicos tuos, pro te, tuoque  
honore tuendo. Ibi videbis inimicos tuos quasi signum ad sa-  
gittas acutas Dei: ibi tu sagittabis eos: ibi irridebis: ibi tu hono-  
re coronandus: illi ignominia afficiendi: interim tace, bene  
operare?

V I D I M V S iudicium futurum, & vniuersale: refat viden-  
dum per quem tale est exercendum iudicium, quis tantam cō-  
fufamabit causam. Sit ad hoc tertia veritas: Iudex Christus Do-  
minus est. Ioan. 5. Pater non iudicat quenquam, sed omne iu-  
dicium dedit filio. Acto. 10. Ipse constitutus est à Deo iudex  
vniuersorum,  
A 4 vniuersorum,

*psalm. 118.*

*Sapie. 5.*

*1. Ioan. 3.*

*Psal. 119.*

*Ioan. 5.*  
*Acto. 10.*

uiuorum, & mortuorum; & hoc conuenientissimè. Cum enim A filio in diuinis tribuatur sapientia, & veritas, ad eum meritò per tinet iudicare; & cum homo factus sit, ille solus in humanitate videri poterat à damnatis. Oportet autem iudicem à iudican- dis videri, & ratione vnionis ad verbum debetur dignitas, & po- testas iudiciaria illi humanitati, quam etiam postea sua humili- tate meruit. Vnde Iob. 36. Causa tua, vt impij tractata est; cau- sam, iudiciumque recipies. August. lib. De verbis Domini: Se- debit iudex, qui stetit sub iudice, damnabit reos, qui falso fa- ctus est reus?

Iob. 36.  
August.

Tunc ergo videbunt filium hominis venientem in nubi- bus cum potestate magna, & maiestate. Sed inquit meritò Iob. 13. Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentia- tuam? Tremunt tunc impij, vt folium in arbore leui agitatū ven- to, quid necesse est turbines, & ventos rapidos venire? Maxime quod cum Angelimali iudicati sunt, nihil tale dicitur de osten- sione diuinæ maiestatis, & potentia, vt in hominum iudicio. Respondetur: Meritò homo iudicatur hac tanta ostensione di- uinæ maiestatis, & potentia, non verò Angelus. Cum enim pro homine hæc maiestas fuerit exinanita, cum pro nobis se exananiuit, non verò pro Angelis, meritò contra illos, quibus hoc tantum submissionis exēplum sua culpa non profuit, exur- git modo tota illa maiestas, & ostenditur in splendore suo Deus; cuius humilitatem suspicere, ac vereri noluerunt: Ità quidem, vt ea omnis quæ primò fuit pro misericordia occultata maie- stas, nunc demum diuinæ iustitiæ partes agens, in lucem pro- deat, atque in omnium se conspectu manifestet.

Iob. 13.

Exod. 32.

1. Ioan. 2.  
Amos. 3.

Sed maximum dubiū est, quomodo benignissimus Chri- stus, totus dulcis, totus amabilis, qui agnus apparuit, nunc leo- sit, & iustitia, ac ira plenus! Respondetur. Exod. 32. Erat Moy- ses in monte, & audiens populi peccatum, & videns Dei iram, ipsum placat; pro eo intercedit. En misericordem Moysem: descendit de monte, vidensque populum idola colentem in- duitur vt palio zelo, & ait; Siquis est Domini, iungatur mecū, & tot millia hominum iugulat. Ad eum modum est Christus in cælo hominum aduocatus. Siquis peccauerit, aduocatum ha- bemus apud patrem, Iesum Christum, qui est propiciatio pro peccatis

A peccatis nostris. Nunc agnus mansuetus, sed descendens ad iu- dicium rugit, vt leo rugiet. Quis non timebit? ait Propheta. Zelatur honorem patris summo zelo, quem ostensurus est in peccatorum punitione, summam in hoc opus ostendet iram. Si enim cum in seipso debuit patri satisfacere, & zelum hono- ris illius ostendere, tam fuit contra seipsum crudelis, vt se tra- deret tot tormentis, cum in peccatores sæuiet, eodē zelo, quid faciet? Qui sibi nequam, cui bonus? Tu terribilis es, & quis re- sistet tibi? De cælo auditum fecisti iudicium: terra tremuit, & quieuit. Caue taurum terribilem, & eius reditum. Vidisti in pla- tea exagitarum taurum plenum fustibus, eum pungentibus, pe- dibus huc, illucque terram pulueremque iacentem. Væ ei, in quem irruerit. Talis Christus Dominus: quot peccata commit- tis, tot eum fustibus exagitas. Vis videre iram eius vis videre huc, illucque terram quasi proijcientem. Audi Esai. 42. Tritu- rabis montes, & comminues, & pones quasi puluerem colles. Voluit aliquando misericordiam ostendere infinitam, & talia eius dedit signa, vt stultitia appareret. Sic Pau. prædicamus Christum crucifixum, Iudæis scandalum, gentibus stultitiā. Sic cum infinitam ostendet iustitiam, & iram, furor apparebit. Vnde Psalm. Domine ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripas me. An iustitia Dei furor est? Absit? Sed sicut summa misericordia in iudicio humano visa est stultitia; sic iustitia eius in iudicio reuelanda iudicio humano furor apparebit. An nō furor videtur, pro consensu in facile peccatum æterna damna- tio. Iusta quidem, recta, rationi consona, sed terribilis humano iudicio.

Psalm. 75.

Psalm. 75.

Simile.

Esai. 42.

1. Cor. 1.

Psalm. 37.

Gen. 8.

Psalm. 77.

Psalm. 17.

Inebriatus visus est Christus amore, bonitate, & misericor- dia, & quasi alter Noe ebrius, amore nudatus est in crucis ta- bernaculo: sed inebriabitur in iudicio ira, & quasi ebrius vindi- ctam exercebit. An non sic loquitur propheta? Excitatus est tanquam dormiens Dominus, & quasi potens crapulatus à vi- no, & percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternū dedit illis. Sempiterna damnatio crapula vocatur Dei. En impletum illud Psalm. Cum peruerso peruerteris. Serpens factus es ò homo per peccatum consentiens serpenti. Serpens fiet virga, Moyfi, vt te deglutiat. Quo confugies miser pecca-

tor, cum talem contra te videas Christum vnicum refugium tuum? Quid facietis in die visitationis? Ad cuius confugietis auxilium? Eris tunc velut aper de sylua vndique circumdatus lanceis. Locus fugæ non est. Si respicis cælum, iram contra te pluit; si terram, & omnia elementa, armabit creaturam in ultionem inimicorum: quo confugies? Sed maximè tremendum, & horribile est Christum videre iratum: tanta est diuina maiestas, vt cum tranquilla, & pacifica videatur, adhuc tremorem incutiat. Tremunt potestates, canit Ecclesia, etiam videntes in gloria pacatam, & misericordem. Quid erit illa diuina maiestas inebriata ira, atque furore? Vides tranquillum mare, & terret te tanta longitudo, latitudo, ac profunditas. Quid, cum ipsorum ventorum vi perturbato, procellisque commoto, fluctus alios, atque alios magnitudine, ac fremitu dispares in cælum tolli, frangique cernas? Magnus dies Domini, & quis poterit sustinere? Ioel. secundo Modo dies tua est, & quasi in die tua, quæ tibi placent, agis. Iuras, ludis: ait Deus; Sinite eum, in die sua est, faciat, quæ libent. Veniet aliquando dies meus, cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo, vt Esai. secundo dicitur. Exaltabitur Dominus solus in die illa, dies enim Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum. Et Psal. Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem tuam.

Hanc diem ob oculos nostros proponit hodie in euangelium. Erunt signa &c. Sicut antequàm fulmen in terram descendat, præcedunt tonitrua, & fulgura postquè fulmen descendit, cui nihil resistit; ita Christum descendentem præcedent signa. Psalm. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ; vidit, & commota est terra, Tunc totius creaturæ fiet commotio; tunc enim cælum, infernus, purgatorium, & vniuersa elementa reddent animas, & corpora hominum, quæ in his erant sparsa: quod sine omnium commotione non fiet. Sicut enim cū quidpiam comediti, quod stomacho tuo non congruit, illud euomis, cum totius corporis commotione: sic animæ hominū nullibi sine corporibus rectè consistunt, & corpora sine animabus, propter appetitum naturalem formæ ad materiam, & materiæ ad formam. Cùm ergo vniuersus orbis terrarum cor

pora

A pora sit redditurus in lucem; totus quasi disturbatur, ac commouetur. Erunt signa in vniuersa creatura, quæ illuc vsque famulata est peccatori non volens, & tempus expectat, quo à tanta seruitute liberetur?

Hoc adueniente tempore omnis creatura commouetur. Hoc ostenditur Roman. Omnis creatura vanitati subiecta est, non volens, propter eum, qui subiecit eam in spe; quia liberabitur aliquando à seruitute corruptionis. Sicut cùm ciuitas paret tyranno, qui oppressit eam, quado deijcitur tyrannus, vniuersa ciuitas commouetur. Tyrannus es ò peccator, indignus pane, quo vesceris, seruiūt modo tibi creaturæ, sed nolētes; tempus veniet, quo cōtra te omnes cōsurgent. Armabit creaturā in ultionem inimicorum, & pugnabit pro illo orbis terrarum contra insensatos. Insensatus, & peccator idem sunt. Omnis creatura irata videtur homini; & quasi sol dicit, Tu qui armas creaturas contra homines, arma mihi da primū, quia luce mea vsus est in tui offensam. Luna prius dicit; Mihi arma præbe, nocte enim pluste offendit homo. Mare ait; Sine me, absorbebo illos. Terra verò: Ego prius funditus eos disperdam. Omnis creatura erit tibi in tormentum. Sed quid mirum, cum & tu tibi, & conscientia tua sit tibi tormētum, & vermis? Quid exterius inimici facient, si tu tibi inimicus existis? Considera omnia, quæ tibi sunt arma in peccatum, omnia erunt tibi tormenta. Quando rex aliquem reijcit, omnes domestici Regis cum reijciunt. Sic Gen. 4. Cain: Ecce eijs me hodie à facie tua: omnis ergo, qui inuenerit me, occidet me.

Arescentibus hominibus. De terribilibus iudicij signis, multa Hiero. qui ea refert de Sibylla Erythraa, cuius verba refert Eusebius Cēsar lib. 4. de vita Constan. & August. lib. 18. de ciuitate ca. 22. & Lactant. lib. 4. de iudi. inst. ca. 18. & ante eos refert Sibyllæ versus Cicero li. 2. de Diuinitate. Et licet plura in credibilia referantur, sed plus vno verbo Christus dixit, cū talia fore pronunciauit, vt præ timore arescant homines. Daniele. 5. capite: Vidit Balthasar manum in pariete scribentem iudicium eius, & commota sunt viscera eius, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Videbit tunc mundus in signis illis effigiem iudicij terribilis: quid ni arescat timore? Hac autem ari

B 2

ditate

Esai. 10.  
Simile.

Simile.

Simile.  
Ioel. 2.

Ioel. 2.

Psalm. 24.  
Esai. 2.

Psalm. 118.

Simile.

Psalm. 96.

Simile.

Rom. 8.

Simile.

Sap. 5.

Simile.

Genes. 4.

Hiero.

Euseb.

August.

Lactan.

Cicero.

Dani. 5.

Apo. 18.

Simile.

Dani. 4.

ditate disponuntur, vt ligna ad ignem continuò superuenturum, qui à quatuor partibus mundi confurgens omnia mixta vertet in cineres, nihilque viuum in mundo manebit, & tunc implebitur illud Apocalyp. 18. Factum est silentium in cælo, quasi dimidia hora, quia nullum est viuens, quod hoc silentiũ impediatur. O silentium non silendum, sed omni consideratione, & verbis dignum. Ibi omnis domus regia, omnes horti, omnia metalla pretiosa in cineres redigentur. Qui ea quæ remota, & disiuncta sunt, videre non possunt, vtuntur perspicilijs, vt videant, quæ ante videre non poterant. Vides modo regiã domum, vides hortos, sericos pannos; non potes videre, non assequeris, hæc omnia puluerem esse; accipe perspicilia hæc, cõsidera, quid post hæc futurum sit, & videbis omnia cinerẽ esse, sicut cogitans, quid futurum esset Nabuchdonosor, videt statuatam versam in cinerem.

**CLANGET**, ac perstrepet tũc iudicij tuba, *Surgite mortui*. Et surgent omnes pusilli, & magni. Sed quanta obsecro differentia, iustis enim dabitur corpus spirituale, cæleste, dotibus ornatum miris, agile, subtile, clarum; contra verò impijs corpora dabuntur horrida, foetida, ardentia. Anima verò felix suo congratulabitur corpori, cum in illud ingredi voluerit, ac dicet; Veni fidelissimus comes, sociusque laborum, quos in vita pertulimus; surge in requiem tuam, veni, coronaberis. Iam enim expectatissimum illud tempus aduenit, quo noster ingens Deus reformabit corpus humilitatis nostræ. Contra verò miserorum anime, cum procul intueantur fætida illa corpora, quibus cum turpiter, ac delicate vixerunt, quid rogo præ angustia spiritus gemetes dicent? O luctuosum spectaculum, & auditu maxime pertimescendum. Ingredere anima infelix in abominandum corpus igne plenum. Hoc est corpus, cui in seruisti, hoc ornasti, hoc curasti, pro huius voluptatibus. Deũ oblitus es. O quot maledicta in corpus hoc anima dicet: Propter te damnata sum; esto maledictus. Vicissim corpus animã maledictis cumulabit, quia se ad talem perduxerit statum; quia illud non domuit, recipiet corpus animam nolentem ingredi, iam enim non est diuino resistere iussui, omnibus ergo simul in valle Iosaphat stantibus.

TVNC

**ATVNC** videbunt filium hominis uenientem in nubibus cum potestate magna. O considerandum tunc, quod finis est omnium temporum, quo continentur facta, vniuersi temporis, in quo spectabitur? Quid Adam 930. annis rectè, maleque fecerit. Quid Mathusalem 969. annis. Quid denique omnes homines omni tempore egerint. In dinumeranda aliqua multitudo ne, cum peruenitur ad. 10. vel ad 100. solent auferri omnes illi calculi, qui in signum numeri statuti sunt, aliisque præponi pergrandior cæteris, qui alios sua magnitudine contineat. Venit finis temporum, & ponitur hoc tunc, quod omnia continent tempora, & omnia gesta eorum, est tunc, & est nunc, quã aliud tunc à nunc? Nunc nostrum est, quod habemus de tempore, nunc est, instans est, hoc nostrum est, in hoc voluntas nostra fit; tunc Dei est, in quo omnis voluntas mea fiet, loquitur Deus. *Cum potestate* ait. Gen. 33. timet Iacob uenientem Esau, quem læserat, quia uenit cum 400. equitibus nec signa videt odij, sed amoris; timet tamẽ, quia offendit, & valde timet. Quo timore corripietur peccator videns infinitam Dei maiestatem uenientem iratam contra tantum offensorem? Genes. 45. Tremunt fratres Ioseph audientes; Ego sum Ioseph frater uester, quem vendidistis in Aegypto, castrametatur Israel prope mare Rubrum: ante eos mare erat, à latere dextro, & sinistro in accessi montes, retrò Pharaon cum exercitu, & dicunt: Nonne melius fuisset illi inferuire, quàm in manus eius modo incidere, & mori? In hac tunc angustia erit peccator. Exod. 20. Descendit Angelus daturus legem. Audiuntur trinitua, fulgura, & buccina, & tremit Israel. Non loquatur nobis Dominus; ne fortè moriamur. Si audire uerba Dei mansueta, & dulcia non possumus, quomodo poterimus, uerbum audire asperum, & iratum. Iob. Cum uix paruam stillã sermonis eius audierimus, quis poterit tonitrum magnitudinis illius intueri? Heu, heu, heu, domine mi, quid faciemus? ait puer Helisæi, uidens se uindicte Syris circumdatũ. Si mansuetum uerbum illud ego sum, cum iudicandus erat, inimicos deiecit, quid faciet uerbũ asperum iudicantis? Tantus tunc uniuersorum tremor est futurus, tanta ira Dei, quanta incredibilis, & omni admiratione dignis uerbis describitur. Apocal. 20. Vidi thronum magnum, &

similes

Genes. 33.

Genes. 45.

Exod. 20.

Iob. 26.

4. Reg. 6.

Apo. 20.

B 3

candi-



candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cælum, & libri aperti sunt (mirum verbum) à cuius conspectu fugit terra, & cælum. Sed quo fugiunt? vel quid timet cælum, aut terra? Vide, quo timore corripietur, qui timere potest, & debet, cum dicatur timere, & fugere terram, & cælum, quæ nec timere possunt, nec propter quid timeant, admiserunt. Sed qui libri sunt illi, qui dicuntur aperi? Memoria Dei, & omnium hominum. Incipiet Deus enarrare omnia diuina in te collata beneficia, & cum ea diuino suo intellectu ponderauerit, quantum habebunt ponderis. Dicit; Creauit te de nihilo; in utero matris paui te: de tantis periculis erui te: tot in te beneficia contuli: omnia nec vno excepto in momento ponet coram oculis tuis. Sed cum ad summa peruenerit: Factus sum propter te homo, sanguinem fudi, vitam profudi, & tantis beneficijs ingratus extitisti? O domine, quando ore tuo nobis dicas, quæ per prophetam ad Dauid dixisti: Ego vixi te regem super Israel, & erui te de manu Saulis. Baculum pastoris emanu tua tuli, posuique in ea sceptrum regni. Quare ergo contempsisti imperium meum? O formidandum, Quare: cui nulla potest reddi ratio. Si voluerit contendere cum eo, non respondebit ei vnum pro mille, ait Iob. Si tu Rex esses, & Deus seruus tuus emptitijs, talia pro te fecit, vt te obligaret in seruum semperiternum. Qua ergo obligatione teneris, cum ea Deus fecerit Rex magnus pro vilissimo seruo? Quare offendisti Deum? Omnis iniquitas oppilabit os suum, ait Psal. Num, quia creauit te? Num, quod pro te sanguinem fudit? Manus habuisti, vt offenderes manus pro te crucifixas? Pedes, vt transgredereris mandata eius, qui pedes clauis affixit pro te? Cor, vt odires diligentem te vsque ad mortem? Et pectus transfixum tibi ostendit? Versus ad bonos dicit: Venite benedicti hilari vultu, serena facie, dulcissimis verbis, suos alloquitur. Quale tunc iustorum gaudium? Omnia blandimenta, omnes blanditiæ in illud tempus referuabuntur: ibi amor, ibi in suos diuinæ maiestatis dignatio ostendetur. Quale verbum mœstis: Venite benedicti. Quæ dulcedo eorum auribus resonabit, cum audierint illud Lucæ: Vos estis, qui permãstis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis regnum, vt edatis, & bibatis super mensam

2. Reg. 12.

Iob. 9.

Psal. 107.

Luc. 22.

A sam meam in regno meo? Quæ merces operis nostri? quantus exigui laboris fructus? An non pro tali mercede inferuendû? laborandum? moriendum? Verbis tam dulcibus per regem gloriæ laudandus est seruus fidelis: Euge serue bone, & fidelis, coram vniuersa cælesti curia. Ille honos est, illa curia, illa aula regia, & tale, ac tantum bonum prouilissima re amittis? Versus ad improbos ira summa dicit verbum illud asperum, à quo se liberari petit. Psal. Et à verbo aspero: Ite maledicti. Projicit virgam Moyse, & in colubrum vertitur. Exod. 4. & fugit Moyse: non fugis modo peccatores, non hoïres, quia nondum de manu Dei repulsi sunt, nondum dixit, ite maledicti. Sed quo Domine mittis eos? In ignem æternum, & combustionem æternam. Si quid sit æternitas, cognosceres, hoc solum verbum te insensibilem redderet præ timore. Quid tibi tunc videbuntur delicia, & diuitiæ, quæ vna cum tempore transierunt? Eccles. 11. Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ. Interroga à vidua, quæ in mariti consortio per multos annos vixit, nunc verò solo anno vno vidua est, solitudo anni vnius eam obliuisci facit deliciarum multorum annorum. Cum ergo 1000000 arseris in inferno, an non obliuisceris luxuriæ parua? Tantum est malum æterna damnatio, vt si omnium hominum congregationi diceretur: Vnus vestrum damnandus est tantum, satis hoc esse deberet, vt tremere omnes. Quid cum audierimus, quia infinitus est numerus stultorum, vt dicit Eccles. Si modo vobis Dei nomine dicerem: Fulmen continuo cadet, quod vestrum vnum occidet, omnes tremere, ac diceretis: Num ego sum? Quid si audires, mediæ vestrum morietur? Et quod malum maius est, eò magis timendum, licet inter plures dicatur, vni euenturum. Dicente Christo: Vnus vestrum tradet me, omnes pro se solliciti interrogant. Nunquid ego. Cum ergo sit infinitum malum æterna damnatio, etiam si infinitis hominibus diceretur, vnus damnandus est, omnes timere debent. Quid ergo non times audiens plures damnandos, paucos saluandos? Loquente Moyse, disrumpitur terra, & deglutiuit Dathan, & Abiron. Num. 16. & vni descenderunt in infernum, in mortem perpetuam. Vix Christus verba perliciet, cum simile improbis omnibus continget: nec enim eos poterit suscipere

Psal. 90.  
Exod. 4.Eccles. 11.  
Simile.

Eccles. 12.

Iud. 13.

Num. 16.

finere terra. Descendent in Babylonicam illam fornacem, & cum sibi inclusi fuerint, terra, quæ aperuit os suum, vt illos deglutiret, claudetur, ac consolidabitur, super eamque aquæ, super quam aer, super quem ignis, super quæ. i. cæli, & sic quindecim circumdati muris in carcere perpetuo cludentur sine redemptione. Christus verò cū beatis omnibus pandens ipse iter ante eos, cælum conscēdet, in æternum cum beatis regnaturus in gloria?

Mich. 2.

## Dominica. II. Aduentus.

*Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi. &c.*  
Matth. 2.



**C**ELEBRAT Ecclesia magnum illud pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, dum Deus homo factus est. Quod quidem tam eximiū est beneficium, ac tantum donum, vt infinito benefactori, ac ipsi largienti Deo æquale sit: quia nullum donum maius Deo excogitari potest, nec se Deus perfectius, quam per hypostaticam vnionem communicare potuit, quæ etiam patriæ cælestis vnionem superat. Damasc. li. 3. Nihil maius, quā quod Deus homo factus est. Hoc vltimum est, quod Deus efficere potuit pro homine. Amplius enim aliquid, & maius efficere non valuit. Sic enim naturam humanam in altum euexit, vt quò ascendat, iam non habeat. In eodem enim supposito collocauit naturam humanam, in quo diuina erat natura. Et cum Angelus sit minister, homo fit Dominus, & nos eius fratres dicimur. De qua re ad litteram Heb. 2. Qui enim sanctificat, & qui sanctificatur, ex vno omnes. Id est, ex vno Adā descendit secundum carnē Christus sanctificans, & nos qui sanctificamur, vnum habemus communem patrem. Ex quo infert Paul. propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis: nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abraham. Vnde hominem, quæ paulo minus ab Angelis minorauerat in creatione, nunc super

Damasc.

Heb. 2.

aul.

**A**per Angelos collocat. Iam coniunctiores Deo sumus angelis ei facti consanguinei, quod illi non sunt consequuti. Dicitque Christus Ecclesiæ: Hoc nūc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hoc autem dico in Christo, & Ecclesia; ait Paul. & cum nusquam Angelos fratres vocauerit, sed ministros, dicit te Psalmo: Et ministros suos flammam ignis, nos fratres dicit pleno ore: Vade ad fratres meos &c. Bernar. puto spernere me Christus non potest, quia os ex ossibus meis, & caro de carne mea est. Sanè in nullius hominis mentem venire potuisset, Deum tot, ac tanta beneficia in hominem se collaturum cogitasse, ac eum tanti fecisse. Verè Psal. ait: cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Magni nos duceremus, si in antiquam dignitatem nos reparasset gratia Dei, sed non sicut delictum, ita & donum. Delictum enim nos è sublimi gratiæ dignitate deiecit, & de paradiso terrestri eiecit, sed gratia redemptoris nos euexit in cælum, & in Dei consanguineos, & con corporales, & naturam nostram cum diuina in eodem supposito collocauit. Ex quo id nobis colligamus, quod nos Paul. admonet; **G**lorificate, & portate Deum in corpore vestro. Quid est, portate Deum in corpore vestro? Quando aliquem animò elato significare vis, id rectè vulgò exprimis: (*Trabe un Rey en el cuerpo*) Vt ergo nos doceat Paulus, quam alta de incēps debeat homo cogitare, & intendere; quomodo non hūmī serpere, sed super cælos se attollere debeat, ait, portate Deum in corpore vestro; quasi diuinos vos cogitate. Hinc Leo Papa: Agnosce o homo dignitatem tuam, & diuinæ confors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire. An non indignissimum iudicares, si videres Regis Hispaniæ fratrem vilius simò mancipatum officio? Quomodo non indignum iudicandum est, te Dei fratrem, & filium effectum, terrenis implicari, & bestiarum delictis irretiri? Miserat Deus Angelum suum, vt populum Israel ex Aegypto liberaret; & quia Angelus Dei personam agebat, hoc magni faciens Dauid, & ex hoc maxime commendans populum Israel dicit. 2. Reg. 7. Quæ est autem, vt populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populum; & poneret sibi nomen. Quæ diceret Dauid de populo christiano, si vidisset

Genes 28

Ephes. 5.

Psal. 103

104. 20.

Bernar.

Psal. 39.

Rom. 5.

1. Cor. 6.

Leo Papa.

2. Reg. 7.

*Esaï. 12.*  
*Psal. 93.*

Deum hominem, venientem in mundum, vt eum redimeret. **A**  
Exulta ergo, & lauda habitatio. Siô, quia magnus in medio tui  
sanctus Israel. Quando tu non exultes, & laudes, simul mon-  
tes exultabunt à conspectu Domini: quoniam venit. Et si  
hi tacuerint, ait Christus, lapides clamabunt: & flumina plau-  
dent manu, exultationem, & laudem ostendentia. Venit il-  
le alacri animo: quia delitiæ eius esse cum filijs hominum. Si-  
cut Ioseph lætus, & hilaris ad fratres visitandos, læti omnes ad  
eum accedamus excipiendum: & simul bona cœlestia ab eo ex-  
petemus. Quando fortè ditissimus ex Indis ad nos constan-  
guineus redit, accedunt, vt eum excipiant omnes propinqui,  
noti, & familiares ab eo sperantes paupertatis, & miseriarum  
leuamē. Venit Christus è cœlo diues cœlestibus bonis: quia

*Matth. 21.*

*Simile.*

*Gen. 37.*

**B** in eo sunt omnes patris thesauri. Vide, quomodo hodie om-  
nes miserj, cæci, claudi, mortui, leprosi ad eū accedant: accede  
tu inter hos, remediū pete. Ne sis, vt fratres Ioseph, qui lætum  
venientem tristi facie, ac iram præferentes illum excipiunt:  
decernunt occidere, & tandem vendunt Israhelitis. Ne iniu-  
riam Christo tuis sceleribus irroges: nec eum tam vili vèdas,  
qui vt te emeret, sanguinem effudit. Omnes infirmos hodie  
Christus sanat: quomodo tu coram tãto medico infirmus es?  
Verè, quia non agnoscis infirmitatem tuam: ideò ad eum sup-  
plex non accedis, vt cureris. Christus verò non sanat nisi eos,

*Matth. 9.*  
*simile.*

*Ioan. 9.*

qui se cognoscant infirmos. Sic ait ipse: Non est opus valenti  
bus medicus, sed male habentibus. Sicut cū dicit infirmus me-  
dico: Sanus sum, opera tua non ego: dicit medicus: Recedo  
igitur: sic Ioa. 9. dixerunt Pharisei: Nūquid & nos cæci sumus?  
Et dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nūc  
verò dicitis: Quia videmus, peccatū vestrum manet. Id est, si  
vos cæcos cognosceretis, curationē expeteretis, & à peccatō  
libera remani: sed non agnoscentes vos cæcos, medicū nō tu-  
ratis. peccatū vestrum manet. Sed ais: Video me cæcū esse,  
& peccatō obnoxium. Vides quidem, sed simul etiam non vi-  
des. Dum enim non abominaris iniquitatem, nec viscera tua  
dirumpuntur tua crimina agnoscens, nondum perfectam  
criminum cognitionem habes, adhuc tibi sanus videris. Ora  
Deum, vt diuino lumine mentem illustret, vt tuam agnoscas

infr-

**A** infirmitatem. Vides ingens vulnus in carne tua, & anxie re-  
medium quæris, quid ageres, si animæ vulnera videres iam pu-  
trida? Vulnus, & liuor, & plaga tumens non sunt circumliga-  
ta, nec fota oleo, nec curata medicamine. Diligenter consi-  
dera, quæ sit peccati infirmitas, & tunc anxie remedium quæ-  
res illius.

**A** C C E D E simul si iustus es, ad fratrem tuum ex Indis ditil-  
simum venientem. In hoc enim solū venit, vt te saluet, di-  
tet, & bonis omnibus repleat. Cyprianus in sermōne de Ascē-  
sione Christi, hoc gloriæ Christi vnigeniti dilecti accumulat,  
quod beatitudinis suæ non patitur solitariam esse magnitu-  
dinem, sed addit fratres, non qui minuant quasi diuisam in  
plures excellentiam, sed qui altitudinem diuitiarum eius  
exornent Participes, & confortes. Dei sumus nos per crea-  
tionem, noster Deus est per incarnationem. Dicit Deus,  
meus est homo, homo dicit, meus est Deus. Homo cuius  
Deus est, quid amplius quærit? Si sufficis tu Deo, sufficiat tibi  
Deus. Ille à te non petit, nisi te, quia bonorum tuorum non  
indiget, & si esurierit, non dicet tibi: te solum bonitate, non  
necessitate desiderat.

**C** R I P T V M est lapideis tabulis: Diliges Dominum  
Deum tuum. Si tua diligis, dilige Deum, qui tuus factus est  
incarnatione. Dilige, & diligeris, prope est merces tua, in ma-  
nus porrigitur præmium. Esto tu Dei, & erit tuus Deus tuus.  
Impar sanè commercium, pretium inæquale. Sed qui pro  
nobis triginta argenteis appretiatu est, intelligi voluit, quanta  
fuerit in eo pretio, quod pro eo datum est, & in eo quod ipse  
dedit pro mundo, dissimilitudo: Cum ipse exiguo argento  
emptus, & venditus, tanto pretio damnatos redimeret, vt du-  
bium esse non possit, quin pretij magnitudo superet negotiū,  
Hucusque Cyprianus. Voluit ergo vili vendi Christus, vt tu  
scias, quàm facilè illum habere potes, da te ipsum, & habe-  
bis illum, da lachrymam, & perditum recuperabis, & reci-  
piēs. Quid vero pro eo dare non debes, qui seipsum tradi-  
dit pro te?

**S** E D si tantus Deus homo factus non agnosceretur, nul-  
li prodesset. Hæc enim est differentia medicinæ corporis, &

C 1

ani-

*simile.*

*Esaï. 11.*

*Cyprianus*

*1. 230*

*7. 230*

*1. 230*

*7. 230*

*Cyprianus:*

*2. 230*

slimi 2

animæ, quod corporis medicina corpori adnota prodest, etiam si vis eius non agnoscat. Secus animæ medicina, quæ non agnita non prodest, quia applicatio fit per cognitionem, & amorem. Vnde Christus non agnitus esset medicina non applicata. Vt ergo Christus agnoscat, venit Ioannes, qui sæpius eum mundo fecit manifestum. Sed nunc moriens Christum impulit, ut seipse manifestet, & palam mundo loquatur. Et ad hoc hodie discipulos mittit è carcere.

quibus 2

Cum audisset Ioannes in vinculis. Non ante ausus fuerat ab eo petere, ut se manifestaret, sed modo audet, & sperat interpidans, quia se videt in vinculis pro veritate coniectum. Miram enim fiduciam iustis operatur tribulatio, quam pro Deo sustinent: tunc omnia se obtenturos credunt. De quo optime

Osee. 2.

Osee secundo. Et dabo ei vitatores ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem, & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ. Achor turbationem, & afflictionem significat, & est

Iosue. 7.

vallis illa, in qua lapidatus est Acham. Iosue septimo qui furto suo in maximam turbationem adduxit Israel. Quia exturbasti nos, exturbet te Deus in die hac, ait ad eum Iosue, vocatumque est nomen loci illius vallis Achor, quæ turbatio in gaudium continuo versa est expugnata Ahi. vallis ergo Achor turbationem, & persecutiones, ac calamitates significat, quibus maxime sanctorum spes confirmatur. Ideo addit ad aperiendam spem, id est, ut inde ostium magnum, ad sperandum Dei magnificentiam aperiatur. Symachus, vertit,

Symachus.

Rom. 5.

in ostium spei, quod optime exponit Roman. 5. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem. Hieronimus in epistola ad Eustochium de vita Paulæ, de ea refert, in tribulationibus, & angustijs verba vsurpabat Esaiæ dicentis, Qui ablactati estis à lacte, auulsi ab ubere tribulationem super tribulationem expectate, spem super spem, adhuc pusillum propter malitiam labiorum. Et hunc locum sic illa explicabat. Qui iam spiritu grandes facti sunt, sperant tribulationem super tribulationem, ut habeant spem super spem. Hic locus est Esa.

Esa. 28.

28. & nos legimus. Quem docebit Dominus scientiam, & quem

A quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulso ab ubere, quia manda, remanda, expecta, re expecta, modicum ibi &c. Super quæ verba Hieronimus dicit, lectionem à Paula vsurpatam esse secundum septuaginta translationem: quia verbum Hæbraicum, Esach. quod vulgata scientiam interpretatur, septuaginta interpretati sunt tribulationem, & malum. Quasi dicat: Quis magnificet tribulationem? Ablactatus à lacte, & magnus iam effectus, & hic expectabit, & expectabit, quod est, habebit spem super spem: quia idem nomen solo à pice distinctum significat scientiam, & tribulationem. Vide ergo hoc impletum in magno Ioanne. Verè ablactatus erat à lacte: auulso ab ubere, desertum penetrauit, vbi Angelicam vitam duxit. Exiens inde Dei verbo ad eum facto, annunciat mundo Christum, veritatem prædicans adultero Regi: in vincula conijcitur: positus est in valle Achor: canit ibi iuxta dies iuuentutis suæ: quia in sua tribulatione non est tribulatus. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Glorietur in vinculis: canit in tribulationibus: ibi etiam Christum annunciat discipulis suis. Quibus non credentibus, ut eos fideles Christo relinqueret, ad eum destinat, ut ab eo audiant, quis ille sit.

Hiero.

slimi 2

SED quomodo nosti, o Ioannes Christum iam se propagaturum, atque dicturum, quis sit? Verè, si interrogarent hoc discipuli Ioannis, non mererentur audire: sed interrogat Ioannes, & responsum accipit non sibi necessarium, sed discipulis. Sed cui fundamento, o Ioannes, tua hæc firmissima spes innitur, ut te à Christo Domino consequuturum speres, ipsum discipulis tuis responsurum? Video me in valle Achor, in vinculis pro veritate. Magnus mihi ad spem aditus patet: spes est super spem, nil negari potest patiēti pro Christo. Hinc Martyres plures leguntur prope mortem aliqua grandia à Deo petijisse illo martyrij feruore, ut quod de Margarita legitur, ut omnis eam inuocans exaudiretur, tantam in eis erigebat spes tribulatio. Cum ergo fueris in tribulatione pro Christo, plura ab ipso postula. Apertum est tibi ostium spei: spera, & in spe pete à Deo, quæcunque libuerit?

TV es, qui uenturus es. Iam ex dictis constat Ioannem  
Primus Tom. C 3 non

Simile.

non dubitare: sed hoc propter discipulos querit, vt occasio- A  
ne hinc accepta ad verum eos magistrum transmittat. Sicut  
cum vis filium tuum alicuius insignis præceptoris amore af-  
fici, occasiones quæris, quibus ad eum filium mittas, vt illius  
beneuolentia accendatur, ei que hæreat. Sicut enim non va-  
lens Moyses introducere populum in terram promissam, eos  
mittit ad Iosue, qui hoc effecit: sic nihil ad perfectum addu-  
xit lex, sed nec Ioannis baptisimus, ideo discipulos à se baptiza-  
tos ad Christum transmittit, iterum ab eo baptizandos in Spi-  
ritu sancto, & igne. Cum non consummatus pictor imaginem  
depingit, formaturus oculos, neque id ita venustè, vt animo  
conceperat, assequi potest, excellentiorem adit artificem, qui  
id efficiat. Sic Ioannes Christum alloquitur: Ego, vt potui, in B  
discipulorum animis virtutis imaginem pinxi, tu eis oculos for-  
ma, ea pulchritudine, ac venustate, qua potes, vt te agnoscant,  
& inspiciant.

Exod. 25.  
Genes. 18.Tcb. 4.  
Deut. 29.  
1. Paral. 28.

Osee. 5.

Hic adde Synagogam teneri, hoc nuntium ad Christum  
mittere, eumque interrogare, quis nam esset; nec id tamen fe-  
cerat. Miserat quidem nuntium, sed ad Ioannem Ioannes er-  
go Synagogæ supplens defectum, legationem mittit: Tu es,  
qui venturus es. Quo Ioannis factò docemur, vt omni ami-  
co, & domestico viam iustitiæ aperiamus, ad Christum mit-  
tamus, vt impleatur illud Exodi: Cortina cortinam trahat: &  
illud Apocalypsis. Qui audit, dicat, veni. Sic Genesi. 18. de  
hoc commendat Deus Abraham: Num celare potero Abra-  
ham, quæ gesturus sum? Sed quid te ad hoc compulit? Scio; C  
ait, quod præceptorus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt cu-  
stodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam. Sic  
Thobias monita salutis dat filio. capitul. 4. Sic Moyses deute.  
29. quem imitatus est Iosue, & Dauid. 1. Paralip. 28. Et de-  
mum qui ad iustitiam erudiunt plurimos, fulgebunt in perpetuas  
æternitates. Contra quidam faciunt, qui immolauerunt  
filias suas, & filios suos dæmonijs, & non Deo quibus, Osee. 5.  
laqueus facti estis speculationi. (Hebræis est Mapich, qui alti-  
simum est mons). Et sicut recte expansum in Thabor, in  
gregibus suis vadent ad quærendum Dominum, & non inue-  
nient. Hoc supplicium iustissimum in eos est, qui à Deo  
alie-

A alienant animas consilio, & exemplo suo, vt ipsi quærant Do-  
minum, nec inueniant. Tibi verò cauendum maximè ab ijs,  
qui animis nocere student: ac consilium sapientis audi: Atten-  
de tibi à pestifero, fabricat enim tibi mala, ne forte inducat su-  
per te subfanationem. Si omni vitæ tempore eum fugis, qui se-  
mel tibi venenum miscuit, vide, à quibus mala acceperis confi-  
lia, & perpetuo ab eis caue.

Eccles. 11.

Simile.

SECUNDO interrogat Ioannes, an sit, qui venturus est,  
vt dicit Gregori. & Hieronym. petens benedictionem à Greg.  
Christo, à mundo iam discessurus in Limbum, interrogans an Hier.  
per se ipsum illuc sit descensurus, vt patribus ipsum expectan-  
tibus lætum afferat nuntium, sicut huic mundo attulerat: vt  
qui terræ fuit præcursor, sit, & finui Abrahæ.

B TERTIO dicit Ambrosius: Hæc interrogatio non dubi-  
tantis, sed admirantis est. Quasi dicat: Possibile ne est, ò ma-  
ximè Deus, quod qui in tanta maiestate es, tam indigna pro  
nobis patiaris? Quemadmodum mater certo sciens filij dis-  
cesum, interrogat: Hoc ne possibile est, quod sine te aliquan-  
do ero? An non mirum est, imò & omni admiratione dignif-  
simum (& quo sibi adeptus est admirabile nomen, mirabilis,  
quod ei Esaias tribuit) quod tantà maiestas pro nobis sic hu-  
miliaretur. Hoc explicauit Psalm. 16. & petijt: Mirifica mi-  
sericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. Non ita mi-  
ra est Dei misericordia, cum nobis benefacit: sua enim bonitas,  
& amor eum ad hoc inducit. Sed verè mirifica facta est Dei  
misericordia, cum indigna patiens, nos saluos efficit. Hanc  
miram misericordiam petit Dauid, hanc admiratus Ioannes  
dicit: Es tu, qui venturus es. Quasi dicat: Possibile ne est  
tantam tibi in esse dignationem, vt nos morte tua eripias.

Ambr.

Simile.

Esai. 9  
Psalm. 19.

C SED QUARTO dico, non propter discipulos solum hanc  
missam à Ioanne legationem; sed & propter se ipsum volentè  
se Christo subdere, ac humiliari, & eum accipere in ma-  
gistrum, & doctorem, & quam à patre acceperat de Chri-  
sto doctrinam, & à diuino Spiritu, etiam à Christi persona  
fufciperet, idem testificante de se; quod pater, & Spiritus  
Sanctus vt hoc accepto testimonio magis in fide confirmare-  
tur, & sibi ipsi in ea complaccret. Interrogat Diuus Tho-  
mas.

D. Thom.

mas. 2. 2. quæstio. 2. An sit licitum, & conueniens quærere rationes, & alia testimonia ad fidei robur præter diuinam reuelationem, & respondet; Quando quis promptus est credere fidei propter diuinam autoritatem, & propter eam credit, sed ex hoc, quod afflictitur fidei, quærit alias rationes, & congruentias, sine quibus tamen crederet, sed eas quærit, ut magis roboretur in fide, & sibi in ea complaceat: non solum non minuit fidei meritum, imo auget. Ad, quod comprobandum adducit Diuus Thomas illud. 1. Pet. 3. Parati rationem reddere de ea, quæ in vobis est fide, & spe, & sic sancti fidelissimi credentes diuino testimonio ad fidei robur, & defensionem multa excogitarunt, in quibus fides non innititur, sed tamen roboratur multum, & fideles maxima consolatione perfunduntur. In quo de fide benemeriti sunt, quia ex ipsius fidei affectu, hæc processit inquisitio: & sic ad fidei confirmationem adducuntur innumera miracula ædita in ecclesia, testes omni exceptione maiores, tum doctrina, tum probatissimis moribus, & qui proprio sanguine fidem confirmarunt, & similia multa. Propter quæ dicit Psalmus. 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: quia licet fidem non probent, tamen euidenter probant nimis esse credibilem, & credendam.

Hæc ergo de causa Ioannes firmissimè credens Christum verum Messiam, & Deum esse propter patris, & Spiritus Sancti testimonium, huic fidei maximè affectus, alia, & alia testimonia quærît à Christi humanitate, & miraculis, ut magis in fide roboretur, & in fide habita amplius sibi complaceat. Nobis ergo maximè latandum, quia fidei credimus tot testimonijs roboratæ: quod si per impossibile deciperemur, dicere possemus Deo, ab ipso nos deceptos esse. Sed quàm longè à Deo est decipere, cum sit prima veritas: tam longè abest deceptos nos in fide esse, in quo sibi placebat. Psalm. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.

RESPONDET Christus; *Renuntiate Ioanni*, &c. Multa ad hoc edidit miracula, ut ostenderet se illum, de quo Esa. 35. Tunc aperientur oculi cæcorum, &c. In quo se Deum ostendit, cui proprium est benefacere, & omnibus acquirere misericordiam.

Dib. Thom.

1. Pet. 3.

Psalm. 92.

Psalm. 118.

Esa. 35.

Ar. Vnde Hieremias Propheta epistolam scribit ad filios Israel Babylone captiuos, ostendens eis, non reputandos esse Deos, qui in Babylone coluntur, quam refert Baruc. 6. Nunc autem videbitis in Babilonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus. Videte ergo, ne & vos similes efficiamini factis alienis. Homines à morte non liberant, neque infirmum à potentiore eripiunt; hominem cæcum ad visum non restitunt: de necessitate hominem non liberabunt: viduæ non miserabuntur, neque orphanis beneficient: quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum illos esse Deos, cum Dei proprium sit hæc facere? Vnde optimè hodie Christus probat se Deum esse, hæc omnia operatus. Sic Psalm. 145. Qui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium iniuriis patientibus, dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos Dominus illuminat cæcos Dominus erigit elisos. Hæc opera Dei sunt, quibus eum agnosci oportet. Et Psalm. 67. Deus noster, Deus saluos faciendi, & Domini exitus mortis. Quasi dicat: Deus noster salutem dat, & à morte liberat. Vnde Esaia. 45. Deus iustus, & saluans non est præter me.

Ex quo colligitur ad Deum nostrum in omni necessitate confugiendum. Psalm. Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius. Nomen Dei nostri omnium, & in omnibus remedium. Ne ergo, ut Ochozias, consulas Deum Acharon, quasi nõ esset Deus in Israel: In omni tuo malo primum Deus consulendus est. Quod quia raro fit, raro etiam remedium nostris necessitatibus adest.

OPTIMA ergo Christi responsio quæstioni tantæ fuit, dum in numerum hominum mala abstulit, & opera Dei propria præstitit, ut Deus agnosceretur. Job. 15. Nunquid sapiens respondebit, quasi in ventum loquens? Sapiens sapienter respondens, debet quæstioni omnino satisfacere. Ideo non respondet verbis, quæ ventus facile tollit; sed maximis operibus, quæ illi dedit pater, ut se ostenderet filium eius. Vnde congregatis Phariseis, & dicentibus ei; Si tu es Christus, dic nobis palam, respondet; Loquor vobis, & non creditis, opera, quæ facta in nomine patris mei. Hæc testimonijs perhibent de me. Si enim

Baruc. 6.

2. Reg. 1.

Psalm. 145.

Psalm. 67.

Esa. 45.

Psalm. 145.

4. Reg. 3.

Job. 15.

Ioan. 8.

non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Et hoc testimonium maius Ioanne ille dixit: ideo Ioannes mittit discipulos non credentes eius testimonio, ut credant viso maiori testimonio operum Christi. Unde ait; Vos misistis ad Ioannem, & ille testimonium perhibuit veritati, sed ego habeo testimonium maius Ioanne; opera quæ dedit mihi pater, illa testimonium perhibent de me. Tanta enim, tam grandia, & potestate, ac imperio patrata miracula in sui testimonium manifeste ostendebant Christum Deum. Quibus conuictus Nicodemus, ait Scimus, qui à Deo venisti magister: Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo: Ostendunt profecto opera tua, quis sis, & sicut maxima huius mundi fabrica ostendit Dei magnitudinem, ita ut sint inexcusabiles, qui eam videntes non agnoscunt Deum. Ita Christi opera talia sunt, & tam manifeste ostendentia ipsum esse saluatorem, ut qui id non credunt, inexcusabiles sint. Si opera non fecissent in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Confitentur Magi Pharaonis; Digitus Dei est hic. Potiori nos iure dicamus; Brachium Dei est hic. Hæc sunt Dei testimonia, de quibus Psalm. Mirabilia testimonia tua; ideo scrutata est ea anima mea. Vbi Ambrosius per testimonia intelligit Dei opera; quibus se misericordem hominibus præstitit, quæ debet anima scrutari, attendens mundum plenum mortuis, cæcis, leprosis, claudis in animo, quibus omnibus remedium è cælo attulit Christus.

SED ad huc alia mirabiliora testimonia diuinæ eius misericordiae fuerunt, quod vniuersa mala nostra non solum abstulit, sed super fetulit. Interijt ille, ut ego viverem; velati eius oculi, ut ego viderem; factus surdus, & mutus, ut me surdum, & mutum sanaret; & reputatus leprosus, ut ego mundarer. Hæc testimonia infinitæ suæ bonitatis fuere: De quibus Esaias. 93; Miserationum Domini recordabor; laudè Domini super omnibus, quæ reddidit nobis, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarum.

SED licet miracula corporibus à Christo exhibata eum Messiam probauerint, maximè tamen eadem miracula in animis

Ioan. 3.

Ioan. 5.  
Exod. 10.  
Psalm. 118.  
Ambrosius.

Esai. 63.

animis hominum effecta, eum Deum manifestè ostenderunt, quæ eo potiora iudicanda, quo anima præstat corpori.

QUOMODO ergo hæc miracula fuerit in mundo operatus, patet, si eius per Christum, attendas mutationem factam, & renouationem. Primo enim cæci vident, Esai. 59. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis atrectauimus: impigimus meridie quasi in tenebris. Quia, ut dicitur Eccle. 11. Error, & tenebræ peccatoribus concreta sunt. Cæcus erat vniuersus ferè mundus, errans in his, quæ ad Deum pertinent colebat idola; colebat ligna, & lapides, erat & in moribus cæcitas, in rerum æstimatione. Sed Christo veniente, populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam; sedentibus in regione vmbrae mortis lux orta est eis. Ponam omnes filios tuos doctos à Domino. Idolorum vesaniam de mundo penitus relegauit: cognitionem Dei veri edocuit: verum rerum præcuiam ac æstimationem ostendit: despiciens terrena, animam præciosam manifestauit, pro qua redimenda sanguinem fudit. Peccati foeditatem declarauit, quæ alio, quam agni sanguine deleri non potuit: omnia, quæ sub velaminibus legis erant patefecit. Vox Dñi præparantis ceruos reuelabit condensam: accedit lucernam, & dragmam inuenit: ego sum lux mundi. 2. Cor. 4. Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis in facie Iesu Christi. En quomodo cæci vident.

SECUNDO claudi ambulont. Psalm. 17. Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semetis suis. Claudus inæqualis est pedibus: eiusmodi est peccator præuolans intellectu, affectu deficiens. Lex antea bonum ostendebat, & malum; sed gratiam non conferebat, ut hoc vitaretur, illud impleretur. Sed Christo veniente saliet sicut ceruus claudus: gratiam enim contulit, qua affectus in æqualis non esset cogitationi, sed æqualis, ut non claudicans quis erret.

TERTIO Leprosi mundantur. Abominandus leprosus, quid, nisi peccatorem, designabat Deo odibilem: cuius pestifera est conuersatio: & ideo extra castra mittendus. Est verò huiusmodi, qui voluptatibus corporis deditus est. Rom. 8. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Et 1. Cor. 6. Omne peccatum

Esai. 59.

Eccles. 11.

Matth. 4.

Psalm. 35.

Luc 15.

2. Cor. 4.

Psalm. 17.

Esai. 35.

Rom. 8.

peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Vide, quomodo se commaculet lepra. Sed Christo veniente leprosi mundantur, iuxta illud Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mui dabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Sicut Naaman septies lotus in jordane mundatur: sic nos septem sacramentis abluti, & à carnis vitio maximè Christus liberat suos. Verbum enim carni unitum, carnem sic sanctificauit, vt iam sancta sit. Inde in Ecclesia statum virginitatis instituit in innumeris viris, & sceminis. Cœlestem hunc statum è cœlo cœlestis demisit in terram, & omnibus suis gratiam contulit, qua facile carnem superantes de ea triumphent. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum.

Ezech. 36.

4. Reg. 5.

Roma. 7.

Psalm. 57.

Zacha. 7.

Eccles. 3.

Esaï. 26.

Ezech. 36.

Esaï. 29.

Esaï. 28.

Cant. 7.

**Q**UARTO *surdi audiunt.* Erat mundus, sicut aspis surda obthurans aures suas, Quis surdus, nisi, ad quem missi seruos meos. Zach. 7. Cor suum posuerunt, vt adamantem, ne audirent legem. Qui diuinis minis non flectitur, suasionibus non cedit, beneficijs non emolitur, nec blanditijs allicitur, hic surdus est, cordisque duri. De quo. Eccles. 3. Cor durum male habebit in nouissimo. Indurasti cor nostrum, ne timeremus te: loquitur propheta, sed Christo veniente aures surdorum patebunt, quia gratia sua hanc tollit obstinationem. Sicut Ezech. 36. dicitur Auferam à vobis cor lapideum, & dabo cor carneum, & spiritum meum ponam in medio vestri. & Esa. 29. & audient in die illa surdi verba libri huius.

**Q**UINTO *mortui resurgunt.* Esaïas. 28. Percussimus fœdus cum morte, impij dicunt, sed fœdus vestrum cum morte non stabit, Christus enim veniens dissoluet hoc fœdus. Quamdo verò hæc signa videris in anima tua fieri, quæ in mundo sunt facta Christo veniente, crede, quod Christus ad te aduenit, si cæcus fuisti in rerum pretio, & æstimatione, si cæcus te non curans, aliena videns. Audi popule stulte, non habens cor, qui habetes oculos, non videtis trabem in oculis vestris, videntes in alienis festucam. Si melle gratiæ gustato illuminati sunt oculi tui, vt Ionathæ oculi, signum Christi intrantis animam tuam, & eam lumine suo illustrantis. Si claudus fuisti sciens voluntatem Domini, & non faciens, dignus plagis mul-

tis,

**A**tis: Quia scienti bonum, & non facienti peccatum est illi. Iaco. 4. Si modo bona facile operaris, claudus salit, vt ceruus, signum Christi ad te venientis, cuius est promptè facere operari. Leprosus fuisti, mundatus es, Christus hoc fecit. Aug. Cognoui eius præsentiam ex fuga vitiorum carnalium. Surdus fuisti diuinæ voci, sed iam dicis: A uidi, quid loquatur in me Dominus, & anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est. Si tereris Dei minis, blanditijs commoueris, libenter cœlestia audis Christus venit ad te. Denique si mortuus fuisti, & reuixisti, mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est, Christus id operatus est.

Iacob. 4.

August.

Psalm. 84.

Luc. 15.

## B Dominica, III. Aduentus.

Miserunt. &c. Ioan. 2.



**I**N diuino amore, quo se Deus diligit, & infinitam suam bonitatem, illud omnino diuersimodè venimus: immò, & contrarium. Quia, quo nos nostra diligimus, cum nos rem aliquam amore persequimur, sic eius amore flagramus, vt nimio zelo ardentes ea frui absque socio diligentissime conemur, nec alijs partem concedamus. Deus verò, cum infinito amore suam bonitatem prosequatur, nihil sic desiderat, ac eam omnibus communicare. Sic se ad intra omnino effudit pater in Filium, pater, & Filius in Spiritum sanctum. Nec verò hoc contentus ad extra quoq; se diffudit, & participes nos vult, & confortes suæ naturæ diuinæ: & qui vnus Deus est per naturam, plures conatur Deos facere per participationem.

Ex hoc desiderio, & infinita bonitate illud primò omnium factum est: vt cum ipse nulla creatura in digeret, innumeras tamen condiderit, quibus sui faceret copiam, & in quas effunderet bonitatis suæ thesauros. Inter quas hominem sui ipsius fecit,

cit,



it capacem, eum ad sui similitudinem, & imaginem exprimes  
 ut aliqua creatura esset, in quam se totum effundere posset.  
 Sed nec hoc contentus est; sed ut se magis, ac magis effunde-  
 ret, dona diuina, & gratuita homini concessit, maxima, & pre-  
 tiosa nobis promissa donauit, ut diuinæ consortes naturæ per  
 hoc efficiamur, ad nosque dici posset: Ego dixi. Dij estis & fi-  
 lij excelsi omnes. Hoc verò deliderium se communicandi, &  
 effundendi, cum ex infinita eius bonitate, & amore permanet,  
 (ea autem omnia, quæ diximus naturalia, & super naturalia do-  
 na diuinum non æquarent amorem; nec amor quiescit, donec  
 amato det donum, quod amori æquari possit, ) eo tandem  
 Deum adduxit diuinus eius amor, ut filium suum vnigeni-  
 tum nobis daret: quod donum æquale est amori, & bonitati,  
 quæ Deus ipse est. Ecce impletum illud: Sic Deus dilexit mû-  
 dum, ut filium suum vnigenitum daret, iam plene satisfactum  
 est hoc tanto dono amoris diuini, postulanti pro nobis gemi-  
 tibus in enarrabilibus. Ac si amicus tibi esset adeo familiaris, &  
 intimus, ut postquam omnem tibi substantiam dedisset, non  
 quiesceret, donec aperto pectore cor extraheret, tibi que daret  
 dicens; Agnosce amoré in te meum dono cordis mei. O diuine  
 amor quæ non a Deo nobis obtinebis, postquam obtinuisti, ut  
 aperto patris pectore, vnigenitus, qui est in sinu eius nobis da-  
 retur, & medulla illa cedri sublimis ad terrâ negotiatorû trans-  
 portaretur? Mira hominis dignitas, quod à Deo in tantum sit  
 dilectus, ei que tam charus. Aug. lib. de vera religione. Demon-  
 strauit nobis Deus, quam excelsum locum inter creaturas ha-  
 beat humana natura, in hoc quod hominibus in verò homine  
 apparuit.

Vt autem pro dignitate sua, ac excellentia has diuinas mi-  
 sericordias æstimemus, easque magni faciamus ut decet, diuina  
 sapientia necessaria nobis est. Vnde Psalm. Quis sapiens, & cu-  
 stodiet hæc, & intelliget misericordias Domini? Infinitæ sunt  
 collatæ cum Christo nobis misericordiæ, quis nisi sapiens eas  
 agnosceret? Paul. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus,  
 sed spiritum, qui ex Deo est; ut sciamus, quæ à Deo dona-  
 ta sunt nobis, cum Christo enim recipimus remissionem pec-  
 catorum, gratiam, Dei filiorum nomen, cælum reueratum, de-  
 ni que

A nique omnia bona mihi venerunt pariter cum illo. Et ideo ip-  
 semet in hoc opus perficiendum è cælo in terram venit, nec ad  
 hoc Angelum misit, aut hominem purum. Nam si hoc opus  
 creatura perageret, magis ei deberemus, quam Deo creatori  
 nostro: quia maius est redimi, quam creari: & ex deteriori ni-  
 hilò educitur peccator, cum iustificatur, quam homo cum  
 creatur.

Vnde qui tam immensam in se collatam intelligeret mi-  
 sericordiam, summis votis, ac desiderijs procederet obuiam  
 Christo. Vniuersus profecto mundus exire deberet obuiam  
 Redemptori: sicut captiui suum suscipiunt Redemptorem: si-  
 cut à tyranno appressi regem in libertatem ciues afferentem.

B Sed quomodo excipitur in mundo Deus tantus? Sui enim nõ  
 receperunt. Attende cæcitatem, & malitiam summam. Intelle-  
 xere Pharisei, tempus iam impletum, quo Messias in lege pro-  
 missus adesse mundo debuit, & oculis hominum cerni, & ex  
 Ioanis testimonio, & Christi miraculis cognouerunt Iesum  
 esse Christum, sed sua considerantes dicunt illud, quod Spiri-  
 tus sanctus multis retro sæculis ostendit eos dicturos. Circum-  
 ueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis: contrarius est  
 operibus nostris, & impropere nobis peccata legis, & diffamat  
 in nos peccata disciplinæ nostræ. Filium Dei se nominat, fa-  
 ctus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum; gra-  
 uis est nobis etiam ad videndum, nobiscum non conuenit, om-  
 nino nobis vitandus est. Quomodo ergo eum deiciemus? Ac-  
 cipiamus Ioannem Baptistam in Messiam, & nostra authorita-  
 te, & opinione sanctitatis ipsius id efficietur, ut vniuersus po-  
 pulus Ioannem sequatur Iesu derelicto. Ioannes verò videns  
 se per nos in tanta dignitate constitutum, nos reuerberitur, ac  
 magnificet, dissimulabit vitia nostra: doctrinas nostras seque-  
 tur, ne eum loco tanto deturbemus. Ut hæc ergo male cogita-  
 ta, opere completerent peius, eligunt ex ipsis grauissimos viros,  
 qui huius rei causa Ioannem ad eant, quorum legationem ho-  
 die in Euangelio scribit Ioanes. Quod verò illud in hac legatio-  
 ne illi intenderint, manifestè eis Christus dixit Ioannis. Vos  
 misistis ad Ioannem, & ille testimonium perhibuit veritati. Il-  
 le erat lucerna ardens, & lucens, vos autem voluistis ad horam  
 exulare

exultare in luce eius. Qui locus manifestè ostendit eos intendisse; Ioannem in Messiam assumere, vt sub eius luce possent exultare, ac se tueri. Summa, & inaudita peruersitas. Hoc est iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, erant enim eorum mala opera. Similes hi facti patribus suis, qui in Aegypto clamauerunt ad Deum Redemptorem postulantes. Misit eis Deus Moysen, cui inobedientes, & rebelles extiterunt; & ideo in deserto prostrati sunt. Similes his modo sunt, qui tales desiderant praelatos, predicatorés, & confessarios, in quorum luce possint exultare, qui eos à peccatis non coerceant, nec per desideria sua discurrere contradicant. Sic illi dicunt: Loquimini nobis placenter. Et Paulus: Coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Qui si possent Deum sibi effingere conuenientem omnino, ac consonantem suis prauis desiderijs, illum efformarent, & e medio tollerent verum Deum. Ad hos Malach. 3. Nunquid affiget homo Deum, quia vos affixistis me? Quasi dicat: Vultis manus meas, & pedes ligare, & affigere, vt me trahatis ad vestra desideria, & non magis vos affigendi, vt meae pareatis voluntati? Qui conscientiam exonerare volens, confessarium inuenit reatum, volentem eum configere, & affigere diuinam legi, & ab eodiuertens querit alium, qui eum ducat per latam viam, quæ ducit ad interitum, & cum eo consentiat, in eo quod male desiderat. Hic est, qui Pharisaorum imitatur perfidiam, qui Christo relicto Ioannem in Messiam suscipere voluerunt. Ided im mittet illis Deus spiritum erroris, vt credant mendacio, eod quod veritatem, charitatis non receperunt. Sed interim attende in his impletum illud: Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Ea namque via, ac ratione, qua Christum obscurare intenderunt, Deus eum clarificauit, quia consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet, vt per Esai. Loquitur, iam inde ab ipso nascentis mundi primordio vsu, & quasi exercitatione hoc ostedit Deus, illis ipsis medijs, quibus impij conantur Dei euertere voluntatem, eam implere. Promisit Ioseph exaltandum, & à fratribus adorandum. Inuidet illi, & ne id fiat, venundant eum Ismahelitis. Sed hac via factum est, vt ad eius se pedes illi abijcerent, & prouoluerent. Sic etiam modo

Ioan. 3.

Ezech. 30.

Mala. 3.

2. ad Thes. 2.

1. Cor. 3.

Esai. 46.

Genes. 42.

A modo à Ioanne clarificatur Christus, quando eum Pharisei obnubilare voluerunt.

Sed miranda profecto Ioannis firmitas, & manifestè verè ostendit eum, qui superiore Dominica dixit, non eum esse arundinem vento agitatam. Tantus enim in eum irruit ventus, vt turbo conterens petras dici possit, dum ei diuinus offertur honos. Ventus hic cedros illas Dei in cælo plantatas quasi arundines sic agitauit, vt omnino eradicauerit: Ioannes tamen, quia super firmam petram domum edificauerat, etiam si venti irruant, & flumina concurrant, stat firmus, & immobilis.

Accedunt ergo dicentes. Tu quis es? Et confessus est. & non negauit, & confessus est. Ter repetit. Nec verò est otiosa repetitio: sed vt vehementer eum asseuerasse ostenderet, illud Ioannes ter inculcauit. Dixit Aug. in Ioannis Euangelio: Nō res tantum, sed & modus dicendi maxima habet mysteria, mysterio ergo plena est repetitio ista. Sed quod hic latet mysterium? Illud vtique, norunt sancti, ait Aug. quod licet alia peccata aliquando dissimulet Deus, quasi non videat, dissimulas peccata hominū propter poenitentiam: sed quando eod peccator peruenit, vt sibi diuinam arripet gloriam, continuo in eū dæseuit ultio. Sic contra peccatē Angelum continuo sententia lata est: Et videbam Sathanā, sicut fulgur cadentem de cælo. Esse vult Adam sicut Deus: continuo adest irridens Deus: Ecce Adam, quasi vnus ex nobis factus es. Sic gloriantem Nabuchodonosor, Nōne hæc est ciuitas magna Babylō, quā ego edificauit in magnitudine roboris mei? se que Deum reputantem, continuo Deus in bestiam mutat, ei ostendens, non solum non Deum esse, sed nec hominē quidem, donec confiteatur, non se Deum esse, sed Dei facturam. Sic etiam cum Hero de factum Lucas memoriæ prodidit, cuius innumera mala in multa patientia Deus sustinuerat. Sed cum auro, & gemmis ornatus radijs oppositus solis esset, fulgoreq; maximo irradiaret, audiens populus eius compositam, & politam orationem, acclamat, Dei, nō hominis voces: percussit eū Angelus, eo quod nō dedisset gloriam Deo. Sic ad Aegypti Regē loquitur Ezech. Ecce ego ad te o Pharao draco magne, qui cubas in medio flu

Matth. 11.

August.

August.

Sap. 12.

Luc. 10.

Gene. 3.

Dan. 4.

Acto. 12.

Ezech. 29.

minum tuorum, & dicitis: Ego feci memetipsum: ponam circulum in naribus tuis. Hoc ergo Ioannes rectè intelligens maxima eonèttione negat omnino se Christum esse, ne in diaboli iudiciu incidat. Nec semel negasse contentus, ternegat, & addit.

*Non sum ego Christus, non sum Propheta, non sum Helias.* Primò aduertenda eximia Ioannis modestia, quàm plenum se ostendit negationibus. Omne ferè, quod de se loquitur, est: Non sum, non sum, non sum. Iustus cum humilis sit, nihil se habere putat: qui existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Talem se præbuit ille, de quo loquitur Ioannes Apocalyp. 3. Qui dicitis, Diues sum, & nullus ego, cum sis pauper, miser, & miserabilis, cæcus, & nudus. Vidisti hominem, qui omnia se habere credit. Nobilis inquit, sum, diues, ingenio polleo, &c. Hic diuersus omnino à Ioanne est, qui nihil se esse dicit: hic verò omnia se esse credit. Sed hæc hominum miseranda conditio est, quod non solum se non agnoscant, sed esse velint quod sunt, & quod non sunt. Nemo sua sorte contentus est, sed esse desiderat, quod non est. Dux Rex esse vult, Comes Dux, Nobilis Comes. Ciuis Nobilis cupit apparere, infimus de plebe ciuis: & omnes esse, quod non sunt, volunt, & appetunt. Quid inde? Innumera ex hac superbia peccata: Quia initium omnis peccati superbia, & qui tenuerit eam, adimplebitur maledictis. Hinc extremæ indigentia, & egestates in republica: hinc filiorum, filiarumque remedia, & collocationes difficiles: hinc debitis onerari, nec esse soluendo. Contra verò humilis nil esse, & habere reputat. Si tam humilis non es, vt nouissimum te virorum nõ reputes, sicut Christus, saltem intra sortem tuam te contine: noli plus esse, & apparere quàm es. Cuius rei si præclarum vis exemplum, intueri Iacob. Qui obuiam cū factus esset Esau venienti cū quadringentis equitibus, dicit Esau ad Iacob: Gradiamur simul. Cui respōdit Iacob Genes. 33. Nosti Dñe mi, quod paruulos habeam teneros, & oves, & boues fætās mecū, quas si plus in ambulādo fecero laborare, moriētur vna die cuncti greges. Præcedat dñs meus ante seruum suum: & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videam paruulos meos posse. Non potest pastor militē sequi, nec eius inherere vestigijs. Nolitu, qui in minore statu es, maiorem æquare, sed

Ad Gal. 6.  
Ioa. Apoc. 3.

Eccles. 10.

Genes. 33.

A sed intra limites facultatis tuæ te contine: alioquin peribunt omnia tua. Sic fratribus intrantibus domum Pharaonis dicit Ioseph: Dicite Pharaoni, quod re vera estis: Pastores ouium sumus: sic enim vestris vñibus dabitur conueniēs locus in Agypto, quem non acciperent, si se milites simulassent.

Secundò ex hoc Ioannis facto collige eorum culpam, qui nullum sibi alium honorem esse putant, quam qui raptus sit, & ab alijs ablati, & vt ipsi magni appareant, alios deprimere volunt, eorumque defectus in publicum monstrant. Similes hi Lucifero, de quo Ezech. 27. Tu Cherub, extētus, & protegēs. Vbi alia translatio habet, extētus, & obumbrans. Quasi dicat: Extēdis alas tuas, vt magnus appareas, aliosque obūbrare conaris. Sic Amā nihil se habere arbitrabatur, cum multa haberet, donec Mardocheū humiliaret, deijceret, & interimeret. Vilis imo vilissimus homo, qui plus honoris non habet, quàm eum, quē surripuit ab alijs. Nihil habes nisi ex furto, miserrimus profecto es. Quàm aliter se Ioannes habeat, manifeste ostēdit. Se deijcit, vt Christum exaltet, & sic in veritate stetit, & qui se humiliavit, exaltatur, contra verò malo tuo exaltaris, sicut malo suo formicis alæ nascuntur: sic enim à vento raptæ pereunt. Si enim inter sydera posueris nidum tuum, inde detraham te, ait Dñs. Defecerunt, dū eleuaretur, vt fumus ascendēs deficit.

Tertiò horum aduerte stultitiam. Medicum inter se Christum habent, nec agnoscere volunt. Exeunt, vt in Ioanne querant: & ille ait: Non sum ego. Quasi in imagine posita est inscitia nostra. In te Deus est: intra te regnum Dei est: intra te quærendū tibi esset gaudium, pax, quies: hæc verò in solo Deo reperiuntur, qui est in medio tui. Quare ergo exis à te, vt prodigus in regionē lōginquā? Vagaris per creaturas, discurre hęc querēs nec inueniēs? Ipsæ creaturæ dicūt cū Ioan. Nō sum ego. Hæc in Deo quære, non in me. Arte aucupes simulant auis cātū, veniunt similes aues, laqueoque capiuntur. Sic capitur peccator in tēpore malo simulatione creaturarū. Vocat Dñs puerū Samuelē: & ille ad Heli currit. Vocat te Deus: & tu vt puer creaturā adis. A sapiētia creaturæ factæ dicūtur in muscipulā, pedibus insipientium. Sicut ergo quædā sunt in rerum natura, vt homo, equus, &c. Alia verò, vt significant: vt sigillū ima

Genes. 46

Ezech. 27.

Esther. 3.

Simile.

Abdic. 1.

Psal. 72.

Luc. 15.

Simile.

1. Reg.

Sap. 14.

go: sic Deus est, qui est per se. Creaturæ, potius ut significant, A factæ sunt, quod in Deo est, quam ut sint. Sunt ergo creaturæ Dei voces, quia ut Deum significant, factæ sunt. Ideo Aug. sic eas appellat, & Tertullianus. Hinc Sapiens: Hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, quia vox est Dei. Ne ergo ad vocem eas, sed ad Deum. Creatura tibi dicit: Nō sum ego Deus tuus: sed ecce agnus Dei, Deus tuus. Aug. Sol ait; Non sum ego: quia eclipsim patior. Luna dicit: Non sum ego Deus tuus, quia mutor. Et totus denique mundus clamat: Non sum ego Deus tuus, quia deficio. En Deus tuus: ad eum accede. Sicut vox habet leue fundamentum, aerem scilicet: sic mundus transit, & concupiscentia eius: & idēd forsan tam tibi placet, quia qui vêtus es, vêtō delectaris. Vis te videre vocē, & ventū esse. Vêtus, ait Iob, est vita mea, quia paruo aere sustinetur respiratione collecto: cū respiras quasi expiras. Hinc Propheta Esa. loquitur. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est: quia excelsus reputatus est ipse. Id est, vita hominis in parua est respiratione, in vêtō, in aere: & hūcne excelsum reputabis? Sap. 2. Fumus flatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad cōmouendū cor nostrū: quia extinctus cinis, erit corpus nostrū. Cōparat vitā nostrā carboni male ardētī, quē si aere non insufflas, deficit, si sufflas, consumitur. Tale cor nostrum, carbo incēsus, perpetuā indigēs respiratione, quē insufflatio est, quæ si nō adsit, moritur, si adsit, interimit hominē. Aer ergo vita nostra est. Hinc est, quæ aere, & voce præcipuē delectetur, & trahatur. Hinc musica maximē hominē cōmouet: ut de Alexād. memorię proditū est: quē egregius citharædus cōmouit, ut ē mēsa surgeret, & arma arripēret, rursūm quē ipsūm mitiorē reddidit. Si homini dicas: Cōfiteri propter regnū cœlestē, nō cōmouetur: si propter maximū lucrū tēporale mouetur: quia aer aere cōmouetur, hoc ei maximē placet. Sic Eccl. 17. Quoniam non est immortalis filius hominis, in vanitate malitiæ placuerunt. Quasi dicat. Quia vānitas est, vanitate trahitur, & ea illi placet. Mundus ergo clamat, ego deficio: dæmon, ego decipio: caro, ego inficio. Christus clamat, ego reficio. Venite ad me omnes, nec tamen tu venis. Si attēdisses ad mādāta mea, fuisset quasi flumē pax tua. In tui

ergo

A ergo modo Christum quare, quia medius vestrum, stetit. Si quæris cum sponsa: Indica mihi, quem diligit anima mea, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum, vbi pascas, vbi cubes, in medio tui est: non longē est à te in ipso enim viuimus mouemur, & sumus.

Ergo vox, etc. Christus verbum est mentale patris, Ioannes verò huius verbi vox dicitur multis de causis. Prima: Verbum, & conceptus respectu loquētis prius est, quàm vox, prius ego mente concipio, quod voce dicturus sum, quàm ore promam. Sed respectu audientium prior est vox verbo mentali: Prius enim tu vocem, & loquelam meam audis, quàm percipias mentis meę conceptum. Ita patri loquenti prius est Christus. Ante me factus est: sed mundo audienti prior est Ioannes. Prei bis ante faciē Domini parare vias eius, ait Zacharias: vnde prius nascitur, prius prædicat, prius moritur. Secundo, verbū, & conceptus mētis meę per vocem trahitur ad audientē, eiquē fit manifestus. Sic Ioannes vox Christū manifestauit mundo, auditui omnium per vocem, oculis, digito ostendens eum Dei agnum: & hi certiores sunt sensus, & quibus discimus maximē teste Arist. Tertio, vox faciliē transit: Sed conceptus manet in mente tua fixus: quia verbū Dñi Dei nostri manet in æternū. Cū conceptus meus in mēte tua crescit, iam vox deficere incipit: perfectē à te cognito cōceptu, vox omnino deficit, sic illū oportet crescere, me autē minui, ait vox Ioan. Annuntiat Lucifer solis aduentū luce ab eo mutuata: & sole orto absconditur continuo. Sic factū cum Ioan. est: quia non erat ille lux, sed ut testimoniū perhiberet de lumine. Vide, quàm conuenienter Ioannes vocē se dixerit. Ideo eo nato patri vox restituitur, non enim decebat sine voce eum esse, qui filium vocem habebat. Ideo etiam corā Herode, qui Ioannē occiderat, nec vocē vnā Christus promit. Quomodo enim audiret Christi vocē, qui de medio sustulerat Ioannem? Ex quo sequitur maxima Ioannis perfectio. Quod enim vicinius, & similius est verbo mētis, vox est illud explicās: ita Christo cōiunctissimū, & simillimū Ioānes est, ad eō ut Christus reputatus sit. O vox altissima, quæ excellentia tua mirā tot puncta superasti, in tua conceptione, natiuitate, vita, ac morte, ut voci humanæ impossibile sit ea præcinere, aut dicendo perfecte

Primus. Tom.

D 3

qui, nec

Cant. 5:

Luc. 1. Zachar.

Aristot.

Esa. 4.

Ioan. 1.

Simile.

Ioan.

Matth. 27:

qui, nec verò ea solis punctis notata demonstrare, totus vox es: A  
quia nihil in te nos sanctum: & cum omni nationi, quæ sub cælo  
est, etiam infidelium sis cognita vox, non oportet addere inuti-  
les voces, ut vox tam mirabilis amplius explicetur.

Sed aduerte Ioanem non dicere: Ego clamo voce, sed, ego  
vox, non enim est aptus officio prædicandi, qui solus voce clamat,  
sed ille potius, qui totus est vox ore clamans, & opere. In litteris

Hieroglific.

A Egyptiorum sacris, quæ Hieroglificè dicebantur, vir sapiens no-  
tabatur, & significabatur per manum ori, linguæque admotam,  
manu enim operari debet, quæ lingua loquitur. Seneca: Talis  
sit tibi magister, qui idem sit dicens, & faciens. Sic vincitur Ma-  
dian ab his, qui vna manu tubam, altera verò lampadem por-  
tant. Quasi tuba exalta vocem tuam, dicitur prædicatori: sed B

Senec.

Iud. 6.

Esa. 58.

Luc. 13.

Genes. 25.

ardentes in manibus vestris: ne fortè tibi dicatur: Vox quidem  
vox Iacob est, manus autem manus sunt Esau. Vocem enim  
electi præferre, opera verò reprobis, indignum profus, & in-  
congruum est. Quid proderit, si pater filium admoneat: Cave à  
Iudo, & impiorum societatem deuota, & familia dans salutis mo-  
nita, si videt filius patrem contra agere? Ambrosius: Sicut gal-  
lus prius se excitat, & à se puluerem, & somnum depellit, & hoc  
perfecto canit, vocat, & alios excitat: sic prius tu es excitandus,  
mundandusque, & tunc alios valebis excitare. Optime Ioab  
ait nuntio, quem ad Dauid mittit, ut ei nuntiet, quid in bello C

Ambros.  
Simile.

2. Reg. 11.

actum esset: Si videris irasci Regem, & dicentem: Quare accef-  
sistis propè murum, ut inde aduersarij vos offenderent? magna  
hæc incuria fuit, adde tunc: Quin, & Vrius seruus tuus ibi oc-  
cubuit, ut sui memor delicti, reprehendere non audeat igna-  
uiam nostram. Quod ita contigisse memoratur. 2. Reg. 11. Eo  
enim audito non solum iratus non est, nec carpsit Ioab: imo  
teum cõsolatur, adiungens: Non te frangat ista res: varius enim  
heuētus est belli. Qui enim fieri potest, ut zelo moueatur in alio  
rū vitia, qui eisdem detētus est? Quomodo non obmutescet?

August.

Cicer. lib. 1.  
officiorum.

Recte ergo Ioanēs, ut clamet, vox totus dicitur esse. Sed quid  
clamat ista vox? Parate viam Domini, &c. Aug. Duæ sunt viæ. Est  
via Dei, & est altera via demonis, mundi, & carnis, via virtutū,  
via Dei, via vitiorum altera. De quibus Cicero lib. 1. officio-  
rum

A rum ex Xenophonte Hercules vitam scribent optime re-  
fert. Herculem cum adhuc iuuenis esset in desertum exisse  
locum, ibique duas vidisse vias, inter quas dubio animo  
fuit, quam prælegeret. Prima erat via delectationis: in  
qua vidit mulierem pulcherrimam, ornatam serico, & auro,  
ei offerentem omnes mundi delicias, eumque inuitantem, ut  
se per illam viam sequeretur. Secunda erat virtutis via: in qua se  
ei præsentem exhibuit matrona grauisima, ac seuera, quæ di-  
xit: Non ego promitto delicias, & voluptates, sed labores,  
sed sudores, sed pericula: Sed horum finis, ac præmium erit,  
te Deum fieri. Dubius aliquanto tempore hæsit Hercules,  
sed tandem decreuit virtutis viam sequi, ut Deus esset. O si  
tu modo iuuenis, vel vir, vel grandæuus hæc rectè attenderes, at  
quæ perpèderes. Duæ hæ viæ ante te sunt: priusquam eligas, om-  
nia circumspecte, & considera. Via virtutis à dextris est, via vitio-  
rum à sinistris. Prou. 4. Auerte pedem tuum à malo: vias enim  
quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt, quæ à si-  
nistris sunt. Ideo in iudicio ad dexteram iusti, impij verò ad sini-  
stram consistunt: quia hi viam quæ à sinistris est, illi quæ à dex-  
tris, tenuerunt. De quibus vijs sæpe Psalm. 118. Viam iniquita-  
tis amoue à me: in via tua viuifica me: & Odiui omnem viam  
iniquitatis: & viam veritatis elegi. A via mala declinabat, cum  
diceret: Ab omni via mala prohibui pedes meos. Viam bonam  
ingrediebatur, cum ait: Viam mandatorum tuorum cucurri,

C in hoc enim iuri iusti intendunt, hanc viam tenere, ab illa de-  
clinare.  
Differunt hæ duæ viæ, quòd via vitiorum spatiosa est, & lata:  
sed viæ eius viæ inferi, terminus enim huius viæ infernus est: sed  
latitudine eius inescati homines, multi hanc viam ingrediun-  
tur. Lata porta est, & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem, &  
multi sunt, qui intrant per eam. Matthæi. 7. Si finis perdi-  
tio, quomodo tot sequuntur viam hanc? Quia lata est. Sed  
quomodo lata.

Quia est via sine via. Omnia enim iniusti viam faciunt,  
hortos, vineas, sata, per omnia intrant, ac si via vbique esset. Nō  
est eis seps, omnia diripiunt, nihil sibi vetitum arbitrantur, non  
sunt pratum, quod non pertranseat luxuria nostra. Omnes in viam  
suam

Esa. 56.

suam declinauerunt: vnusquisque ad auaritiam suam a summo usque ad nouissimum; Esa. 56. loquitur: Curis que voluntas sibi via est: & sic multi hanc viam ingrediuntur prouocantes se inuicem: Venite fruamur bonis, quæ sunt. O insani, miserissimi, qui viam hanc ingressi læti eam inceditis. An non attenditis viam finem? Quis tam amens, qui cum ducitur ad supplicium, lætus it, quia per pratum ducitur? An non vides suspendium in prati fine? Quid lætatis, quid rides, miser peccator? Quod via tibi est læta? En in fine eius infernus est, mors æterna. Sed via Domini arcta est, & angusta porta, sed ducit ad vitam; ideo pauci inueniunt eam. Arcta est Domini via, igitur suis limitibus, terminisque concluditur. Et si qui non licet viatori ingredi sata, hortosque, qui prope viam sunt: ita hanc Dei viam ingredienti non licet præterire mandata. Terminus positus est voluntati eius, quem præteriri non licet.

4. No. 17

Vis nolle, quod tibi tandem perueniendum est: Considera, quam ingressus es viam: in qua via nunc stas, an in via peccatorum, vel Dei: si enim viam versus Romam capis, ad Indos non peruenies. Stare super vias vestras, & videte, & Interrogate de semitis antiquis, & ambulare in eis, & inuenietis refrigerium animabus vellitis. Iere. 6. Ne ergo effrenatus incedas. Siste paululum, sicut viator, dubitans an recto incedat itinere. Consideraui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua, ait Psalm. Sed alij licet errorem viæ cognoscant, nolunt scire viam rectam, nec eam ingredi, & dixerunt: Non ambulabimus, nihilominus constitui super illos speculatores, & dixi. Audite vocem tubæ (predicatorum, scilicet) & dixerunt. Non audiemus. Contingit tibi modo conuersionem audienti, quod leuitis hodie interrogantibus Ioannem. Audierunt enim de Christo testimonium perhibentem, sed non crediderunt, nec eius testimonium de altero receperunt, qui de se ipso recepissent. Sic accedis ad conuersionem, vt viam cæli agnoscas, ostenditur tibi, nec arripis. Audi tremendum supplicium, quod ibi Hieremias minatur. Ideo audite gentes, & cognoscite, quanta ego faciam eis. Ecce ego aduocam mala super vos, & super populum istum. Ecce populus venit de terra Aquilonis. Sagittam, & scutum arripiet, crudelis, & non miserabitur. Sed quid hæc ad minas nobis intentatas: Laderis demonijs,

Simile.

Iere. 6.

Psalm. 118.

Iere. 6.

monijs, quorum viam secutus es, & in mortem ibis æternam, &c. Vnicum tibi remedium est, reuerti ad Dei viam. Dirigite viam Domini. Via Domini lex eius est. Viā parare, & dirigere, est componere te, tuaque omnia secundum Dei legem. Venit Deus è cælo ad nos, quis non se paret, vt tantum suscipiat Dominum? Super montem excelsum ascende tu, qui Euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui Euangelizas Hierusalem. Exalta, noli timere: dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus vester, ecce Dominus venit, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo Esa. 40. Vt hæc clamet, venit Ioannes, & nos vobis hodie idē clamamus: Ador na thalamum tuum Sion, præparare in occursum Dei tui. Omnia peccata projice: munda domum tuam, orna eam virtutibus, vt digne suscipias Deum tuum. Sed notat Chrysostomus. Parate, ait, & dirigite viam Domini, non dicit: Fac viam, facta iam est, compone tu eam. Anima nostra Dei est imago, in ea scripta est naturalis lex. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt, sciunt. Semen Dei, ait Cicero in Tusculanis, in nobis est, nos dirigens, si non impediatur. Insuper tu qui fidelis es, Christi legem habes in corde scriptam: viam vides, eam ingredi. Vacca arcam ferentes itinere vno gradiebantur versus Bethsames. Ne mutes viam, iam Dei viam tenes, iam vitiorum, vnam tene viam, nec dimittas versus domum solis. ibant mugientes, quia eis erāt ablati vituli, ne lasciuietes propter eos à via declinarent: & sic nec ad dexteram, nec ad sinistram declinabant. Ablati sunt à te vituli Ieroboam. Appetitus tuus domi reclusus est à Deo, ne tuum impediatur iter. Audis eius balatum, ac mugitum, ne tu declines, iter inceptum ne deferas peruenies ad Domum solis. Rectas facite semitas eius. Gregorius exponens illud Iob. 24. Nescierunt vias Domini, nec intellexerunt semitas eius, per viam intelligit innocentiam, per semitam pœnitentiam. Qui viam agit, si rectam illam tenet, semita non indiget, sed si viam perdidit, indiget semita strictiori, vt ad viam reuertatur. Sic qui innocentiam perdidit, quæ via est, ad eam reuertatur per pœnitentiam strictiorem, quia quem facti pœnitent; penè inhiocens est. Vel aliter: Via Dei mandata sunt, consilia vero semita: quia strictiora sunt. A Emulamini ergo charis-

Esa. 40.

Chrysost.

Cicer.

1. Reg. 6.

Gregor. Iob. 24.

Simile.

Iob. 37.

Esaï. 60.

Psal. 67.

Esaï. 35.

mata meliora. En excellentiorem viam vobis demonstrō, viā A consiliorum perfectiorem. Sicut viam agit pauper cum vxore oneratus filijs, & sarcina, grauis profecto via. Talem ducunt viam, qui in mundo oppressi curis, & solitudine sæcularium Deo inferuiunt: perfecti verò sine onere, & labore equo viam agunt: ab omnibus se abstinent, vt currere possint in stadio, de quibus loquitur Iob. 37. Nunquid vidisti semitas nubium magnas? qui sunt isti, qui vt nubes volant? ait Esaïas. 60. Perfecti, nubes sunt calore solis sursum elati, vt terram pluuia fecundēt. His nubibus Deus magnificus est. Magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. Hæ nubes per mirabiles consiliorum semitas gradiuntur, quas si ingredi libet, quam miram viā agēs, cura in te impleatur illud: In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror iunci, & calami, & via sancta vocabitur: vt sponso dicere possit: Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructus pomorum suorum. Si enim quod ante in te fuerat desertum, & horribilis mons, modò industria, ac labore tuo per Dēi gratiam fit voluptatis hortus, potes sic ad hortum tuum sponsum vocare, qui vocatus adueniet per gratiam, &c.

## Dominica, IIII. Aduentus.

Vox clamantis. &c. Luca. 1.



O ANNES, vox est baptizans in aqua, sed Christus verbum mentis baptizans in Spiritu sancto, & igne. Sic omnis prædicator voce resonare potest, sed Dei est spiritum concedere, & ignem, sine quo vox est cymbalum tinniens, vel es sonans, hunc à Christo petamus per Mariam.

Appropinquante iam Christi aduentu ponitur hodie ante oculos nostros tantæ rei nuntius: Angelus annuntians mun-

A do maximum illud Dei consilium, quod prædicit, illud est. Vi debet omnis caro salutare Dei nostri. Tantum verò auditum nuntium quid in nobis efficere debeat, videamus, sine dubio animorum præparationem, vt spirituales hæ nundinæ sine maximis nostris lucris non prætereant. De his enim diebus scriptum est: Et particula bonæ diei non te prætereat. Si enim cum descenderet Angelus, Dei personam agens Exod. 19. præcepit populum sanctificari, multò magis ad Dei ipsius aduentum nos parari, atque mundari oportet. Pro cuius rei intelligentia aduertendum, licet Deus iam in mundum venerit, cum in Virginis visceribus homo factus est, & ex eis processit tanquam sponsus, de thalamo suo, sed nunc hisce diebus, quibus aduentus eius celebratur, etiam in mundum venire dicitur peculiari quadam ratione, & in fidelium animas illabitur singularibus eas afficiēs beneficijs. Et licet perpetuo misericordias largiatur omni tempore, sed hoc potissimum, quando eius aduentus celebratur, maiora præstat beneficia, & maximè ad nostras diuertit animas quæ omnium sanctorum est doctrina.

B EA verò probatur primo, quia oratio debite facta secundum regulas Euangelij, semper obtinet à Deo, quod petit, vel quid maius, quia Deum maximè commouent miseræ nostræ debite ei propositæ, & exauditio orationis Ecclesiæ à Christo Domino promissa est, cum vt oportet, orat. Cum verò Ecclesia sicut in alijs, sic in orando à Spiritu sancto regatur, de quo Paulus Roman. 8. Spiritus adiuvat infirmitatem nostram, & postulat pro nobis, &c. Manifestè patet orationem Ecclesiæ exaudiendam esse, illa verò ab initio aduentus postulauit, vt hoc tempore ad animas nostras veniat dilectus noster, & singularibus donis eas ornet, sine dubio id obtinebit.

C Secunda ratio id ipsum concludens est: quia modo fit reuolutio natiuitatis Christi, & quasi iterum nascitur, iterum in mundum venit. Hæc festa, & comediæ, quas Ecclesia per annū circulum proponit nobis de dilecto sponso, non reputandæ sunt à nobis mortuæ, & sine vita, sicut aliæ comediæ, in quibus idem representaretur ab histrionibus, quæ emortuæ sunt, nec vitam nec spiritum verum tribuunt rei, quæ agitur, nec qui in eis figuram Christi, Mariæ, vel pastorum gerit, aliquid amplius habent,

Eccles. 14.

Exod. 19.

Pau. Rom. 8.

habent, quàm externum ornatum, & apparentiam. Nò tam in-  
fime cogitandum tibi est de Ecclesiæ festis. Imo intellige esse  
viuas rerum imagines: quæ vitam conferunt personis; cum ab  
Ecclesia proponitur, & inducitur Dei in mundum aduentus,  
tunc fit verè aduentus peculiaris Dei in animas nostras, & talis  
gratia fidelibus conceditur, vt se habeant ad eum modum, quo  
se habuere, qui interfuerunt natali Christi, nascitur Christus  
denuò in eis per gratiæ peculiaris aduentum, illis vnitur nouo  
amoris nexu, quod de Christi naturali dictum est. Idem intel-  
lige de passione, resurrectione, & aduentu Spiritus sancti, &c.  
Et hoc est illud Pauli Hebr. 10. Qui initiauit nobis viam no-  
uam, & viuentem per velamen, id est, carnem suam, suo enim  
corpore cepit hanc ecclesiasticam viam, perficiens opere my-  
steria, quæ modo sub imagine celebramus. Sed via hæc viua est,  
non est mortua, vitā donat ijs rebus, quæ aguntur, omnia enim  
quæ in ecclesia sunt vita plena, & spiritu sunt, quoniam spiritus  
vitæ erat in rotis, quæ huc, illucque voluebantur. Vnde sicut  
Sol iste corporeus cum per anni circulum redit ad signum il-  
lud, in quo à Deo primùm conditus est, operatur nunc, eadem  
quæ initio operatus est, & eisdem influxus in terram demittit,  
quos prius. Sic Christus sol iustitiæ rediens per Ecclesiæ repre-  
sentationem ad ea mysteria, in quibus fuit, dum cum homini-  
bus conuersatus est, eodem modo operatur, ac tunc operatus  
est, similibusque nos bonis dat, ac ditauit tunc in mundo eius  
conspectu fruentes. Quæ doctrina summæ consolationis fide-  
libus est, ne se dicant infelices, quod præsentem non fuerint  
Christi mysterijs, nec illum viderunt, quos hac consolatione  
leuamus, quod nunc iterum quasi Christus nascitur, quasi re-  
surgit, quasi Spiritum sanctum mittit. Dum enim Ecclesia  
hæc agit mysteria, ipse gratiam confert, ac si nasceretur, &c. Et  
sic dicere non possumus, non ad fuisse nos tantis sacramentis.  
Hoc ipse significauit, cum dixit: Ego vobiscum sum omnibus  
diebus vsque ad consummationem sæculi. Noli mæstus esse,  
quod Christum non videris. Ecce tecum est omni die: tecum in  
diuinissimo Eucharistiæ sacramento: tecum in adiutorium  
tuum intendens: tibi in omnibus prospiciens, & accurrens, te-  
cum demum per Ecclesiæ representationem, quæ viua est, per  
quam

Hebr. 10.

Ezech. 10.  
Simile,

Matth. vlti.

A quam in te operabitur Christus ad modum, quo si eius myste-  
rijs præsens interfuisses. Cuius rei manifestum indicium, & sig-  
num est, quod in his festis iusti edulia gustat è Dei mensa aspor-  
tata, singulari dulcedine plena: experiunturque noua ad virtutem  
incentamenta, & hunc solem iustitiæ animis suis propinquare  
sentiunt, nouo lumine illustrati, nouis ardoribus inflammati. Et  
cum festorum Ecclesiæ hic sit finis, vt disponamur quotidie  
magis, ac magis ad diuina suscipienda: & mente tractemus, quæ  
in terra Christus pro nobis perfecit: sine dubio in mentibus  
nostris maximo cum fructu ea aguntur, quæ in terris per ip-  
sum aliquando sunt acta.

Cum veritate eorum, quæ diximus, stat etiã veritas alia, non ad  
B omnes hos diuinos effectus prouenire, nec omnes tantis frui  
bonis: sicut etiã cum hæc mysteria peracta sunt in terris per  
Christum, non omnibus profuerunt, quia omne agens agit  
in patiente disposito. Vnde quidam fatebantur in iudicio  
Sap. 5. Sol iustitiæ non ortus est nobis. Omnis ergo, qui pecca-  
to delectatus respiscere renuit, his omnibus bonis se priuat.  
Licet enim ad omnes misericordia Dei extendatur, etiam ad  
peccatores, quibus ostendit ingratitudinem tanto benefacto-  
ri, ex quibus quidam penitentiam agunt, ad quos non exiguus  
horum festorum fructus venit, cum mel in ore leonis, quem  
occiderant inueniunt loco supplicij, quod illi mererentur: sed  
alij qui in peccato manere volunt, non proficiunt his festis,  
imò plus deficiunt. Eccles. 8. Non erit bonum impio, quia eor-  
um maior redditur ingratitudo, dum se ingratos exhibent  
C ei, cui magis, ac magis vident se obstrictos beneficijs. Et ex  
perientia ostendit hos in nullo his diebus meliores factos imo  
proficere in peius, maiora his diebus perpetrantes peccata.  
O miseri, sic suscipitis Christum venientem? Hunc, ex eius ad-  
uentu fructum colligitis? Hæc rependitis beneficijs eius? In-  
tras vicini domum, videsque eum sub pedibus atterere ho-  
minem, pugnisque eum percutere, & calcibus, pene-  
que illum extinguere. Interrogas, quæ tantæ iræ causa fuit.  
Respondit ille: Hodie tot numerantur anni cum ego in  
difficili bello essem inimicis circumdatus, nec vilo modo  
esset mihi effugium, sed omnino moriendum mihi erat, hic  
per me-

Sap. 5.

Eccle. 8.

Simile,



per medios intrans hostes, licet multis vulneribus pro me liberando confossus, eripuit me de manibus inimicorum, vitæ que restituit. Et in huius memoriam vnoquoque anno, eo die, quo id mihi præstitit beneficium, ego rependo ei alapas, calcées, ictus, verbera. An non tibi ingratisissimus, infestissimusque hic appareret? Simile verò facinus te peragere considera, qui his festis, luxuriæ, ludo, ebrietatibus vacas. Audi Paulum dicentem: **Quantò magis qui filium Dei conculcauerit, sanguinem testamenti pollutum duxerit. Audi clamantem Christum per Psalmistam ad patrem. Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Quà aliter nobis agendum sit, ratio manifesta conuincit, & Paulus monet dicens: Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, non in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicijs, sed induimini Dominum nostrum Iesum Christum. Si tanto zelo insequutus est Christus templi violatores dicens, auferte ista hinc: quanto insequeretur festorum contemptores? Propter hos dictum est, neomenias vestras, & sabbatha vestra odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens. Hi similes sunt Asetijs, qui festum se putant arcæ agere, si iuxta Dagon eam collocent, sed eos durè cõtruit Deus, & Dago deiecit. Sic hi Christum Dominum, & eius natalè peccatis, vitijsque adiungunt. Suscipe ergo Christum venientem, ac susciperes, si præsens esses eius natali. Lauamini, mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarum.**

Agnoscamus ergo misericordiæ tempus, quod præ manibus est. Illud verò adesse ostendit Lucas dicens.

**Anno quintodecimo Imperij, &c.** Quibus verbis monstrat Iudæorum regnum penes extraneos iam esse, quod signum erat aduentus Messias iuxta Iacob vaticinium. Sed, ò misera Synagoga, quæ non cognouisti tempus visitationis tuæ: elapsum tibi est misericordiæ tempus, benignitatis annus, & in innumera incidisti mala, eo quod non cognoueris saluatorem tuum. Sed caueamus nos ne in simile culpam incidamus. Audi Paulum: Fratres ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. **Caue, ne te prætereat hoc visitationis tempus, quod si elapsum fuerit, infinita te manent mala: hoc autem dæmò maxime**

Hebr. 10.

Psalm. 15.

Roma. 13.

Matth. 21.

Esai. 1.

1. Reg. 5.

Esai. 1.

Genes. 49.

1. Cor. 6.

**A**ximè curat. Basilius in homilia exhortatoria ad baptismum ait: Ad te dicit Dominus: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Vt verò te dæmon deludat, ait: Da mihi hodiernum diem, crastinum Deo dabis. Idem cras dicit: & sic te detinet, vt tempus labatur, & omnino intereas. Vidi ego ait Basilius, auis astutæ miram artem. Videt aucupem venientem, dum est cum paruulis pullis in nido: cumque videat pullos ob debilitatè prædè expositos, quia non possunt vno volatu effugere, illa opponit se aucupi, vt spem concipiat facile illam capiendi, vt ille eam persequatur pullis relictis, cumque appropinquat auceps, iterum illa euolat, nec longe discedit, vt spem non deiciat auceps, illam capiendi. Et sic eum detinet, ac deludit, donec videt pullos suos iam lōge abcessisse, licet tenero volatu, quoniam illis locus relictus est ab aucupe, dū matrè insequitur. Et cū pullos securos omnino credit: tunc illa in altum volans omnino elongatur, & deluso aucupe ridet, quod nec illam ceperit, neque pullos. Simile dæmon agit, qui est serpens callidior cunctis animantibus terræ. Vt te deludat, detinet te, morari te facit in peccato spe falsa longi temporis futuri, quæ si in manu tua sint tempora, quæ pater posuit in sua potestate, vt præsens cum perdidideris in æternum doleas. Sed interim mirandum maxime, quam facile iacturam temporis faciamus, ac si tempus nihil esset æstimandum, cum tamen sit immensi valoris. Tunc enim pretiosissima res esse censetur, cum parum illius tantumdem valeat, quantum multum alterius. Ideo pretiosum aurum, quia eius parua quantitate aliorum maximam emere possumus. Vide quanto pretio tempus sit habendum: vno temporis instanti, si bene eo vti noueris, cælum, & vitam æternam mercari potes. Quantum vna hora temporis sit æstimanda, interroga à latrone, qui ea lucratus est cælum. Interroga modo à damnato, quanti æstimaret horam vnam, quæ ei modo concederetur, in qua infinitas posset euadere pœnas. Tu verò contemnis, & perdis, quasi stercus esset vile. Qui stercus domi retinet, considerat, quo tadem illud transportari possit, quia domi impedimento est. Sic considerare soles, qualiter tempus transiges, quo hoc vesperi, vel hoc die ibis, vt tempus contumas, quasi nihil esset. O quam tremendo iudicio à nobis exigenda ratio est deperditi temporis, in quo tantum anima-

Basilius

simile

Matth. 27.

simile

bus no-

bus nostris lucrari possumus: Sic tempus aduocandum in nostri damnationem asserit Ieremias dicens: Vocauit aduersum me tempus. Et ratio est illa, quam Psalmus explicat dicens: Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem tuam. Id est, tempus, quod ad faciendum, ad laborandum in Dei vinea datum nobis est, in eo non solum id non prestiterunt impij, sed eo in superbiam vsi, dissipauerunt legem tuam, dedit ei Deus locum penitentiae, & ipse abutitur eo in superbiam. Aliquando ergo Deus sibi sumet tempus, vt tuum iam non sit, sed Dei.

**Thren. 1.**  
**Psal. 118.**

**Job. 24.**

**Psal. 74.**

**Luc. 17.**

**Greg. Apoc. 10.**

**Ad Gal. 6.**

**Colof. 4.**

**Simile.**

Psalm. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Quomodo iudicabuntur iniustitiae, & temporis perditio, cum & ipsae iudicandae sint iustitiae? Fieri hoc Domine Deus meus potest? Credibile ne est, vt aliquando deneges nobis horam temporis, qui sanguinem non negasti tuum? Vtique hoc nobis eueniet. Luc. 17. Venient dies, quando desiderabitis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis. Interroga hoc ab eo, quem Gregor. narrat clamasse hora mortis inducias vsque mane, nec tamen ei concessae fuerunt. Et Angelus in Apocal. Iurauit per virtutem in saecula saeculorum, quia iam non erit tempus. Quid inde nobis colligendum, si sapienter colligimus, si syllogizamus prudenter? Vtique illud Pauli: Ergo dum tempus habemus, operemur bonum. Optima consequentia! Audi similem, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Sed quid est redimere tempus? Sicut vt captiuum redimas, das numos: sic tempus accipe animae tuae conueniens, licet opus sit emere, & redimere datis numis. Licet ergo negotium aliquod, vel cura temporalium tibi relinquenda sit, quere primum regnum Dei, & iustitiam eius. Secundo redime tempus: tempus enim tibi datum, vt salutem animae consequaris, quasi captiuum est, dum in negotijs saecularibus infumitur. Redime ergo illud, in spiritualibus illud rebus impendens; quoniam dies mali sunt: id est, quia iudicium finale, & mortem expectas, quando videbis, quantum tua interfuerit in spiritualibus exercitijs illud consumpsisse. Vel dies mali sunt, id est, dies vitae nostrae pleni sunt doloribus, & occupationibus, & negotijs saecularibus: & ideo oportet tempus redimi, ab his subtrahi, vt animae tuae consulas.

Duo

**A** Duo praecipua in hac re tibi consideranda sunt. Primum bona, quae operatus es quadraginta annis, & profectus animae tuae, qui tanto annorum spatio a te percurtus est. Si ambulastis sollicitus cum Deo tuo, vno anno haec omnia facere potuisses. Vno anno hanc omnem viam potuisti consicere, ergo triginta noue annos perdidisti. Quam ergo tot annorum ratione reddes, qui ratione redditurus es etiam de minimo verbo otioso. Laborat operarius in vinea, vel domo tua: & considerans eius opus, vides vna hora illud perfici potuisse, vel vno die. Ille vero asserit vnum annum in hoc intendisse. Quid illi esses dicturus? Hoc profectio audis a Deo in simili causa. Secundum valde in hac re considerandum est, quam occasionem e manibus tuis elabi permittis, considera huius Iudaicae gentis opportunitatem, quam habuere, Christo praesente, eiusque praedicante: quomodo potuerunt tam facile bona spiritualia, & aeterna acquirere: iudicem amicum reddere: officijs obligare, & spreuerunt. In simili te versari causa cognosce. Ad ianuam cordis tui pulsat modo Christus: ad portas domus tuae iacet in pauperibus. O si cognouisses tempus visitationis tuae! Sic dicit in iudicio: Hospes eram, & non collegistis me. O tempus opportunum, dies salutis! Stat rex ad ianuam domus tuae, non agnoscis, non aperis. O quantum postea dolebis, cum illud noueris, & opportunitatem tantam a te amissam intellexeris! Venient ergo dies, in quibus desiderabitis vnum diem filij hominis, & non dabitur vobis.

**B** Ideo modo agnosce tempus, vt ere eo, ne tibi dicatur, quod Iudaeorum populo dicit Ieremias. 8. Miluus in caelo cognouit tempus suum, turtur, hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus vero meus non cognouit iudicium Domini. Hoc ergo misericordiae tempore, & opportune venit Ioannes in omnem regionem Iordanis praedicans baptismum penitentiae. Propter penitentiam a Ioanne praedicatam ait Soto in 4. d. 14. q. 2. art. 2. dictum esse a Christo Domino Matth. 11. A diebus Ioannis Baptistae regnum caelorum vni patitur. Quod propter penitentiam dicit, a qua Ioannes coepit praedicationem. Nam reliquae virtutes per viam regiam cum Dei auxilio per adimpletionem mandatorum regnum aperitur, sed penitentia, qua in momento peccata dimittuntur, repete facit ex hoste filium, & heredem, Baptismus

Primus Tom.

E

tismus

rismus iste pœnitentiæ, vel erat Ioannis baptismus licet gratiâ **A**  
 non daret: vel erat Christi baptismus, quem Ioannes prædica-  
 bat, qui gratiam confert. Vnde Gerg. quia baptismum quod  
 peccata solueret, dare non poterat, prædicauit saltē dicens: ille  
 vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne. Cōueniēter vero Deo  
 mundū intrante pœnitentiā prædicatur, vt expulso vno cōtra-  
 rio, regno scilicet peccati, regnū Dei subintraret. *Esa. 57.* Hæc  
 dicit Dominus excelsus, & sublimis habitans, æternum & san-  
 ctum nomen eius, in excelsis, & in sancto habitans, & cum cō-  
 trito, & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium, & viuif-  
 icet cor contritorum. Sic etiam Christus, & omnes Apосто-  
 li prædicant: Pœnitentiā agite, appropinquauit enim reg-  
 num cœlorum. Deo adueniente, & presente continuo indici-  
 tur pœnitētia. Vide hoc in Iob: Nunc autē oculus meus videt  
 te, idcirco ego me reprehendo, & ago pœnitētiā in fauilla, &  
 cinere. Et *Esa. Væ* mihi, quia tacui, & vir pollutus labijs ego  
 sum. Me verò pollutum agnosco, quia Regem Dominum  
 exercituum vidi oculis meis: qui enim videt Deum, continuo  
 agnoscit defectus suos, & pœnitentiā agit. Et hæc est præcla-  
 ra dispositio, vt Deus in anima suscipiatur. Si enim anima cor-  
 ram Deo suo posita se peccato fœdatā, turpemq; cōspiceret,  
 præ verecundia id ferre non posset. Et si animæ in purgatorio  
 igne ardētī daretur optio, vt vsq; ad mundi finem ibi arderet,  
 vel continuo cœlum euolaret, & vno peccato veniali inquina-  
 ta coram Deo appareret: præligeret ardere vsque in mundi  
 finem, vt purgata, & tota pulchra tandem in Dei conspectum  
 veniret, sicut Sponsa, quæ mox oculis Sponsi obijcienda est,  
 vt illi pulcherrima, amabilisque sit. Et si difficillimo, aspero-  
 que remedio posset fœditatem tollere, tolleret. Si ergo Deo  
 tuo vis tota pulchra, decoraque nimis esse, per se in te illud  
*Esaia: Lauamini, mundi estote.* Pœnitentiā te ablue, quæ est  
 fons patens Domui Dauid in ablutionem peccatoris. Si enim  
 coram Assuero nullus apparet in veste vilī, quomodo coram  
 Deo in vilissimis, & pannosis vestibus apparebis? Ideo  
 suscepturi Deum, qui diligitis eum odite malum, & vobis  
 per pœnitentiā abijcite: sic enim eum conuenienter  
 suscipietis.

Sed

**A** Sed quia satis non putat homo Regē suscepturus hospitio,  
 si domum mundet, nisi etiam ornet, ornāda etiam domus no-  
 stra est pijs operibus, virtutumque ornamentis. Sed inquiris:  
 Quomodo pauper domum suam ornabit, vt Regem hospitio  
 suscipiat? Quomodo homo animā suam sic exornare potest,  
 vt infiniti Dei sit apta domus? Respondetur, quæ habes orna-  
 menta, præpara, & vt potes, domum orna tuam: reliquum ve-  
 ro quod tibi deest, nec à te præstare potes, Deus secum addu-  
 cet. Sicut enim Rex quacunque excipiat domo, vel etiam  
 ornatissima, ipse tamen secum defert lectum, & plura alia ad  
 regium cultum pertinentia: ita quanlibet tu orneris, vt Deum  
 suscipias, cum mentis tuæ domum ille intrat, ornamenta se-  
 cum ducit cœlestia, vt digna sit ei domus. Sic legimus de Iu-  
 dith, 10. quæ se mirè composuit, vt placeret Holopherni: sed  
 quia eius ornatus satis non erat, addidit ei Deus splendorem,  
 & decorem.

**B** Orna ergo te pro viribus tuis, Deus nanque tuus in men-  
 tem tuam veniens conferet præcipuum decorem, vt ei pla-  
 ceas. Sicut enim formæ substantiales materias informantes  
 suas, secum ducunt vltimas dispositiones: ad eum modum te  
 Deus disponet gratijs suis. Et sicut virgines intraturæ ad  
 Assuerum ultra cultum muliebrem, quæ ex domo propria quæ-  
 uis secum ducebat, ex triclinio Assueri iterum ornabantur,  
 vnde quidquid ad ornatum pertinens petebant, accipiebant:  
 sic ex Dei triclinio ornabitur anima tua, vt digne eum suscipe-  
 re possis. Pulcherrimam, & appositissimam domum Domino  
 præparasse putauit Salomon. Sed quia adhuc tanto Deo pa-  
 rum hoc erat, impleuit eam nube, & gloria Domini: & sic fuit  
 Deo digna domus. Vide ergo, quæ tu facere potes, & illa præ-  
 sta, aderit tibi Deus reliqua adijciens.

Sed ais? Quomodo parabo domū mentis meæ? *Nume. 11.*  
 Vt Coturnicum conuiuium præbeat Israeli. præcipit, sancti-  
 ficamini. Hoc idem nunc Ioannes clamat. Sicut enim *Nu-  
 me. 10.* duæ tubæ argenteæ factæ sunt, vt vocarent ad bel-  
 lum, & ad conuiuium. Sic grandis hæc tuba Ioannes vocat  
 nos hodie in conuiuium cœleste. Sed qua præparatione? *Iere. 31.*  
 mias respōdet. 31. Sume tibi speculā: pone tibi amaritudines.

E 2

dirige

dirige cor tuum in viam rectam. Primo ergo sume tibi speculam, id est, primum omnium speculatorem te oportet esse: & editum locum ad hoc elige tibi, vt inde speculari possis, vt cōtempleris immensi magnitudinem beneficij, ne fortē tibi dicatur, opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Sed fortē interrogas: Quomodo hoc perficiam? Attende. Venit ex remotissima regione amantissimus tibi: contuō ad eum visendum te confers, & plura ab eo interrogas: Quam longam susceperit viam: quomodo se habeat post tam longū iter: cuius causa illud susceperit: quid impulerit, vt tāto se labori cōmitteret. An nō hęc omnia ab amico perquirerēs? Id ipsum præsta cū Deo è cælo in terram veniēte. Amicus tuus est: inuise illum, interroga, cuius causa è cælo in terrā venierit: quę in terra negotia ei perficienda, & cuius illa negotia, cuius amor eū huc duxerit. Si hęc omnia interrogas, putas ne non respōdebit tibi? Verbū est, licet infans, verba negare nō potest, dicet tibi. Tui causa hoc iter suscepi: propter amorē in te immensum negotia tua peracturus venio. Qui propter nos homines, & propter nostrā salutē descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est, nō propter se, sed propter nos. Si hęc attentē audis, & cōsideras, sine dubio ardebis tanta charitate Dei tui inspecta, implebiturque in te illud Esai. 64. Vtinam dirumperes cælos, & descenderes, & aquę arderent igni. Primum ergo sume tibi hęc speculam. Secundum addit Ieremias: Pone tibi amaritudines. Hoc est, quod prædicat Ioannes baptismum pœnitentię, & facere fructus pœnitentię dignos, qui amari esse debent. Si enim delectatus es Deum offendens, amaricandus es, vt eum places, & quo plus delectatus fuisti in peccatis, es plus accepturus tormenti, & luctus. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctus. Vnde Greg. homilia hodierni euangelij, notandū ait, quod non solū fructus pœnitentię, sed dignos pœnitentię admonet esse faciendos. Quia quisquis illicita nulla commisit, huic iure conceditur, vt licitis vtatur sicque pietatis opera faciat, vt tamen si voluerit ea, quę mundi sunt, non relinquat. At qui illicita admisit, tanto à se licita debet abscindere, quanto se meminit, &

illicita

Esai. 5.  
simile.

Esai. 64.

Apoc. 18.  
Gregor.

illicita perpetrasse. Nec enim par fructus boni operis debet esse eius, qui minus, & eius, qui amplius deliquit. Per hoc ergo, quod dicit: Facite fructus dignos pœnitentię vnus cuiusque conscientia conuenitur, vt tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per pœnitentiã, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam. Hęc Gregorius.

Tertium addit Hieremias: Dirige cor tuū in viã rectã. Quę verba Hierony. teste. 70. verterūt: Sume cor tuū, & dā super humeros tuos. Quid ergo est, super humeros ponere cor? Quod magni ponderis est super humeros ponis. Desideria bona, nec oneri, nec pōderi sunt, sed executio eorū, cum opere completur, hoc pondus est, onus est. Da ergo cor super humeros, id est, comple opere omnia bona tua desideria, licet ibi sint ponderi. Hęc Hieronymus super illum locum. Hoc prædicat Ioannes: Parate viam Domini: rectas facite semitas eius. Quid enim desideria profunt, quę opere non implentur, cū perfici possunt? Num putas propter ea dicendum te virum desideriorum, vt Daniel dicitur: Absit? Nec enim fidendum tibi est in his, quę desideras: sed in his, quę opere impleuisti. Cogitauerat Deus cogitationes pacis, quas modo opere cōplet. cogitastu cogitationes bonas, eas modo opere præsta. Vbi nos legimus Prou. 30. Digni eius apprehenderūt fufum, alij legunt: innixa est super fufum. Sed quomodo potest mulier fuso inniti. An non ad hoc opus melius deseruiret colus. Neuti quam: quia in hac illud est, quod elaboratū non est: in fuso verò est, quod elaboratum est. Namq; factum vile filum est. Nō enim inniti debes, nec fidere in his, quę non egisti, dicēs. Postea pœnitentiã agam, in testamento restituiam, sed in his potius quę à te iam peracta sunt.

Vox clamantis in deserto. Sed in quo deserto clamat. Vtique peccator desertū est: est enim sine Deo. Ecce relinquetur domus vstra deserta, quia ego recedam, & abibo. Anima peccatoris quasi eremus, bonum semen non recipit diuini verbi, nec aratrum patitur, quo durities cordis eius auferatur: & sic desertum est aliud, non germinans quam spinas, & tribulos. Per agrum stulti transiui, & ecce totum repleuerat spinę, quia

Primus Tom.

E 3

Præterea,

Hieron.

Prou. 30

Matth. 23

Prou. 4

*Esai. 34.* Præterea, sicut in deserto sunt venenata, & fera animalia, sic de impij anima dicitur *Esai. 34.* Desolabitur in sæcula sæculorum: non erit transiens per eam, & possidebunt eam onocrotalus, & ericius, & ibis: & coruus habitabunt in ea. Et orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ; & paliurus, & erit cubile draconum, & pascua struthionum. Occurrent dæmonia, onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum: quia vnum peccatum alterum post se trahit. Sicut in deserto, si aliqui nascuntur fructus, sunt insipidi, & agrestes ad manducandum non apti: talia peccatorum opera etiam bona, inutilia opera eorum, quia nullius meriti, hoc profecto mirum, quod cum omnes horreant desertum huius mundi, Deus tamen non horret, sed semper in eo clamat. *B* Elongaris tu à Deo, Deus verò elongari non vult, sed ad te vociferatur. Tu eum fugis: ille te quærit: cum ille sit à te maximè offensus, ea quæ pacis sunt, rogat: & hoc clamore grandis.

*Sap. 2.* Sapientia foris clamat, in plateis dat vocem suam. Vtique quo paruuli diligitis infantiam? Attende, quod quotidie Dei voces audis clamantis ad te, vt in eius redeas amicitiam, & Deum te. Summam dignationem mirare. Non enim visus est, in terra Rex, qui à ministro despectus eius contempta amicitia: ille tamen sequatur illum magna voce, & clamore rogans, ne se deferat, ne eius amicitiam spernat. Hoc ergo, quod nullus Regum terræ vnquam fecit, Rex ille æternus tibi præstat. Sed inquiris, quæ sint hæ voces, quibus ad me clamat? Multæ vtique.

*Sip. 16.* Primo beneficijs naturalibus, quibus te cumulat, vt vel saltem carbones congerens super caput tuum te vincat. Dignus eras æterno supplicio, recipis verò à Deo substantiam, honorem, vitam, vt dicas: Loco iræ, quam merui, innumera bona à Deo accipio. O quam bonus, & suavis est Spiritus tuus in omnibus: & ideo eos, qui exerrant, corripis, & admones, vt relicta malitia ad te conuertantur. Sed multi furdi his vocibus sunt, quos arguit Hieremias. 5. Populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans, recesserunt, & abierunt, & non dixerunt in corde suo, metuemus Do-

minum

*A* minum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & ferotinam in tempore suo, plenitudinem annuæ mæsis custodientem nobis. Quia in re duriores sumus, & ferociores tygribus, & Leonibus, qui eum sequuntur, & ei obtemperant, à quo pascuntur: tu verò quo plura à Deo quotidie recipis, eo durior, & insolentior, verè surdas es, qui voces tantas non audis. Clamat enim hoc cælum, clamat omnis creatura: En ego tibi inseruio, Deo iubente, vt tu Deo obtemperes. Quomodo tot vocibus non moueris?

*Matth. 10.* Loquitur secundò Deus: & clamat in prædicatoribus. Non enim vos estis: qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Hinc Paulus, *Pau. Thef. 2.* Gratias agimus Deo: quia cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, non accepistis illud vt verbum hominum, sed sicut vere est verbum Dei. Et sic abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. Abyssus misericordiæ abyssum miseræ in voce prædicantium: qui nubes sunt in alto Ecclesiæ constitutæ, vt doctrina sua Ecclesiam irrigent. Concrestat in pluuiam doctrina mea. Hac voce mundus conuersus est: ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi. *Roma. 10.* Cuius vocis tantà antiquitus auditas fuit, vt se inuicem prouocarent dicentes; Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: docebit nos vias suas. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Sed iam despicitur vox hæc, eamque peccatores fugiunt. *Esai. 2.* *Psal. 118.*

*C* Huiusmodi vox Ioannis fuit: de qua *Psal. 28.* Vox Domini super aquas multas, Deus maiestatis in tonuit: quia iuxta Iordanem Ioannes prædicauit: vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini præparantis ceruos ad cursum vitæ rectæ, & reuelabit condensa, id est, opaca, digito demonstrans Deum, scilicet in humanitate inclusum. Antequam homo peccaret, non clamauit Deus: sed loquebatur dicēs: Fiat lux, &c. Sed post peccatū statim clamat. Sic clamat ad Adā dicens: Vbi es? Et modo vox clamantis: & ipse etiam hæc dicens clamabat, quia perditum semen dicebat. *Genes. 3.*

Grande malum peccatum est, quod Deum clamare com-  
pellit. Elongatus est à Deo peccator: clamat ergo Deus quasi  
à longinquo vocans: accedamus ergo supplices, &c.

## In Vigilia Natiuitatis Dñi.

*Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum.*

Matth. 1.



**H**ABITAVIT Deus inter homines  
in vmbra legis scriptæ triplici inhabitato-  
culo. Primo in tabernaculis, & tentorijs.  
Tertio in magnifico illo Salomonis templo.  
Sed inter hæc intercessit parum temporis,  
in quo habitavit in regia David. 1. Cor. 10. Omnia in figura  
contingebant illis, ait Paul. Signifi-

catum ergo est primum Deum inter homines habitasse in tabernaculis, id est, in Prophetis, & figuris legis. Et sicut domo ædificata tentorium describitur: sic dicitur Esai. 1. relinquetur filia Sion sicut vmbra culum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Postea verò inter homines habitavit in magnifico illo templo corporis sui, de quo ait: Soluite tēplum hoc: Ioan. 2. Inter hæc tēpora fuit aliud foelicissimū, et maximè, cui tanta erat seruata foelicitas, in quo habitavit in regia David, id est, in Virginis sanctissimæ visceribus, quod tempus his diebus celebramus. Est hodie lætissima Maria similis auroræ iā iā parituræ solem: nec villo grauaturo dolore, quia licet pariat filium, sed talem, qui verbum est patris. Vnde Cōcilium Ephesinum ait: Sicut verbum ab intellectu producit sine corruptione, & dolore, imò maxima sui perfectione, & integritate: sic peperit Maria verbum patris. Ad eam accedamus, &c.

Hodierna die lætissimum vobis nuntium damus: quia mane videbitis gloriam Domini. De quo nuntio, in figura scri-

ptum

**A**ptum est. 4. Reg. 7. Hæc dies boni nuntij est: si tacuerimus, sceleris arguemur. Sed quæ dies hæc, De ea dixit Eliseus: Hæc dicit Dominus in tempore hæc: Cras modius similia vno statere erit, & duo modij hordei statere vno in porta Samaria. Cras enim venit ad nos panis de cælo, viuis ad Bethlehem domum panis, vt famelicum mundum satiet, repleatque bonis. Quis silebit tam desideratum, & præclarum nuntium? Quomodo tacebit lingua carnis Deum pro carne carnem factum. Et si nobiscum Deus factus Emanuel noster, quid iam nobis desiderari potest? Quid ei deficere potest, cuius Deus est? Tante in hoc nobis diuitia, tanta bona sunt: vt si Angeli nos zelare, nobisque possent inuidere. De hac soluturæ, celo, inuidia que mouerentur. Et Bernardus, & alij dicunt hanc fuisse Luciferi inuidiam, qua affectus est, quia reuelatione diuina intelligens Deum naturam, creatam assumpturum in suppositiuitate, induturum que vestem peregrinam, voluit eum indui Angelico serico, non humana veste vili, & pannosa: eum tamē nusquam Angelos apprehenderit, sed semen Abraham, videns que se humiliandum homini illi, eumque adoraturum (quoniam Pater ait Hebr. 1. Et adorent eum omnes Angeli eius) noluit ei humilari: inuidit que tantam humanam naturæ felicitatem, & Deus qui humilia respicit in cælo, & in terra, eum cælo vt fulgur deiecit: Hoc ergo nuntium hominibus præclarum, quod per antonomasiam dicitur Euangelium, id est, bonum nuntium, si tacuerimus, ait, sceleris arguemur. Sed alia ex parte audaciæ singularis, ac temeritatis esse videntur de tantæ re loqui. Psal. 86. Nunquid Sion dicet, homo, & homo hatus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus? Ibi Sio est in datiuo, vt ostendit littera, amet, illi adiuncta, qui est articulus datiu casus. Vnde Hieronymus vertit: Nunquid ad Sion dicet homo. Dicit ergo Psal. Nunquid homo aliquis audebit dicere ad Sion tale nuntium, quale est, quod Altissimus, qui eam fundauit, nascetur in ea homo factus? Et impossibile putans hominem tale dare nuntium ecclesiæ, ait Dominus Narrauit in scripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea: id est, Deus ipse hoc nuntium dedit in scripturis sanctis.

Fuit hoc nuntium mundo omnibus votis desideratissimū

E 5 sicut

4. Reg. 7.

Bernard.

Ad Hebr. 2.  
Hebr.

Psal. 137.

Psal. 86.

Hiero.

11. ad 11.

Gen. 8.

sicut captiuis redemptio, infirmis salus. Unde loquitur Ecclesia Cant. 8. Quis det te fratrem meum suggestentem vbera matris meae, ut inueniam te foris, & deosculer te: & iam nemo me despiciat: O quis det te Deum meum fieri fratrem meum. ut sis primogenitus in multis fratribus! An parum tibi videtur fratrem te Regis fieri. Quid quod frater Dei sis? Quis ergo te videat fratrem meum suggestentem Virginis vbera? Nemo tunc me despiceret. Cum enim omnis creatura adoret, & genuflectat humanitati Christi, quis nos despiciet? Non pater, qui nos videt filij fratres: nec filius, qui dicit. Vade ad fratres meos: Non Angeli: qui licet ante se adorari ab omnibus permitterent: sed ex quo Deus factus homo est, dicunt: Noli me adorare, conseruus tuus sum.

Apo. 19.

Hoc idem erat desiderium Dauid summis votis petentis: O quis mihi daret aquam de cisterna, quae est in Bethlehem. Hanc enim desiderabat aquam, quae à Christo fonte patente domui Dauid colligitur, quam quia à ducibus non accepit, quam attulerant, non bibit. Videns Iob. 9. vitæ suae terminum appropinquare, nec tamen ab eo videri hoc eximium bonum, ait; Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum: pertransierunt quasi naues poma portantes. Operit vultus nostros confusio, si consideremus, quanta dulcedine, quo desiderio sancti loquuti sunt de diebus, quibus nos fruimur, quos tamen nil curamus.

O (ait Iob) si tam scelix forem ego, ut viderem desiderium mundi. Sed fugerunt dies mei, & non viderunt bonum. Fuerunt ut naues poma portantes, quae fructum deferunt, quem non gustant: solum odore fructus flagrant. Quibus similes fuere Prophetæ, qui nuntiarunt mundo Christum: Sed eum non viderunt, solum odorem eius senserunt. De quo Isaac ad Iacob, in quo Christum suboluit: Ecce odor filij mei, quasi odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Attigit eius nares Christi odor, qui fuit ager plenus gratijs, de cuius plenitudine omnes accepimus, Hebr. 11. Iuxta fidem defuncti sunt omnes: non acceptis repromissionibus, sed à lon-

ge eas

Age eas aspicientes, & salutantes. Similes, facti nauigantibus, qui per dies multos terram non vident, eam autem maxime expetunt, cumque ad malum conscendentes eam à longe vident, salutant eam etiam capite detecto. Et hac de causa tam sollicitè patres curarunt sepeliri in terra Israel: ut qui videre Christum non poterant, saltem ab eo calcarentur. Sic Pater fide Ioseph mandauit de osibus suis, id est, fide Christi in terram illam venturi. Hoc nuntio, & hac spe consolatus est Deus multo annis multis, ut desperatione non rueret. Hoc primùm Adæ reuelauit, ne omnino desperaret. Cùm enim ille summo suo ingenio esset, & cōsideraret bona, quae amiserat, mala, in quae inciderat, & in quae vniuersum genus hominū immiserat, an non animo caderet? Sed Deus dū etiam se iratum illi ostēdit, & cōtra eum sententiā tulit, simul mali remedium ei manifestauit dicens semen mulieris futurum, quod noxiæ seminis caput cōtereret, illumque & eius posteritatem à dæmonis erueret potestate. Ad eumque modum se Deus cum eo habuit, ac se habet pater cum vniuerso filio, cui iratus aliquando est, ei malum precatur, de domo eicit, non se eum visurum promittit, de eo audire non vult. Sed inter hanc omnem iram, ac indignationem cubiculo inclusus suo testamentū conficit, in quo primum, filium vniuersorum bonorum hæredem instituit. Considera Deum Adæ iratum eum è paradiso eicientem, maledicentem terræ eius, ei que minantem. Considera simul in veteri isto testamento, quod manu sua tunc conficit Deus, quomodo eum hæredem omnium instituat: infinita promittat bona. Primo dat illi tunicam pelliceam, ut eius nuditas operiatur. Quid Domine curas eius nuditatem, quem inimicum appellas? Quid mirum? Pater est, & quasi filium Adam curat: & in ea veste figurata est vestis, quæ nuditatem nostram erat opertura: de qua Paulus. Induimini Dominum nostrum Iesum Christum.

Deinde ad eum loquitur ironia, sed mysterijs plena. Ecce Adæ, quasi vnus ex nobis factus est: significas vnā ex diuinis personis, aliquando vestiendā esse simili veste, qua Adæ indutus erat. Postea in serpentis maledictione manifestè ostendit su-

Hebr. 11.

2. Tim. 3.  
1. Tim. 6.

Simile. 11.

Gene. 3.

Ad Rom. 13.

dit futurum semen ipsi Adæ quod caput serpentis cotereret, **A** hominemque eriperet de eius potestate. En ergo Deum nunc maledicentem Adamum, quasi inimicum: continuo verò tanquam patrem eum curantem, ac bona omnia promittentem.

Id ipsum etiam Noë ostendit in arcu; Abrahæ manifestè reuelauit, qui idèò dicitur Christi diem vidisse. Moysi apertius dictum est: & sic omnibus id Prophetis reuelatum, qui mundo illud prædicauerunt. Omnes Prophetæ annuntiauerunt dies istos; & propter mysterij huius apertorem in dies cognitionem dicitur Cant. 6. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora. confurgens, pulchra, vt luna, electa vt sol? Quibus verbis triplex Ecclesiæ status ostenditur, naturæ, legis, gratiæ. Naturæ status aurora dicitur: in quo parum erat lucis, propter solis distantiam: ita tunc mysteriū hoc obscurius reuelatum fuit. Lex luna fuit clariore luce hoc ostendens mysteriū: Hebr. 11. Fide Moyses grandis factus, negauit se filium filia Pharaonis, eligens magis affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias estimas improprium Christi Thesaurum Aegyptiorum: Prophetis etiam omnibus hoc mysterium clarius reuelatum est, & per eos mundo annuntiatum; vt cum veniret in mundum, crederetur inter eos vsus, ad quos luna, & stellæ in cælo firmatae sunt. Ille prior est: quod si exigua illa, ac temperata luce non vteremur, procederemus ab obscurissima nocte in lucidissimum diem, nec sustinere possemus solis lumen, vt cum ex maximis tenebris in lucidissimam procedis solis lucem. Hac eadem ratione mundo per Prophetas annuntiatus est Christi aduentus, vt veniens credibilis nobis esset. Sed gratiæ tempus iam sol est, omnia iam manifesta sunt. Pariet filium cras, quem vocabis Iesum. Quid hac luce clarius? Verè electa vt sol, Ecclesiæ dicit.

Sed tanto, ac tam felici nobis proposito nuntio operæ pretium est, vt illud nos Deum oremus, quod Iud. 13. orauit Manue Dominum dicens: Obsecro Domine, vt vir Dei, quem misisti, veniat iterum, & doceat nos, quid debeamus facere de puero, qui nasciturus est. Apparuerat Angelus Domini eius vxori,

**A** vxori, & dixerat, quid faciendū esset de puero Sampson, qui nasciturus erat. Non hoc contentus est Manue, sed petit, vt iterum appareat, & iterum dicat. Quo ostenditur, quanta nos debet vrgere cura, & sollicitudo, quid agere debeamus cum puero, qui modo nobis nasciturus est, & vt hoc doceremur, Angelus nobis esset optandus: maius enim negotium hoc est, quam quod Manue perurgebat. Vnde ad Christi natalem non vnus Angelus, sed militia vniuersa cæli descendit. Grandis ergo res, & omnino scitu digna.

Sampsonem figuram Christi gessisse, qui brachium est, & potentia patris, omnibus est manifestum. Sicut ille à Dalila, quæ dilexit traditus in mortem: sic Christus à Synagoga. Quid ergo faciendum puero huic, qui nasciturus est? Si de figura tantā habita cura est, de eo, quod per eam figuratū est non habenda maxima? His solum orietur Christus, qui hac anxij cura se præparauerunt ad eius natiuitatem. Mala. 4. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. Sed qua ratione solis iustis Christus oritur, cum ipse dicat: Qui solem suum facit oriri super bonos, & malos. Vtique hoc de materiali sole accipiendum est: sol enim iustitiæ solis timentibus Deum oritur. Infelix homo, cui Christus non nascitur, sed aliquando dicturus est: Sol iustitiæ non ortus est nobis. Sapient. 5. Maledictio hæc impiorum est. Iob. 3. Expectet solem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ. Qui enim terrenis occupatus festis, & comestationibus his diebus vacans, hunc solem non considerat, eius bonis non fruatur. Ad quem Esai. 5. Tibia, & tympanum, & lyra in conuiujs vestris, & opus Domini non respicitis: nec opera manuum eius consideratis. Quæ putas opera esse manuum Dei, nisi opera redemptionis? Opera enim creationis, etiam Angelorum, opera fuerunt linguæ Dei: verbo enim eius omnia facta, sed opus redemptionis opus est magnum Dei. Vide, quomodo descendat hoc opus perfecturus, in quo sudabit, lacrymabitur, & morietur. Hoc ergo opus maximè nobis est inspiciendū. De hoc enim opere scriptū est. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis Iosue. 3. Sanctificamini, cras enim faciet Dñs inter vos mirabilia. Et quæ illa mirabilia? Quod arca transiret Iordanem.

Genes. 8.

Ioan. 10.

Hebr. 11.

Iud. 13.

Luc. 2.

Mala. 4.

Matth. 5.

Sap. 5.

Iob. 3.

Esai. 5.

Psalm. 138.

Ios. 3.



Jordanem. Sanctificemur ergo, cras enim faciet Dominus A  
alia mirabilia, quæ obliuione antiqua omnia obruant: pro-  
cedit enim arca Dei, Maria in Bethlehem, in qua sunt om-  
nes Thesauri scientiæ Dei. En arca ista in via est: arca Dei  
in papilionibus, & ego domi manebo: ei non est locus in  
diuersorio, & nobis deliciæ parantur. Eamus ergo cum  
illa in Bethlehem, vbi est Rachel partui proxima, vt fi-  
lium pariat: dexteræ simus cum ea, vt nobis oriatur dexteræ  
filius.

3. Rég. 11.

Thob. 1.

His ergo diebus primum tibi peragendum est illud Tho-  
bię. 1. cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam  
fecerat Rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium, &  
pergebat in Hierusalem ad templum Domini, & ibi adora- B  
bat Dominum Deum Israel. Cum ergo alij ad ludos, ad  
comestiones, & similia perrexerint, quæ sunt vituli, quos  
dæmon proponit, vt deseramus Deum Israel: tu fuge ho-  
rum consortia, & ascende ad Dominum, Inuise venien-  
tem Christum consideratione tua, lectione pia, pauperum  
subuentione.

2. Rég. 20.

Quod si dixerint socij tui: Vbi est ille? iam responsum  
huius in diuina scriptura tibi præsto est. 1. Rég. 20. Calendæ  
erant, contiuuiumque Regis Saul. Et cum omnes principes  
viri mensæ Regis adessent, vacuus apparuit locus David.  
Et interrogauit Saul: Vbi est ille? Cui Ionathas, rogauit me  
obnixè, vt iret in Bethlehem. Et ait, Dimitte me quoniam C  
sacrificium solenne est in ciuitate mea: vnus de fratribus meis  
accerfuit me: ob hanc causam non venit ad mensam Re-  
gis. An non optima tibi responsio, cum his diebus separatus  
ab alijs solus in cubiculo tuo fueris? An non modo tempus  
est, vt nos transeamus cum pastoribus in Bethlehem? Tam  
dignum est illuc homines properare, vt omnes etiam Ange-  
li eo descenderunt his diebus, vt Paulo testante cognoscimus  
ad Hebr. 1. Cum introduceret primogenitum in orbem  
terræ, dixit: Adorent eum omnes Angeli Dei. Transeamus  
ergo & nos in Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod fa-  
ctum est: Contemplemur diuinam in nos dignationem. Vnus  
ex fratribus meis accerfuit me: Christus Dominus primoge-  
nitus

Luc. 2.

Hebr. 1.

A nitus meus me illò vocat: propter me enim ascendit: ideo ad ef-  
se non possum vestris nenijs. Primum ergo, quod puero nasci  
tura facturys es hoc sit, vt ei assistas, eū cõtemperis, ei gratias  
agas: quoniã venit. Et hoc est, quod Angeli pastoribus dicunt,  
vt puero nato faciant: Ite in Bethlehem, & hoc vobis signũ, in  
uenietis infantem, &c. & Regibus idem dicitur à stella, & He-  
rode: Ite in Bethlehem, & interrogate diligenter de puero.

Luc. 2. 10. 1

Secundum verò, quod huic puero facere debemus, est, illũ  
in cordibus nostris reponere, vt ibi sit ei habitaculum conue-  
niens, vt vnus cum eo simus, qui propter nos vnus nobiscũ  
factus est. Plato ait: Amor ita vnit arantes, vt desiderent vnũ  
fieri. Sed quia si hoc fieret, deberet vnus, aut ambo corrumpi,  
facit saltem vnionem, quam sine corruptione potest, vt vnus  
sint intellectu, voluntate, & conuictu. Deus infinito amore  
hominem diligens cum eo vniri desiderans, cum non sit ei in  
possibile omne verbum, omnia quæcunque voluit, fecit, & sic  
potuit homini vniri, vt Deus fieret homo, & homo Deus.  
Deus & homo vnus est Christus, & tali id arte fecit, vt neuter  
corruptus sit: nec verò naturæ confusæ, nec personæ, diuersæ,  
sed vnica personæ, Deus, & homo est. Ecce quomodo in Deo  
amor fecit, quæcunque voluit, & desiderauit. Fecit in super  
amor ecstasim, vt Dionys. dicit: effert enim amantem extra  
se in amatum. An non extra se, & in nobis Christus, qui exiit  
à patre, & venit in mundum? Sed quomodo nos tanto respon-  
debimus amoris? An non desiderabimus in Deum mutari, &  
vnus spiritus eū eo fieri? Ecce apparuit bonitas, & benignitas  
infinita, quã ames: apparuerat ante maiestas, quã timeres, nũc  
bonitas, quã ames. Irriserat Deus Adã: Ecce quasi vnus ex no-  
bis factus es. Impossibile attetasti, vt fieres quasi vnus ex nobis  
sed ego fiam quasi tu factus verus homo. Quid ergo est modo  
Bethlehẽ, nisi fornax septuplum accensa vbi rubus ardēs, vbi  
Deus amore infinito flagrare conspicitur. Ingredere hunc  
ignem, quia ignem venit mittere in terram, & quid vult, ni-  
si vt accendatur? Fieri ne potest inter tot igneos globos te ef-  
se, nec accendi? Vere qui non amat Dominum Iesum, ana-  
thema sit, sciamare pigebat, saltem redamare non pigeat.

Pat. in Thob.

Luc. 2.

Atha in sym-  
bolo.

Dionys.

Gen. 3.

Exod. 3.

Luc. 22.

Nota

1. Cor. 16.

Nota vero Paulum, qui nihil sciebat præter Christum, A tripliciter de nostra cum eo societate loqui aliquando dixit in Christo, aliquando cum Christo, aliquando per Christum.

Primo in Christo sumus, vt membra in corpore, vt palmes in vite, à qua recipit, vt fructum det: à Christo enim omne bonum nostrum, sine quo nihil possumus facere. Omnis inspiratio à Christo in te prouenit, & omnis gratia: nec eam parui facias, quia quod tibi facile conceditur, Christo non facile concessum est, sed per multas lachrymas, & sanguinem: Esto ergo in Christo: sed qui dicit se in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.

Machar.  
Hom. 31.  
Gene.

Secundo cum Christo tanquam eius socij simus. Socius B fuit Deus itineris mei, ait Iacob, ideo diues reuertor. Simus ergo socij Christo Domino, qui ad hoc descendit, vt nos comitetur in via, sicut Raphael Thobiam. Machar. Hom. 31. Sicut paruulus si nudus est, si vulnere affligitur, nihil potest, nihil nouit nisi matrem adire: sic nos semper cum Christo simus, eum adæmus in omnibus, quia non sumus sufficientes aliquid boni, vel cogitare ex nobis. Sed quomodo ei erimus socij? Respondetur maximum illud verbum Pauli: Exinaniuit semetipsum non solum homo factus, sed cum nascitur in præsepi, cum circumciditur, cum moritur: in omnibus se exinaniuit, tu in omnibus inflaris, ergo exinani te, & cum eo eris.

Paul.

Tertio per Christum, quia per eum omnia dedit nobis pater, iam enim non dicemus, memento Abraham, Isaac, & Iacob, sed, respice infantem Christi tui, & per Christum Dominum nostrum. Ei ergo vniamur, & ad hæreamus, vt membra capiti, vt eius socij à quo omnia nobis bona, & per quem omne bonum ad nos è patre descendunt.

Quod huic puero nascituro facere debemus, est, domum nostræ mentis ei præparare, vt in ea nascatur, & habitet: nec anim fugiet nos, licet stabula fuerimus, bestiarum habitacula, qui

4. Reg. 4.

A qui natus in præsepio est. Sed quo modo in mente nostra congruam ei habitationem construemus? Facilius quod Sunnamitis 4. Regum. 4. Quæ ait ad virum suum: Animaduerto, quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter.

Faciamus ergo ei cœnaculū paruulū, & ponamus ei in eo lectulū, & mēsam, & sellā & cadelabrū, vt cū venerit ad nos, maneat ibi. Primum ait, animaduerto, considero, quod ante non considerabam. Nobis ergo animaduertendum nunc est, quis, quantumque sit, qui ingreditur ad nos; quia hoc non aduertimus, licet frequenter transeat per nos in Eucharistia, Natiuitate & c. non eum hospitio digno recipimus. Videte ergo quantum sit iste, qui ingreditur: expectantes simus beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi.

B Quia mulier hæc non aduerterat, nõ susceperat Heliseum digno hospitio, vnde ille pertransibat nihil fructus ei relinquens. Modo aduertens excipit, vt debet, & ei conceditur animæ sue desiderium, scilicet, filius, quæ carebat. Hæc ergo æstimatio, & digna ponderatio Dei, quem recipimus initium est dispositionis, quæ disponendi sumus, vt eum debite suscipiamus. Transit Rex per diuersorium habitu mutato, nec cognoscitur, nec vt decet, tractatur, nil magnum hospiti relinquit, vel donat: si vero aliquando ab hospite agnoscatur, excipiturque humanissime, confert in eum maximū beneficium. Agnosce ergo, quia Deus tuus est, qui transit, magnus Dominus, & laudabilis nimis, Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam, sci-

simile.

C licet, Sion; quando, scilicet, assumpta humanitate in domibus nostris veritatus nos ad se beneuolè traxit, tunc in domibus cognoscendus est. Agnosce ergo eum, & dic cum Sunnamite: Animaduerto. Nonne aliquando tibi contigit multo tempore lacram synaxim? Ne fructu percepisse, & postea semel profundè considerasti, quantum sit Deus, quem in te excipis, & tali eum amore, ac reuerentia suscipis, vt plus ea vice proficias, quam profeceris centies communicans? Quid hoc? Accidit tibi, quod Sunnamiti dicenti: Animaduerto. Agnouisti Regem, & vt decet, excepisti, & maximas ab eo gratias accepisti.

Psalm. 49.

Exod. 3.

Orig.

Ioan. 4.

FACIAMVS ergo ei cœnaculum; ædificemus cubiculū nō A  
uum, nouus ille homo est, noua quærit omnia, pete ergo ab eo  
cor nouum, & spiritum nouum. Cor mundum crea in me  
Deus, id est, denuo fac. Ideò, vt accedat ad eum Moyses, audit:  
Solue calceamentum de pedibus tuis. Dicunt Hebræi ex his,  
quæ Moyses eduxerat de AEGYPTO, sola ei calceamenta resta-  
bant, quæ ideò ei relinquenda sunt, vt ad Deum accedat, cœle-  
sti enim Adamo omnia in nobis debent esse cœlestia, terrenū  
nihil. Orig. hom. 13. in Genesim explicans puteos Isaac, quos  
Philistiim terra repleuerant, ait, si locum Dei requiris, cor mū-  
dum est locus eius. In hoc namque loco habitaturum se dicit,  
cum propheta ait: Habitabo in eis, & inambulabo, & ipsi erunt B  
mihi populus, & ego ero illis Deus, dicit Dñs. Vide ergo,  
quia in cuiusque nostrum anima est puteus aquæ viuæ. Est qui-  
dam cœlestis sensus, & imago Dei latens hunc puteum Philis-  
tæi, id est, aduersæ potestates repleuerunt terra. Quali ter-  
ra? Carnalibus sensibus, & terrenis cogitationibus, & propte-  
rèa portauimus imaginem terreni. Sed nunc, quoniam venit  
noster Isaac, suscipiamus eius aduentum, & fodiam puteos  
nostros, & abijciamus ab eis terram, purgemus eos ab omnibus  
fordibus, & à cunctis cogitationibus luteis, & inueniemus in  
eis aquam viuam, de qua dicit: Qui credit in me, flumina de vē-  
tre eius fluent aquæ viuæ. Vide liberalitatem Domini in aduē-  
tu suo, pro exili vena dabit intra nos flumina. Ergo hæc bona  
queramus, quia intra nos regnum Dei est. Non exterius, sed in C  
domo propria inuenit mulier illa dragmam, quam perdiderat,  
postquam accendit lucernam, & mundauit domum fordibus,  
quas lōgi temporis ignauia congesserat. Posuit Deus in te ima-  
ginem suam, & tali arte, vt obscurari possit, deseri non possit.  
Sed fordibus repleta anima tua, obscuratur hæc imago, aqua  
putei non manat. Induxisti super imaginem Dei aliam ima-  
ginem terreni, cum te libido fuscauerit, induxisti vñum co-  
lorem terrenum, si auaritiæ studeas, miscuisti alium, si ira  
corripis alium, & sic in te terrenam depingis imaginem.  
Ora ergo illum, qui per prophetam ait: Ecce ego deleo sicut  
nubem iniquitates tuas, & sicut caliginem peccata tua, vt de-  
leat terrenos colores tuos, quos cū delenerit, apparebit in te  
Dei

A Dei imago. Hæc Origenes vbi supra. Prima ergo præparatio  
tibi sit: omne vetus dissolue ædificium, omnem terram abs-  
te projice, mundans Dei templum, & omnem immunditiam  
inde eijce, sicut Ezechias fecit, hæc enim impedit Dei in te ple-  
num aduentum.

SECVNDO hoc cœnaculum sit paruum, quia soli paratur  
Eliseo. Sic cor tuum præpara, vt soli Deo illud serues, nec e-  
nim Deum, & mundum simul capere potest. Sella vna sit cordi  
tuo, quæ Deus infideat, licet enim plura alia in cor tuum se in-  
gerant, non verò inquieto sedeant, da operā, vt statim, inde egre-  
diantur. Vnus lectulus paruus, scilicet, in quo solus Deus qui-  
escat, quia coangustatum est stratum, ita, vt alter decadat.

B Quam solus Deus esse vult in hominis corde! Ideoque illud  
tot verbis explicat. Vnum, ait, cubiculum, vna mensa, vna sel-  
la, vnus lectus. Hinc ille ait: Videte, quod ego sim solus, &  
non sit alius Deus præter me. De his, qui solum Deum in cor-  
de retinuerūt, ait Paulus. 2. Corint. 8. loquens de Macedoni-  
bus, Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simpli-  
citatatis eorum. Altissima dicitur paupertas, nam contemnens  
diuitias, altus est, vt ibi dicit glossa. Abundauit verò in diui-  
tias simplicitatis, quia cor eorum simplex erat solum ad  
Deum tendens, omnia reliqua despiciens, ex quo ditissimi er-  
rant, nihil habentes, & omnia in Deo possidentes. Vis gran-  
dis: & altus esse, nil tibi sit altum, & grande, nisi Deus: nil nisi  
illum ames, & concupiscas. Quæ simplicitas significatur in eo,  
quod omnia quæ ponuntur Eliseo vnum sunt, cœnaculum v-  
num, mensa vna, sella vna, candelabrum vnum, quia vnum est  
necessarium. Dic ergo in corde tuo cum Psalm. Quid mihi est  
in cœlo, & à te quid volui super terram? Deus cordis mei, spes  
mea Deus in æternum.

SED etiam ponamus mensam, & candelabrum, quæ etiam  
in tabernaculo esse Deus præcipit. Leuic. 23. De qua re Orig.  
homil. 13. in Leuit. præcipit afferri oleum mundam à populo,  
& à sacerdote incendi lucernam. Lux illius populi nō sol erat,  
quia Christus nondum venerat, ergo lucerna erat, quia in no-  
cte erant, & sicut lucerna solum in domo lucet, non est enim  
vniuersalis lux, vt sol, sic tunc notus in Iudæa Deus: sed  
Christo

Esa. 28.

2. Cor. 8.

Luc. 10.

Psalm. 72.

Leui. 23.  
Orig.

Psalm. 72.

Christo veniente sol ortus est nobis ad omnem hominem illum  
 mainandum. Dum ergo populus ille oleum habuit misericor-  
 diae, lucernam habuit, deficiente oleo deficit lux eius, lex, &  
 prophetia. Sed ais: Mihi oleum necessarium non erit, imò plus  
 quam illis. An non stultae virgines dicuntur, quod oleo careat.  
 Job ait: Quando lucebat lucerna eius super caput meum. Splē-  
 det omnibus nobis lucerna haec, quando oleo bonorum operum fue-  
 rit accensa; cum vero deficiunt opera bona, extinguitur lucer-  
 na, & sic in tenebris ambulamus, ut Ioannes dicit. Ideò habere  
 lucernas ardentis in manibus iubemur, & cum illis Dominum  
 expectare nostrum. Cum attuleris hoc oleum, eris oliua fructi-  
 fera in domo Dei. Hoc vero oleum ex oliua esse debet, non ex  
 alijs feminibus, ut alicubi fit oleum, quia omnia opera nostra  
 in pace, & charitate fratrum facienda sunt, ut Deo placeant.  
 Sic Iacob. 3. Fructus autem iustitiae in pace feminatur: ideò co-  
 cinunt nunc Angeli in terra; Pax hominibus. Optima disposi-  
 tio, ut Christus suscipiatur, vnitas pacis, & charitatis. Ideò in-  
 gressurus mundum totum orbem pace voluit disponi, quia ve-  
 nit ille, ut faciat vtraque vnum, & pacificare siue quae in caelis,  
 siue quae in terris sunt. Vbi ergo sunt fratres congregati in  
 vnum, ibi nascitur, ibi sum in medio eorum. Quando ergo di-  
 xeris: lucerna pedibus meis, verbum tuum, quando aliam lucē  
 non habes, qua dirigas gressus tuos, nisi Dei legem, quando  
 operibus charitatis hanc lucem nutrieris, candelabrum ap-  
 posuisti Eliseo.

HAEC etiam ardens lucerna est feruens desiderium, quo  
 Christi in te aduentum exoptas, eiusque flagras desiderio, cum  
 ardentissime desideras, ut in te nascatur, & ad te veniat, quae  
 optima est dispositio, ut ad te diuertatur. Sicut enim ut in mū-  
 dum veniret, tam voluit desiderari, ut dictus sit, Desideratus  
 cunctis gentibus, &, Desiderium collium aeternorum, &, Qui  
 venturus est, &, Expectatio gentium, sic ut ad te veniat, ardet  
 desiderio eius: pete eius in te aduentum gemitibus inenarra-  
 bilibus. Hoc significat, O, illud Ecclesiae toties hoc tempore  
 repetitum, quo suum explicat desiderium. Vtinam disrumpe-  
 res caelos, & descenderes? O si quis daret mihi aquam de cisterna,  
 quae est in Bethlehem? Hoc desiderium miris verbis exposuit

Job.

A Iob. 30. Si occidit, occidat semel, & non de poenis innocentium  
 rideat. Greg. 9. Moral. cap. 20. ex ardenti desiderio humanae re-  
 demptionis id dixit. Ritus enim Dei est non misereri humanae  
 afflictionis; poena vero est desiderij dilatio, quia spes quae dif-  
 fertur, affligit animam. Poenae ergo Innocentium sunt ardentis-  
 sima patrum desideria videndi Christum, ridere Dei fuit non  
 implere eorum desideria. Quousque ergo illa desideria non im-  
 pleuit, poenas innocentium risit. Dicit ergo Iob, hoc maxime  
 desiderans; Quotidie propter culpas nos Deus flagellat; veniat  
 ille, qui pro nobis semel sine culpa moriatur, ut de innocentium  
 poenis amplius non rideat; si ipse carne passibilis appareat, in  
 eius desiderijs mens nostra castigatur. Sed ut inquis, hanc lu-  
 cernam, hoc desiderium accedam, vbi ardeat. In meditatione  
 mea exardescet ignis, ait Christus. Considera te nihil esse sine  
 Christo, omnia vero bona cum ipso ad te ventura, & huius co-  
 siderationis igne lucernam tuam desiderij accendes. Restat  
 ponenda mensa Eliseo. Audi Spiritum sanctum Prou. 23. Quae  
 do federis, ut comedas cum principe, diligenter attende, quae po-  
 sita sunt ante faciem tuam. Proponit ergo Deus tibi mensam,  
 sed & tu mensam Deo propone cibans illum, à quo etiam ciba-  
 dus es. Vtrumque ille dicit: Ego sto ad ianuam, & pulso, si quis  
 mihi aperuerit, intrabo ad eum, & cenabo cum eo, & ipse me-  
 cum. Cibatur te Dominus donis caelestibus, ciba illum in paupe-  
 ribus, ciba eum bonis actibus, & pane ex simila facta significat  
 te summa virtutum opera. Optime Origenes: Suscipit Angelos  
 Abraham, imò Deum in eis, proponit eis panem ex simila, su-  
 scipit eosdem Loth, & proponit eis panem vulgarem, non ex si-  
 mila. Non quod diuitias non habeat, ut panem ex simila pro-  
 ponat, sed in hoc meritorum differentia designatur. Abraham  
 enim plus dilectus, cui reuelantur mysteria, alium panem, id est,  
 maiora virtutum opera praestat, quam Loth. Ergo tu in omni-  
 bus operibus tuis precellens esto. Cura maximum habere amo-  
 rem, Christi desiderium eximium: opera charitatis grandia, &  
 mensam praeposuit ex simila, ut dicatur tibi, Adipe frumenti  
 satiat te, si sic te paraueris, erit tibi, quod Iacob ait. Genes. 30.  
 Cras respondebit mihi iustitia mea, cras videbis in te Christum  
 satum, &c.

Iob. 30.  
Greg.

Psal. 38.

Prouer. 23.

Orig.

Eccles. 33.

Psal.

Genes. 30.

Matt. 25.

Iob. 16.

1. Iob. 1.

Luc. 12.

Iacob.

Luc. 2.

Luc. 10.

Psal. 118.

Genes. 49.

Esai. 64.

2. Reg. 23.

## In Natiuitate Domini.

*Verbum caro factum est.*

Ioan. 1.



**D**ies festus, ac solennis agitur in Hierusalem cum Salomon regio diademate ornatur. Sed tunc etiam exultabat Adonias, & qui eum sequuntur. Sic hodie cum spiritualiter gaudendum nobis esset cum Rege nostro Christo, ingerit Dæmon, & immiscet gaudium aliud, inane, & mandanti. Si autem veram animi lætitiã exoptas, in hac solennitate sacra, inquire quis sit, qui natus est. Sicut videns Rebecca Isaac venientem obuiam, quærit quis ille est? audiens autem quod sponsus suus esset, descendit à Camelo, & operit vultum suum. Si ergo interrogas, Quis est qui nascitur, audies: Sponsus tuus. Quomodo ergo ei non aperies? Quomodo pulsantem ad ianuam detinebis, cum caput eius plenum sit rore? Quomodo, non confunderis, si adulterum dæmonem domi contines? Vt ergo tantum beneficium frustra nobis non sit, opus est gratia.

Si hominibus concederetur locutio angelica, qua intimum sibi possent ostendere conceptus suos, hic modus loquendi aptus esset tanto mysterio, vt Verbum Patris caro factum verbis intellectus exprimeretur: lingua enim carnis lingua est rudis, nec tam grandia significare potest. Quod verò linguis Angelorum hæc pertractanda sint, patet ex Angelorum dicto: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus. Gloria in altissimis danda est Deo, de opere tali ab Angelis: in terra verò fructus tanti operis in hominibus sit pax. Aliud autem locutionis genus adhuc altius est beatis spiritibus, & omnibus sanctis in cælo: qui tali sunt in Deum affectu, vt non solum exterioribus verbis, sed nec interioribus conceptibus se valeant explicare. Et idè corda igne amoris ardentia sibi inuicem demonstrant, quo exprimunt, vt possunt, quanta sit diuina bonitas, quæ sic eos inflamat. Idè de illa ciuitate cælesti dicitur

Apoca-

**A** Apocalyp. 21. Ipsa verò ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. Dicitur aurum propter eximiam charitatem: sed simile vitro, propter transparentiam, quia diaphana omnia sunt. Sicut enim Deus à beato nihil sui abscondit: ita nec beatus à beato. Ergo postquam sibi inuicem ostenderunt conceptus; corda etiam patefaciunt ignem spirantia, quia caminus ignis est in Hierusalem illa cælesti. Talis verò locutio conueniens esset præsentis festiuitati: omnes enim corda aurea igne charitatis accensa habere deberemus, & ea inuicem ostendere tanto Dei beneficio suscepto. Tali Sol ardore terram vrit: vt vere quoniam propius ad nos accedit, caloris vim sustinere non valeamus: quid obsecro foret, si Sol è cælo auulsus, in medio terram poneretur? Arderet profecto vniuersa terra, quasi caminus ignis. Tam longè antiquis fuit olim Sol iustitiæ, vt diceret Esaias, Sicut distant cæli à terra, sic viæ meæ à vijs vestris. A longe aspiciebant, & salutabant repromissiones, & tamen sic animas sanctorum igniebat, vt omnino liquefierent desiderio videndi eum. Abraham exultauit, vt videret diem meum: vidit & gauisus est. Qualia corda nostra modo esse deberent, cum Sol iste terram descenderet? Ignea profecto, & quæ nos nobis ad inuicem ostendentes, sic de hac tanta festiuitate loqueremur.

**O** quàm multi hodie muti apparerent, si sic eis loquendum esset? quorum animi frigidi sunt, nec tanto igne calefcunt, Stupendum Dæmonis miraculum, quod humanum cor sit in medio tanti ignis, qualis est Deus homo factus, & adhuc frigidum sit: fieri ne hoc potest? Si opulentissimus Rex, quem in nullis officijs astrinxisses, ea in te esset liberalitate, & munificentiã, vt tibi diceret: En tibi trado totum meum regnum, meaque omnia, quæ hereditario iure ad filium meum pertinebant, & ipse filius meus seruus sit tuus, an non tanto hoc beneficio moueris? an non eum maximo amore prosequeris? an non illi omnia obsequia præstares? Vtiam dirumperes cælos, & descenderes: à facie tua montes turbarentur, & aquæ arderent igni. Ita planè futurum putabat Esaias, aquas etiam frigidissimas arsuras igne tanto, hoc est, corda hominum peccatorum frigore gelida tanto beneficio in

F 4

flamma-

Apoc. 21.


Simile

Esai. 55.

Ioan. 8.

Simile

Esai. 64.



3. Reg. 1.

Genes. 24.

Luc. 1.

4. Reg. 4. flammanda, & in corde tuo beneficium istud nihil operatum A. est? nihil commotus es? Caro pueri calefacta est, cum Elias incubuit super puerum, quod significatur, omnem carnem igne diuini amoris accendendam, cum Deus mirabilem illā vnionem cum carne faceret, quam significauit illa, qua vir puero est commensuratus, & tu alges?

ALTE R adhuc loquendi modus de Deo est beatis illis mētibz excelsior, his, quos hucusque diximus. Cum enim voce exteriori, qui eam habent, Deum laudauerunt, & deinde interiori cōceptuum manifestatione amplius loquuti sunt, & dein de cordium & affectuum ostensione; demum ingenuè fatetur illa cælestis curia, omnia prædicta nihil esse tantæ & tam infinitæ maiestati comparata, & à diuina magnitudine se superatos cognoscentes, Deum dicunt ineffabile: & sic à laude cessantes B conticescunt. Hæc summa diuina laus, de qua Psalmus secundum Hiero. translationem. Tibi silentium laus Deus in Siō. Dicitur vero hæc maxima laus à Dionysio, quia dum quis conatur rem laudando explicare, quasi luctatur cum illa, vt eam dicendo vincat, vel æquet, quod non est eam tam magnā agnoscere: ac quando se à magnitudine eius victum videt, & ei cedit tacens. Hæc optima laus huic mysterio, hic loquendi modus eo dignus, vt audiētes, Verbū caro factum est, in ecstasi per admi rationem raperemur, nec verbum vllū proferremus. Sic Habacuc. 2. Dominus in templo sancto suo, sileat à facie eius omnis terra. Vbi Hebræa sic habent; Iehoua in templo sanctitatis suæ, sileat coram tanto Deo omnis terra. Verba autem C illa, In templo sancto suo, sic accipienda sunt, ac si diceret, in humanitate, de qua scriptum est. Soluite templum hoc. Sed quid mirum, quod omnis terra sileat, & attonita hæreat, cum etiam ipsi Seraphini attoniti & stupentes hoc intueantur mysterium, vt figuratum est in Cherubinis propiciatorium spectantibus, versis ad se vultibus, quasi stupentes sint. Sic etiam Ezechielis primo cum fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant animalia, & submittebant alas suas. Vox, quæ fiebat super firmamentum à Christo procedebat, quia dicit continuo: Et similitudo hominis erat super

Psalm. 69.  
Hiero.  
Dion.

Abac. 2.

Ioan. 7.

Exo. 25.

Ezech. 1.

A firmamentum. Audita ergo Christi voce audientes hoc: Verbum caro factum, alas submitunt, cognoscentes se inualidos, vt ad tantum mysterium volare possint. Cyprianus sermone de Christi Natali: In cæteris mirabilibus quocunque modo ali quæ satisfaciunt rationes, hic solus me complectitur stupor. Hic ergo congruus modus de tanto mysterio loquendi, si audientes, Verbum caro, omnes nos inuicem spectantes attoniti stupentesque hæreremus, & sic domos reuerteremur nostras.

S E D licet conuenientius de hoc mysterio loqueremur modis præfatis, quàm lingua rudi & imperita, adhuc tamen illa nobis loquendum est. Nam quomodo taceat lingua carnis Deum pro homine carnem factum? Non semel pannis inuoluitus est Christus, non semel præsepium reclinatus: modo etiam id ipsum fit, dum verbis humanis, quæ viles sunt panni, vile præsepium, tantum mysterium inuoluitur, tantum sacramentum declarari, præsumitur. Sed idèd verbum in carne ponitur, vt caro de tanto mysterio verba proferat. Laudate Deum quantum potestis, ipse enim maior est omni laude. Carnis ergo lingua aliquid dicamus, & Historiam rei, tantæ explicemus.

E X I I T edictum. Orbe vniuerso in pace summa composito clausit Augustus templum Iani, vt teste Orosio rubigo ianuas corripuerit, vt notaretur summa pax per Christum in mundo efficienda, qui erat pax nostra, & fecit vtraque vnum. C Psalm. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Et Esaias 2. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium. Iussit ergo Augustus, describi vniuersum orbem, sibi subiectum dato censu aliquo, quod Iosepho teste lib. 18. antiquitatum capit. 1. Iudæi initio ægre tulerunt. Sed Iocaro Pontifice, persuadente, ne Romanis resisterent, paruerunt, licet, vt dicit Iosephus, Iudas Gaulonites avertit post se plebis partem dicens, soluendum non esse. De quo meminit Luc. 5, in oratione Gamalielis dicens. Post hunc extitit Iudas Galilæus, in diebus professionis, id est, descriptionis, de qua modo dicitur: qui census postea annuatim colligebatur.

Cypria

Orosius

Psalm. 71.  
Esai. 2.

Iosephus

Act. 5

*Matth. 22.* tur. Qua occasione Christum postea interrogabant, liceret A censum dari Cæsari, an non. *Matth. 22.*

*Plinius.* *Quæ descriptio facta est à Syria præfide Cirino.* In Iudæa, quæ sub Syriæ nomine comprehendebatur, Plinio teste, tuæ præsidem non habebat, Herode regnante. Quia in re licet Augustus aliud intenderit, Deus autem voluit vt Maria cum Iosepho à Nazareth iret in Bethlehem ciuitatè Dauid, vt ibi nasceretur Christus iuxta vaticinium Michææ. 5. Quia in re illud est considerandum: quo modo vniuersum euertit Deus mundum, vt Maria veniat in Bethlehem. Nec enim Deo maximum videtur, vniuersum, si oportuerit, mundum commutare, vt iusto bene in hoc sit. Ibi ergo cum Maria esset.

*Michææ. 5.* Peperit filium suum, primogenitum pannis inuoluit, & reclinavit in præsepio. Vbi primum considerandum, Mariam virginem integritate salua peperisse. Refert Innocentius tertius fuisse Romæ templum Paci dicatum, quod pronuntiauit Apollo duraturum, donec virgo pareret: quod illi impossibile putantes, æternum crediderunt. Sed hoc die corruit, Maria pariente.

*Basil.* **BASILIVS** homilia, de Natiuitate Christi asserit, traditione vsque ad ipsum delatum, quod Zacharias pater Ioannis Baptistæ fuerit occisus inter templum, & altare, quia Mariam in templo inter virgines collocabat, post partum eam asserens virginem permanuisse. Sicut enim stella sine vlla sui corruptione, imò perfectione maxima, radium emittit: sic illa stella maris, filium suum enixa est, qui radius est & splendor patris. Et sicut verbum mentale absque mentis corruptione concipitur, & procedit, quin potius mentis corruptio perfecti verbi conceptionem non patitur: sic Verbum Patris infinitè perfectum in matre conceptum, & ex eanatum sine eius corruptione fuit. Et licet caro factum esset, cum esset caro Verbi Dei, sic gigni, & edi debuit, vt verbum decebat sine vlla lesione, vt dicitur in sermone Concilij Ephesini. Vnde omnes sancti eam intelligunt significari in ea porta *Ezechielis*

*Zach. 6.* **A**lis quadragésimotertio. Et conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, id est, corporis, quæ respiciebat ad orientem, id est, eum de quo, oriens nomen eius, Zachariæ sexto. Et erat clausa, & dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa principi. Hæc de Maria exponit Hieronymus ibi. Chrysol. homilia. de Ioanne Baptista. Ambrosius. Epistol. 81. Cyprianus de Symbolo Apostolorum. Augustinus sermone secundo de Natiuitate Christi, & sermon. 14. & Damasco. libro quarto capitulo decimoquinto. Eusebius Emisse. Homilia prima de Natiuitate Christi.

**B**NE hoc solum fuit Mariæ priuilegium, sed alia multa egregia, & eximia, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Si vniuersæ ciuitates maxima tributa regi soluerent, vna verò esset tantum, quæ nec quadrantem solueret, magna illi gloria tribueretur. Omnes filij Adæ maledictionibus pluribus obnoxij cum sint, sola Maria libera est sicut terra sacerdotalis sola à tributo libera Genesis quadragésimoseptimo. Est enim Maria terra eius, qui fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

**V**IDENS ergo Beatissima virgo profecionem parari in Bethlehem, gaudet maximè, tanquam quæ à scripturis nouerat Christum in Bethlehem nasciturum. Iam verò hora appropinquante partus diuini, incipit facies Mariæ immutari. Et sicut paulò ante solis ortum rutilat lætissimum cælum, & aureum apparet aspectui, talis tunc Maria erat, & cum omnes mulieres tristantur: mulier cum parit tristitiam habet: tunc maximum Mariæ gaudium extitit: quia cum bonum sit sui diffusiuum, cum summum bonum diffunditur à Maria in mundum, est ei maxima gaudendi ratio. Exultauerat, vt ipsa testatur, spiritus eius in Deo salutari suo in conceptione tanti Verbi. Nunc cor, & caro exultant in Deum viuum. Exultatio eius ante natiuitatem. similis gaudio est animarum sanctarum, quæ sunt in cælo, quæ solis oculis mentis Deum contemplantur, sic enim

*Hieron.*  
*Chrysol.*  
*Ambros.*  
*Cypria.*  
*August.*  
*Damas.*  
*Eusebius.*

*Simile.*

*Genes. 47.*

enim Maria mente Deum in se inclusum contemplabatur. **A**  
**Sed** post partum gaudium Mariæ simile est gaudio Beati post  
 iudicium, cum anima & corpore beatus erit: sic modò Maria  
 cum oculis corporis videt etiam Iesum. Si enim beati oculi,  
 qui vident quæ vos videtis, dictum ad discipulos, cum adhuc  
 obtusos haberent oculos: an non beatissimi oculi Mariæ  
 oculos habentis aquilinos, vt tantum solem contemplan-  
 tur? Ambros. Quis nobis posset tui cordis arcana referare, cum  
 natum tuum hinc adores, vt Deum, hinc osculareris vt fi-  
 lium?

*Natus est nobis hodie saluator.* Id est liberator: cum Israel  
 dabatur in manus inimicorum clamabant ad Dominum, &  
 continuo scriptura dicit, Suscitauit eis Saluatorem. Sed ais, **B**  
 modo non videntur oppressi. Romanorù enim imperium fa-  
 cile tolerabatur. Non ad hoc venit, sed vt à peccato liberaret,  
 & pœnis æternis ei debitis, & temporalibus per peccatum in-  
 ductis suo tempore: & hoc est verum esse saluatorem. Finga-  
 mus duas respublicas. Vnam, quæ libera sit, & domina mundi,  
 sed fame, peste, & doloribus innumeris oppressa. Aliam verò à  
 tyranno dominatam, sed sine fame, siti, dolore, infirmitate.  
 Quam harum dicis tu liberio rem? quam pronuntiares captiuam?  
 Sine dubio primam iudicares captam: peior enim multo illa  
 captiuitas, quàm secunda. Vnde illa magis indigeret saluatore,  
 & potentiore, quam secunda. Vide quantò magis indiget **C**  
 mundus Saluatore, vt saluetur à morte æterna, quæ tanto ma-  
 ior captiuitas est. Vide verò quantò magis, vt saluetur à cul-  
 pa, quæ multò maius est malum. De hac ergo primum sal-  
 uat nos Christus, vt Angelus dicit Iosepho: Ipse enim sal-  
 uum faciet populum suum à peccatis eorum: secundo à  
 morte æterna: tertio saluabit tandem ab omni dolore, an-  
 gustia, & captiuitate: nunc verò à tyrannide peccati, quæ sum-  
 ma est.

**H O C** uobis signum, inuenietis infantem. Promittens Deus li-  
 bertatem cuicumque illam promittat, siue vniuerso populo  
 suo, siue alicui de populo, continuo etiam signum eius dare  
 cõsuevit. Sic Gedeoni datur signum duplex in vellere, & rore.  
 Ezechieli in sole, Achaz offertur signum, quod ille elegerit: modò  
 verò

**A.** verò promittitur tantus Saluator, tantaque salus, vt pote æter-  
 na. Saluatus est Israel, à Domino salute æterna: meritò ergo,  
 magnum signum exhibendum est. Sed quod sufficiens signum  
 esse potest, vt res tanta credatur? Nam vt temporalis liberatio  
 corporum crederetur per hominem facienda, signa poterant  
 dari, vt quæ data sunt à Deo Moyse, vt faceret coram filiis Israel,  
 vt se crederent saluandos à seruitute Aegyptiaca, at vt creda-  
 tur tanta salus, qualis est æterna, quod signum sufficere pote-  
 rit? Sine dubio signum, quod Angeli pastoribus dant, multò  
 maius est eo, quod promittitur: promittitur quidè spiritualis sa-  
 lus, & æterna salus, sed datur signum, Verbum caro factum, positum  
 præsepio, quod multò maius est. Sicut non valde mirandum  
 est, quod Rex ditet seruum suum, sed maximum planè, quod  
 pro eo pauper esse velit: ita certè non aded mirabile est, homi-  
 nem liberari, saluti restitui, gratia gloriaque donari: sed mira-  
 bile prorsus atque stupendum, Deum carnem fieri, & paupe-  
 rem pro nobis factum, vt nos ditaret, in præsepio collocari.  
 Hoc verè signum est maximum, diuinum. Ergo cõsiliu fuit,  
 Deum carnem fieri, & locum ei non esse in diuersorio, vt in  
 præsepio poneretur, vt hoc signum esset, eximij amoris, & faci-  
 le crederetur salus spiritualis ab his, qui viderent Deum pro no-  
 bis pauperem factum cum diues esset: sicut summum Regis  
 signum esset, vt ostenderet se facturum pro amico omnia, si  
 eum videremus amici illius gratia regno relicto pauperem fa-  
 ctum. Hoc ergo summum est signum. Vnde Ioan. 1. cum rem **I**  
 tantam dixisset, qualis est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri,  
 vt tanta res crederetur, maiorem subiungit, & Verbum caro  
 factum est: quod tantum opus est, vt si cum eo conferatur,  
 omnium Angelorum creatio, & glorificatio, multò minus sit.  
 Quia hoc in opere, scilicet, in Verbo carne facto naturæ  
 creatæ communicatur diuina subsistentia, vt verè sit Deus.  
 Post mysterium Trinitatis, ait Bernardus ad Eugenium, vbi  
 tres personæ sunt in vna essentia, maximum mysterium Deus **B**  
 homo: vbi tres naturæ in vna persona, maxima potentia tam  
 distantes res, ita conuenire, & talem inuenire alchimiam, vt  
 sine naturæ diuinæ & humanæ confusione & corruptione  
 ambæ naturæ descenderent, & ascenderent in infinitum in no-  
 minibus,

Luc. 10.

Ambros.

Smile.

Matth. 1.

Iud. 6.  
Ez. 1. 38.

E[sa]. 7.

I. 1. 10. 1. 1. 10.

I. 1. 10. 1. 1. 10.

Ioan. 1.

Bernard.



minibus, & idiomatibus suis. Deus fit homo, mortalis, exiguus, vermis: homo verò Deus immensus infinitus aternus. **A** Quod admirata Ecclesia ait: O admirabile commercium, creator generis humani &c. Quod figuratur Ezechiel. 1. De medio ignis, quasi species electri. Gregorius. 38. Moraliū ca. 2. ait: Electrum mixtū est ex auro & argento: in qua mixtione argentum clarius redditur auri fulgore, auri verò fulgor temperatur. Significat verò Verbum carnem factum, in quo argentū humanitatis purgatū septuplūm Spiritus sancti donis, signis redditum est clarius, & maxime Verbi coniunctione: aurum verò diuinitatis (caput eius ait sponsa aurum optimum, caput vero Christi ait Paulus) passionibus, & doloribus absconditum. Summum ergo opus hoc summum etiā ostēdit amorem. Ideo maximum est signum spiritualis nostræ liberationis: quia in hoc pro homine, cuius non indigebat, fecit quod nullus hominū pro seipso fecisset. Posset cum homo fieri voluit in cœlo Empyreo humanitatem creare gloriosissimā: vel si cum hominibus conuersari volebat, potuit cōdere humanitatem in virili ætate, vt conditus est Adam, & ab omni dolore immūnem conseruare: vel si aliquid ei patiendum esset, in horam mortis id reseruare. Sed, d Domine, tanta tua benignitas, vt qui extra sinum patris nullo alio locorum spatio caperis, voluisti te sic constringere, vt in matris esses utero. Non horruiisti Virginis uterum; vir ibi cum esses perfectus sapientia, & gratia: & ante gustasti amaritudinem passionis, quā lactis dulcedinem: Et tu, qui nostræ peregrinationis finis, & terminus es, tam voluisti peregrinus esse, vt non sit tibi locus in diuersorio. **C** Qui cœlum habes sedem, in præsepio poneris. Qui medius es inter Patrem & Spiritum sanctum medius voluisti esse animatum. Qui operis lilia & rosas, iam nudus vilibus pannis indueris. Imensus amor iste. Non sine causa media nocte nasceris, Cum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine, exiliens de cœlo à regalibus sedibus venit. Quia charitas, quæ te ad ista trahit, est humano intellectui incomprehensibilis: supereminet omni scientiæ. Et ideo sicut habitare in tenebris dicoris: quia incomprehensibilis tua est celsitudo:

**A** tudo: ita media nocte nasceris: quia omnem intellectum superat tua charitas, qua propter homines, homo factus es.

**S**ED quia hoc datur in signum Pastoribus, vt puerum agnoscant, qui Deus est, notandum, tam necessariam esse Christi cognitionem in mundo, vt sine ea salus nulli contingere possit. Non est in aliquo alio salus. Nec enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus &c. ait Petrus. Et ideo, vt eum veniret in mundum agnosceretur, multo ante eius signa data sunt, dictumque erat à prophetis: Tali loco nascetur: sic & sic loquetur: tali erit præditus ingenio: hæc & hæc opera faciet, ad viuū illum Spiritus sanctus expressit, ne non agnosceretur: quia qui eum inuenit inuenit vitam; qui non inuenit, perdet vitā.

**B** Et omnia illa signa adhuc non sufficiebant, nisi adesset cœlestis lux. Sicut contigit astrologo legenti in libris, talis planeta hoc signo agnosceretur, & postea eum volens intueri non agnoscit. Si hæc stella splendida & matutina luce propria non se ostendit, omnia signa non sufficiunt. Fides eius donum est, ideo lumine diuino circumfusos pastores Euangelista dicit.

**S**ED audiamus signa pastoribus data: *Inuenietis infantem pannis inuolutum positum in præsepio.* Bernardus: Signum circūcisionis potius videtur Deum occultate, quā manifestare, similiter hæc signa Angeli non ad Deum inueniendum pertineant, sed opposita omnino Deo esse: Primo enim dicit:

**C**re videtur, sed opposita omnino Deo esse: Primo enim dicit: **Inuenietis infantem.** Infans verò est puer sine verbo, si esse eius personale est verbum esse, in principio erat Verbum, quale erit signū infans sine voce? Secundo: pannis inuolutū. **Quis enim immensum, pannis inuoluit, qui cœlum & terram implet?** de quo Esaias, & ea quæ sub ipso erant replebant templum. **Esai. 6.**

Id est, vestium superabundantia templum implet. Tertiò positum in præsepio. Quomodo in præsepio, qui ait. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellū pedum meorum? Et cum in mundo reuelandus erat, ait Esaias. Et reuelabitur gloria Domini. **Esai. 40.**

Cum ergo sperabat mundus videre Dei gloriam maiestatemque; ecce signum eius infans pannis inuolutus, positus in præsepio. **Que signa hæc? Vt ergo in his signis gloriæ Dei inueniamus: & nobis illa signa sint, necessaria est cœlestis lux, vt diximus.**

**A**TTENDE ergo, qui vult maximus haberi, & magnus apparere, & à subditis timeri, magnū se ostendat necesse est in terrore, & iustitia. Tempus fuit cum hoc verbum timeri voluit, & tunc loquebatur terribiliter, itā vt mūdus eum formidaret; hic modo infans sine voce. Tunc quæsiuit Adam tremenda illa voce: Adam vbi es: & fugit Adam. Idem loquebatur in monte tāta maiestatis ostensione, vt diceret Israel: Non loquatur nobis Dominus, ne fortē moriamur. Et idem ait: Ecce ego verbum facio in Israel, quod qui audierit, tinniet ambæ aures eius. Iam ergo se Deus maximum ostenderit, potentem, atque terribilem.

**S**ED nunc Domine reuelatur gloriā tua, non vt timearis, sed vt diligaris. Ostende te maximum amore, bonitate, ac dulcedine. Loquere eo modo, vt non te timeant homines, sed vt diligant: non fugiant, sed veniant. Appareat immensa bonitas, quæ omnium summum ab omnibus putatur. Primus Deo titulus ab antiquis datus, Optimus est. Post hunc eum dicebant, Maximum. Maximus Romanorum titulus, Pater patriæ. Volens ergo Deus haberi optimus pater patriæ maiora fecit, quā fecerat, vt se ostenderet potentem, & iustum: maiora præstitit opera, vt diligeretur, quā præstiterat, vt timeretur. Ideo hodie apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. O diem felicissimum, o diē summis votis in mundo exoptatum! O diem meliōre lapillo numerandum! Dixerat ille: Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam. Quasi dicat: Ostendam gloriam meam, mittens salutem in Sion. Apparuerat ergo antea iustitia, nunc apparet bonitas, & misericordia. Cuius signa præclara notat Angelus. Infans est, non eum peccatoribus terrorem incutit, quem nostro primoparenti: quis enim infantem timeat? Qualis exterius apparet in molli teneraque carne, talis nobis est diuinitas interius absconsa mollis, amabilis, tractabilis. Cui nocet infans? quem carpit? Talis ergo tibi iam est Deus: accede, ama, dilige, amplectere, osculare. O beata dies, in qua talis Deus mundo apparuit. Iam cæli aperti sunt: iam mellifluis facti sunt nobis. Sed ais: Peccaui nimis: quomodo accedam ad Deum? Sicut tu times, timuerunt fratres Ioseph, audientes: Ego sum

Gen. 3.

Exod. 20.

1. Reg. 2.

Ad Tit. 3.

Esa. 46.

Gen. 45.

**A**sum Ioseph frater vester, quem vendidistis: & se morti obnoxios iam putauerunt. Sed accedit ad eos Ioseph: complectitur, plorat super eos, cum autem eum viderunt plorantem, tunc fi denter ad eum accedunt. O Domine, quid ploras, & eiulas? Num pœnitet te mundum intrasse? Absit. Pœnituit aliquādo eum, quod hominem fecisset in terra: sed nunquam pœnituit vel pœnitebit, quod homo factus sit: imo hic est dies lætitiæ cordis eius. Vt quid ergo lachrymæ amoris, & dulcedinis sunt vt eas videntes fiducialiter accedamus ad eū. Pro nobis enim implorat, plorat super singulos, vt Ioseph: quia omnium hominum memoratus, pro omnibus eis plorat. Quæ durities his lachrymis non emollietur? Agnoscis in Deo eximium tui amorem, & desiderium, & non emolliris.

**P**annis involutum. Vestes signum sunt peccatoris: propter peccatum enim vestibus homo indiget. Ex quibus qui honorem sibi desumit, ex ignominia honoris amplitudinem sibi cōciliat, Similes ei, cui ab inquisitoribus hereticæ prauitatis vestis ignominiosa paratur velletque eam ex serico confici. Sed si vestis signum peccati, quomodo ea Christus induitur? Hęc dies misericordia abundat, atque superfluit. Non enim solum misit filium Deus in mundum in similitudinem carnis, sed carnis peccati: & sic induitur veste peccatoris. An exigua hæc tibi misericordia videtur? Nam alioquin roga amicum, vt tua causa induatur veste, qua notantur ij, qui ab inquisitoribus damnantur, nullum plane inuenies, qui huiusmodi ignominiam perpeti velit. Et tamen Christus Dominus, quæ sua est infinita misericordia, cum tam peccatum execretur, quam sui Patris gloriam exoptet, peccatoris similitudinem induit veste vsus sæda, & ignominiosa, & amor qui eum impulit, nostras miseras suscipere, impulit etiam, vt summam, quæ peccatum est, eo modo sumeret, quo potest, scilicet, similitudine, factus serpens, sed æneus, quia venenum vere non habuit.

Pannis etiam induitur, quia in hunc modum procedit feras venaturus. De quibus Psalm. Increpa feras arundinis. Et sicut Rex in venatione procedens induitur vestibus in illud munus conuenientibus, quæ vulgo dicuntur (de monte) sic Deus filio

Simile.

Nume. 17.

Psalm. 67.

Simile.

venatoris dat vestes. Pannis verò infantia inuoluendum ali-  
quando diuinum Verbum prædixit Dominus Iob, cum ait:  
*Iob. 39.* Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat, quasi de vul-  
ua procedens, & ponerem nubem vestimentum eius, & cal-  
gine illud, quasi pannis infantia obuoluerem. Mare hoc im-  
mensum Christus Dominus est, conclusus tam parua huma-  
nitate, & infantia pannis obuolutus.

*Positum in præsepio.* Sed, ò Virgo beatissima, tanto, dig-  
na filio, quem nunc peperisti in præsepio reclinas? An non  
melius inter vbera tua commorabitur hic myrrhæ fasciculus?  
*Gene. 2.* Sicut misit Deus soporem in Adam, vt ex eius costa Eua  
educeret, qui sopor ecstasis fuit in contéplatione creationis:  
ita vt secundus Adam prodiret ex secunda Eua, immisit in  
eam Deus soporem altissimæ contemplationis mysteriorum  
reparationis mundi. Editus ergo est Christus summo  
cum gaudio Mariæ, quem intuens attingere non audet,  
sciens Deum suum esse, sed perfecta charitas foras misit timo-  
rem: & quasi mater accipit, osculatur, secumque complectitur  
sed statim reclinat eum in præsepio. An non hoc crudele &  
inhumanum videtur, tenerimum infantem nunc natum in  
duro ponere præsepio?

Hoc nobis certum ac indubitatum sit, animoque in-  
fideat nostro, sicut Spiritu Sancto Maria concepit Chri-  
stum, sic Spiritu Sancto inspirante facta non dubites omnia  
quæ circa eum egit. Idem ergo Spiritus Sanctus eam mo-  
uet, & Christus incitat, vt in præsepio reclinetur. Sed  
Domine non tibi aptior locus maternum pectus? Vtique  
post paternum pectus nullibi dulcius conuiescit quam  
in matris gremio, nec in thronis, nec Seraphinis: vt quid  
ergo Domine in præsepio reclinare vis? Respondet: Erat  
Adam in paradiso in honore non intellexit, comparatus  
est iumentis: mittitur in bestiarum locum: homini enim  
paradysus, hic mundus bestijs, conditus fuit. Venit Chri-  
stus, peccatum Adæ soluturus, eius personam induens,  
ac agens. Ideò postquam fuit in virginalis vteri, & pecto-  
ris paradiso, exit in bestiarum locum, quod est præsepe. Ad  
quid enim putas venit puer hic, nisi vt omnium hominum  
perfol-

**A** perfoluat peccata, & hoc ex toto iustitiæ rigore, qui tot debi-  
ta soluturus est, an non à puero soluere incipiat? Qui  
pater factus futuri seculi tot oneratur filijs miseris, an non  
incipiat laborare vt eis prouideat? Iam ergo asperitate præ-  
sepis pœnitentiam agis pro delictis nostris, iam merita  
nobis cumulat, quo etiam superbiam, & delicias nostras  
carpit: Quis locus durior, & abiectior, quam præsepe  
puero, Crux viro? Hos elegit Christus: tu verò, ò ho-  
mo, quid eligis? Bernardus: Aut Christus decipitur, aut *Bernard.*  
mundus errat. Ille decipi nequit, qui sapientia est: ergo mun-  
dus. Sed tu, ò fidelis, quid alta & deliciosa quæris, cum videas  
Christum in præsepio?

**B** Vidimus cur Christus præsepe elegit: sed videndum re-  
stat, propter quid Maria eum ibi reclinat? Habet Regina  
ornamenta sua, monilia, &c. Sed quæ Mariæ ornamenta?  
Vnum erat ei ornamentum, Christus. Quo pulchrior illa  
est quam terra omni arbore & flore, & quam cælum stellis  
ornatum, tam pulchra, vt ad eius conspectum inuitare pos-  
simus, non homines tantum, sed & Angelos patris faciem  
videntes, in quem desiderant Angeli prospicere, ait. *1. Pet. 2.*  
Quomodo ergo Luna nostra tam pulchra Sole ius-  
titia, quomodo Regina nostra tanto ornata monili, illud  
à se tollit, & in præsepio ponit? Maximè cum omnia in eo  
vno haberet, & summis gaudijs perfrueretur ex illius confor-  
tio. Quam grata erat illi beneficio immenso, dicens: In meis  
**C** habeo brachijs eum qui me cõdidit, qui me in matrem elegit:  
quomodo ergo eum in præsepio reclinat?

O Virgo benedicta, si hoc mente valemus comprehendere  
quas tibi referemus gratias pro munere tanto? A te tollis fi-  
lium vt nobis des: ponis illum in præsepio, loco bestiarum, vt  
nos bestie eo fruamur. Ego eum nutriam, ait virgo, & ho-  
minibus dabo, sicut pater dedit. Sicut qui vitulum signatum  
nutrit, ac impinguat, vt cum impinguatus, & dilatatus, opti-  
musque fuerit, illum dono det amico suo: ita Maria se habet.  
En vitulum nostrum signatum pascuali, quem nobis nutrit  
& donat Maria.

Quæ tibi debemus mater matrum, sancta sanctarum aman-  
tissima

tissima inter amantes? Filium dat tibi pater, & tu eum nutris: nobis das, & cum illum lactas, hoc cogitas: Hunc agnum nutrio hominibus: laborabo, vt eum nutriam, & crassum hominibus præbeam: & huic tanto dono gratus non eris? Fingit Poeta Didonem in sinu fouentem Cupidinem igne illius comburi. Ecce Maria in sinu fouet infinitum amorem Christum, & quos ille in ea excitaret ardores? Adhuc tamen à se tollit, vt tibi det. Fœlix beataque dies, qua nobis à patre & matre Christus conceditur.

## In Natiuitate Domini.

*Verbum caro factum est. Euangelizo vobis gaudium magnum, &c. Ioan. 1.*



**R**ITVM est sermone prouerbum: Vbi Rex adest, ibi regia curia est. Cum ergo Rex cœli in stabulo Bethlehem sit: sine dubio ibi est vniuersa curia cœlestis. Et hoc ita esse confirmat Paulus. Hebr. 1. Cum introduceret primogenitum in orbem terræ, dixit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Illuc enim misit cœlestes omnes spiritus pater æternus, vt Regem adoraret suum, eiusque pedes deoscularentur. Quod si ille, qui in Regis aula amicum habet familiarissimum, & sanguinis etiam coniunctione astrictum, certum auxilium se habere credit, vt omnia negotia perficiat ex voto: nos, qui in cœlesti Bethlehemitica curia matrem habemus sanctissimam Virginem, quæ & mater Regis est, certissimum in ea habebimus confugium. Ad eam ergo accedamus, vt matrem cum vnigeniti filij Dei, tum omnium nostrum, dicentes: Monstra te esse matrem: Sumat per te preces, Qui pro nobis natus, Tulit esse tuus.

Agendum hodie nobis est de vniuersali totius orbis latinitia, quam Angeli pastoribus annunciant futuram omni populo. Quæ

**A**lo. Quæ vt ab ipso principio intelligatur, ostendendum nobis erit, Christum Verbum carnem factum, finem esse, & fructum vniuersi huius mundi, qui in hoc constitutus est, vt hunc præberet fructum, quo dato mundus omnino perfectus est: gaudereque debet, vt qui finem assequutus est, in quem conditus fuerat.

Aduertendum ergo, quod licet Deus vniuersa decreuerit condere simul, & semel ab æterno, hoc tamen non tollit ordinem inter ea, quæ voluit, vt hoc voluerit propter illud: sic voluit mundum condere propter hominem. Deuter. 4. Quæ creauit Deus tuus in ministerium omnibus gentibus, sic gratiam propter gloriam. Ostendendum ergo nobis est, primum omnium, quæ Deus decreuit facere, fuisse, Verbum carnem fieri: propter quod omnia alia condidit, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris.

Pro cuius intelligentia notandum, Deum aliquid creare, non est aliud, quam aliquid sui communicare creaturæ. Cum vero in Deo sit infinitum esse, potest infinitis modis se diffundere, creans perfectiores, & adhuc perfectiores sine vlllo limite creaturas. Sed optimus modus, quo se Deus potest communicare, est per hypostaticam vnionem: nec vllus est, qui hunc superet: nec vero æquet. Nec enim par ei est communicatio illa, qua se beatis ostendit in gloria: nec alia quæuis imaginabilis. Et ratio est manifesta. Quoniam in vnione hypostatica non datur creaturæ Dei participatio, sed ipsum esse diuinum, vt vere dicatur, & sit Deus. Quare excellentius nihil excogitari potest: & quo effecto, plane factum est satis diuine bonitati, quæ infinite fundere se vult. Attendentes quidam Philosophi Dei infinitam bonitatem, & desiderium, quod ex ea proficiscitur se diffundendi, dixerunt, impossibile esse, Dei bonitatem huius mundi fabricam solummodo construxisse, quæ nihil est, si Dei bonitati comparetur, sed plures, vel infinitos condidisse mundos. Si enim nihil aliud fecisset, quam mundum istum, perinde fuisset, ac si summus pictor solam formicam vnâ depinxisset. Quæ in re aliquomodo verum dicebant: quorū tanē rationi multo melius occurritur opere isto perfecto, Verbum caro, quam si innumeros mundos condidisset. Cum

enim videret Deus optimus maximus, quod etiam si plures, A  
vel infinitos condidisset mundos, sui partem solum dabat, se-  
que imperfectè diffundebat, decreuit alia via se totū diffunde-  
re, perfectissimèq; se communicare per hypostaticam vnionē  
qua non sui partem, sed totum suum esse humanitati dedit, &  
in illa omni creaturæ: quo effecto nihil sui restabat effunden-  
dum, quia totus hic effunditur.

Ex quibus tandem sequitur, cum Deus summo ordine  
omnia velit, quæ efficienda ab eo erant, primum quod inten-  
dit, fuit, Verbum caro factum, & reliqua omnia propter ip-  
sum, vt illud comitarentur, eiq; assisteret: ad eum modum,  
quo pictor intendit in tabula præcipuam aliquam imaginem  
effingere, sed in circuitu eius plura alia depingit, quæ His-  
panè dicuntur ( *Lexos* ) vt præcipua imago magis, ac magis  
eluceat, & se in omnium conspectum det, pulchriorque ap-  
pareat. Ad hunc prorsus modum præcipuum opus, quod di-  
uinus ille artifex intendit in omnibus, quæ extra se operatus  
est, fuit Verbum caro: reliqua verò omnia, vt ei inferirent,  
illique ornamento essent, & decori. Et ratio huius est: quia  
cum in omni opere suo voluerit Deus suam potentiam, boni-  
tatem, sapientiam, & gloriam manifestare: hæc autem  
omnia maximè manifestauerit in hoc opere, in quo se to-  
tum effudit: hoc primo fuit ab eo intentum: quia in om-  
nibus reliquis operibus etiam simul congregatis, non sic  
ostendit, quæ mundo voluit esse manifesta, vt in hoc opere.

Præterea, cum omnia quæ à Deo sunt, ordinata sint, si-  
cut omnia propter sui gloriam fecit: sic vnum propter aliud:  
& sic aut Christus propter nos, aut nos propter illum. Quod  
ille propter nos, non adeo in eius gloriam cedit, ac maiestati  
illius consonat, quam si nos propter illum: & maioris momen-  
ti est bonum animæ Christi, quam bona omnium Angelo-  
rum, & hominum. Nos ergo propter illum esse oportet, vt  
minus bonum propter maius. Si Regi natus esset desideratis-  
simus filius, ac optatissimus, diceret verò quispiam: Rex læta-  
tus est magnifice, quia natus ei est filius, qui seruum curet,  
responderes, imo lætatur præcipue propter filium, cuius bo-  
num multò maius est bono serui, per accidens verò de serui

bono

simile.

simile.

A bono lætabitur. Hæc quæ diximus, manifestis verbis Paulus  
asserere videtur, cum ait Colof. 1. Qui est imago Dei inuisibi-  
lis, primogenitus omnis creaturæ, quia in ipso condita sunt  
vniuersa, quæ in cælis, & in terra visibilia, & inuisibilia, siue  
Throni, siue Dominationes, omnia per ipsum, & in ipso  
creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant:  
& ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium primo-  
genitus ex mortuis, vt sit in omnibus primatum tenens: quia  
in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare, & per  
eum reconciliare omnia. Loquitur ibi de Verbo in carne, vt  
patet cum illud vocat, caput Ecclesiæ, primogenitum ex mor-  
tuis, & quod mundā instaurauit, quæ omnia conueniunt Ver-  
bo in carne. Dicit ergo eum primogenitum omnis creature  
non quod ante omnia natus, sed quia de illo ante omnia de-  
cretum fuit. Et sic etiam accipiendum est illud Baptiste: Ante  
me factus est: id est, decretum est, vt fieret, antequam de me de-  
cretum esset, vt sit. Ait Paulus: In omnibus primatum tenens.  
Nihil ita præcipuum, vt locum primum tenere in voluntate  
diuina, & primum esse, de quo decerneret Deus, vt fieret.  
Hoc plane est, primatum in omnibus tenere. Vocat etiam  
eum principium, & quod fuit ante omnes, quod aliter ei non  
conuenit, nisi quia de illo primum decretum est. Et hoc est  
illud Psal. 39. In capite libri scriptum est de me: id est, in prin-  
cipio decretorum à te fui ego electus, vt tuam gloriam mani-  
festarem.

Deinde verò reliqua omnia ordinauit pater propter  
ipsum. Fuit omnis creatura ordinata, vt conueniens do-  
mus pararetur tanto principi, & vt omnis creatura esset or-  
namentum eius, secundū illud Esai. 49. Viuit Dominus, quia  
omnibus his velut ornamento vestieris, & circundabis eos ti-  
bi quasi sponsa: quia enim sibi desponsauit humanitatem, om-  
nem creaturam effecit in eius ornatum. Hoc dicit ad Colof. 1.  
1. In ipso condita sunt vniuersa, id est, propter ipsum: sicut  
dicere soles in amico: Diligo omnia, quæ ad eum pertinent,  
Et Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mūdi constitutionē. Ideo  
Apoc. 22. dicitur: Ego sum radix, & genus Dauid, stella splēdi-  
da, & matutina. Dicitur radix Dauid: quia tu nō radicē portas

G 4

à Dauid,

Colof. 1.

Ioan. 1.

Psal. 39.

Esai. 49.

Colof. 1.

Ephes. 1.

Apoc. 22.

*Esai. 6.* à Dauid, sed radix te. Quia secundū diuinam ordinationem **A** prior est Christus, quā Dauid, sicut finis prior in intentione, licet posterior executione: & ideo Christus in scriptura dicitur germen, *Esai. 6.* In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis. Quo loco interpretatio Chaldaica habet, in die illa erit Messias Domini in magnificentia, &c. *Psal. 67.* Terra nostra dabit fructum suum, id est, Messiam. Sicut enim fructus præcipuum est arboris, & cuius producendī gratia arbor plātata est, ita Christus est cuius producendī gratia tota rerum moles constituta est. Ideo tempus Messie dicitur à Paulo plenitudo temporis: quia tunc res est perfecta, & plena, quando assequitur finem suum, ad quem condita est. Quia ergo dum Deus factus est homo, mundus **B** assequitur finem, in quem est constitutus, idēd tunc temporis plenitudo dicitur: Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Hæc etiam fuit Hebræorum sententia, quam illi colligunt, vt refert Galatinus lib. 7. De arcanis fidei. capit. 2. & 3. ex illo Hieremiæ. 23. Nisi pactum meum stetitset, diem, ac noctem, leges cælo, & terræ non posuissem. Sic enim locum illum illi legunt aliqua diuersitate à nostra lectione. Vbi nomen pactum habet literas, quæ constituunt eundem numerum, ac Christus: vt innuat, nisi Christus futurus esset, nihil cōdidissem, quasi solum eius gratia omnia fuissent, condita.

Ex quibus tandem colligitur, mundum vniuersum solum, **C** & quasi solitarium, & imperfectum fuisse, donec Verbum caro fieret. Id verò hoc exemplo cognosces: Plantas arborem: vis, primū radices mittat. Iam hoc factum est: nondum quiescis. Vis, crescat: crescit, nec dum contentus es, vis, folia, & flores mittat. Hoc peractum est, adhuc desideras, fructum: quem cū videris, quiescis, & arborem perfectam dicis. Vniuersum hoc arbor magna est. Plantauit eam Deus mundi initio: radicata est, dilatataque folia, floresque misit Angelorum, & hominum: sed Christus Dominus fructus illius est: solus ergo erat, & imperfectus mundus, donec ille veniret: dum venit, iam fructum colligimus. Ideo dicitur *Esai. 9.* Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe,

**A** in messe: sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Omnis creatura semen fuit Christi, in eius tendens productionem, illumque expectans, qui dum venit, collectus est ab omnibus desideratus fructus. Et demum sicut familia principi constituta, & ordinata sola est, dum princeps non est natus, nec quisquam ministrorum perfecte fungitur officio suo: ita cum mundus vniuersus fuerit domus, & familia Christo ordinata, omnia sola, & imperfecta erant, donec ipse venit. Recte ergo vniuersus mundus lætatur Christo nato tanquam in fine assequuto, in functu, in desiderio mundi completo in Domino domum adueniente.

**B** Idem autem, quod de magno mundo dictum est, etiam intelligendum est de homine, qui paruus mundus appellatus est à Philosophis, Christum non habes, nihil es: si eum habes, perfectus es: quoniam fructus tuus Christus est. Hinc Sapiens: Siquis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo fugerit sapientia tua, in nihilum computabitur. Terram appellat scriptura inanem, & vacuam ante Solis creationem: quia homo sine Sole iustitiæ est, ac terra sine Sole materiali. Ideo Paulus: Filioli, quos iterum parturio, do nec formetur in vobis Christus. Cura ergo, in te Christus nascatur, tunc enim perfectus, consummatusque eris, tunc exultare, & lætari poteris.

**C** Sed visa vniuersali omnium, communi que lætitia in Christi natali, sigillatim percurremus omnium creaturarum lætitiā. Leo Papa Sermo. 1. de Natiuitate Saluator noster, dilectissimi, hodie natus est: gaudeamus: nec enim fas est, locum esse tristitiæ, vbi natalis est vitæ. Nemo ab huius diei alacritate fecernitur. Gaudeat iustus, quia appropinquat ad palmam: gaudeat peccator quia inuitatur ad veniam: gaudeat Gentilis, quoniam vocatur ad vitam. Hodie vniuersa creatura exultat: cælum, & terra, & Angeli præ lætitia gestiunt, & cantant: & vsque ad infimam creaturam descendit gaudij ratio. Omnis enim creatura nobilitata est: assumpta humana natura à Verbo, in qua est collectio omnium creaturarum. Quis ergo tam vniuersali lætitia non

simile.

Sap. 9.  
Gene. 1.

Gala. 4.

Leo Papa.

perfruetur? quis in domo regia cum princeps nascitur, & omnes lætantur, & parietes ipsi lætis tapetibus induuntur, non gaudeat? Dicebat Franciscus: Hac die, si Rex esset, frumentum per campos disperfurum, vt aues etiam tali die lætarentur.

Quis Angelorum lætitiã explicabit? Loquitur Angelus: Annuncio vobis gaudium magnum. Non est Angelus vt homo, qui dicet tibi: Esto bonus, & ille erit deperditus: Esto lætus, & ille erit forsan tristis. Angelus illuminatus illuminat: purgatus purgat: Lætus lætificat. Qui ergo hodie annunciat lætitiã, lætissimus est. Sed quæ Angelis causã gaudij? Innumera sane.

Primã: quia vident in hoc opere, maximè ostendi Dei sapiẽtiam, potentiam, bonitatem, sicque maximè Deum glorificari quod est summum eorum desiderium. Secunda: vident sibi germanã naturam à Deo susceptam in suppositi vnitate, vt impleat cæli ruinas, & Dæmones sibi inimicissimos vincat: & ex præsepio opus hoc inchoat. Tertia: cum illi custodes sint hominum, nec huius custodiæ finem assequi possent propter cælum clausum, vident venire eum, qui habet clauem Dauid, & aperit, & nemo claudit: aperiet cælum, & crescente numero beatorum, eis gloria crescit. Quarta: vident animam Christi beatam, de cuius gloria magis illi gaudent, quam de sua. Vident iam principem, & caput suum, quo eorum regnum perfectum est: vnde hodie lætantur vt regni principes, cum Rex corona decoratur. Sanctos verò patres in Limbo detentos, tanta lætitiã diei huius fraudatos non est fas credere. Hanc diem summis illi expetebant votis, & sine dubio Angeli, qui hæc pastoribus annunciarunt, ipsi etiam annunciauerunt. Ibi enim consolationibus, & visitationibus Angelorum fruebantur, vt dicit Abraham ad diuitem. Sed quo alio nuncio eos Angeli magis consolari poterant, quàm Christi Natiuitate? Et multis eorum reuelatum est tempus huius Natiuitatis, vt Iacob, & Danieli. Cum ergo Angeli hæc euangelizauerunt eis, tunc impletum est illud: Vox exultationis, & salutis audita est in tabernaculis iustorum: siue ea, quæ futura sunt, considerent: siue quæ præcesserunt, vndique illis gaudij materiam.

Lm. 16.

Psal. 11.

A diij materia est. Si futura, quia natus est ille, de quo scriptum est: Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi, qui eos in libertatem vindicabit, & ducet in regnum æternum. Quæ lætitiã est captiuis, cum redemptor iam venit: maximè cum in patria, summis sunt perfruituri diuitijs. Si verò, quæ præcesserunt, respiciant, gaudent maximè, videntes omnia eorum promissa, quæ Deo præcipiente mundo prædicauerunt impleta, & omnes figuras similiter veritati reditas.

Videt ibi Adam se ipsum formatum sexta die ex virgine terra, significasse secundum Adam, qui sexta mundi ætate, ex Virginis visceribus erat proditurus. Videt fontem illum exeuntem de Paradiso, vt irrigaret vniuersam superficiem terræ, significasse Christum, qui ex Maria oriebatur, quæ Paradisus est omnium gratiarum, in qua vt in Paradiso cælesti vidit anima Christi diuinitatem. Videt ibi Adam impletam ironiam, imò veritati redditam: Ecce Adam, quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum. Videt Noe, se arcam fabricasse, in quam ingressus mundum restituit diluuiò deletum: id verò significabat sapiẽtiam ædificaturam sibi domum, in quam intraret, vt mundum peccato perditum restauraret. Videt arcum verum, cuius Dominus recordatus iram placat, nec vnquam terram aquis diluuij perdet. Videt Abraham è propinquo diem, quem à longe videns exultauit. Videt impleri, quod ad eum dixit Dominus: Suspice cælum: numera stellas, si potes: sic erit semen tuum, Christus, scilicet, cuius virtutes nullis numeris possunt comprehendi. Videt Isaac illud: Ecce odor filij mei, quasi odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Christum Dominum hæc verba respiciebant: hic enim ager est plenus, cui benedixit pater omni benedictione: de cuius plenitudine omnes accepimus. Videt Iacob scalam, cui Dominus erat innixus eam sustentans, per quam Angeli ascendunt, & descendunt, esse pueri humanitatem, quam suppositum diuinum sustentat, per quam Angeli ascendunt, & descendunt. Sicut ille dixit: Videbitis Angelos ascendentes, & descendentes super

Psal. 119.  
Simile.

Gene. 2.

Gene. 2.

Gene. 3.

Gene. 8.

Ioh. 10.

Gene. 15.

Gene. 27.

Gene. 28.

**Ioan. I.** super filium hominis, quia per eum homines ascendunt in cælum, similes Angelis, & Angeli descendunt vt nos tu-  
**Gen. 41.** eantur.  
 Sed, & Ioseph nomen, quod accepit Saluatoris mundi agnouit, accepisse se se nomine huius pueri nati, qui vere Saluator est mundi. Ibi videt Moyfes signa liberationis populi sui, quæ ei Deus præstitit mirabilia multo significatione, quam re. Virga illa, dum in eius est manibus, virga est: at in terram proiecta, serpens apparet. Hic Christus est, qui in pectore paterno, virga est virtutis Dei, quam misit ex Sion: & factus homo in terram descendens, serpens apparuit in similitudinem carnis peccati. Sed serpens æneus sine veneno, quem aspicientes morfi à serpentibus sanentur. Manus Moyfi in sinu sana, extra ducta leprosa apparens: Christus in sinu patris incolumis, exiens in mundum, reputatus est lepra infectus. Sic loquitur Esaias. 53. Et nos reputauimus eum quasi leprosum. Videt etiam Moyfes petram, quæ largas dedit Israeli aquas, Christum significasse, ex quo omnibus gratia dimanat. Ibi videt Aaron florere virgam siccam, & fructum proferre sine vlla humana industria, significasse, quod egredietur virga de radice Iese, & flos de radice eius ascendet. Et tres pueri, qui in medio ignis viderunt similem filio Dei cum eis ambulantem, qui fecit rorem flantem, ne comburerentur, agnoscunt hunc Christum esse, qui gratiæ suæ rore suos defendit ab igne concupiscentiæ. Dies nos deficeret, si omnia, quæ hunc C  
 puerum figurabant, recensere deberemus: omnia autem hæc impleta viderunt sancti illi patres, & summa lætitia perfusi sunt.

**Prou. 8.**  
**Simile.**

Sed iam Christi lætitiam in hac die quis enarrare sufficet? Rem enim desideratissimam adeptus est, coniunctus dilectissimæ humanitati: Omne verò impletum desiderium gaudium ingenerat. Quod nam putas fuisse Christi desiderium maximum? Vtique deliciæ meæ esse cum filijs hominum, quæ verba dixit, antequam fieret homo. Sicut enim quando decreuisti, festum aliquem diem agere, omnibus quæ lætitiam præstaret possunt in eum diem congregatis, etiam  
 antequam

**A** antequam dies hic veniat, quando mente consideras, & ordinas intellectu omnia, quæ in illa agenda sunt die, delectaris eorum consideratione, & tibi dulcescis: sic diuina sapientia cogitans diem hanc, qua inter homines versari debuit, & in terris apparere, & videri, maximè delectata est dicens: Deliciæ meæ esse cum filijs hominum, si verò sola cogitatione delectabatur quid non delectetur opere, & re desiderata fruente? Egredimini ergo, & videte filiæ Sion Regem. Salomonem in diadmate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius, & in die lætitiæ cordis illius. Sed, ò Domine, quid lætaris de hominum consortio, ac societate? quæ inde tibi commoda uenerunt? Adeo desideras homo apparere, vt omnes homines nunc scribi feceris ab Augusto, vt inter homines numerareris?  
**B** Tam gloriaris de humanitate tua, vt semper te filium hominis dicas? Et idè ait Damasc. Pænissimusq; subijci voluit. His enim ostendit hominem se esse, at peccatum omnino recusauit, atque reiecit: quia cõtra hominis naturam cum sit, non eum hominem ostendisset, sed bestiam potius. Qui enim peccat, quasi iumentum efficitur, dicente Psalm. Comparatus est iumentis insipientibus. Idè in diuinis literis sæpe peccatores bestijs similes dicuntur, vt ergo in omnibus se ostendat hominem, peccatum, vel leuissimum non admittit, hoc enim contra hominis est naturam.

Mira, fratres, confusio hinc nobis oritur, & verecundia. Consortio, & societate tua Deus gaudet, gloriaturq;: tu ergo de eius familiaritate non gaudebis? Ille incommodis multis obnoxius, de nostro consortio adhuc gaudet, & tu eius societate ditatus omnibus bonis, non gaudebis? Vidistine aliquando Regem, qui familiarissimè, ac humanissimè cum vi li homine ageret, gloriamque suam diceret, cum eo versari, & colloqui, ille verò hoc fastidiret, Regisque amicitiam repudiaret? Visum hoc nunquam. Sed cum Deo nostro sic à nobis agitur, lætatur ille nobiscum: delicias suas dicit esse cum filijs hominum, gloriam suam hanc esse testatur: nos verò eum despiciamus, & fastidimus, &c.

Sed iam de Mariæ lætitia quis dicere valeat? Si mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius, cum autem peperit, iam  
 iam



Esa. 35.

E. 3. 1. 1.

Genes. 21.

A. 1. 1. 1.

Esa. 66.

A. 1. 1. 1.

Cant. 8.

Simile.

A. 1. 1. 1.

rit, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus A  
 est homo in mundum: quod Mariæ gaudium: quæ exultatio  
 cum pepererit sine dolore? Esa. 35. Letabitur deserta, & ma-  
 uia, florebit solitudo sicut liliū, germinans germinabit: exul-  
 tabit lætabunda, & laudans, gloria Libani data est ei, decor  
 Carmeli, & Saron. O Virgo pulcherrima, quis te hodie intue-  
 retur speciosam, sicut Auroram Solem parientem, omnium  
 virginum Reginam Virginem, & omnium quæ pepererunt  
 Reginam matrem. Si Sara facti nouitate commota dixit, Ri-  
 sum fecit mihi Dominus, & quicumque audierit, corridebit  
 mihi, eò quod sterilis, & in summa senectute peperisset: ideo-  
 que filium appellauit Isaac, id est, risum: quid dicat Maria cū  
 virgo conceperit, virgoque pepererit? Quomodo non ridens B  
 gaudebit? Et omnis audiens, virginem Deum parere, non cū  
 ea ridebit? Lætamini cum Hierusalem, & exultate in ea om-  
 nes, qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio. Sed interrogo  
 ego à te, o Virgo omnium beatissima, quod tibi optabilius,  
 quod tibi iudicās melius? Christum in vtero retinere, an edi-  
 tum brachijs amplexari? Dum est in vtero tam tecum vnus  
 est, vt fructus cum arbore, dum est in ea. Si nascitur, & eum  
 brachijs tenes tuis, est, vt fructus in manu eius, qui decerpit  
 ex arbore. Quod ergo præligis? Videtur primum præligen-  
 dum: quia maior est cum Christo vnio. Ided enim ante natiui-  
 tatem puero Angelus custos non assignatur, quia tunc vnus  
 censentur mater, & filius: sed cū natus est, deputatur, quia C  
 duo iam numerantur. Adhuc tamen Maria desiderat natum  
 videre, & desiderium illud Ecclesiæ, votum etiam Mariæ est  
 optatissimum. Sed quod inquis Ecclesiæ desiderium? Illud vt  
 que, quod Sponsa verbis illis significat: Quis det te fratrem  
 meum suggestentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, &  
 deosculer te. Sicut qui thesaurum inuolutum, & abscondi-  
 tum inuenit, domum properat, & thesaurum aperit, intuetur,  
 completiturque: sic Mariæ contigisse non dubitandum. Po-  
 suerat Deus pater thesaurum absconditum in agro vteri Vir-  
 gini: desiderat Maria hunc absconditum videre thesaurum,  
 manibus euoluere, amplexari, & exosculari. O immensa  
 Gloria matris! Gloria matris filius sapiens. An non infinita  
 gloria

A gloria Mariæ, dum se videt Virginem, & matrem, & matrem  
 Dei tanti! Tanta gloria matris est, vt dicat Bernardus, nescire  
 se, quid maius, humiliatio filij, an exaltatio matris. Exaltatio,  
 quæ comparanda, conferendaque est infinitæ Dei humilia-  
 tioni, qualis futura est? Et insuper cum virgo permaneat, eam  
 salutare, & ei, Aue dicere possumus absque illius vllò verecun-  
 diæ rubore: quod nulli conceditur mulieri, nisi Mariæ, quæ  
 sola sic peperit, vt virgo permaneret. Sicut enim gloria Chri-  
 sti est, taliter hominem factum, vt non desierit Deus esse: sic  
 Mariæ gloria, quod taliter mater est, vt non desierit virgo esse.  
 Et sicut summe gloriatur Christus, quod Deus homo sit,  
 ita Maria, quod mater virgo sit. Et sicut optimus Deo ti-  
 tulus, & optimum nomen, quo eum vocemus, Deus ho-  
 mo: sic Mariæ, mater virgo. Summa ergo eius hodie est læ-  
 titia.

De pastorum gloria, atque lætitia, qui primi vocati sunt,  
 vt Christum videret, quid dicemus? Nouus homo Christus,  
 nouum regnum, & omnia noua facit: Ecce noua facio omnia.  
 Ex his vero, quæ noua sunt à Christo Domino, in regno, non  
 uo, illud vnum est, quod pauperes principes sui regni fecerit,  
 quibus primum cœlestis regni promissio datur. Beati pauperes,  
 quoniam vestrum est regnum Dei. Vnde sicut in homi-  
 num regno nuncia omnia læta, primum principibus dantur,  
 indeque ad pauperes descendunt: sic Christi nati nuncium  
 C primum Euangelizatur pauperibus pastoribus. Non sine  
 grandi mysterio dictum est: Euangelizare pauperibus misit  
 me. Et pauperes Euangelizantur: quia illis prima regni cœ-  
 lorum nuncia læta dantur: non Romanis, nec alijs principibus,  
 vel Iudeorum, vel gentium.

Et hinc postea eligit non diuites mundi huius, sed paupe-  
 res, diuites in fide hæredes regni, vt primum fidem reciperent  
 quam alijs predicarent, quod iam à natiuitate incipit. Meri-  
 to verò pauperibus hoc tribuitur: quia illi solum integrum  
 reciperent Euangelium. Diuites enim dimidium accipiunt  
 Euangelij, scilicet illud, quod eis futurum est honori, non ve-  
 rò quod oneri. Fidem quidem recipiunt, & se antiquos in fi-  
 de gloriantur: fidemque multis successionebus radicatam  
 à patri-

Bernar.

A. 1. 1. 1.

A. 1. 1. 1.

A. 1. 1. 1.

Luc. 8.

Esa. 61.

Magth. 11.

à patribus, & auis gloriantur, se habere, sed opera Christiana exercere. Quod onus est, reijciunt, pauperibusque relinquunt, ieiunia, cilicia, mortificationem, non hæc ab eis accipiuntur. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia. At pauperes vtrumque suscipientes fidem, & opera, digni sunt, qui in Ecclesia primi, & principes existant: ad quos proinde nuncia præclara primum perueniant.

Sed iam de omnium nostrum lætitia aliquid restat dicendum. Lætandum ergo nobis in Christi ortu, sicut lætatus est mundus orto Noe, de quo eius pater pronunciauit: *Iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus.* Hoc verò pater eius dixit: vel quia artem colendorum agrorum adinuenit, vsus ad hoc bestiarum opera, quibus minus laborat homo: vel quia vinum inuenit, quo laborantes in laboribus suis recreantur, viresque recuperant. Merito proinde pater Noe ait, *Felix, læta, hilarisque sit natiuitas Noe, qui homines leuauit in labore suo: sed nos potius lætemur, & exultemus, quia natus est nobis Christus Dominus, qui verè consolabitur nos ab operibus manuum nostrarum, in terra, cui maledixit Dominus.* Laboras ne tu? dolore affligeris: angeris aliqua angustia? Vtique. Dic ergo illam, & vide, an Christiani sit angustia, an verò Ethnici? Dolor, & anxietas Christiani non de hac re est, quod pauper sit, quod honore careat, quod infirmitate grauetur. In his enim cùm Paulus dicit: *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, & Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra, & Dum infirmor, tunc potens sum, & iterum: Non solum autè, sed & gloriamur in tribulationibus: hoc est Christiani cor, hæc vox fidelis.* Quæ ergo eius angustia? quis mæror? Certe terra, cui maledixit Dominus. Tolle à me terram, cui maledixit Dominus, reliqua facilia mihi erunt. Sed quæ terra ista? Illa, propter quam se infelicem proclamat Paulus. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tolle à me hanc terram, quæ spinas, & tribulos germinat: hanc, quæ me accendit ira, eleuat superbia, deijcit timore, inflammat cupiditate, dissoluit tepiditate.* Hæc est Christiani molestia, hoc onus,

hio

**A** hic labor. Angeris, affligeris hac de re? Exulta, nascitur tibi modo verus Noe, qui labores tuos leuet gratia sua, qui iram mitiget, libidinem extinguat, carnem domet, superbiam frangat. Unde postquam se infelicem dixerat Paulus, addit: *Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum.* Hic plantauit vineam, ex qua vinum illud prodeat, de quo dicitur: *Date siceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo.* Iste consolabitur te, iste mansuescere faciet ferocissimas bestias passionum tuarum, vt eas non timeas, nec tibi noceant. Inde Esa. 11. prophetato Saluatoris aduentu, subiungit Propheeta eius fructum, dicens: *Et delectabitur infans ab ubere super foramine Aspidis, & in cauernam Reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.* Non nocebit, & non occidit in vniuerso monte sancto meo, quia repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientis. Quibus verbis significat passiones nostras, crudeles, ac venenatos ante serpentes, gratia Christi incantandos, vt veneno amisso non noceant iustis. Veniat ergo hic Saluator noster, suscipiamus eum cum gaudio. Ad hoc enim venit, vt iugum oneris eius, & sceptrum exactoris eius superet, nosque in libertatem vendicet &c.

• **M**NIS ergo causa lætitiæ nobis hodie proponitur. Videmus enim portam Ezechielis principi seruatam, quæ est Maria, in qua sedet Dominus in signum clementiæ, vt David cùm in porta sedit. 2. Reg. 19. & 2. Paral. 5. descendit nubes in domum Domini, lætante vniuerso populo, quia intelligerent, ad eos venire Deum, vt eos protegeret. Sed hodie vt Isa. loquitur, descendit Dominus super nubem leuem, & ingreditur Aegyptum, vt nos saluet. Miserat ante Angelum suum, nunc verò ipse descendit. Summa hæc misericordia, potior multo, quàm illa: sicut multo plus est Regem venire in ciuitatis auxiliium, quàm ad hoc ministrum destinare. Lætandum nobis, quia venit princeps, cuius imperium super humerum eius, Pastor qui eripiet gregem à leonibus, vt David, Doctor iustitiæ, Iudex, qui ex vsuris, & iniquitate nos liberet. Sacerdos, qui thuribulo Deum placare nouit, hodie ex sacrario exit, & officium plorando incipit. Sed ei respondent Angeli canentes, & lætantes, perficiet officium in cruce dicens: *Consummatum est, quod*

Primus Tom.

H

est:

Exod. 3.

Rom. 7.

Prouer. 31.

Esa. 11.

Esa. 9.

2. Reg. 19.

Paralip. 5.

Esa. 19.

Simile.

Psalm. 72.

1. Cor. 4.

2. Cor. 7.

Rom. 7.

*In natiuitate Noe  
viciini eius tribuunt  
Gene. 5.*

est: Ite, missa est. Nascitur Agnus, qui aperiet librum & soluet signacula eius: Agnus, qui tollit peccata mundi.

## In die S. Stephani Protomar.

*Video celos apertos, & Iesum stantem, &c.*



**D**V O plane mira sunt sponsalia. Alterum Spiritus sancti cum Maria, quod tunc præcipue contractum est, cum diuinus Spiritus superuenit in illam, & virtus altissimi obumbravit ei. Huius desponsationis fructus extitit Iesus, qui heri natus est nobis. Alterum verò Christi Seruatoris nostri cum Ecclesia, in quo tanta fuit huius sponsi in charissimam sibi sponsam Ecclesiam amoris magnitudo, ut in ipso Virginis utero, quasi in thalamo voluerit arctissimo omnium fœdere cum illa copulari: exiuitque in hunc mundum quasi sponsus procedens de thalamo suo. Nec verò in hac desponsatione fructus desiderantur vberissimi, sancti enim omnes quasi virgulta quædam, germina, & tandem filij extitere ex hac orti desponsatione, misit enim filium suum in mundum, ut adoptionem filiorum reciperemus. Illi verò præcipui filij Ecclesiæ, Christi que numerantur, qui martyrij palmam sunt consecuti. Quorum primogenitus hodie celebri festo recolitur Stephanus, qui verè nasci dicuntur, cum ex huius mundi angustijs in caelestem patriam euolant, & sic eorum mortem Ecclesia natale dicit. Sicut enim puer ex angustijs vteri prodit in amplissimam orbem, ita martyr, ex angustijs mundi huius procedit in amplissimam gloriam: sic eis Christus dixit. In mundo pressuram habebitis. Nascitur ergo Christus in terra, ut homo renascatur in cælo. Ponitur Christus in præsepio inter animalia, ut homo collocetur in throno gloriæ inter Seraphim. Ut tantum hoc natale explicemus, opus est gratia &c.

Mis exploratores à Moyse, ut confiderent terram promissam, eam quidem laudant, sed animo defecit populus, audiens,

**A** diens, difficilem esse pugnam, ut eam obtineant, quia ut illi dicunt, in ea Gigantes sunt, & terra deuorat habitatores suos. Sed Iosue, & Caleb, multis verbis exhortati sunt Israel, ne animus desponderet, & tandem post alia multa aiunt: Sicut panem eos possumus deuorare, quia Dominus nobiscum est. Omnes viam in cælum aggressi sumus, innumera patria illius bona nuntiata sunt nobis, sed itineris difficultate, & pugna, aliquando animo deficere solemus. Ideoque proponit nobis Dominus viros, qui verbis, & exemplis nos erigant, quod munus præcipue martyres præstant, quorum dux hodie proponitur Stephanus, qui prior sanguinem reddidit Saluatori, ut erubescamus qui nondum usque ad sanguinem restitimus. Et licet eos facile liberare posset, & manus lapidantium Stephanum ariditate debiles reddere, sicut manum Ieroboam contra prophetam extensam, noluit tamen, quia & ipsis expediebat, & nobis, ut è varijs passionibus vitam consummarent. Illis quidem, quoniam sic maximas adepti coronas sunt, nobis, ut exemplum relinqueretur patiens minora, ut Dei regnum assequamur?

**N**VLIVS plane est, qui caelestem non desideret Beatitudinem, ac difficultate adipisci vellet: in quo Luciferi imitantur superbiam, cuius fuit illud peccatum. Ait Anselm. & Diuus Thom. 1. part. quæstio. 63. articulo tertio, quod gloriam quidem sibi reuelatam appetijt, sed eam concupiuit ac suam, & sibi naturaliter debitam, non aduertens à gratia Dei ipsi prouenturam. Cum verò soli Deo naturalis illa beatitudo sit, qui eam ut sibi natura debitam vult, interpretatiuè, & tacite se Deum dicit, ideoque dicitur. Luciferum Deo æquari voluisse. Cum verò illi imitantur, qui in regnum cælorum vocati, illud assequi volunt sine labore, & ærumna. Sed obsecro, quanta hæc stultitia! Si insurgeret hic modo homo de infima plebe, iactaretque, sese futurum Regem maximum, cumque eum interrogares, es ne Regis filius? responderet: Non sum, sed adhuc regnum adepturus sum. Sed quomodo, inquiris? & ille: Surgo mane, aut qua hora mihi placet, comedo, ludo, deambulo, cum amicis iocor. Hoc ne modo te Regem futurum credis? Si Regis filius esses, & regnum heredi-

H 2      tario

Luc. 1.

Galt. 4.

Simile.

Ioan. 16.

Num. 17.

Anselm.  
D. Thom.

Simile.

1. 9. 2

tario iure tibi obueniret, posses hac viuēdi ratione Rex esse. **A** At cūm de infima plebe sis, vt regnum assequi possis, in bellum tibi proficiscendum, in eoque mirabilia gerenda: & cūm per multos ascendens gradus, ducem egisses exercitus, & tandem multis deuictis hostibus, multis superatis inimicis, tandem Rex esses, magni ducers deberes. Hoc autem viuendi modo, quem te habere dixisti, non modo Rex non eris, sed nec diues de populo. An non perfimile quid multis Christianorum nunc vsu venit? Si te interrogo, putas ne te salutem æternam consequuturum? certò, citoq; respòdebis: Spero, & firmiter credo. Quid te dixisse putas? An aliud dixisti, quàm, Rex ero in æternum? **Omnis beatus Rex est, coronaque illa perfruitur, de qua Paul.** Et illi quidem vt corruptibile coronam accipiant, nos autem incorrupta, & **Apoc. 2.** Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Quo ergo pacto, qua vitæ ratione in tantū regnum assumendus es? Quæ præstas facinora, quæ egregia facta, vt Rex sis? Comedo, ais, de ambulo, ludo, sic me Regem futurum spero. Si Dei naturalis filius fores, rectè diceres: Sine labore regnabo. At cum vile sis signum, nisi armis te accingas: bellum spirituale ingrediaris, fortiter cum hostibus concertes: mirabiles victorias reportes, ingentia facinora perpetraveris, regnare non poteris. Si iustus, ait Petrus, vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt? O tremèdum verbum, durum, & quod aures tinnire facit! Iustus vix saluabitur, iustus, qui ornatus est omni virtute, qui se colligit, qui ieiunat, qui sacramenta frequentat, hic vix in regnum veniet, tu miser peccatis obuolutus, quid te somnias Regem futurum? Audi Paulum. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit, cælo aptus est, qui legitime certat, inimicos superat, carnem domat, mundum vincit, diabolum fugat, & ei fortiter resistit, fortis in fide, & talis denique qui dicere valeat cum **Psal. 17.** Persequar inimicos meos, & cōprehendam illos, non conuertar, donec deficiant &c. Ideo **Apoc. 7.** videt Ioannes sanctorum cœtum, & ait: Palma verò triumphantibus dabatur in eximie victoriæ signum, quo significatur, sanctos maxima vicisse discrimina, difficiles peperisse victorias. Ideo **Sap. 4.** de casta generatione dicitur: In perpetuum

**A** coronata triumphat. Sed cūm alia bellorum genera sint, quibus hominis conspicua fortitudo profflet ostendi, quid causæ fuit, quod spiritualia certamina suorum in hoc, vel maxime Deus constituit, si paterentur, sanguinem funderent, mortem denique oppeterent? Et quod ab omnibus nobis maxime exigitur, hoc est, patere, sustine, tolera: quid magnum, in hac passione est, vt illam præcipuam Deus habeat? Respondetur, fortitudine nobis agendum hoc negotium est. **2. Timothe. 2.** Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Et **1. Tim. 1.** Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, vt milites in illis bonamilitiam.

**S**ED notandum: Fortitudo moralis est virtus, medium constituens inter timores, & audacias, vt quando oportuerit, inimicum aggrediaris, cum eo decertes, & cūm etiam oportuerit timore represso pati pro virtute, paratus sis tristitia vsque ad mortem, nec vllò vincaris timore, aut dolore, vt virtutem deseras. Ad fortitudinem ergo pertinet suo tempore iram excitare secundū rationem cōtra inimicū, & animū roborare contra timorem, ne timore mali imminentis facias, quæ non decet. Inquirunt autem **Diuus Thom. 2. 2. quæst. 123.** quis horum actuum fortitudinis præexcellat, quidque sit difficilior. Et respòdet sine dubio pati pro virtute timore compresso, excellentior actus, difficiliorque est, quàm inimicos aggredi, eosque superare. Probatque hoc **Arist. sententia** dicentis: Ex hoc maxime quidam fortes dicuntur, quod tristitia pro virtute sustinere norunt.

**C** Sed & hæc est sententia **Salomonis**, imò **Spiritus sancti Proverb. 16.** Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiū. Probat hoc **Diuus Thom.** ex hoc, quod timor maxime animo dominatur, quia alię passiones que runt aliud bonum, quod subiectum non habet: sed timor conseruat bonum habitum, quia est de malo imminente, quod priuat bono habito. Facilius verò relinquitur bonum, quod non habetur, quàm quod habetur, & ideo timor maxime dominatur animo, eique resistere præcipua est fortitudo. Quod etiam experientia docemur. Ira enim, & audacia facile in nobis excitantur, nec ergo grande opus fortitudo peragit, cūm eas excitat, vt inimicum aggrediatur: sed timor difficile cohibetur,

2. Tim. 2

1. Tim. 1.

D. Thom.

Aristo.

Prover. 16.

quod cum fortitudo efficit, maximum opus præstat.

Ex his facile colligitur, qua ratione Christus Dominus præcipuè à suis militibus exigat, vt eos æterna corona donet, vt sanguinem fundant, mortem appetant, & diuersa passionum genera experiantur. Et ratio patet. Cum enim beatitudo hominis præcipua sit corona, iuxta allegatum Pauli testimoniū, & illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam, ad supremam coronam præcipuus fortitudinis actus merito exigitur, hic verò est honestatis causa pati, nec virtutem vllò timore deserere. Ideo Heb. 11. fortes facti sunt in bello. Et de Ioseph multa passio dicitur: Certamen forte dedit ei, vt vinceret, verè certamen forte difficile bellum.

Hinc etiam sequitur, fortitudinem Christianam gētium omnium fortitudinem facile superare. Iacet iam Roma suos Fabios, Metellos, Scipiones, Cæsares: denique omnes, ostendat Græcia fortissimos duces, omnis horum fortitudo ea fuit, hostes debellare, audacias contra inimicos excitare. Ostendunt vestimenta sanguine inimicorum rubra, pluresque hostes à se debellatos, ciuitates dirutas, regna expugnata, quæ omnia ad primum genus fortitudinis spectant, quod longe in ferius est. Nos verò Christiani ostendemus eis Christum nostrum fortissimum, cuius fortitudo similis est Rhinocerotis, cui Esaias: Quare rubrum est vestimentum tuum, & vestimenta tua quasi calcantium in torculari? Vestimenta eius sanguine proprio fuso tincta sunt, exhibitis supremis fortitudinis actibus, dū tristitia vsque ad mortem passus est. Ostendemus illi proximum Stephanum coronatum, proprio sanguine madidum, & deinde omnes inclytos martyres, qui calicem Domini biberunt: qui tanta passi sunt, vt humanam superent credulitatem, ne virtutem desererent. Qui omnes multo fortiores Romanis extiterunt, qui seipos interimebant, ne mala aliqua paterentur, & qui fortes erant, vt inimicos aggredierentur, & occiderent, infirmi erant, vt mala sustinerent, quæ vt effugerent, mortem sibi ipsis conscisciebant, quod probat Augustin. lib. 1. de Ciuita. timoris fuisse, defectusq; fortitudinis. Hoc peregit Cato Uticensis, & Antonius, & alij. Ideo sponsus laudans fortitudinem sponsæ, ait: Sicut turris Dauid collum tuū, mille cly-

pe

peï pendent ex ea, omnis armatura fortium. Non arma in Ecclesiavidet, quæ maximè laudet, quibus hostis offendatur, licet enim & hæc sint, sed non sunt ei maximæ laudi, sed illa, quibus inimicorū tela, ictusque excipiantur, scuta, scilicet. Hæc arma laudantur præcipuè, quia licet fortium sit inimicos aggredi, sed fortissimorū ab inimicis pati, nec deficere in tribulationibꝫ.

TAM verò mirabilis, ac præclarus hic actus fortitudinis est, vt hodierna die videret Stephanus, cū lapidaretur, cælos apertos, & Iesum statè à dextris virtutis Dei. Mirū profecto videtur, cū Christus ad patris dexteram iā sederet, quomodo cū non sedèts, sed stantè Stephanus videret? Meritò in primo omnium Martyre ostēdit Christus, quod in alijs omnibus exhibuit. Primo enim stare Christus visus est, quasi paratus in eius adiutorium, sine Christo enim iuuatè, quomodo Martyr iste, & cæteri qui eū sequuti sunt, tanta potuissent tormenta tolerare? Sicut ergo eis dicitur: Non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, ita & dici potuit: Nō estis vos, qui patimini, sed Christus, qui in vobis est. Tanta enim fortitudo humana non est, sed diuina. Mirabilis plane Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutē, & fortitudinem plebi suæ.

SECUNDO vero stantem Christum videt. Quemadmodum enim cū publicis spectaculis ades, proximisq; fenestram sedes, vnde omnia quæ in foro aguntur, facile vides, si forte aliquod accidat mirabile spectaculū, inauditū, & nouū, surgis, & stas, illud intueris, posses quidē sedens intueri, sed rei nouitas, & magnitudo te stare cōpellit, vt attentius consideres: ita prorsus Christus erat sedens ad dexteram patris, inde cōsiderans suos in palæstra huius mundi versantes, fortiterque cū inimicis contententes. Sed cū Martyr procedit, inauditum hoc spectaculum est, inuisum facinus, mirabilis fortitudo, cōpellit Christū stare, & videre rem penitus admirandam. Hinc cū Paulus enarrasset Apostolorum passiones, subiungit, Spectaculū facti sumus Angelis, & hominibus, quia theatrale miraculum hoc est, stupendaquē fortitudo, ad cuius conspectum non homines tantum, sed & Angelos: non Angelos solum, sed & Christū inuita re possumus, illeq; cōsurgit, vt attentius inspiciat, & consideret.

Hoc ergo adeo mirū, egregiumque facinus Stephani epi-

H 4

stola

1. Cor. 9.

Heb. 11.  
84p. 10.

Num. 24.

Esa. 63.

August.  
Cant. 4.

Matth. 10.

Simile.

1. Cor. 4.

stola hodie nobis recitata ob oculos ponit. Eligunt Apostoli A  
 Diaconos septem, à quibus iuuentur in pauperum ministerio:  
 inter quos electus est Stephanus plenus gratia, & Spiritu san-  
 cto, qui faciebat prodigia, & signa multa in populo. Sed conti-  
 nuò contra eum bellum insurgit, nec mirum, quia sicut tunc is,  
 qui secundum carnem persequeretur eum, qui secundum spiri-  
 tum, ita & nunc, si Isaac puteos fodit, Philistæi terra eos im-  
 plent: Vestem polymitam facit Iacob Iosepho, còtinuò fratres  
 eum occidere parant. Laudatur Dauid, & excipitur cum tan-  
 ta gloria, còtinuò Saul inuidet, & eum persequitur, testes fal-  
 sos contra eum inducunt. Nec satis eis fuit videre vultum eius,  
 vt vultum Angeli, & cum leones, & tigrides ei humiliarentur,  
 & mansuescerent, tunc inimici maximè persequuntur. Quod  
 etiam postea sepius in Martyribus accidit, quibus bestie fe-  
 rocissimæ mitissimæ erant, sed homines tunc in eos crudeliores.  
 Crudelior enim multò homo iraperitus quacunque fe-  
 rocissima bestia. Non sine causa Babilonicus Rex cum in lacu  
 leonum Danielem deiecisset, claudit, signatque lacus ostium,  
 magis timens Danieli, ab inimicis, malum inferendum, quam  
 à leonibus, & ideo vt ab hominibus defenderet, ostium clau-  
 dit, atque signauit. Idcirco ad suos Christus: Cauete ab homini-  
 bus. Ducitur in iudicium, vbi eius vultum intuentur, vt vultu  
 Angeli stantis inter illos, quia iustus in medio tribulationis  
 splendet vt aurum in igne. Vnde Esaias: Omnes qui viderint  
 illos, cognoscent eos, & dicent: Isti sunt semen, cui benedi-  
 xit Dominus. Maxima planè visio in tribulatione, hominem  
 esse vultu angelico, rubus ardens incombustus. Vbi ergo pa-  
 leæ fumant, ait August. aurum rutilat, quia tribulatione pec-  
 cator denigratur, fumatque vt paleæ, sed perfectus latatur,  
 gloriaturque. De quibus Esai. 60. Populus autem tuus omnes  
 iusti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis  
 meæ, opus manus meæ ad glorificandum. Et còtinuò c. 61. Et  
 vocabuntur in ea fortes iustitiæ plantatio Domini ad glorifi-  
 candum.

E I I C I V N T Stephanum extra ciuitatem, & vestes depo-  
 nunt ad pedes Sauli. Norunt iniusti expediti, promptique ef-  
 fe, ac liberi ad malum, non verò ad bonum. Orat pro inimi-  
 cis,

A cis, vt Christus in cruce, & sua oratione, ait Augustin. nobis  
 lucratus est Paulum. Hic rectius dicere possumus, Faciebat  
 prodigia, & signa magna in populo, quam cum cæcos illu-  
 minabat, agros saluti restituebat: qui enim pro inimicis orat  
 se lapidantibus, prodigium, ac mirabile facit stupendum.  
 Prodigium fuit in Christo cum dixit: Pater ignosce illis, sed  
 vide prodigium discipuli: Domine ne statuas illis hoc peccat-  
 um. Verè hic est plenus gratia. Sicut enim in naturalibus  
 sunt gradus, minimum, medium, summum, sic in gratia. Si-  
 cut in fluuio illo, Ezechielis quadragesimo septimo. primum  
 vsque ad talos aqua, deinde vsque ad crura, deinde transtada-  
 ri non poterat, quod significat gradus diuersos diuinæ gratiæ.  
 Qui plenus est gratia, & consummatus in illa, omnino occupat  
 mentem: ille facit prodigia, ille non timet eos, qui occidunt  
 corpus, omnia in bonum illi cooperantur etiam lapides: nihil  
 est ei impedimento, quo minus in Deum euolet. Ad hunc sta-  
 tum nos peruenire curemus, nec contenti simus; si gratiam  
 adepti sumus, donec plenam, maximamque assequamur. Qui  
 iustus est, iustificetur adhuc, proficiat in melius, nec te pi-  
 geat bene operari, quia, vt dicit Sapiens: Non impediaris ora-  
 re semper, & non verearis vsque ad mortem iustificari, quo-  
 niam merces Dei manet in æternum. In hac acquirenda sub-  
 stantia: in his congregandis diuitijs, cupidos, auarosque nos  
 esse oportet, vt maiorem, amplioremque nobis gratiam cu-  
 mulemus, esurientes, sitientesque iustitiam: quis enim eor-  
 ù, qui mundum diligunt, si ulterius progredi potest in his, quæ  
 mundi sunt, non progreditur? In his quæ mundi sunt, non  
 possumus pro arbitrio, & voluntate crescere, nec id nobis  
 Deus permisit, quia hæc nihil ad bonum hominis pertinent:  
 in gratia verò reliquit voluntati nostræ incrementum, quia id  
 nobis valde proficuum. In mundo non permittit, vt statum  
 quisque suum pro libito usurparet, quod si permisisset, om-  
 nes Reges esse vellent: in gratia id permittit, vt si Rex volue-  
 ris esse, possis. Ad hoc autem ille in mundum venit, vt in om-  
 ni bono crescamus, vnde ait ipse: Ego veni, vt vitam habeant,  
 & vt abundantius habeant. Hoc vero iam ex præsepio cla-

Gal. 4.  
 Genes. 26.  
 Genes. 37.  
 1. Reg. 17.

Danic. 3.

Matt. 10.

Esai. 61.

Exod. 3.

August.

Esai. 60.

Esai. 61.

August.

Ezech. 47.

Esai. 55.

A poc. 22.

Eccles. 28.

1. Iou. 10.

**Ezech. 40.** mat. Hic est enim vir, quem vidit Ezechiel 40. Et in manu eius calamus mensuræ, venit enim, ut nobis regulas normamque tradat vitæ.

Vis nosse, quibus vestibus induaris? attende eius, pauperes pannos. Vis nosse, quas delicias in mundo quæras? Ecce positum, in duro præsepio. Vis, quas hic celsitudines quære habeas. Ecce in stabulo inter animalia, hac regula, hoc calamo iusti sua metiuntur. Ezechielis. i. alis suis illa animalia sancta eundem sonitum faciebant, quem Deus ipse. Ait enim propheta: Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei. Sic ergo nos decet facere, sonum sublimis Dei præstemus: eius veste induamur, eius vestigia sequamur: eodem, quo ille, calamo utamur. Ecce Christum pauperem, quia gratis venundati estis, & sine argento redimimini. Quam gratis nos venundamus. Mirum est profecto, quâdo te dæmoni tradis pro auro, pro delicijs, carò te venundatum credis, sed verè gratis venundas te. Christus ergo non auro, nec argento nos est redempturus, ideo ea non defert secum, sed redempturus nos est lachrymis, gemitibus, passione. Hac pecunia plenus est saccus ille humanitatis, plorat iam, patitur iam pro peccatis tuis, & tu adhuc in peccatis eris? Petierat ab eo obnixè Esaias: Consurge, consurge, induere fortitudine tua brachium Domini, ad debellandas enim aereas potestates fortitudine opus est. Sed en infirmitate est circumdatus, absque armis bellum ingreditur: Sed adhuc arma ei sunt. Sed quæ arma? illa profectò, de quibus Psalm.

**Eesai. 51.**

Sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent. Considera Iudæos in pastoribus, gentes in Magis cadentes ante ipsum quo arcu, & quibus eos sagittis confixit? Humanitas illa arcus Dei est, de quo: Ponam arcum meum in nubibus cœli, & recordabor fœderis mei vobiscum, & non inducam ultra aquas diluuij super terram, potentissimus profecto arcus, qui omnem patris mitigat iram.

**Greg. 3.**

Sed quas in nos sagittas amoris iaciat arcus ille ex præsepio, quis enarret? Dicat sponsa, quæ se charitate dixit vulneratam. Dicat Augustinus: Sagittaueras tu Domine cor meum charitate tua. Hic verè impletur, sagittas suas ardentibus effecit,

**August.**

**A** cit, id est, ardentibus, & flammis ignis effecit, ut corda hominum inflammarent. Quis enim est, qui illam nimiam Dei charitatem consideret, qua paruulus factus est, & pro nobis lachrymas fundit, tremit, vagitque, & non accendatur tanto hoc amore? Sed verè hæc non consideramus, non æqua lance perpendimus: ideo non ardemus, non vulneramur. Hæc ergo festum, ait Nazianzenus, non carnaliter celebrandum nobis est, sed spiritualiter, maxima consideratione. Verba nostra bona sint, quia iam verbum in carne est: cogitationes sanctæ sint, opera in Dei gloriam, laudemque efficiamus.

**Psalm. 7.**

**Nazian.**

**B** Cum comederet, & biberet Balthasar cum suis, laudabant Deos aureos, & argenteos, quos colebant, ut ait Daniel. Hoc modo celebrabant festa, atque conuiuia, laudantes Deos suos, & certè ipsi non sunt Dij, nos ergo festa celebremus nostra, laudantes Deum verum. Illi in Deorum suorum laudem cibos ante eos ponebant: lauda tu Deum tuum, hos ei apponens in pauperibus.

**Dan. 5.**

Sed inter multa, ad quæ Christus Dominus in mundum pauper venit, illud vnum est, non infimum, ut martyres suos roboraret exemplo, & simul omnes nos confirmaret, ne in tribulationibus deficeremus, ideo in eis se nobis socium adiunxit, ut dicere possit illud Psalmi: Cum ipso sum in tribulatione. Quando tres illi pueri in fornace erant Babylonica, descendit Quartus similis filio Dei. Danielis tertio. qui fecit quasi ventum roris flantem, & ideo igne

**Psalm. 90.**

**Dan. 3.**

**C** lassi non sunt, nunc autem ad nos descendit, non Angelus similis filio Dei, sed ipse filius Dei, ut nobis sit socius in omni tribulatione nostra, præcipuè verò martyribus, qui plura pro Deo perpessi sunt. Hac ratione primum Christi celebratur natiuitas, qui caput est martyrum, continuo protomartyris Stephani, qui voluntate, & re: continuo Ioannis, qui voluntate solum: post hunc Innocentium qui re ipsa sine voluntate Martyres fuere. Deinde nobis omnibus adest in omni tribulatione nostra: cum enim pie viuere velimus, sine dubio tribulatio nobis parata est, aliquid martyrij nobis est subeundum.

Quid

Augusti.

Quid ergo Christus? Augustinus: Partim ergo erat Dominum hortari Martyres verbo, nisi firmaret exemplo. Quantum verò Christus Dominus exemplo suo nobis profuerit, quantumque adiecerit suis ad patiendum, ac sustinendum fortiter, virium, non est dictu facile. Hoc enim animam, viresque resumpserunt, & se libenter in tribulationes dederunt, quia magna gloria sequi Dominum, Sapiens ait. Hinc Paulus: Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Hanc autem iam à puero sustinet, & delicias fugit, paupertate delectatur. Cum enim venerit tollere peccata mundi, radices eorum omnino aufert, diuitias, scilicet, delicias, & honorem, seipsum exemplar exhibens Christianæ vitæ, docensque nos cœlestem vitam ducere; ab omni terrenarum cupiditatum sæce alienam.

Cum prope Tabernaculum, & prope templum horti non essent, nec sylvæ, aut nemora propter impedimentum diuini cultus, quod inde oriretur, contra idolorum cultores in montibus, & syluis eis sacrificabant, ut sæpe scriptura meminit: sic modo peccatores putant in dignitatibus, diuitijs, & delicijs Deo inseruiendum, & sacrificandum, & cum in eminentiori loco sint, putant se cœlo propinquiores, cum tamen ibi longius distent. Sic Ieroboam, ut vituli sui colerentur, in sylua eos collocat, ibi conuiuia ordinat, & festa plurima, & sic omnis Israel colebat eos. Hoc est illud Osee septimo: Quieuit paululum ciuitas à commixtione fermenti, nec fermentaretur totum, id est, dissimulauit paululum Ieroboam, ne cogere videretur ciues immolare vitulos, sed illud fermentum paulatim totum corrumpit populum, ut omnes libenter idola venerarentur. Ut ergo animam Dæmon perdat, non id vi agere conatur, sed iuxta eam nemus plantat, in diuitijs, ac delicijs eam collocat, & miser homo rectè secum agi credit, cum ei omnia prospera sunt, & pro voto eueniunt, beatū se putans, dicēsque sortes suas in præclaris cecidisse, sed paulatim fermentum illud dæmonis totam massam animæ corumpit, ac perdit, & in multa homo peccata prolabitur, quæ

vita-

vitare non curat, sibi rebus prosperè succedentibus. Quibus illud Osee. 4. contingit: Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei, spiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. Emphasin habet, populus meus, qui me magistrum, & ducem habere debuit, baculum consulebat.

ERAT antiquitus diuinationis genus per baculos, aut virgas, quod Ezech. 21. describit his verbis: Stetit enim Rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum, diuinationem querens, commiscens sagittas, interrogauit idola, exta consuluit, ad dexteram eius facta est diuinationis super Hierusalem. Vbi Hieron. Ritu gentis suæ oraculum consulit, ut mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominationibus singulorum, ut videat, cuius sagitta exeat, & quam prius ciuitatem oppugnare debeat.

HANC Chaldæorum superstitionem imitabantur Hebræi, ut docet Hieron. Cyrillus, & Theophylactus. Et ideo ait: Et baculus eius annunciauit ei. Fuisse verò apud veteres varias diuinationum rationes per virgas, & baculos in sublime iactari solitos ad prænotionem futurorum, docet Celsus Rhodiginus libro septimo antiquarum lectionum capitulo vigesimo nono. Cum ergo Hebræis mala Deus esset comminatus, illi iactabant baculos in sublime, & si pro voto cadebant, securos se credebant: decepti erant spiritu fornicationis, non diuinis attendentes minis sed casui baculi, si sic, vel sic cadebat. Similes his sunt modo de populo Christiano, quibus si prospera ex voto succedunt, Deum sibi propitium putant, nec verò curant, quod cum peccatis sint inuoluti, Deum iratum, & minacem habent. Similes Regi Achab, cui propheta ostendit Deum hostem, & mortem minantem: ille verò falsis attendens prophetis, victoriam sibi pollicetur. Non ergo magnificanda est temporalis prosperitas, aut vita deliciofa, quin potius vilipendenda, cum videamus Christum eam despicientem, & asperam amplectentem. Sicut enim aliquando ignari homines vitreos lapillos aspicientes, adamantes non veros, sed fictitios, gemmas, & margaritas, illis pretiosæ apparent, si forte veniat lapidarius, & cum has viderit, reijcit, easque pro nihilo ducit,

con-

Osee. 4.

Ezech. 21.

Hieron.

Hieron.  
Cyrillus.  
Theophi.  
Celsus.

2. Reg. 22.

Simile.

Eccles. 23.  
Heb. 12.3. Reg. 12.  
Osee. 7.



continuo illi easdem vilipendunt, nulliusque pretij putant, sic omnino nobis agendum est, in maximo pretio habita ea quæ in mundo sunt ante Christi Domini aduentum, manifestè ostendunt innumeri hominum labores, ac sudores, vt ea acquirerent. Sed venit è cœlo Dei sapientia, illaq; omnino reijcit, stercus reputat, vt vilia projicit, quis iam ea suspiciat, & magnificiat? Ea ergo quæ in cœlis sunt, ea quæ ad Deum nos ducunt, magnificianda, illa verè magna, & pretiosa promissa nobis donata, quibus diuinæ efficitur confortes naturæ, gratia, scilicet, & virtutes.

**N**E e. verò iam nobis timori labores, & passiones sint, nec mors ipsa, quibus aperta ianua est cœli, vt hodie Stephano: Vide, ait, cœlos apertos. Hoc enim maxime Iob angebat, cum in doloribus versaretur, quod si ea patienter toleraret, non tamen ei esset concessa cœli ianua, sed adhuc in tenebras erat descendurus, & in longum expectaturus laborum præmia. Hoc enim magis eum mœrore afficiebat, quàm dolor omnis. Sic ille loquitur: Si sustinero, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. Quod sic interpretatur ibi Gregorius: Si sustinero passiones multas, non mihi patet cœli aditus, sed infernus domus mea erit. Cum hinc discessero, & cum in lectum decubere voluero, vt quiescam, erit mihi lectus, in tenebris inferi. Quasi dicat, nihil curarem omnes passiones meas, si cum eas sustinuissem, cœlum mihi domus esset, in cœlesti lumine lectus paratus foret, quo decumberem. Non sic tactum cum Stephano, cui inter lapides crepitantes cœleste adfuit lumen, cœlos sibi aperiri conspexit. Beatus homo, cui cœli liparebant. Nos ergo foelices qui post huius vitæ labores

continuo cœlum apertum videbimus, & gloriâ ineffabilem, &c.

**I**N

Iob. 17.  
Greg.

cc. 87. 1. 2.

In die S. Ioann. Euangelistæ.

Vidit discipulum, quem diligebat Iesus. Ioan. 21.



**V**O fuerunt filij pulchræ Rachelis. Primus Ioseph, qui fratrum inuidia venditus, singulari providentia frumentum recondens, Aegyptum graui inopia liberauit, & ob hanc causam saluator mundi dictus est à Pharaone.

Genes. 47.

**B** SECUNDVS Benjamin, quæ illa dixit Benoni, id est, filius doloris mei: eo quod summis doloribus eum pepererit: quem tamen Iacob pater, Benjamin appellauit, id est, filium dexterae. Omnia vero patribus in figura contigisse Pauc. testatur. Rachel pulchritudine sua eius typum gessit, de qua canit Ecclesia: Cuius pulchritudinem sol, & luna mirantur. Ei verò duo sunt filij. Primus Ioseph Christus est Dominus, qui naturalis eius filius est, qui & venditus triginta argenteis, & mundi saluator dictus est, cuius natalem diem proximè celebrauimus.

Genes. 35.

1 Cor. 10.

**S**ECUNDVS Ioannes Euangelista. Quod eius hic etiam filius sit, ex eo patet, quando ad eam è cruce dixit Christus Dominus: Mulier ecce filius tuus. Ille verè hoc dixit de quo scriptum est: Ipse dixit, & facta sunt: dicto ergo suo id efficit, vt filius Mariæ fieret.

Psal. 148.

**T**RIPLEX est filiatio. Est enim filius naturalis, est filius adoptiuus, & est filius inter hæc medius. Christus Dominus naturalis virginis filius est, nos adoptiuus: Ioannes inter hæc medius: sed tamen verè filius est effectus Christi verbo vt suus esset, hæres, & necessarius, si bona habuisset in terra Maria. Hic verò filius eius Benoni dicitur, id est, filius doloris. Sicut enim primum filium peperit summo gaudio, sic secundum tempore summi doloris, cum scilicet, Christus in cruce pendens solitudinem matris considerans, ait: Ecce filius tuus,

Gen. 2

Genes. 2

**Simile.**

tuus, eum reliquit loco sui ipsius, quàm similis ei futurus ille est, qui relictus est, vt vicem eius impleat, quo eum vicem Dei tenentem constituit. Solet sponsus in longinquum, recedens Sponsæ imaginem sui expressam relinquere, vt eam intuens, aliquam consolationem capiat, dum saltem in imagine sponsum possidet. Discessurus Christus Ioannem matri reliquit sui expressam effigiem, in quo vt in imagine formam filij sui posset contemplari.

**EFFECTVS** ergo Ioannes est filius altissimæ Matris, quæ meruit mater Dei esse, effectusque Christi frater. Est ergo Benoni filius doloris, quodd tempore summi doloris genitus est, est autem & Benjamin, quia tempore summæ gratiæ, & misericordiæ natus, cum summus sacerdos proprio sanguine mundum Patri reconciliauit, vnde summis muneribus affectus cum sit, meritò filius dexteræ appellatus est. Vt ergo filij laudes eximias prædicemus, præsto nobis erit matris auxilium, &c.

**A**d dignè loquendum de Ioanne Euangelista, alius Ioannes Euangelista desiderandus hic esset. Ego verò licet Ioannis nomine vocer, sed qui nec Euangelista, nec Baptista nominari possim.

**Simile.**

Antiqui philosophi pro sectarum diuersitate diuersis etiã vestibus, sermonibus, atque commercijs utebantur, & cum primum aliquis eorum ab aliquo in via offenderetur, facili negotio, an Stoicus, an Peripateticus, an Epicuræus esset, cognoscatur. Cum ergo in aliquo videris Angelicam puritatem, profundam humilitatem, vitæ asperitatem rationem, illum esse Baptistam dicere poteris. Cum in alio videris eximium Dei, & proximorum amorem, vitæ castimoniam, altissimarum rerum cognitionem, & in terris versantem dicere posse: Conuersatio nostra in cælis est, illum Euangelistam sine controuersia, nuncupabis, & qui se iactant, vel Euangelistas, vel Baptistas esse, in hoc vno id ostendere debent, non verbis, aut contentionibus. Ille enim alicui gratus maximè est, qui ei similis esse curat: similitudo enim causa est amoris. Illum ergo Ioannes, vel Baptista, vel Euangelista diligit, quem sibi per omnia conuenientem agnoscit. Et hic quidem optimus laudator esset Ioannis, hic rectè eius Encomia extolleret. Sed cum

modi

**A** modi non sit facile reperire, vt eum nos digne laudemus, ijs nobis intendendum est, quæ ipse de se scripta reliquit, quæ hoc dierno Euangelio proponuntur.

**Vidit discipulum, quem diligebat Iesus.** Hoc sibi nomen per teo vsurpat Ioannes. Sed ò Beatissime Ioannes, cū innumeris donis te Deus ditauerit, innumeròsque titulos habeas, quibus te ornare posses, cur omnium oblitus, hoc solum nomen tibi vsurpas: Quem diligebat Iesus? Cur non dixisti, hic est discipulus filius Mariæ, qui meruit eam in matrè habere, quæ Dei mater esse digna fuit? Quod si hoc nomè tibi nõ vsurpasti, ne forte in tui inuidiam prouocares mortales omnes, & cælestes etiã spiritus: cur saltem non dixisti: Hic est supremus Ecclesiæ martyr, & inter martyres primatū tenens? Cū enim omnes martyres pro dilecto Iesu mortui sint, tu cum sanctissima matre cū dilecto commortui estis in cruce. Cum amans plus sit in amato, quam in se: plus patitur in amato, cum torquetur ille, quam in se ipso, si torqueretur: & cum videt dilectum super omnia, mori, plus ibi moritur, quàm si ipse acerrima morte occumberet.

Consolatione martyrum tormenta leuabantur, cū conficerent se ea pati pro eo, qui eadem, & maiora pro ipsis fuerat peressus. Sed Mariæ, & Ioāni videntibus Christi mortem, nulla remanebat humana consolatio: & sic eorum dolor eis vitā ademisset, ni Deus singulari prouidètia ipsis astitisset. Quo modo ergo princeps cū sis Martyrū, nõ te hoc nomine iactas?

**C** Posses etiam summus omnium patriarcha nominari. Eximius patriarcha habitus fuit Enoc in naturæ lege, quia à Deo translatus in corpore, & anima est: & Elias in lege scripta, ob eandem causam supreme laudatur. Sed tu in clyte Euangelista omnes hos lōgo, superas interuallo: qui non raptus, aut translatus, sed gloriosa resurrectione anima, & corpore es glorificatus. Potuisti etiã dicere: Hic est primus prophetarū. Licet enim in Ecclesia fuerint multi prophetæ, vt ex Apostolicis actibus cõstat, sed solā Ioānis prophetiã, vt diuinam, Ecclesia recepit, & tanta mysteria cõtinet, vt Hiero. teste, plura cõtineat mysteria, quã

Genes. 5.

4. Reg. 2.

Hiero.

Primus Tom.

I

tum Do-

tum Dominum Ioanni aperuisse omnia domus suæ secreta, & a  
recondita arcana, vt fidelissimo amico manifestasse. Potuisti  
etiã non arroganter dicere: Hic est aquila inter Euãgelistas: de  
qua scriptum est, Facies aquilæ desuper ipsorum quatuor: quia  
sicut aquila suis se pennis super omnes volucres erigit, sic tu sa-  
pietia, ac vitæ sanctitate super omnes diuos euectus es. Et licet  
omnia illa animalia alas haberent, sed soli aquilæ naturales, &  
innatæ erant, quibus se in altũ erigere posset. Sed dubiũ difficile  
est, quomodo dicatur facies aquilæ desuper ipsorũ quatuor.  
Si enim super tria alia esse diceretur, facile id intelligi posset.  
Sed quomodo cũ quatuor tantũ essent, super omnia quatuor  
fuit aquilæ facies? Si enim super quatuor erat, super se quoque  
esse oportuit? Magnũ mysterium. Tam se in sublime erexit vo-  
lans super Cherubim, & super pennas ventorum, vt nõ solum  
alios excesserit, sed & se ipsum: impletumque in eo est: Sede-  
bit solitarius, & tacebit, & leuabit se supra se: & sic desuper ip-  
sorum quatuor facies est aquilæ,

Cũ igitur hæc omnia dicere potuerit, solum dicit: Quæ  
diligebat Iesus. Hic eximius titulus, hoc nomen gloriosius. Si-  
cut enim omnium miserimum, calamitosum, & abiectissimũ  
quod creaturæ contingere potest, est odio esse Deo: quod  
adeo malum est, vt damnati perpetuo inferno non tam miseri  
sint, propter immensa tormenta, quã quod odio habentur à  
Deo: sic è contra quod maximũ, & præcipuũ bonum creature  
contingere potest, illud est, si diligatur, in pretioq; habeatur à  
Deo suo. Et hoc est principiũ, radixque omniũ bonorũ eius, &  
quod cũ explicuit Ioannes, ostendit omnium bonorum futu-  
rum causam atque radicem. Et cum in hoc amore excellentiã  
ostendit, simul declarat excellentissima ipsi collata dona. Pla-  
to in Socratis conuiuio, in oratione Aristophanica dicit: A-  
morem Dei vnicum mundi beneficium, & causam omnium  
bonorum: amore enim mundum condidit, & omne bonum  
creaturæ à Dei amore dimanat, vt à fonte, & tantum in creatu-  
ra boni est quãtũ à Deo diligitur, amor enim vult amato bonũ  
Dei verò amor cũ vult bonũ dilecto, illud ipsũ bonũ operatur.  
Amor noster dilecto bonũ vult, sed nõ præstat, quia impotens  
est, at amor Dei, qui omnipotentiã est, quod vult bonũ, præstat.

Felix

**A** Felix nimium Ioannes qui sic dilectus à Christo est, vt no-  
uerit se dilectũ, & fidenter dicere possit, discipulus, quæ dilige-  
bat Iesus. Ait Salomõ: Sunt iusti, atq; sapientes, & opera eorũ  
in manu Dei: & tamen nescit homo, an odio, vel amore dig-  
nus sit, sed omnia in futurũ seruantur incerta. Et Pau. qui plus  
omnibus laborauit, qui in cælũ raptus, qui nihil minus fecit à  
magnis Apostolis, adhuc ait: Nihil mihi cõsciũ sum: sed nõ in  
hoc iustificor sum. Sed Ioãnes nihil dubitat, fidẽter loquitur:  
Discipulus, quem diligebat Iesus. Vidit fundamenta cœlestis  
illius Hierusalẽ, vbi nomina legit Apostolorũ agni, ibi nomen  
suum inscriptũ vidit, vidit, & gauisus est. In hoc, inquit cœle-  
stis magister, gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœ-  
lis. Fidenter ergo ait, Discipulus quæ diligebat Iesus. Hoc sibi  
nomẽ vsurpat. Felix homo, cui datũ, & concessum est nomẽ  
filiĩ Dei viuũ. Audi Christi nomẽ. Hic est filius meus dilectus.  
Et Cãt. 5. Qualis est dilectus tuus ex dilecto. Et Psal. Dilectus  
quæadmodũ filiũ vnicorñũ. Hoc ergo nomẽ dilectũ inter dile-  
ctos, quod propriũ est Christi, Ioãni cõcessũ est, ipseq; illud si-  
bi vendicat. Et cũ studiosum virũ dicat Arist. in suis laudibus  
parcũ esse, nec omnia dicentẽ, quæ dicere potest. Si tanta Ioã-  
nes de se dixit, & parce dixit, qualia erant, quæ dicenda restabant.

Sed non fuit Ioannes dilectus solũ, sed super omnes Apo-  
stolos dilectus, vt manifeste probat Hiero. li. ii. cõtra Iou. de-  
priuilegio virginitatis agēs. Affirmat namq; Ioannẽ à Christo  
plus ceteris Apostolis dilectũ, ipsumq; Ioannẽ dilexisse Chri-  
stũ Dñm super omnes Apostolos. Quod probat: quia cũ for-  
tis sit vt mors dilectio, quãdo ceteri Apostoli relicto eo fuge-  
rũt, ipse eũ sequutũ fuit vsq; ad Caiphę domũ, & illuc Petrũ in-  
trodixit: & cũ ceteri præ timore latitarẽt, ille astitit Chro in cru-  
ce pẽdẽti: & ille solus ausus fuit interrogare: Dñe, quis est qui  
tradet te? Omnia hæc ait Hiero. ostẽdunt Ioãnẽ dilexisse Chri-  
stũ præ omnibus Apostolis. Sed interrogat Hiero. si plus dili-  
gebatur Ioãnes à Christo, & plus Christũ diligebat, quã ceteri  
Apostoli, qua ratione nõ est ei Ecclesiæ cura cõmissa, sed Pe-  
tro? Respõdet: Vniuerso quidẽ mũdo præfectus fuit, sicut & A-  
postoli omnes, qui nõ vnus Ecclesię curã susceperũt, sed to-  
tius mũdi, Apostolis verò etiã præficretur, si dilectio, gratiaq;

I 2

solum

Ezech. 1.

Ibren. 3.

Plato.

Eccle. 9.

1. Cor. 4.

Apoc. 2.

Matth. 17.

Cant. 5.

Psalm. 28.

Aristo.

Hiero.

Cant. 8.

Ioan. 19.

Inno. 13.

solum attenderetur, sed iuuenilis ætas impedimento fuit: erat A namq; .20. annorū, cū Christus Dñs surrexit. Cōmissa verò ei Maria est, quæ pretio, ac merito omnem excedebat Ecclesiā.

Hæc verò amoris Christi in Ioannē excellentia ostenditur eo verbo: Discipulus quē diligebat Iesus. Cum enim nomen pluribus cōmune alicui tribuitur, vt proprium, ac peculiare, ostēditur in ea re per nomē significata ipsum reliquos excedere. V.g. multi quidē philosophi sunt, quod verò cum philosophum nominas, Aristoteles intelligatur, ostendit ipsum excellentissimū philosophorū esse. Similiter multi sapiētes, quod verò sapiētis nomine Salomō accipitur, ostēdit summā ei⁹ sapiētīā. Sic multi à Christo dilecti: nā diligebat Marthā Iesus, Mariā, & Lazarū, & ad Apostolos: Vos dixi amicos, &c. quod verò his verbis: Quem diligebat Iesus Ioānes intelligatur, hocq; nomen eius sit propriū. ostendit ipsum super omnes dilectū. Et cum is, qui plus diligitur, plus boni à Deo recipiat, merito de hac re Ioannes gloriatur: Discipulus, quem diligebat Iesus.

Sed adhuc in hac vena nobis paulisper sistendū est. Multos vidim⁹, & audiui⁹ à Regibus vnice dilectos, sed null⁹ adeo vt nomine proprio amisso diceretur dilectus Regis, hocq; nomen eius esset singularare. Quod si aliquis tāta dilectione Regis frueretur, vt hoc eius esset nomē, dilectus Regis, summā certe in eū dilectionē tale nomē testaretur. Hoc vero Ioāni euenisse ipse testatur, cū eo nomine se ipse cōpellat⁹, discipulus quē diligebat Iesus, proprio nomine suppresso. Hic verò singularis Christi in Ioannē amor in multis ostēsus est. I. in secretorū reuelatione, qđ opus amici esse ipse testatur dicēs: Iā non dicā vos seruos, sed amicos, quia oīa, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Cū enim amicorū idem sit cor, nō puto ego vlli alteri à me secretū manifestare, quod amico committo. Ioāni vero super omnes mysteria, & secreta reuelauit. De verbi diuinitate, ait Aug. Præstantiorē quā reliqui Apostoli cognitionē est adeptus, vt eius testatur Euāgeliū. Mysteria tāta cognouit, vt ab eo Angeli didicerint teste Chryf. & omnia Ecclesiæ secreta ei in Apocalypsi reuelata sint. 2. amici opus est amicū à nulla re propria excludere. Cum aliquē Regi charissimū ostēdere vis, dicis: Nunquā à Rege discedit. Si Rex ludit, cū eo lufurus est: si venatum it, cum eo semper egreditur. A nullo eorum quæ

Christus

A Christus Dominus gessit, exclusus Ioannes est, & ad plura solus admittus. Si eligit duodecim Apostolos, Ioannes vnus est: si eligit tres, qui videant transfigurati gloriam, Ioannes eorū vnus est: si tres, quibus declaret animi mestitiam, Ioānes vnus eorum est: si duos qui cœnam parent, Ioānes vnus eorum est: ad omnia ad quæ alij, admittus est, & ad aliqua solus, vt cruci assisteret solus, vt matrem commendaret ei, solus ipse fuit. Matth. 17.

Tertium amici opus est, vt omni tempore possit cum amico agere, negotiaq; tractare, siue lætitiæ, siue tristitiæ tempus sit, interrogabant discipuli Christum, & Petrus sæpe cum sereno, placidoq; vultu erat. At in cœna, quando turbauit semetipsum, & protestatus est, quia vnus vestrum me traditurus est, nullus, nec Petrus audeat interrogare, quis proditor sit, solus tunc Ioannes audeat, & quærit: Domine, quis est, qui tradet te? Nec testimonium hoc præcipui amoris Ioannes obliuioni mandauit, imò ait: Hic est discipulus, &c. Et dixit: Quis est, qui tradet te, qui, & recubuit super pectus eius. Sunt blanditię quæ seruis, ministrisque conueniunt, et quæ à Dominis exhiberi solent: sunt vero quæ filijs, & dilectissimis. Hoc interest inter blāditijs alijs sanctis exhibitas, & eas, quibus Ioannes potitus est: quod illæ seruorum sunt, at Ioannis filij, & vnice dilecti. Considera maiestatem, & grauitatem Christi, & tempus illud cœnæ, in quo tanta peragebantur mysteria, quando iam mors Christo imminebat, & anima eius turbata erat, quando

C Iudas è cœnaculo exierat Christum proditurus, tali obsecro tempore, quis pater, quæ ve mater filium demulceret, eique blandiretur? At hoc tempore Christus Dominus quasi sui oblitus, & omnium quæ ei imminent tormentorum, Ioannem demulcet, & super pectus recipit. An non hoc dilectissimi filij signum est? Dicit Beda super Ioan. 1. sæpe Ioannem recubuisse in Christi pectore: sed solum meminisse in cœna ipsum recubuisse super Domini pectus, quod illa temporis circumstantia ostendat amoris, ac dilectionis immensitatem. Ioa. 13.

Plutarchus refert, cum incubat aquila super oua, illum filium, qui ex ouo oritur, quod iuxta cor ipsius est vnice esse ab ea dilectum, eique maximè similem. Talis merito dicendus Plutar.

Primus Tom.

I 3

Ioannes Simile,

Ioannes, qui in Dei pectore quiescens iuxta cor eius fuit. Hic A est filius dilectissimus, quem suis vberibus, lacteque proprio mater indulgentissima Christus aluit, nec alteri nutriendum dedit. Tamq; certus huius dilectionis præcipuæ Ioannes fuit, vt inde concepta spe caput in Christi pectus reclinare sit ausus. Baptista Ioanes in vtero Spiritu sancto repletus, in eremo educatus, mirabilē, & angelicā vitam degens, nō audet Christū cōtingere ad se venientē, vt baptizaretur ab eo, nec se dignum reputat, qui soluat corrigiā calcea mēti eius, & donec Christus præcipiat, tangere non audet, sed qui se putabat indignum, vt calcementum Christi tangeret, ipsum attingere, quomodo auderet?

Magdalena amoris igne succensa, quæ dilexit multū, retro & secus pedes accedit, Thomas, vt fidelis fiat, non audet vul- B nera attingere, nisi iussus: sed Ioannes tam dilectus, tā fidens, vt iniussus caput reclinet super pectus. O dilectissime discipule, quis tantum beneficiū non inuideat? quis tantā gloriam nō zeletur? O blanditię omnes excedentes blanditias! O beneficiū cuncta superans beneficia. Iam excellentiori petra reclina tus quā Iacob vidisti visiones cælestes, quid iā ignorare potes? Diuinis, vberimiq; pascuis pastus, cubans in meridie, iam su pergressus seraphinos, vides Verbum in patre, cessant omnes corporis sensus. Non audeant Apostoli somnum impedire: quando Iesus tam dulciter te complectitur, & dormientem custodit, ne exciteris, donec apprimē contemplata, intellectu- C que diuinitate, ac eius profundissimis mysterijs, velis à somno surgere, vt ea nobis explices.

Sed his adijcit vnum consideratione dignissimum Ambr. serm. 1. de Epiphania, qui est. 18. in ordine. Dicit enim non solum Ioannem in Christi pectore recubuisse, sed etiam ipsum Christū recubuisse in Ioannis pectore. Verba eius sunt: In triplici sinu Christus quieuit: in sinu patris in cælo, in sinu matris, & Ioannis in terra. In sinu quidē patris esse vnigenitū, Ioā nes ipse testatur dicens: Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrabit. Sed etiam in terra sinus habet, quibus quiescat, sinus verò in quo Christus quiescit, non corporis gremio preparatur, non vestimentorū ambitione componitur, sed cælestium

virtu-

A virtutum operatione, colligitur. Nam Christi sinus erat in Ioā ne Euangelista fides: in Deo patre diuinitas: in Maria matre virginitas. Ibi sinus Christi est, vbi est habitaculum virtutum: ibi reclinat caput suum, vbi domicilium cælestium inuenit præceptorum, ideo peccatoribus dicitur, *Math. 8.* Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput suum.

Vide verò iuxta ea, quæ dicta sunt, an Ioanni mire conueniant verba illa Deut. 33. Benjamin amantissimus Domini habitauit cōfidenter in eo, quasi in thalamo tota die, morabitur, & inter humeros illius requiescet. Ioannē Benjamin esse monstrauimus, amantissimū Domini fuisse, manifestē etiā ostendimus, cōfidenter in eo habitasse, & inter humeros illius quieuisse etiā indicauimus. Sed restat ostēdere, quomodo quasi in thalamo tota die moratus sit. Quod vt patēs fiat, attēdendū tres thalamos spōso Christo fuisse. Primus eius thalamus vterus fuit Virginis, in quo spōsatus est nostræ nature, & in de prodijt, vt Ecclesia canit: Tanquā sponsus procedēs de thalamo suo. Secundus eius thalamus crux fuit, in qua Ecclesię desponsatus fuit, vbi ex latere eius spōsa educa est, sicut ex latere dormientis Adā Eua, de quo thalamo Ezech. ait: Mēsus est thalamū calamo vno. Tertius thalamus gloria cælestis, in qua matrimoniū consummatur cū Ecclesia, de quo Apoc. Venerūt nuptię agni, & vxor eius preparauit se. In his omnibus thalamis Ioānes mora-

C fuit, quasi in virginis vtero, dū verbo Christi eius effectus est filius, & ipsi Ioāni dedit Christus cor in Mariā veri filij pijsimū, atq; amantissimū, virgini verò cor affectūq; vere maternū in Ioannē. Quasi in thalamo secūdo crucis etiā fuit, cū iuxta crucem eius stetit, vt testis esset illius matrimonij, q̄ tūc celebrabatur. Vnde ait: Qui vidit, testimoniū perhibuit: & scim⁹, quia verū est testimoniū eius, quod, scilicet, dedit aque, & sanguinis profluentis ex Christi latere, vnde Ecclesia profluxit eius sponsa. Quasi ergo in illo fuit thalamo, dum corpore astitit cruci, & cōpensione, & dolore simul crucifixus est cum eo.

In. 3. verò, quod est gloria, quasi in Christi thalamo fuit, cū Christo simillimus corpore, & anima gloriosus in cælo sedet.

Simile.

Ioan. I.

Luc. 7.

Ioan. 21.

Gene. 28.

Ambro.

Ioan. 1.

Math. 8.

Deut. 33.

Gene. 2.

Ezech. 4.

Apoc. 22.

Ioan. 19.

Gen. 47.

Sicut enim Beniamino, quod omnium fratrum dilectissimus A fuit Iosepho, duplicem vestem dedit, cum singulas stolas singulis dedisset fratribus, & in conuiuio quinque ferculis ultra fratres reliquos eum pascit: sic Ioanni vere Beniamino datur non gloria animę solum, vt Apostolis reliquis, sed & corporis quę secunda vestis est. Daturque ei in illo cęlesti conuiuio gloria quinque sensuum corporis, quę quinque ferculis significatur.

Sed inquiris: Quid grande Ioannes pręstitit, vt quasi in primo & tertio thalamo Christi esset, vt Virginis filius esset, vtq; statim ei gloria corporis, & animę concederetur.

Hier. 1.

Primum Hier. dicit, quia virgo fuit, ideoque virginem virgini commendauit: diuina planę, cęlestisque virtus sponsum cęlestem inueniens, ideo & matrem cęlestem, & corpus continuo cęleste.

Secundò verò dicendum, quia quasi in thalamo fuit crucis: ideo ponitur quasi in thalamo Marię, & quasi in thalamo glorię. Insigne fuit Ioannis meritum, cum Christum non deseruit, nec in domo pontificis, vbi eum Petrus negat, nec in cruce, vbi nullus Apostolus affuit. Quātum verò hoc Deus magnificat, ostendit Luc. 22. cum ad suos sic loquitur: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis regnum. Multas possēt eorum commemorare virtutes, propter quas regnum cęleste eis concederet: sed maximę hanc animi constantiam, & fidelem erga eum animum commemorat, quod hic illi gratissimus sit. Sic. 2. Machab. 2. Ma-

Luc. 22.

Machab. 2.

thathias Abrahamum commendat, quod in tribulatione fidelis inuentus fuit, ideo amicus Dei appellatus est. Quia ergo in maxima tribulatione Christo Ioannes astitit, meruit Marię matrē habere, & gloria corporis ante omnes ornari. Vt inde agnoscas, quis tibi apud Deū locus maneat, si in tribulatione fidelis steteris, & patiens, & nulla tribulatio te à Deo potuerit separare. Sicut enim tu probas amicum, & si eum tibi fidelem reperisti, omnia tua ei committis: sic probat Deus suos, & beatus qui in probatione fidelis inuentus fuerit. (Si possides amicum in tentatione, posside illum) continuo ei Deus, omnes suos committit thesauros. Fons totius boni nostri, crux est, &

simile.

Prov. 14.

qui iuxta

A qui iuxta eam est, maxima bona ab ea recipiet. Ideo ad crucem accede cum Ioanne, pia passiois meditatione, imitatione patientię, tribulationū perpessione. Hęc via diuitijs cęlestibus plena est, atque referta: hac via tantam sibi gratiã Ioannes comparauit, vt filius Virginis mereretur esse: hac omnes tibi aderunt thesauri cęlestes.

Sed interrogat Petrus: Domine hic autem quid? Sic eum volo manere, donec veniam: quid ad te?

Primò hic Not. Dei voluntate, atque consilio diuturnam fuisse, ac longam Ioannis vitam propter Ecclesię vtilitatem. Sicut enim mundi origine diu seruari sunt homines, vt mundum implerent sobole: sic initio Ecclesię aliquis seruandus Apostolus erat diu, ad filios Ecclesię augendos, vt esset mundi lucerna, ad quã omnes confugerent in omni dubio. 2. Reg. 21. cum periclitatus esset Dauid in pręlio, ei adfuit Abisai. Finito verò certamine dixerunt ei serui eius: Non egredieris nobiscum amplius in pręlium, ne extinguas lucernam Israel. Sic Ioannes in dolium olei feruentis missus, diuina seruatus est prouidentia, nec amplius permissus in aliud discrimen venire, ne extingueretur Ecclesię lucerna, ad quam vniuersus mundus confluxerat. Et sic cum haresis aliqua pullulabat, continuo ad Ioannem omnes veniebant, vt cum Ebion, & Cheryntus dogmata peruersa disseminarunt.

Simile.

2. Reg. 21.

Secundò sic Christi verba de Ioanne accipi possunt: Sic eum volo manere: nolo, vt martyrium patiatur, vt tu, & reliqui Apostoli, sed maneat, vt naturali morte vitam finiat.

C Primò quia sic volo ego: & hęc prima ratio: sed & alia etiã est. Tu & reliqui Apostoli, qui omnino fuistis tempore passiois meę, nec cruci astitistis, nec vsque ad illam me estis sequuti, oportet, vt modo me sequamini vsque ad mortem, & quod minus tunc pręstitistis, impleatis postea pro me morientes. Sed qui tunc vsque ad crucem me sunt sequuti, vt Ioannes, Maria Magdalena, non oportet, moriantur pro me, iam enim iuxta crucem commortui sunt mihi.

Tertiò mirum est illud, quid ad te? Cum vniuersorum eum constituerit pastorē, quid mirum, quod de vna ouium interroget? Imo quia magnus pastor, nulla, vel leuis in eo ferenda culpa est,

pa est, aut curiositas. Pedibus enim licet pulvis adhæreat, non tam curamus: at capiti ne utiquam quidpiam inquinamenti ad hærere oportet. Quod si tam leuem curiositatem sic Christus carpit, quomodo hodie mundum reprehenderet, qui sui oblitus perpetuo aliena curat, suamque quisque relinquens domum, per alienas diuagatur? In multis esto quasi inscius, ait Sapiens, & dic, tibi: Quid ad te? Videas hominem hæc cogitantem, imo & sapius loquentem. Prætor concubinariorum patitur nec ut debet, castigat: quid ad te? Quid quod & alius ait: Sunt in hac ciuitate domus, in quibus alearum frequens usus, & charitarum, in quibus filij familias substantiarum patrum perdunt, & vtri vxorum dotes, filiorum aliméta: quid ad te? Alter: At episcopus non curat hæc, & hæc: parochus officium non exequitur suum, sicut populus, sic, & sacerdos: quid ad te? Te circumpice: vitam tuam corrige, quid tibi cum alijs? Similia potest, qui concionem ad populum habet, hic congerere, quibus, & illi reprehenduntur, qui hæc perpetrant, & illi qui iudicant, & oblatrant.

*Sic eum volo manere, donec ueniam.* Ioannem Apostolum mortuum esse omnes fere sancti affirmant. Et licet aliqui authores dicant eum seruari cum Elia, & Enoc, in paradiso, ut testis sit contra Antichristum: tamen certius est eum mortuum, & suscitatum corpore, & anima in cælo regnare. De eius morte sic Ecclesiastica refert historia: Cum Ioannes esset 99. annorum exijt ab Epheso cū discipulis, quibus præcepit, ut ligonem, & sarculum secum deferrent, & in montem conscendit, vbi nunc magnificentissimum templum in eius honorem est constructū. Et versus ad discipulos ait: Hic filij mei fodite. Deinde vbi se totum consignasset, dixissetque: Et tu mecum esto Domine Iesu Christe: adstantibusque subiunxisset: Pax vobis fratres in foueam demisit pallium, & ipse in eam descendit: discipuli autem lamentabantur multum. Tunc splendor tumulo circumfusius eius aspectum circumstantibus ademit: quo postmodum remittente, inane apparuit cõditorium, nec ipse postea in terris visus est: sed ex eius sepulchro minutus quidam pulvis continuo exoritur, qui accedentibus salutarem in omni morbo medelam præstat. Sensus verò Christi verborum est: Vultire tundere

Eccles. 32.

Euseb. 19.

**A** ttere Petri curiositatem de Ioannis morte. Quæ tamen dupliciter exponi possunt. Primo, ut nō legamus: Sic eū volo manere, sed si eū volo manere, sic enim Græca habent, & aliqui codices Latini. Et sic sensus est Cyrili: Si eum vellem manere, quid ad te? Quod enim ille moriatur, vel non moriatur, quid ad tuam mortem id præstat? Si verò legatur, sic, ut modo in plerisque codicibus habetur, sensus est: Quid curiose interrogas, dato casu, quod eum vellem manere, ut illud sic, non affirmatiuè dictum sit, sed concessiuè. Ad eum modum, quo vulgariter loqui solemus, cum curiositatem alterius reprimētes dicimus aliquid affirmando, non quod illud ita sit, sed quod hoc ei admittamus, ut sit sensus: Ita sit, quod cum mori nollem, quid ad te? Licet ergo Apostoli tunc putauerint Ioannem non mori, nondum venerat Spiritus sanctus, quo illustrati certa dixerūt, & indubitata. Mortuus enim Ioannes, & suscitatus in gloria est cœlesti.

Cyril. 1.

## In die Sanctoꝝ Innocentiũ.

*Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & c.*  
Matth. 20.



**Q**VAE CVNQVE corpore magna sunt, etiam exigua admota luce facile inueniuntur: si parua tamen sint, non sine eximia luce facile reperiri possunt. Deus in sua diuinitate, ac maiestate magnus est vnde vel naturali lumine, quod perexiguum est, facile inuenies: sicque à Philosophis inuentus est: sed Deum paruulum factum, & nobis datum, Verbum abbreviatum, Deum puerum, nisi fidei luce que ras, non inuenies. Quæ fuit eum hodie Herodes, sed non hac luce, ideo non reperit. Ut igitur illum nos inueniamus, mentis ac fidei nostræ lucernam in ipso charitatis, & gratiæ, lumine accenda-

**LUC. 15.** accendamus, & inueniemus hanc dragmam, hunc pretiosum lapillum. Sed ubi melius accédetur extincta lucerna, quam in illa, quæ nunquam extincta fuit: hæc est Maria, de qua non extinguetur in nocte lucerna eius.

**Prouer. 31.** Odium, iraque dæmonis in Christum nullis verbis explicari potest. Sunt duo capita diuersarum factionum, Christus bonorum, Lucifer malorum: ipse est enim Rex super omnes filios superbæ. Vnde maximo se inuicem odio prosequuntur.

**Iob. 40.**  
**Bern.** Sed Bernar. antiquissimam hanc inimicitiam putat: ait enim: Cùm conditi fuerunt Angeli, eis reuelatum à Deo, Verbum caro factum, iustosque ipsum adorare, & vt Regi, capitiq; suo subdi, Angelosque malos cum Lucifero hoc renuisse, indignum prorsus reputantes, Angelicam naturam humanæ subesse, & propter hanc superbiam è cælo proiectos in profundû. Hæc ergo inuidia, ac odio stimulatus, totis viribus conatus est, ne Deus homo fieret, ne hominem, qui longe naturæ inferior est, in superiori dignitate constitutum, seque illi subiectum videret. Ideoque Adam tentauit, vt in eo omnem inficeret humanam naturam, atque adeo Deus eam assumere, ac induere indignum duceret. Sed hoc indubitatum est, siue hac ratione, siue alia, quam prius diximus, summo odio in Christum Dominum Dæmonem esse affectum. Ideo Apoc. 12. Draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cùm peperisset, filiû eius deuoraret. Hinc ad sanguinis sui cupidos Christus dicit: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis persequere. Ille homicida fuit ab initio: ab initio enim quas potuit sanguis aboleret sobolem, ex qua proditurum intellexerat. Ideo Exo. 1. curauit per Pharaonem omnes masculos Hebræorum occidere, quia ex illo semine carnem assumpturum nouerat: sed tunc Moyses liberatur præfigurans Christum incolumem euasurum. Deinde per Aman Esther. 7. conatus est, omne Hebræorum genus delere: sed id assequutus non est. Deinde per Athaliam. 4. Reg. 11. curauit occidere omnes filios Dauid, ex quorû semine Christus secundum carnem: Sed liberatur Ioas. Deinde per Antiochû, vt in Machab. libris traditur, omnem quam potuit, adhibuit curam, vt omne genus Iacob deleteret.

**Apoc. 12.**

**Ioan. 8.**

**Exod. 1.**

**Esther. 7.**

**4. Reg. 11.**

**1. Machab. 2.**

Cum

**A** Cùm verò tandem post multa sæcula: in mundo iam esset Dei filius factus homo, nunc per Herodem eum interficere parat: sed non est consilium, non est sapientia, nec prudentia contra Dominum, qui consilium prauorum dissipat. Vnde Christus hodie liberatur, & veluti Sampson examé apum in ore Leonis relinquens, fauum mellis inde sustulit. Ita modo pater æternus relictis Innocentibus, qui diuinæ quædam apes erant, in Iconis Herodis ore, Christum mellis fauum in humanitatis conditum cera eripuit. Et quemadmodum hortulanus vidēs paruum, & pretiosissimam arborem iuxta alteram maximam insitam, cuius umbra facit, ne crescat, ac fructum ferat, imò verò ei inde paratur excidium, arborem in locum tradit aptiorum, ubi libero aere potiat, ac sole, vt crescat, & fructus faciat: ita Christus non longe ab Herode natus in Ægyptum ducitur, ne illius quasi insalubri umbra pereat. Herodes, qui magnus nuncupatur, ac præpotens Rex, procera quidem erat arbor, sed infructifera, igni reseruata: Christus vero & si arbor humilis, pretiosissima tamen, de qua toto Psalm. 1. loquitur, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet, semper prosperabuntur. Loco erant istæ arbores coniunctæ: ne ergo parua à magna lædatur, in Ægyptum ducitur hodie.

**C** Sed hic difficile occurrit dubium, quomodo Christus Dominus fugerit relictis Innocentibus, in tanto vitæ discrimine? Ratio auté dubij illa est: Tu Domine ille es, de quo per Esai. 55. pater loquitur: Ecce testé populis dedi eum, ducẽ, ac præceptorẽ gentibus. Quis verò dux tam deiecto est animo, qui videns milites suos fortiter cû inimicis cõtendere, ipse solus fugit, militesq; suos iam perituros relinqueret? Insuper nõne tu es, qui dixisti, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas? Quæ verò gallina est, quæ si videat miluum pullos inuadere, de pullorum vita nihil curans aufugiat ipsa? Quid quod tu dixisti: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis: mercenarius autem, & qui non est pastor, videt lupum venientem, & fugit, quia mercenarius est. Cum igitur omnium pastor sis,

vt ouium

Iudi. 16.

Simile.

Psalm. 1.

Esai. 55.

Matth. 14.

Iom. 10.



vt omnem vitam seruare incolumem, te ipsum morti tradere debuisses. An non mercenarium te reputabit, qui fugientem fuerit intuitus? Probata Christus Dominus causam suam habet, eiusque amor tam est manifestus, vt nullus dubitandi relinquitur locus de eo, adeo vt inter maxima peccata numeretur Deum tentare velle, quod est velle iterum experiri, an nos ille diligit. Talia enim dilectionis exhibuit signa: vt id in dubium reuocare sit ei ingentem irrogare iniuriam. Si ergo hodie in Aegyptum fugit relictis Innocentibus, & Herodis crudelitati expositis, id sane effecit, quia & nobis, & Innocentibus id maxime erat expediens. Quod nobis quidem expediat, ne infans Christus moriatur, res est manifesta. Nomen Christi ei in baptismo positum agnus est. Sic eum nominauit Baptista. **Ioan. 1.** Ecce agnus Dei: agnina vero caro conuenientior cibus est, cum creuerit, quam dum lacte nutritur. Et licet mors huius agni satis tunc nobis esset in propiciationem, sed si infans occubisset, totus orbis eius diuina doctrina, & exemplo caruisset: quis enim mundo caelestia enuntiaret, nisi vnigenitus, qui est in sinu patris, ea enarrasset? Qui enim de terra est, de terra loquitur: qui de caelo venit, super omnes est. Qui etiam exemplo doceret nos viam in caelum, vt stultus non erret per eam, nisi Christi exempla coram oculis haberemus? Et si adhuc ita imperfecti sumus, cum tot Christi exempla imitatione digna ante oculos habuerimus: quales obsecro nos futuros fore putandum est, si illis caruissimus? Solet Mathematicus disputans e cathedra de figuris docere discipulos, & figuras quodam digito per aerem designat huc, illucque verso, dicens: Hic est circulus, hic triangulus: sed haec in aere signans perfectas figuras efficere non potest, nec vero permanentes: continuo enim transeunt, & citissime euanescent. Vt vero perfecte efficiantur, & oculis discipulorum subijciantur figurae, e cathedra descendit: papyrus, aut tabulam sumit, easque ibi perfecte signat circino. Docebat ante Deus homines virtutum figuras e caelo, easque in viris sanctis effigiabat, quos vt exemplaria mundo proponebat. Sic de Thobia dicitur: Hanc autem tetationem permisit Deus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiae eius, sicut & sancti Iob. Sed harum virtutum effigies in aerea materia ce-

**Ioan. 1.****Ioan. 1.****Simile.****Thobi. 2.****Iob. 7.**


labantur.

**A** labantur. Hinc Iob: Vetus est vita mea. Ideo nec omnino erat perfecta, sed quae multis defectibus essent admixta. Vt ergo mortalium oculis perfectissima proponantur virtutes, descendit de caelis Deus, & in assumpta humanitate circino eas perfectissime efformauit. Ibi perfectissima linea in caelum, ibi perfectissimus circulus perfectionis. Ecce Christum, in quo nulla macula. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Et, Discite, ait, a me, quia mitis sum, & humilis corde. Hac ergo ratione modo se morti subtrahit, non eam recusans, sed in tempus commodius differens, vt prius omnem edoceat virtutem verbo, & exemplo.

Ad ea vero, quae obijciebantur, facile responderi potest. **B** Opponebas, Dux est. Est quidem: sed strenui ducis est, cum videt pedites fortiter pugnare cum hostibus, licet aliqui occumbant, ab eis se subtrahere, & equites conglomerare, cum quibus & inimicos aggrediatur, & omnino expugnet. Licet ergo modo aliqui infantes vita priuentur, expectat Deus noster, donec equites Apostolos, & discipulos colligat dispersos, qui bus vltima manu cum hoste conferta cum omnino deiciat, mundum vincens, daemone regno deturbans: nec in hoc Innocentibus defuit, imo maxime astitit. Cum enim summa gloria Christiani militis sit pro Christo mori: illis maximum hoc praestat Deus. Felicissimi pueri, qui flore decerpti antequam in usum rationis deuenissent, qui fructus est, coronam adepti martyrum sunt, nec aliquo actuali peccato inquinati. Felices **C** pueri, qui puero Iesu nato adiunguntur perpetui socij: de quibus dicitur: Sequuntur agnum, quocumque ierit, & vt Psalm. loquitur: Innocentes, & recti adhaeserunt mihi, fuerunt hi primi ministri admissi in domum magni principis Iesu, ideoque multis donati priuilegijs. Impie quidem nutriebatur filij olim, quidam eos per ignem consecrabant Moloch: quidam vitijs tra-

**1. Pet. 2.**  
**Matth. 11.****Simile.****Apo. 14.**  
**Psalm. 24.****Psalm. 105.**

Obijciebas Christum pastorem. Est quidem, sed pastoris est, cum videt agnum absque herba vlla, ducere agnos in pascua vberum.



*Pſalm. 22.*  
*Ezech. 34.*

*Simile.*

*imile.*

*Bern.*

*Nume. 12.*

*Aristot.*

cua vberissima. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocavit, ait *Pſalm.* Et *Propheta*: In montibus Israel pascam eos, in pascuis vberissimis. Hos ergo agnos à sterili mundo in sinum transtulit Abraham, inde eos translaturus in gloriam. Fælicem se reputaret, qui ab Hispania nauigaturus in Indos, si è portu, quo in nauem descendit, momento transferreretur ad illos, omnibus maris periculis quæ nauigantibus occurrere solent, vitatis. Felices Innocentes terque quaterque beati: nondum fere ad portum huius vitæ accessistis, ac naues corporum conscendistis, & ante turbulentas tempestates, ante fluctus maris expertos iam cælum penetrastis. Solent in præcationibus publicis pueri præcedere ramis, & floribus redimiti. Christi vita præcatio fuit publica, cuius finis Caluarius mons. Præcedunt iam pueri coronis redimiti, ramis triumphantes, maxima ornati gratia, & donis, vt non eos iustos tantum, sed sanctissimos putare debeas. Quod si de meritis percontaris, quibus ad tantam deuenerint gloriam? quære etiam, ait *Bernardus* demerita, quibus ab *Herode* trucidarentur: non minor Dei misericordia *Herodis* crudelitate. Si ergo ille, vt nocentissimos iugulauit, cum innocentes essent, an non misericordia Dei eos sine meritis proprijs coronabit summa gloria?

Audiamus iam *Euangelistam* eorum certamen nobis proponentem.

*Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.* Modus hic frequēs prophetis loquedi in somnis *Nume. 12.* Si quis fuerit inter vos *Propheta Domini*, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Sic etiam *Pharaoni*, & *Nabucodonosori* Deus futura ostendit. *Aristo. lib. de somno* ait: Quia mens somno ab exterioribus omnino rapitur, solet aliquando diuina, & intelligibilia participare.

Dicit ergo *Angelus*, Accipe puerum. Sed ò altissime Dei minister, quid dicas, attende, cur quæso non dicis: Accipe vnigenitum patris, Regem cæli, &c? Sed ecce hic qui magnus est, puer factus est, paruulus natus, & tam mirabile hoc *Angelis* vsæpe illud repetant quasi inauditum prodigium. En superscriptio diuersa valde ab his, quæ mundo sunt in vsu. Illustrissimamque

**A** namque aliquem, vel excellentissimum appellare, mundus concouiscuit, dum literas superscribit: sed si epistolam aperias, cinerem, puluerem, & vermem inuenies. Hic verò contra fit: superscribitur puer, sed intus omnipotentia est, maiestas, & gloria. Sed hunc, qui tantus est verbum abbreviatum fecit Dominus super terram. Cum quis hoc nomen maiestas contractionibus notulis scribere vult, literam M. inter duo puncta collocat: Christus inter duos populos, inter duo animalia, inter Ioseph, & Mariam, verbum abbreviatum est. Maiestas breuiata: sed addit Angelus, & matrem eius. Non est enim separare matrem à filio: neutri eorum diuisio conuenire potest. Matri quidem patet, quoniam in filio omnia habet, cum nulla re quocunq; pretio digna eum comitabitur: omne enim pretiosum ex eo habet esse pretio dignum. Serua ò beata Virgo thesaurum istum: serua margaritam: dum enim socium filium habueris, te benignissimo aspectu æternus pater, & vniuersa curia cælestis aspiciet: quod sine magno tuo comodo esse non poterit. Dum tecum filium habes, adest tibi diuinus ignis cor tuum inflamans: adest lapis pretiosus, omnem vim, ac virtutem continens omnium lapillorum, quia lapis est, licet ab hominibus reprobatus sed à Deo electus, & honorificatus.

Facilius animus Mariæ à corpore recederet, quam à filio, imò potius fieret, vt eius animus à se ipso separaretur, quàm à Christo Dño. Quam verè, & ex animo præcineret Maria Iesum tenens in gremio: Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram Deus cordis mei, pars mea Deus in æternum? Aptius quidè ac potiori iure, quam Anna diceret. *Thob. 10.* In te vno omnia habentes, te non debuimus dimittere, tu lumen oculorum, tu baculus, tu omnia nobis: quæ enim matres filijs solent dicere amentes amore filiorum, quæ non vera, sed ridicula sunt, ea omnia Maria filio suo verissimè, & omni plena sapientia dicit. Nec vero Christo à Maria separatio conuenit. Sicut enim, vt Deus à Patre separari non potest, quia vnus sunt: ita suo modo, vt homo à matre separari non vult, quia illa illi est omnia. Hi duo dilecti sibi inuicem dicunt: Dilectus meus mihi, & ego illi. Illi ergo ait: Tenui eum, nec dimittam. Ille ait: Vulnerasti cor meum soror mea, sponsa

Primus Tom.

K

in vno

*Roma. 9.*

*Simile.*

*1. Pet. 2.*

*Pſalm. 72.*

*Thob. 10.*

*Cant. 5.*

*Cant. 4.*

*Cant. 2.*

in vno oculorum tuorum, &c. Addit Angelus?

*Fuge in Aegyptum.* Summa Dei misericordia, qui refugium, est nostrum, fugit: vt nullum sit malum, quod non sit expertus, & sic exul factus est, vt huius quoque tribulationis nostrae particeps fieret. 1. Regum. 20. Venit Dauid in Nayot, vt liberet eam: & continuo cogitur fugere, ne tradatur in manus Saulis. Venit Christus liberare Israel, & continuo fugere cogitur: potuit se abscondere, potuit se defendere, sicut defendit Eliam igne, Eliseum Angelorum exercitu, Israel ab Aegyptijs, Hierusalem à Sennacherib: sed fugere maluit, vt doceamur, aliquàdo nobis maximè necessariam fugam. Sicut ergo praesepit, & crux, ita & fuga nostra est instructio. Ambrosij. librum scripsit de fuga saeculi, & Bernar. in Cant. fugam ex Aegypto multis verbis describit: & qui non timere eos, qui occidunt corpus, praecipit, aliquos inimicos fugiendos fuga sua nobis ostendit. Sic Psalm. Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine. Vox etiam ad Arsenium facta est: Fuge. Docemur itaque occasiones peccatorum vitare, praecipue dum in te est puer Iesus. Sicut enim recens plantata arbor facile perit, & eradicatur: sic incipiens via virtutis, facili negotio retrorsum conuertitur, quod si plures sancti dum graues se se occasiones obtulerunt, minime steterunt. Quid te victurum existimas? Sicut enim qui graui laborauit morbo, necdum tamen perfecte omnino conualuit, si nocua non vitet, facile in eundem morbum incidit: sic qui à peccato liberatus est, si peccati occasiones minimè fugiat, in illud iterum facile prolabitur. Ideo si puerili es virtute, recede ab occasione, & ab omni amico, qui tibi Herodes est, si in peccatum trahit. 2. Thessal. 3. Denuntiamus vobis fratres in nomine Dñi nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam accepistis à nobis. Et. 1. Cor. 5. Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, cum huiusmodi neque cibum sumere: quia qui communicauerit superbo, induet superbiam. Ideo lege cautum erat, ne mortuus tangeretur, nec alienigenis coniugio Israel copularetur.

Maximè verò fugiendae occasiones luxuriae. Fugite fornicationem,

cautionem, ait Paul. fortitudo in hac pugna fuga est.

Fugis Domine, sed cur in Aegypto? Abitulerat Deus omnia primogenita Aegypti in egressu filiorum Israel: nunc eis restituit primogenitum suum pro omnibus illis. Percussit Aegyptum plagis multis: nunc medicinam praestat omnino malo. Percussit eos tenebris: nunc solem suum super eos oriari facit, quo tenebrae pellantur. Vnde affirmat Hiero. ingresso Iesu Aegyptum, omnia concidisse idola. Et sic interpretatur illud Esa. 19. Ecce Dominus ascendit super nubem leuem, & ingreditur Aegyptum, & comouebuntur simulacra Aegypti à facie eius. Quae locum sic etià explicat Chrysol. super Matth. 2. Nubes verò leuis dicitur humanitas Christi sine peccati potestate, vel Maria, quae est nubes pluens iustum. Et sicut quondam Ioseph Aegyptum venit vt sterilitati, famiq; remedium afferat: sic etià Christus verus Ioseph Aegyptum descendit panis verus, vt famem inde pellat. Sed quam facile, ac libenti animo aternus pater filium suum Aegypto tradit: quam verò difficile Jacob in filiorum sententiam adductus est, vt filius Betiamin in Aegyptum descendat, descendens verò Aegyptum eius plagas sanauit. Sic Esa. 19. Percutiet Dominus Aegyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur Aegyptij ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos. Vnde refert hic Albertus Magnus, quod Aegyptij aedificauerunt altare Deo, qui prostravit idola, & sanauit eos à plagis, impletumque est illud Esa. 19. In die illa erit altare Domini in medio terrae Aegypti, & titulus Domini iuxta terminum eius. Cum ergo Christus diuina sapientia Aegyptios inuisit, quam multa illis cum ipso superuenire bona: adiungit Angelus.

*Futurum est enim, ut Herodes quaerat puerum, &c.* Summa Dei misericordia in mundum, summum eius beneficium fuit, vt filium suum vnigenitum ei daret, & tamen Deum esse in mundo, mundum conturbat. Videt mysterium hoc Daniel. 2. Nabucodonosor dormiens: nam, & ipsis gentibus illud Deus manifestabat. Videt statuam ex auro, argento, aere, ferro, & luto, & petra sine manibus de monte scissam, quae statuam euertit, & conterritus est spiritus eius. In somnis considerat haec Nabucodonosor, quia quasi somnii sunt peccatori

1. Reg. 20.

4. Reg. 1.

4. Reg. 6.

Exod. 3.

3. Reg. 25.

Ambro.

Bernar.

Psalm. 54.

Simile.

Simile.

2. Thes. 3.

Leui. 24.

2. Exod. 9.

1. Cor. 6.

Exod. 12. 13.

14.

Hiero.

Esa. 19.

Chrysol.

Genes. 38.

Esa. 19.

Albert.

Esa. 19.

Dan. 2.

peccatori diuina myſteria: ſed aliquando euigilabit, & ea vi-  
debit veriſſima, cum dormierit ſomnium ſuum: ſed conteri-  
tus eſt, videns aurum, & argentum, & æs, ferrumque commi-  
nui. Hoc autem Chriſtus Dominus præſtitit, omnia quæ  
mundi ſunt, contemnens. Sicut ergo Nabucdonofor ipſa  
veritatis vmbra: ſic veritate Herodes conterritus eſt. Audit  
enim iam in mundo hunc eſſe lapidem, qui ſtatuum commi-  
nuat: vt verò ſe incolumem cum regno ſeruet, decreuit Chri-  
ſtum interficere: quem ſi agnoſceret, ſe ſuumque regnum  
conſeruaret incolume: quia tamen non agnouit, vitam ami-  
ſit, & regnum. Simile quid tu præſtas, dum Chriſtum to-  
tius dulcedinis fontem ab animo expellis, vt omni bono  
fruaris, dum verò proprio bono tibi videbaris conſulere,  
omne bonorum genus amittis. Plena erat Tyrus diuitijs:  
pronuntiat tamen Deus continuo perdendam Tyrum, quia  
in ea Deus non eſt, qui ſolus eam poterat tutam conſerua-  
re. Minatur Deus excidium Hieruſalem, & habitatores  
eius dicunt Ezechiel. 33. Fili hominis, qui habitant in rui-  
noſis his ſuper humum Iſrael loquentes aiunt: Vnus erat  
Abraham, & hæreditate poſſedit terram: nos autem multi  
ſumus, nobis data eſt terra in poſſeſſionem. Idcirco dices  
ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Qui oculos leuatis  
ad immunditias veſtras, nunquid terram hæreditate poſſi-  
debitis? Hæc erat eorum cogitatio: Vnus Abraham obti-  
nuit terram: ergo nos multo melius obtinebimus. Sed Deus  
eis reſpondit: Abraham vnus erat, ſed ego cum eo eram:  
Vos multi eſtis, ſed ego vobiscum non ſum propter ſcelera  
veſtra: ideo terram amittetis multi, quam vnus obtinuit.  
AEdificat Ioachim domum cædrinam: dicit ad eum Hiere-  
mias: Non habitabis eam. Reſpondet Ioachim: Pater meus  
habitauit domum ſuam, & ego habitabo meam. Sed non  
eſt, vnde id liceat inferre: ait Dominus: Pater tuus iuſtus  
fuit, tu verò minimè: non ergo poteris, quod pater tuus obti-  
nere.

Si peccatis tuis putas te firmare domum tuam, toto cælo  
erras: prudentia enim ſtabilietur domus. Putauit Herodes le-  
ſum occidendo, regnum ſuum ſtabiliendum: ſed quia illum  
perfectu-

A perſecutus eſt, regnum amiſit, & vitam.

Præterea ſicut Herodes quærit puerum, &c. ita & modo in  
ſignum poſitus eſt Ieſus, cui cōtradiceretur. Poſuit me quaſi ſig-  
num ad ſagittam. Qui in corde ſuo Chriſtum habet, ſagittarū  
habet ſcopum, & in ſe ipſum ſagittas dirigendas expectet. Sed  
quid mali paries commiſit, vt in ipſum ſint dirigendæ ſagittæ?  
Nihil proſuſ: ſed ſagittas patietur, quia ſcopum habet. Natus  
eſt in te Chriſtus, ſcopus tibi eſt: contra te armabitur dæmon,  
& mundani ſagittas ſuas mittent in te. Nudatur Dauid, ſaltat  
ante arcam: ſtatim Michol oblatrat. Sed audi ſupplicium eius:

Thren. 3.

2. Reg. 6.

2. Reg. 7.

Pſalm. 108.

B Noluit benedictionem, elongabitur ab eo. Indignus tibi  
videor, ait Dominus, qui ab omnibus diligar, ac excipiar, te  
in domum non eligam.

Quam vero Deus hoc offendatur peccato, ex eo colli-  
gere potes, quòd innumera ipſe fecerit, vt hanc ſibi animam  
acquireret. Qui ergo ſanguine proprio eam emit, quo dolo-  
re, afficietur, ſi eam ei ademeris? Qui vniuerſam ſubſtantiam  
ſuam pro margarita dedit: ſi eam ab eo auferas, quid non con-  
tra eum feciſti? Si quis vos in corpore tangit, tangit pupillam  
oculi mei: quid Dei inoffenſum reliquit, qui proximi animam  
lædit?

Zach. 3.

Qui conſurgens, etc. Attende Ioseph obedientiam prom-  
ptam. Proue. 22. Vidisti hominem velocem in opere suo: hic  
coram Regibus ministrabit. Non cauſatur longum iter, ſed  
obedit vt Abraham ſine mora nocte ipſa, qua id ei iuſſum eſt:  
nec dubitat audiens fugam neceſſariam Saluatori, nec dicit:  
Qui fieri poteſt, vt aliorum Saluator ſit, qui vt vitam propriam  
ſeruet, Agyptum petit, ac fugit? Tene Dei verbum firmiſſi-  
mum: obedi ei, & licet omnia decidere videantur tu ne dubi-  
tes: aderit tibi Deus. Nocte vero ſecedit, quia nox eſt in loco,  
à quo Chriſtus recedit.

Prou. 22.

Ex Agypto uocauit filium meum. Hoc impletum Euangelista  
reſtaur. Habetur vero Oſee. 11. Nume. 24. Que verba licet de  
Iſrael dicta ſint, tamen etiam de Chriſto intelligēda, cuius ille

Oſee. 11.

Nume. 24.

populus typum gessit, nec omnino vsq; ad Christum cōpleta erant. Licet enim in figura essent impleta, sed non in veritate: & licet in sensu literali fuerint de populo illo ea verba dicta: sed in allegorico de Christo Domino. Qui sensus magis est intentus à Spiritu sancto. Ideo plene scriptura dicitur impleta, cum id impletū est, quod magis per eā intendebatur. Hoc est enim scripturæ diuinæ singulare, vt verba significant rē gestā, & res gesta aliud significet: quod in alijs scripturis non cōtingit: quia solū verba rē significāt gestā, sed non rēs rē aliam. Merito ergo quæ gesta in scriptura narrantur, alia significāt, quæ per verba allegorice intelliguntur. Et talis fuit ingressus, & egressus Christi ex Aegypto, figuratus ingressu, & egressu Israelis. Sicut enim Israel dicitur primogenitus filius Dei, ingressus Aegyptū fame vrgente, egressus per mare, viam agēs in deserto, ingrediens terram promissam: sic vnigenitus verus filius Dei persequentem Herodem fugiens, ingressus est Aegyptū: exijt inde Angeli monitu, baptizatus est, in deserto tentatus, ac tandē ad cælestia peruenit.

*Tunc Herodes iratus est ualde, & mittens occidit omnes pueros.* Hæc occisio Innocentium fuit post annum, & dies quatuor à Christo nato, eo quod Romæ accusatus esset à filijs: impeditus est ante eos occidere, sed rediens illud perfecit. Sed quomodo Innocentes Martyres sunt sine voluntate? Respondet Augusti. Ille de vestra corona dubitabit in passione pro Christo, qui etiā paruulis baptismum non prodesse existimat Christi. Non habebatis ætatem, qua in passurum Christum crederetis, sed habebatis carnem, in qua pro Christo passuro passionem sustineretis. Vide Diuum Thom. 2. 2. quæstio 124. Operatur martyrium ex opere operato ad modum sacramenti.

Habent verò se Innocentes, si eos cum alijs Martyribus, conferas, velut excedens, & excessum. Exceduntur ab alijs in voluntate, qua pro Deo passi sunt, nobilius est enim agere, quam pati, alij Martyres voluntate acceptantes martyrium egerunt, & non solum passi fuere. Sed excedunt Innocentes in causa, & obiecto martyrij. Alij enim Martyres pro fide, & honore Christi passi sunt: Innocentes verò pro persona Christi, &

**A** Christi, & eius vita tuenda. Nam cum decreuisset Herodes Christum occidere, occidit Innocentes: & putans eum occisum, destitit ab eius persecutione, & sic in eius defensione ocubuerunt. Exemplo hæc explicantur. Pugnat vir fortis in stadio pro Regis honore: vincit Regis inimicos: sed alter videns gladium iam iam regio capiti imminentem, opponit se ieiui, licet primus fortior sit: sed secundi causa potior est, quia Regis tuetur vitam. Primum alij præstiterunt Martyres: secundū Innocentes, qui vitam pro Christo fundunt, antequam ille pro eis moriatur. In hoc verò maximè diuina nobis apparet bonitas, quamque facile sit cum Deo negotiari: quod enim tu potes, & facile potes, id à te Deus exigit, vt infinita bona largiatur. Nec verò tibi alios plures obijcit, qui plura, vel insigniora facinora pro ipsius gloria tuenda fecerunt: sed eo solū contentus est, quod commode potes. Stephanus præstat opus, & voluntatē Martyrij: Ioannes voluntatem: Martyres Innocentes opus: quo Deus contentus est, supplēs meritis, & gratia Christi, voluntatis defectum. Sic etiam opera nostra in se considerata tanto præmio digna non sunt. Ea sunt in altera staterę lance, sed tam minimi ponderis, vt dictum sit: Quod momentaneum, & leue est tribulationis nostræ, in alia staterę lance immensum gloriæ pondus, vt hæc, equalia sint, adiungit Deus operibus tuis Christi gratiā, & merita, promissionem diuinā. Quæ ergo potes, age: venale est regnum Dei: quantum habes tantum valet. Parum tibi est, hoc parum da, & illud habebis, vt ait Augusti.

**C** Sed quomodo qui pacem venit mittere in terram, tam durum bellū Innocentibus indixit? Respondetur, gloria Dei illustranda, & propaganda est: ad hoc verò creaturis vtitur, quæ in hoc conditæ sunt. Vnde sicut non fit iniuria instrumentō, quo artifex vtitur, etiam si hebetetur, & consumatur: ita nec creaturæ, si in Dei gloria interimantur. Sic in Pharaone glorificatus est. Cum ergo ad Messia aduentum mundo vniuerso edicendum, hoc fuerit aptissimum medium, vt Innocentes occiderentur, iure optimo eorum nece in suam gloriam vsus ille est: & quando alia ratio non esset omnium tribulatio nium nostrarum, quam diuina gloria, ea satis esset, vt nos omnia

simil.

nia pateremur libenter. Si enim leoni taurus obijcitur discerpendus, vt princeps videns lætetur: etiam si tu discerpereris, vt Deus videns lætaretur, fatis, superque esset, vt hoc patienter tolerares.

Luc. 11.

Sed iam in gratiæ lege alia etiam est lætitiæ, ac consolationis ratio. Ex quo enim Christus Dominus mortem, crucemque tanto sitierit affectu, vt Luc. 11. dixerit: Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor, vsque dum perficiatur, sancti maximè pro eo mortè oppetere desiderarunt. Hinc Andreas. O crux diu desiderata, & iam concupiscenti animo præparata. Et Ignatius. O salutare bestias, quæ mihi præparantur quando venient, quando mittentur? Vnde summa iam gratia homini conceditur, cum pro Deo pati ei concessum est: summa ergo gratia Innocentibus tributa, &c.

## Dñica infra octauam Natiui.

*Erant Ioseph, & Maria mirantes, &c.*  
Luc. 2.



**G**LEBRAT his diebus Ecclesia summo gaudio, ingentiq; lætitia maximū illud mysterium religionis nostræ, summum, & dulcissimum opus Dei inter omnia, quæ vnquam fecit, aut faciet, in quo omnipotentiam suam effudit, nec quo progredieretur, habuit, D. Tho. 1. p. q. 25. ar. 6. ait. Tria Deus meliora facere non potest, ex quibus illud potissimū est, Deo homo, summū opus, quo maius esse nō potest, nec altius eleuari natura nostra potuit, quam vt in diuino supposito subsisteret, & cū tam infima esset progenie, diuinæ naturæ in supposito par est, iam deificata, & gratia donata infinite. Huic mirabili sacramento vniuersa genuflectit Ecclesia, tantū adorans beneficiū, videns naturā humanam in infinitū elatam,

**A** tam, & quæ post Adæ peccatū tam erat vilis, despectaq; vt eā intueri vix Angeli dignarentur, iam & suspiciunt, & venerantur, iam enim homo Dei cōsanguineus factus est, eius frater effectus, Deūq; fratrem compellare potest, Angelus vero non fratrem, sed Dñm Deū potest nuncupare. Iā homo nobilis est, & illustrius, qui ante factus fuerat sub tributō: iā hodie mirabile sit cōmerciū: donans nāq; nobis cælestia, ipse nostra induitur infirmitate, doloribus, & lachrymis. Iā hoc factō declarat Deus obscura omnia enigmata prophetarū, iā vmbrem testamēti veteris patefiūt: iā obscura nebula figurarū aperitur: iā omniū apparet veritas: quia Sol iustitiæ in terra nostra cōparuit: iā diuinus ille pictor velū ab imagine tollit, vt eā liceat intueri. Hucusq; locutus fuerat nobis Deus per ministros: iam ore proprio verbo suo ad nos loqui vult. Omnis ergo lætetur terra, cessent iā væ, & lamentationes. Simul montes exultabunt à conspectu Domini, quoniam venit. Hodie hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, quia vniuersus mundus exultat, & laudat, cæli, & terra lætetur, iam nox præcessit, dies appropinquauit. Hodie laqueus damnationis nostræ ablatu est, hodie audit Ecclesia: Solue vincula colli tui captiua filia Sion.

Tam mirum hoc est mysterium, vt dicat Aug. sine admiratione cōsiderari non posse, quoniam & ipsi Cherubim illud aspicientes in figura propitiatorij, quasi attoniti stupent. Qui attente Dei magnalia cōsiderat, an non dicet: Magnus es tu, & faciens mirabilia, & qui fecit magna, & inscrutabilia absq; numero? Quid dicet, obsecro: qui Christū summū Dei opus fuerit contēplatus, quod est quartū penitus ignoratū à Salomone viam viri in adolescentula. Cuius mysterij arcana tanta sunt, vt nos penitus fugiant. Ideo velum erat ante propitiatoriū, licet interius lucerna sit. Sed vt quid intus lucerna, si exterius velū est, ne videatur? Velum est rationi naturali positum, sed lucerna fidei non excluditur. Ideo Nume. 4. velata vtensilia templi portari præcipit, & quia viri Betfames arcam viderunt, mortui sunt.

Merito ergo Euangelista nunc loquitur: *Erant ergo Ioseph, & Maria mirantes.* quia mira res Deus homo. Multi non mirantur, quæ maxima admiratione digna sunt, cuiusmodi est

K 5

Deum

Psalm. 92.  
Sap. 1.Esai. 52.  
Aug.

Exod. 25.

Psalm. 82.  
Iob. 5.

Prou. 30.

Exod. 35.

Nume. 4.

1. Reg. 4.

2. Cor. 6.

Deum hominem, pauperem, in præsepio: imo continentur, vt Michol saltantē Dauid. Sed Angeli Deū agnoscentes Ioseph, & Maria hoc maximè mirantur. Multi non mirantur Dei patientiā in peccatores, cum plane res sit omnino mirabilis. Tu illi graues irrogas iniurias: ille verò te cōseruat, tibi alimēta præparat, an non hoc mirabile? Quis audiuit vnquā tale, aut quis vidit huic simile? Sed Ioseph, & Maria mirātur ea, quæ vere mirabilia sunt. Sed est admiratio ab ignorantia procedēs, vt miratur rusticus eclipsim propter ignoratiōē causæ, quā non miratur astrologus. Cū vero in mysterijs filij sui Maria illuminatissima omnium esset, ab ignorantia procedere nō potuit hæc admiratio. Est ergo alia, quæ non ab ignorantia rei dimanat, sed a scientia, & cognitione eius: sed tāta agnoscitur celsitudo, vt sola admiratione explicari valeat: & quoniam humanū superat captū, ac intellectum id, quod verbis exprimi nō potest, admiratione explicamus. Sic videmus arcū in cæli nubibus: nouim⁹ eius causam, radios, scilicet, solares, sed cū humana arte tā mirabilis circulus effici nequeat, miramur eū: & licet eū quotidie intueamur, semper oculos nostros rapit sui pulchritudine. Arcus hic cælestis Christi Dñi figurā ad viuū exprimit. Vt enim ille ex radorū solariū reflexiōe in nube rorida efficitur miris ad varijs coloribus cōstans: sic ex diuino Verbo Sole fulgētissimo intra humanitatis nubē incluso, arcus diuinus, ac plene cælestis, fœderis, ac pacis signū resultat, quæ licet agnoscat Maria, tamē non mirari non potest. Nouerāt Angeli Dei in mūdum aduentū, in natiuitate eius cecinerant: in deserto ei ministrauerāt, in resurrecciónē, & ascēsiōe eius testimoniū perhibuerāt: cū tamen eū in cælo viderūt ad patris dexterā sedentē in tanta maiestate, nō ignorantia, sed sciētia admirati dixerūt: Quis est iste qui venit de Edó? Sic Maria nō ignorans, sed sapiēs admirans mysterij magnitudinē, tantum reueretur sacramentum, & merito: magis enim mirabile est, Deū paruulum intueri, quā magnum. Ille enim est, cuius magnitudinis non est finis: ideo magis mirabilis in præsepio, quam in dextera patris: pannis inuolutus, quam gloriæ vestimentis indutus: inter duo animalia quā inter Seraphinos, & militiā cæli vniuersam, quæ ei assisūt: & in domo aliena, quam in propria. Subiungit Euangelista.

De his

**A** De his quæ dicebantur de puero. Primò mirantur de his, quæ dicebantur, & merito. Quis enim non miretur tot testimonia è cælo, & terra, præterita, & præsentia, & tam cōuenientia in vnum? Vidit Maria figuras omnium patriarcharum, dicta omnium prophetarum, eo tendere in puerū hunc duci, quæ ipsa manibus tenebat. Videt hunc puerū Angelos annunciare, & canere: hunc pastores adorare: stellam cæli prodere: Reges reuereri: Simconē prædicare, lumen esse Israel: Annām confiteri. Fasciculum conficiebat Maria ex his omnibus floribus tam diuersis, quos pijsima affectione contemplata nō poterat non mirari tam diuinos splendores.

Secundò mos est diuinæ scripturæ, vt aliqua maxima extollantur, extollere alia minora, vt inde colligatur, quātum sit illud maximum, si quod multo minus est, tantum est. Non dicit Euāgelista gaudiū Magorum, cum Christū inueniunt: sed eorum gaudiū exaggerat, cum stellam rursus viderunt. Gausi sunt gaudio magno valde: est rhetorum color ditinus. Quasi dicat: Si visa stolla tam sunt lætati, quam illorum putas lætitiā, cum Christum viderunt? Si sola visio thesauri lætificat inuenientem, vt præ gaudio illius vendat vniuersa, quæ habet, qualis erit lætitia thesauro possessore? Sic nunc, vt Mariæ admirationem exprimat, cum filium suum intuetur, ait Euangelista, miratā fuisse de his, quæ dicebantur de puero. Si ita admirata est de his quæ dicebantur, quomodo miraretur, quando in filiū vngentū oculos conijceret? Hoc explicari non potest. Primū nomē, quod ei tribuit Esa. 9. est, admirabilis: nec hoc nomē ei casu inditū est, sed quia verè mirabilis est. Mirabilia opera tua, & anima mea cognosceat nimis. Hūc à nobis Psal. exigit fructū admirationē, & Mariā, vt terra optima hūc profert fructum admirationis maximē. Cū enim omnia propter semetipsum operatus sit Dominus, nō necessitate aliqua, sed vt ea nos intuerēs, quæ ille operatus est, miremur, cum agnoscamus maximum, diligamusque, & obsequiamur. Ideo Psal. Domine Dñs noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Videns opera tua, pronuntio: Quis sicut Dñs Deus noster? Videns enim elemēta, cælos, stellas, quomodo non mirabor? Sed si altius oculos tollamus, cōsiderabimus illud Thesal. 1. Cum

veno-

venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos, in die illo. Mirabilis plane ostendetur nobis Deus, cum nos glorificauerit, talibus enim nos donauit donis, ut mirabilis, omnino nobis appareat. Sed in hoc diuino mysterio multo mirabilior apparuit: multo enim mirabilius est Deum paruum fieri, quam vniuersa creare, sanctos glorificare, ac magnificare. Hoc ergo pelagus est, quod pertransiri non potest: ideo hic omnis intellectus heret, lingua obmutescit. Consideraui opera tua, & ex pau. Admirata est Regina Saba sapientiam Salomonis, & non habuit ultra spiritum. Sed quantum plus miraretur, & spiritu deficeret si consideraret diuinam sapientiam in humani generis redemptione, inuenientem ordinem tam honorificum homini reo, Deo vero offenso, tam aspersum, quem nec Angeli ingenio suo unquam inuestigare possent? Ei autem qui potens est, superabundantius facere, quam petimus, aut intelligimus. ipsi gloria Ephes. 3.

Reg. 10.

Ephes. 3.

Miramur videtes in homine vnita, quae aduersa sibi videtur animam rationalem, & carnem, imaginem Dei, & vile figmentum spirituale, & corporale, corruptibile, & incorruptibile. Sed quantum mirabilius, videre Verbum in carne, immortalis mortalem factum impassibile passibile, Deum hominem: & haec tam mirabiliter vnita, ut summum non consumat infimum, nec infimum obscuret summum, sed quaeque natura integra permaneat sine aliqua sui laesione, sicut ignis in rubo? Miratur Ezech. 26. quod Tyrus decidat a tanta gloria in ignominiam tantam. Idem ipsi esse miraculum Esai. affirmat de Babylone illa magna. An non mirabilius multo, quod Dei infinita maiestas descendat de caelo a regalibus sedibus, a throno caelesti, a sinu patris, & in praesepio positus sit, quem caeli, & terra capere non possunt?

Ezech. 26.

Esai. 21.

In hac vero re nos imitari Christum possumus, si mirabiles omnibus fuerimus. Sic enim Christiano homini viuendum est, ut sit similis illis, quos maledicere non potuit Balaam, sed ait: Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, ut valles nemorosae, ut horti iuxta fluuios irrigui, ut tabernacula, quae fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. Talem vitam nostram Pau. monet fore, ut is, qui ex aduerso est, vereatur, nihil malum habens dicere de nobis: imo vero ut iuxta Esaiam vaticinium, om-

Num. 24.

Ad Titu. 2.

Esai. 61.

nes qui viderint eos, cognoscant illos, & dicant: Hi sunt semel cui benedixit Dominus, & ut Pet. ait: Considerantes in timore conuersationem vestram, ut impleatur illud Psalmi. Conturbati sunt omnes, qui videbant eos, & timuit omnis homo. Sed iam non mirabiles in vita nostra gentibus sumus, imo despectui habemur, tamquam infani moribus nostris. Amos. 3. Congregamini super montes Samariae, & videte insanias multas in medio eius. O quis ex alto conspiceret insanias multas, quae sunt in medio nostri! An non summa infania nostra Deum offendere, postquam homo factus pro nobis est? An non infania hisce diebus, quibus talis nobis ostenditur misericordia, Deum prouocare sceleribus? An non infania tantus terrenorum appetitus? Vere ipsae gentes nos insanos dicent. Vnde praemittit Osee. 3. Auditum facite in quibus Azoth, & in quibus terrae Aegypti: & dicite: Congregamini super montes Samariae, & videte insanias multas in medio eius. Si enim congregentur homines a fide alieni, & viderint vitam nostram, eam infania dicent: qui enim talia credit, ac tam immensa, vitam veram agnoscit, nihil curas ea, quae credit, an non insanus est? Verbum Hebraicum quod ibi ponitur, ubi nos, insanias, legimus, significat turbas, & tumultus: quo significatur, quo animi ardore diuitiae quaerantur, quo voluptates, quantum feruiatur ambitioni, quam perturbata mens in rebus nihili. Psalm. 38. Verum tamen vanum conturbatur omnis homo, thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea. Potest ne insanius aliquid esse, quam ita turbari atque angari propter ea, quae sis momento temporis relicturus? Ideo Psalm. 39. Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas.

1. Pet. 3.  
Psalm. 63.

Amos. 3.

Psalm. 38.

Psalm. 39.

Sequitur. Et benedixit illis Simon. Quam merito Maria benedicatur, quis dicat? Iratus Saphon Philistaeis, nullum pactum cum eis inire volebat: eos occidebat, crudeliterque insequabatur, donec Dalila eum edomuit: in gremio suo reclinauit: capillos abscondit, eum vincitum, atque ligatum eis tradit: gratos ei se ostendunt Philistaei, & mille eam benedictionibus prosequuntur. Peccat homo: illum persequitur Deus euaginato ense, mundum suffocat aquis: & tot vltiones adhibuit, ut Deus diceretur vltionum. Non placabatur omni oblatione, & sacrificio, donec venit Dalila nostra, quae cum tenuit

Jud. 16.



tenuit in gremio: ligauit fascijs, & ligatum ducit in templum. **Iudic. 15.** Merito eam benedicit Simeon: Benedicita tu inter mulieres, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros, vt non deficiat laus tua de ore hominum. Benedicita tu, ait Dauid ad Abigail, quæ prohibuisti me, ne irem ad sanguinem. Omnes ergo Mariam benedicamus: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Et ait ad Mariam: *Tuam ipsius animã. etc.* Solam iam Mariã alloquitur, non Ioseph, tũ quia Christus totus ex Mariã, nõ ex Ioseph, tũ quia ille visurus non erat Christi passionẽ. Sed quãti doloris Marię fuerint verba ista, dici nõ potest. Dicit chirurgus: Melius fuisset, si ex hoc ictu sanguis profuisset, nec enim tantus dolor esset, & facilis curaretur: cũ verò sanguis non exierit, dolor maior est, & cura difficilior. Verè facilius tolerasset Maria martyrium, sanguinisque fusionem, quã verbum hoc. Videt se Maria inter extrema: hinc admiratio, & gaudium, de his, quæ videt de filio prædicari, hinc dolor ex propheta Simeonis. Gaudio profusa est Michol videns Dauid victorẽ reuertentem: sed cito mærore perfunditur, videns in eũ euaginatũ patris gladium, vt ab ea ipsum abscondi, fuerit necesse. Sic hodie Marię contigit. Melle gustato cõtinuo fel Marię datur: quia in arca simul sunt virga, & mânia. Assumpsi mihi duas virgas, & paui gregem: alterã vocauit decorẽ, & alteram vocauit funiculũ Zach. 11. Sic enim Deus cum suis agere solet. Primũ decore, & dulcedine eos pascit, vt oues suas: sed deinde funiculũ, & flagellum sumit, quo etiam pascit: quia Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit manans in figuram crucis mutat, vt Iacob iam bona, iam mala tribuit. Quando ergo te videris dulcedine affectũ, prepara re ad tentationẽ: & in die bonorum ne immemor sis malorũ. Contra eum te vt deris malis irretitũ, spera manna, & decorẽ in die malorũ, ne immemor sis bonorum, quia post tẽpestatem tranquillũ facit, & post lachrymas exultationẽ infundit. Calix in manu Domini vini meri plenus misto, & inclinauit ex hoc in hoc: id est, iã hunc potat, iã illum, iam dulcedine, iam tribulatione. Quã alacer Aman, & sui, quam tristis Mardocheus? Sed citò sortes vertæ sunt, & ille tristis, hic lætus. Quam læti idolorũ sacerdotes,

cũ

**A** cũ Daniele in lacum leonum tradũt! Sed citò fors diuersa aderit: ille educetur, vos verò in eum lacum mittemini. Quam læti fratres Ioseph eo vedito, sed citò ille lætus, illi tristes erũt.

Timendum verò maximè improbis hoc est: si enim iustis, & Marię iustissimã post læta tristia succedunt, quid mali non sperandũ est iniusto post huius vitæ lætities? Argumentũ est Apostoli Petri. 1. c. 4. Tempus est, vt incipiat iudiciũ à domo Dei: si autem primum à nobis, quis finis eorũ, qui non credũt Dei euangelio? Quid putas tibi paratũ esse, nisi quod illi nauis, de qua Eze. 27. vbi sub nauis ditissimæ typo maxima Tyri profperitas describitur, quam tamen cõtinuo sequuta est omnimoda vastitas. Et Esa. 28. Vẽ coronæ superbix, ebrijs Ephraim, flori decidẽti, gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice valis pinguisimæ. Ecce validus, & fortis Dominus, sicut impetus grandinis, turbo confringens, sicut impetus aquarũ multarum inundantium, & emissarum super terram spatiosam: pedibus conculcabitur corona superbix ebriorum Ephraim.

*Ecce hic positus est in ruinam.* Mirabilis profecto sententia, & stupenda, quod Christus Dominus sit in multorum ruinã. Sed ante idem prænuntiatum Esa. 8. Erit Dominus in lapide offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel in laqueum, & in ruinam habitantibus Hierusalem: & offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. Ideo. 2. Cor. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum Iudæis scandalum, gentibus stultitiam.

**C** Sed quomodo Christus ruina potuit esse occasio? Christus lapis est in via positus, vt iter celi demonstret, si tu impingis in illum, tibi imputetur, non lapidi. Fuit ergo multorum ruina, quia eum repudiauerunt malitia sua. Sed ne antiqua forum miremur, An non tibi est Christus lapis offensionis, dum ex eius passione, & redemptione sumis occasionem liberẽ peccandi dicens: passus est pro me, misericors est, non me condemnabit? De qua iniquitate ille per Psalm. expostulat: Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolõgauerunt iniquitatem suam.

*Et in resurrectione multorũ.* Ad hoc ille venit, & hoc est quod ille operatur à seipso: Ego veni, vt vitam habeant, & vt abundantius

Dani. 3.  
Gen. 37.

1. Pet. 4.

Ezech. 27.

Esa. 28.

Esa. 8.

2. Cor. 1.

Psalm. 128.

1041. 10.

Iudic. 15.  
1. Reg. 25.

Luc. 1.

Simile.

Reg. 19.

Zach. 11.

Gene. 48.

Psalm.

Hester. 78.

dantius habeant. Venit, vt erigeret elisos: Dominus erigit elisos. Hoc multi peccatores experti sunt, vt Magdalena, Mathæus, Zachæus, & multi hodie peccatores id experimēto comprobāt: in quibus ostēditur veritas illius: Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, viuet. Cecidisti peccasti? elisus es? Ne desperes, Christus venit, in resurrectione multorū. Esa. 61. Spiritus Dñi super me: eo quod vnixerit me, ad annūtiandū mansuetis misit me, vt prædicarē captiuis indulgentiā, & clausis apertionē. Hoc in laudē gratiæ Christi dicamus. Peccator es? peccasti nimis? desperatus videris? Tibi venit Christus, vt vbi abundauit delictū, superabundaret, & gratia. Si accedere ad Christū volueris, tibi ille venit. Accede, penitentiam age, adiunge te illi, dicetque tibi, quod Dauid desperato homini: Qui quæsierit animam tuam, quæret, & meam. Sed non venit in resurrectionem omnium, quia non omnes à peccato surgere volunt, licet ex se ille omnes saluet: sed non omnes salutē eius recipere volunt. 2. Cor. 2. Alijs sumus odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam: sicut florentis vineæ odor homini suauis, serpenti est intolerandus.

*Et in signum, cui contradicetur.* Esa. 11. In die illa erit radix Ise, qui stat in signum populorum. Fuit Christus scopus cōtra quē omnis dæmonis, & mūdi sagitta directa est. Omnis homo arma contra eū arripuit, Iudæus, Gētilis, Romanus, Græcus sapiens, Rex, Acto. 28. Audiuius de secta hac, quia vbiq; ei cōtradicitur, & à nobis etiam cōtradicitur, cū enim ille nobis sit signum in via cœli, ne erremus per eam: ei opponitur, qui alibi sequitur, viam. Docet ille te paupertatem, & austeram vitam: tu verò dicis: Venite, fruamur bonis, quæ sunt. Docet te humilitatem: tu dicis: Quis noster Dominus est?

Sed res est maximè consideranda, ac miranda, & cuius ratio penitius est inquirenda, qua ratione tanta in Christum mundi contradicctio? ille enim omnibus proficiuus, nulli noxius, legē amoris mundo proposuit, qui pertransijt benefaciēdo, & sanādo omnes. Quare ergo fremauerūt gentes, &c? principes cōueniunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Respondetur: Christiana religio viam docet spiritus: à carnis operibus longe abhorret. Cum enim homo spiritu, &

**A** carne constet, summa religionis Christianæ est spiritum eleuare, carnem deprimere, ac humiliare. Et hoc est, quod sub nomine crucis, mortificationis, & abnegationis, docemur, & tandē qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs suis.

Ex hac veritate primò sequitur, eos qui Christi legem sequuntur, maximè Deo esse charos, qui enim spiritus purissimus est, quem diligit, nisi sibi similē? similitudo enim amoris est causa. Hinc affirmauit Plato eos, qui mentem colunt Deo esse gratissimos, & charos. Et in hoc agnoscimus, ait Ioannes, nos à Deo diligi, quia de spiritu suo dedit nobis.

**S**ECUNDO sequitur hos esse maximè infensos sceleratis hominibus, quia omnino eis dissimiles sunt. Sap. 2. Grauis est nobis etiam ad vidēdum, quoniam dissimilis est alijs vita eius. Prodūt namq; iniquorū peccata, sicut linea recta iuxta obliquā, obliquitatem eius apertius ostendit. Sed quid mirū spirituales viros à carnalibus infestari, cū caro ipsa spiritui, cui alligata est, à quo vitam, & decorem recipit, sit contraria? Si ergo in vna persona facit acriter caro impugnat spiritum, quid in diuersa persona faciet? Hoc verò spiritualium, & carnalium dissidiū omnium dissidiorum antiquorum antiquissimum est, & inter Abel, & Cain initium sumpsit, & illud figurauit lucta Esau cū Jacob in vtero. Vnde August. Sicut duo paruuli in vtero Rebeccæ collidebantur, sic in vtero Ecclesiæ duo sibi populi iungiter aduersantur, bonorum dissidiū est, vt qui mali sunt, corrigantur, malorum est, vt qui boni sunt, consumantur. Non ergo turbetur pius persecutione malorum. Seneca: Argumentū est recti malis displicere. Ioan. 17. Ego dedi eis sermonem meū, & mundus eos odio habuit, &c: Si de mundo fuissetis &c. Inter glarorum virorū apophtechmata refertur, principem optimū cum ab improbo laudaretur, ad comites conuersum interrogasse, num mali aliquid designasset, quod ab improbo laudaretur.

Tertio sequitur Euangelium Christi maximè à mundo impugandum, & Christum ipsum. Quod ad eò verum est, vt à mundi exordio nihil ita impugnatum sit, ac Euangelium. Aduersus illud Romani principes acerbissimis odijs dimicauerunt.

Ioan. 11.

Esa. 61.

1. Reg. 30.

2. Cor. 2.

Esa. 11.

Acto. 28.

Sap. 2.  
Psalm.

psalm. 2.

Ad Gal. 5.

Plato.

1. Ioan. 4.

Sap. 2.

Genes. 4.

Genes. 25.

August.

Seneca.

Ioan. 17.

Platar.

Aduersus illud omnes hæretici armis eloquentiæ certauerunt. Aduersus illud philosophi sapientiæ humanæ armis armati sunt. Aduersus illud modò carnales homines vitij decertant. Aduersus illud draco ille magnus, & sanctorum sanguine rufus, dæmonum potentia, mundi malitia, carnis cupiditatibus instructus, semper bellum gerit. Nam cum omnes hi sub carnis vexillo militarent, quomodo non contra eum dimicent, qui de Spiritu sancto cõceptus, totus spiritualis carnalia omnia è mundo eliminare contendebat. Hac ratione Christus positus est in signum, cui contradiceretur, & tanta passus in mundo est. Qui enim primus fuit Euangelij prædicator, qui omnia carnalia contemnenda ostendit, & beatos pauperes, lugentes, crucem feretes dixerit, quid potuit à carnalibus sperare? Quid frenetici facturi essent, nisi in medicum insanire? Quod ille ostendit Ioan. 7. Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.

Ioan. 7.

Deute. 33.

Et erat Anna prophetissa de tribu Asser. Deut. 33. benedicitur à Moysè Asser, sicut dies iuuentutis tuæ, sic & senectus tua. Impletur verò benedictio hæc in hac Anna, quæ à iuuentute vsque in senectam seruiuit Domino. En verè viduam, de qua Psalmo. Viduam enim benedicens benedicam, quæ cum. 84. annos viduitatis haberet, & quinque annis vixerit cum viro, esset eo tẽpore 106. annorù. Ab ea verò discere possumus perseverantiam in oratione, & orationis assiduitatem, ieiunium, & in omni bono constantiam. Eccles. 27. Homo sensatus in sapientia permanet vt Sol, stultus vt luna mutatur. Iacob. 1. Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. Ideo. 2. Thesalon. 2. Rogamus vos fratres, vt non cito moueamini à vestro sensu, qui enim perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit, sola perseverantia coronatur?

Eccles. 27.

Iac. 1.

2. Thessa. 2.

Matt. 10.

Puer autem crescebat. & c. Crescebat corpore, & experientiâ scientiæ, & acquisita etiam, quam proprio ingenio inuestigabat. Reliquæ quæ in eo erant scientiæ ab eo manifestabatur amplius quotidie, in se verò nõ crescebant. Docet verò nos in omni bono crescere Phil. 3. In omni opere bono fructificantes, & crescentes. Sicut enim parù esset puerù nasci, nisi cresceret, sit

Phil. 3.

Simile.

**A** postquã per baptismũ natus es in nouã vitã, crescere te oportet in illa, Ad hoc Eucharistia tibi cõceditur, sicut enim corpore crescis, corporeo cibo, itã in spiritu spirituali. Sèper ergo tibi curandũ proficere, & crescere in melius. Sic de Dauid dicitur. 2. Reg. 3. Sèper ibat proficiens & crescens, & erat seipso robustior. Notanda verba: Sèper ibat, nec reuertebatur animalia Eze. cù ambularèt. Proficiens, & crescens, sicut Pau. Quæ retro sunt obliuiscens ad anteriora extẽdens me ipsum. Ideo Psal. fortitudinẽ meam ad te custodiã. Et gratia Dei erat in illo. Omnẽ gratiam adunauit Deus in Christo, ad quẽ nobis accedẽdũ est, vt eã participemus, est enim in eo gratia capitis infinita, factus omnibus obtẽperantibus sibi causa salutis æternæ, ibi enim nobis omnibus reposita gratia est. Est ille velut hæreditas nostra, à qua omnia nobis bona colligenda sunt, est arca depositi, in quo omnes nostri Thesauri. Sed omnia, quæ in Christo sunt, nostra sunt. Ideo prophet. Hoc est nomẽ, quod vocabũt eũ, Dñs iustus noster. Vnde, sicut cũ tibi cõceditur prædiũ plenum fructibus, omnis illius fructus tibi cõceditur, vt eo fruaris, cõcessus, datus quæ tibi Christus est, paruulus natus est nobis, verè dicere potes, funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. Sed quæ hæc sit hæreditas, explicat Dñs: Pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Omnis ergo Christi gratia, omne meritũ, omnis satisfactio, qui fructus huius hæreditatis sunt nostri sunt. Beatus populus, cuius Dominus Deus eius, cuius tãta est hæreditas, & possessio. Quis ergo pauper hæreditate tãta? Qui nostra futura erat hæreditas in alia vita, vt præmiũ, nostra hic voluit hæreditas esse, vt via, & meritũ. Collige ergo tibi vberrimos fructus hæreditatis tuæ: quod collegeris, tuũ erit. Omnia colligere impossibile est, quoniã infinita in eo sũt. Sed quis ferat medicũ pauperẽ fame pereũtẽ, cui prædiũ esset ditissimũ, omni refertũ fructu, ille verò ignauia sua fructus nõ colligeret? Peccator, pauper, miser, ac miserabilis, qui fame peris, an deest tibi hæreditas? an nõ tibi prædiũ fructu plenũ, à quo minimo labore diuitias magnas potes cõparare: Audi Esa. 58. tũc delectaberis super Dño, & sustollã te super altitudines terre, & cibabo te hæreditate patris tui Iacob, os enim Dñi locutũ est. Vnde enim putas tã parua industria tãta nobis bonã prouenire, vt des calicẽ

2. Reg. 3.  
Ezech. 1.  
Phil. 3.  
Psal. 58.

Heb. 6.

Simile.  
Hierc. 33.  
Simile.Psal. 15.  
Psal. 15.  
Psal. 143.

Simile.

Esa. 58.

aquæ pauperi, & cœlum lucratus sis, nisi quia ex hac præclara hæreditate nostra minimo labore inæstimabiles nobis dititias comparamus? Sicut ergo cum immensum frumentum aggerem congregat homo in pauperes alendos, illud frumentum pauperum est, ita omnia Christi bona nobis pauperibus, seruata in illo sunt. In omnibus diuites facti estis in illo, ita ut nihil vobis desit in vlla gratia spirituali. Paulus loquitur, nobis Christi gratia participantibus &c. hanc verò sacramentis ac pijs operibus participamus, nobisque colligimus.

1. Cor. 1.

## In Circuncisione Domini.

*Dedit illi nomen quod est super omne nomen. &c.*

Philip. 2.



**M**aximum profectò, & mirabile nomē, quod est super omne Dei nomen, & cui omne genu flectendum est. Summa sanè animi beneuolentia, & attentio necessaria est, vt de eo audiat. Maiorē quam vnquam petita est, attentionem petit Moy ses Deuter. 32. Audite cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Si cœlum, & terram audire præcipiat, magnum planè præcipit, dum insensibilia sentire vult. Si verò Angelos, & homines qui cœlo, & terra continentur, intelligat, maxima planè petit, dum sibi Angelos, & homines attentos reddere vult. Et verè Moy ses omnia hæc intellexit, petit quæ attendere cœlum, & terram, Angelos, & homines, nec solum attendere, sed addit: Concresecat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Quasi dicat: Non solum auribus exterius attendite, sed & corde percipite verba mea, & intra viscera recondite, vt terra pluuiam. Sed quæ tantæ attentionis causa? Rationē subiungit: Quia nomen Domini inuocabo. Si tanta diuini nominis maiestas est, vt quodcunque nomen diuinum proponatur, attendere debeat cœlum, & terra, cum inuocandum est, & declarandum nomen, quod est super omne Dei nomen, &

Deut. 32.

cui

**A** cui omne genu flectitur, qualis erit necessaria attentio? Vtique si omnino, & perfectè à nobis declarari posset, & à Deo ipso exigi meritò poterat, in hoc enim ille semper intendit, vt nomen suum cognoscat. Sed cum non solum recondita huius nominis mysteria exponere, sed nec inuocare nomen Iesus possumus, nec dicere: Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, vt Paul. ait, necessaria nobis gratia est.

1. Cor. 12.

Prouer. 16.

**P**rouer. 16. omnia propter semetipsum operatus est Dominus, in omni ergo opere suo intendit excellentiam, & gloriam suam manifestare. Huius verò gloriæ ostensio maximè etiam in nostram cedit vtilitatem, vt eximiam Dei maiestatem suspicientes, eum vereamur, eique genu flectamus, ex hac enim genuflectione, ac animi submissione, cuncta nobis bona proueniunt, huc quæ diuina opera tendunt, quæ à Theologis, ad extra appellantur. Hanc verò illi reuerentiam exhibendam certissimè prædixit Esai. 4. In memetipso iuravi, egredietur de ore meo verbum iustitiæ, & nõ reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Et Roman. 14. Scriptum est enim, Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Quasi dicat: Hanc rem iuramento firmaui, vnde & eam impleri, omnino necesse est, quia duæ res sunt immobiles, vt Paul. ait, quibus impossibile est mentiri Deum. Hæc verò sunt Dei promissio, & eiusdem iuramentum. Hæc autem Dei promissio, ac iuramentum explicantur per Esaiam hoc loco: Mihi flectendum est omne genu, & omnis lingua me laudabit. Esaias posuit speciem pro genere, cùm ait, Iurabit. Paul. posuit genus, scilicet, Confitebitur. Est enim iuramentum legitime factum confessio, & laus Dei. Sic etiam Michææ sexto. Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelsio. Hanc subiectionem Deus ab omni creatura postulat, quæ si absit, nullum bonum à Deo expectandum est. Hinc Psalm. Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Sicut enim vt inferiora corpora à cœlestibus recipiant influxum, & motum, eis subijci, & subordinari oportet: sic nisi quidquid nobis est,

Esai. 4.

Rom. 14.

Michææ. 6.

Psalm. 61.

Simile,

Primus Tom.

L 3

Deo

Pet. 5.

Deo submittamus, nullum ab eo impetrabimus bonum. Hoc verò est illud Pet. Humiliamini sub potenti manu Dei. Et id ipsum significat Dominus per Esaiam cum ei genu flectendum dixit. Ex quo patet nostra, non Dei interesse, quòd hæc ei fiat genu flexio, nullam enim in eum ex ea redundat bonum, sed in nos, qui Deo humiliati, ab eo bona accipimus. Hinc illud: Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Hinc contra Pharaonem inuehitur: Vsq̄ quo non vis subijci mihi? Hinc omnes plagæ, & vniuersa eius mala: hinc omnia nostra, quod Deo non plene subijcimus, quod ei non genu flectamus.

Exo. 33.  
Exod. 8.

V T verò omnis creatura Deo genu flecteret, nihil nõ molitus est, & innumera eius opera in hunc finem tendebant, multaquè in hunc finem summæ maiestatis nomina vsurpauit, sed nunquàm illud assequutus est, donec nomen Iesus ei est impositum, illudque impleuit homo factus in ipso mundi exordio, & in lege naturæ opera fecit mirabilia, nomina sibi maiestatis imposuit, sed num ei genu flexum est? Nequaquam, post mirabile mundi opificium, quo Angeli, & homines Dei potentiam, sapientiam, & bonitatem mirati, summura illi honorem habere, genuquè flectere debebant. Plurimi Angeli Luciferum sectantes dicunt teste Esaiæ: sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, super astra Dei exaltabo folium meum, & ero similis Altissimo. Et angelus quidem hæc, sed quid homo? Notat primum Rupertus in Genes. libro secundo capit. 39. ingratitude, & obliuionem parentum nostrorum, silent tantis receptis à Deo beneficij, non eum laudant, non genu flectunt. Formauit eos, inspirauit in faciem spiraculum vitæ: silent, nihil in eius laudem dicunt. Ducit eos in paradysum: eis illam donauit: gratias non referunt. Adducit omnia ad eum animantia, quorum eum dominum constituit, ddhuc filiet. Dat Adæ adiutorium simile sibi, quo speciem propagare possit, filiet, nec gratias agit, nec aliquid quod laudem Dei resonet, eloquitur, nec vllum gratia verbum, & humilitatis in ore ipsius fuisse scripturæ testatur. Qui ergo gratiam Dei non agnouit, nec sicut Deum glorificauit,

Esai. 14.

Rupertus.

Acuit, aut gratias egit, euauit in cogitationibus suis, & putauit se Deum esse posse, crediditquè dicenti, Eritis sicut Dij. Hanc verò interiorem superbiam parentum nostrorum, quæ præcessit peccatum exterius commissum, indicat scriptura initio capituli tertij. Genes. vt notat Rupertus, cum ait, Sed & serpens erat callidior. Non enim simpliciter dicit, serpens erat callidior, sed addit coniunctionem, sed &, quo innuit malum non capisse ab exteriori cibo, sed prius diabolus superbiam, & elationem interius immisit, & inde exteriori tentatione tam facillè deiecit. Prius ergo interius per superbiam cecidit Adam, deinde exteriori cibo est contaminatus.

Genes. 3.  
Psalm. 77.

Genes. 3.

B Quod ostenditur Lucæ decimo octauo. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones: nisi enim descenderet, non incidisset, quia nisi mente superbisset, præceptum non fregisset. Descendebat ergo, quia mente intumescens ascendebat, quod descendere est. Deiecisti eos, dum alleuarentur. Sensus ergo est: In tanta gloria homo constitutus inuentus est Deo ingratus, superbus, & arrogans, Deo gratias non reddens, ei non genu flectens, sibi placens. Et tunc bene sequitur, & coniungitur: Sed & serpens erat callidior. Estque sensus, per semetipsum interius corrumpit diabolus hominem, & non solum per semetipsum intus, sed & per serpentem circunuenit exterius. Ecce nec Angelus, nec homo genu Deo flectit post innumera creationis beneficia. Sed quid filij Adæ continuò fecerunt? In illo naturæ statu capere homines genua idolis flectere Roman.

Luc. 18.

Psalm. 81.

Rom. 1.

Sap. 13.

I N lege verò scripta cum adhuc se Dominus amplius

Ezechiel. 10.

3. Reg. 19.

Hierem. 2.

Cant. 1.

Ambros.

Exod. 8.

manifestasset hominibus, nihilominus populus ille idolorum seruituti se dedit, adeo vt in Aegypto constitutus ea coleret, vt dicit Ezechiel. 20. Et procedens inde in desertum, continuò vitulos fecerit, & ingressus terram promissam quotidie post Baal iret, adeo, vt quasi magnum quid dixerit Eliæ Dominus: Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curauerunt genua ante Baal, & Hierem. 2. Transite ad insulas Cethim, & videte, si factum est huiuscemodi, si mutauit gens Deos suos. Et certè ipsi non sunt Dij, populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum. De gentium populo hac in re non oportet multa dicere, manifestum enim est illum idola sequutum spreto vnico vero Deo. Quomodo ergo vel quando implebitur Domine, quod iurasti per Esaiam: Mihi flectetur omne genu. En in lege naturæ hoc factum non est, nec in lege scripta: quando ergo implendum? Respondet: Factus est Deus homo, accepit nomen Iesus, factus hominum saluator. Et tunc impletum est, quod per Esaiam iurauit: Quia in nomine Iesu omne genu flectetur cœlestium &c. Et illud Cantorum primo. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te, id est, accepisti nomen suauissimum oleo simile, ideo omnes animæ te sequutæ sunt. Ambrosius enarrans illud: In nomine Iesu &c. ait: Multa Domine fecisti pro me, & non genu flexi. Fecisti me, & fecisti mundum propter me, Dominum orbis me constituisti, & non genu flectens adorauit te. At postquam te vidi pro me humiliatum, plagatum, crucifixum stare non potui, sed tanto pondere amoris victus in terra prostratus adorauit te. Fuit quidem principio nomen hoc signum, cui contradicetur, quia propter Dei nomen nulla fuit in mundo orta persecutio, sed propter nomen Iesus omnes Ecclesiæ tempestates, & procellæ exorta sunt. Hoc nomen fuit scopus, quo omnes mundi sagittæ directæ sunt. Sed adeo potens hoc nomen fuit, vt vicerit omne mundi numen, & ad se traxerit omnia numina, & fuit simile virgæ Moyfi, quæ omnes serpentes deuorauit, & illa vna relicta est, quia omnia idola destruxit, & exaltatum est nomen eius folius.

VT

A VT verò intelligas, qualiter hoc factum sit, attende. Ante Dei in carne aduentum fuit in mundo diuinitas in mille partes diuisa, atque dissecta, de qua re latissimè egit Porphyritus & Eusebius Cæsariensis. vniuersi Deum, Pan, id est, totum dixere, super cœlos Iouem super Solis igneam virtutem posuerunt Deum Apollinem, super lunam Dianam, super ignis edacem virtutem Deam Vestam constituere. Super aerem ponebant Iunonem Deam, super aquas Deum posuere Oceanum, qui etiam dictus est Thetys. Super aquas dulces Deus Achelous erat: super aquas maris Neptunus, fluitiorum particulares Deæ Nymphæ, maris verò Nereides. Super terram posuerunt Deam Vestam, quia herbas, floresque producit, quæ sunt velut vestes, & ornamenta terræ. Super lapidofam, & montanam terram posuere Deam Rheam, quam Latini B dixere. Opem, super terram planam, & fructiferam Cereem, super semina Deam Persephonem. Plantarum Deum Dionysium dixere, quem Aegyptij dicunt Irin, & Osirin, qui erat Bacchus, vt Plato ait in Cratilo. Atim super flores, Adonidem super fructus. Martem Deum bellorum dixere, Venerem, & Cupidinem amorum. Mercurium super orationis, & interpretandi vim, de quibus multa Plato, & ante eum Hesiodus libro de Genealogia Deorum. Hinc in diuersis indigentijs ad diuersa numina curabant, eis flectentes genua. Sapientiam petebant à Minerua, quam de Iouis cerebro natam dicebant, iustitiam à Nemese, regnum à Ioue, nuptias felices ab Hymenæo, prosperam nauigationem à ventis C Aстреi, Titanis, & auroræ filijs, gratias à Venere, quæ sic dicitur quasi omnia venustans, vel ad omnia veniens, vt Cicero. Et ad eam demerentiam deuenere homines, vt perniciosius rebus numina dederint, & sacra instaurarint. Febri enim phanum publicè in palatio Romani dedicarunt, & aram malæ fortunæ in exquilij, vt Plinius est auctor. Et ad hanc deuenere insaniam, vt scelerum, & furtorum voluerint assignare numina: & horum omnium simulacra effingentes, sacra eis instaurarunt, spreto vnico Deo, à quo omnia. Et vt Plinius iocatur, caput quisque sibi componere suos Ioues, Iuno-

Porphy.  
Eusebius.Plato.  
Hesiodus.

Cicero.

Plinius.

nes, Veneres, Genios, Lares, Penatesque. Et in inferno quoque Deos inuenerunt, quos colerent, demones ipsos torquentes homines. Ditem Plutonem, & Cerberum tricapitum. Ecce quibus mundus genua flectebat ante Dei aduentum in mundum: ex quo etiam perditissimi mores, & omnis eorum corruptio in mundum introducta est. Cum enim Deos suos haberent scelerum inuictores, & patratores, quid eorum exemplo non faceret effrænata libido? De quibus late differit Pau. Rom. 1. Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: Tradidit eos in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contumelione, dolo, malignitate &c. Ecce qualis mundus ante Christi aduentum. Ingreditur ille mundum, assumit nomen Iesus, quod significat vniuersale remedium omnium, ut ei soli omne genu flectatur. Sed quomodo? Attende. Hoc in Deo nostro peculiare est, quod cum alii non curarent, modo illi adorarentur, quod alii etiam eo colerentur honore, noster tamen Deus non sic, sed solus semper voluit haberi Deus. Deutero. sexto. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Deut. 32. Videte, quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. Esai. 42. Ego Dominus, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. Vnde. Elias. 3. Reg. 19. Usquequo claudicatis utroque pede? Si Dominus est Deus, sequimini illum. Et hoc manifestè patet in Dagon, & arca, ille enim non restitit sibi proximam esse arcam, sed illa eum non sustinuit, sed in terram deiecit. Et 4. Reg. 17. ostendens, quare Deus afflixerit Samariam, ait: Cum Dominum colerent, Dijs quoque suis seruebant, sicut gentes. Et ratio est manifesta. Quando enim de aliqua hereditate contenditur, qui nouit se nullum ius ad illam habere, quando inter litigantes diuiditur hereditas, non ille multum curat, dum ei pars contingat, at qui verum, & legitimum ius habet ad illam diuisionem, non fert, quæ mater infantis non est. Audiens à Salomone, Diuidatur infans, ait, Diuidatur, sed vera mater omnino obstat diuisioni. Idola ergo, quæ nullum ius ad diuinitatem habent, diuisioni illius nihil obstant: Deus verè ob-

stat,

**A** stat, ut pote cuius est diuinitas propria. Accepto ergo nomine Iesu, quod significat vniuersalem Redemptorem, omnes ad se iam vocat, ut ei genua flectant, & nomine iam clamat, quod postea verbis dixit: Omnia mihi tradita sunt à patre meo, id est, omnium vires, omnium virtutes, omnia numina. Vnde Paulus. Expoliatus principatus, & potestates, palam triumphas illos in semetipso, traduxit confidenter omnium aliorum vim ad seipsum, & iterum: Euacuauit omnem principatum, & potestatem, & virtutem, ut iam amplius genua non flectamus illis, sed ei, in quo omnis vis, & potestas coniuncta est. Et ideo clamat: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Hic est principatus positus super humerum eius, de quo Esaias qui esse solebat super humeros diuersorum principum, sed illis expoliatis omnia collecta sunt in Christo, cui merito omne genu flectendum.

**B** iam qui indiget sapientia, postulet, non à Minerua, sed ab eo, qui est sapientia patris, & dat omnibus affluenter, & non improperat. Qui vitam, & sanitatem desiderat, non Apollinem, aut AEsculapium imploret, sed eum, de quo scriptum est: Misit verbum suum, & sanauit eos. Qui iter prosperum, in terra, ac mari non AEolum, & Aëtos, sed eum adeat, qui ventis, & mari imperat, & obediunt ei. Qui fruges vberes, non Cererem, aut Bacchum, sed eum, qui quinque panes multiplicat, vinum in aquam conuertit. Qui diuitias,

**C** non Plutonem facum terræ Deum, sed eum, qui est diues in omnes, qui inuocant illum, in quo omnes thesauri, qui suos etiam hic munerare nouit centuplo. Qui aquam, non ad Oceanum, aut Nymphas, sed ad fontem viuum, cuius qui biberit aquas, non sitiet. Qui optimas nuptias, non ad Hymenæum, sed ad eum, qui naturam humanam coniunxit diuino supposito. Qui delicias, non à Venere, & Cupidine, sed ab eo de quo delectationes in dextera tua usque in finem, qui torrente voluptatis suæ potat suos. Qui regnum, non à Ioue, sed ab eo, qui ait: Ego dispono vobis regnum, & qui dicturus est, Venite benedicti, percipite regnum. Ad nullum ergo aliud nomen nobis eundum, nulli alteri genu flectendum, ille est man-

Rom. 1.

Deut. 6.  
Deut. 32.  
Esai. 42.

3. Reg. 19.

1. Reg. 5.  
4. Reg. 17.

Simile.

3 Reg. 10.

Matt. VII.  
Ephes. 5.

Matth. 11.

Esai. 9.

Psalm.  
Matth. 4.

Rom. 10.

Psalm.

Matth. 23.

na

na omnem continens saporem, quia quo tu indiges, illud tibi Christus erit. Hoc significat nomen Iesus vniuersale remediū, quod omnia dicta complectitur. Ecce iam impletum est iuramentum Dei: Mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua.

Hæc vero numinum attractio ad Iesum manifestè apparuit, cū hoc nomen Iesus cæpit in mundo prædicari. Nā Dij qui ante colebantur, & responsa ex idolis dabant, continuo siluerūt, ablata ab eis omnimodè dominandi potestate, & loquēdi mortalibus sub Deorū persona, quod nō solū modo videmus, sed & ipsi eorum cultores admirātes fatentur. Porphyrius scripsit librum de Oraculis deficientibus, & inter alia dicit.

*Ablata est Pythij uox, haud reuocabilis ullis  
Temporibus longis: etenim iam cessat Apollo,  
Clauibus oclusis silet, ergo rite peractis,  
Discedas patria, & redeas ad limina sacris.*

Et Plutarchus in eiusdem libri titulo, cū inquit: Dicere ad Cleombrotum: Narra d' amice, si placet, cur Oracula de quibus tanta dicebatis, extincta sint, tacente illo præpudore. Quid oportet (inquit Demetrius) de illis quærere, cū omnia hic ferè præter vnū defecisse prospiciamus. Sed & in Bæotia multiuoca dicta propter multitudinem Oraculorum, omnia quasi aquarum fluenta, deficcata sunt. Et addit Plutarchus vocem de latam ex Echinadis insulis tēpore mortis Christi, magnū Panasporū mortuum esse, quia eius extincta vis: quod audiens Tiborius Cæsar examinatis testibus in archiuis regijs depositionem collocauit. Suidas in Augusto refert Augustum obtulisse hecatomben Apollini Delphico (quod erat sacrificium solēne cētū bouum, interrogasse quē quis eius successor foret, non respondit. Instaurato iterum sacrificio, interrogauit, cur non responderet, tunc respōdit, Me puer Hebræus Diuos Deus ipse gubernans, Cedere sede iubet, tristemq; redire sub Orcū. Anis ergo dehinc tacitis abscedite nostris. Et ob hāc causam rediēs Augustus Romam, in foro Capitolij templum ædificauit, & altare hoc titulo, ara primogenito Dei.

Eutropius.

Orosius.

Innocentius

ADDIT Eutropius, & Orosius lib. 6. capit. 16. & Innocentius

A tius Papa feria tertia. de Natale Christi, Sibyllam Augusto demonstrasse in sole Virginem cum filio, quē Deum esse dixit, & adorare, vt Deum præcepit. Cessauit ergo Oraculum Delphicum, Pythium, & omnia alia, & continuo eorum diruta tēpla, & Christi ædificata. Et Porphyrius in lib. quem contra religionem nostram edidit, ait: Nec miremur, si iam multis annis ciuitas peste vexatur, cū Aesculapius, & alij Dij longè sint ab ea: ex quo enim Iesus colitur, nihil utilitatis, à Dijs consequi possumus. Mira veritatis vis, vt spiculum, quod cōtra nos acerrimus hostis dirigit, in dirigentem vi veritatis versum sit. Si Dij cesserunt Iesu, ergo hic fortior, fortior ergo superueniens fortem ligauit, Deditq; discipulis potestatem calcandi super serpentes, & super omnem virtutem inimici.

B HANC verò numinum ad se attractionem prædixit Esai. 2. In nouissimis diebus erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, id est, Christus super omnes Deos, & fluent ad eum omnes gentes. In illa die proiecit homo idola argenti, sui, & simulacra auri sui. Et Zacha. 13. Erit fons patens domui David in ablutionē peccatoris, & menstruatæ, & tūc disperdā nomina idolorum de terra, & nō memorabuntur ultra. Greg. in Ezechiel. Homil. 20. Fons occultus est Vnigenitus in sinu patris, inuisibilis Deus: fons verò patens est idē homo factus, tūc idola penitus tollenda dixit, quando hic fons patens esset. Et Ezechiel. & Zachar. Disperdam simulacra, & cessare faciā idola de Memphis, & erit Dominus solus in die illa. Impletum quē est illud Malachiæ, Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Et Psalm. Omnes gentes quascū que fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.

RESTA ergo, vt nos impleamus illud Psalm. Iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini, quia exaltatum est nomen eius solius. Hoc nomē nobis est refugium, & hoc in bello spiritali nobis compellandum est.

SOLENT hi, qui obsessam ciuitatem ab hostibus, aut è regione inimicorum sitam defendunt, si quem subito offendat, vt sciant, an suas, an contrarij ducis partes agat, tacitè interrogare: Quis uiuat, aut, quis regnet? ille vt rō caueat, ac diligenter prospici-

Porphyrius

Matt. 10.

Esai. 2.

Zachari. 13.

Greg.

Ezech. 30.

Zachar. 13.

Mala. 4.

Psalm. 85.

Psalm. 148.

Simile.



prospiciat, quemadmodum respondeat, ne ab illius gladio con-  
fodiatur, si signatum à duce nomen non proferat. Sic si à Chri-  
stiano homine quærat, quis nam in illo uiuat, quis regnet  
Christum in se uiuere dicat cum Paulo, ne si aliud dixerit, pe-  
reat, & nomen Iesus uereatur. Vt, sicut cum auditur, quod vul-  
go dici solet (A qui del Rey) qui Regis partes agunt, continuo  
accedunt, sic etiam tu in his, quæ ad Christi gloriam condu-  
cunt, illi assistas, & in omni tua tentatione & tribulatione no-  
men quod inuocare debes, est Iesus, de quo nomine dictum  
est, sanctum, & terribile nomen eius, sanctum, & dulcissimum  
inuocanti, terribile uero dæmonij, contra quos inuocatur. Pe-  
to ergo à te, quis nam in te uiuit? Nec immerito hoc interro-  
go, quoniam sunt Dij multi, & Domini multi, ait Paul. Clama-  
uit olim omnis populus: Viuat Rex Saul, clama & tu, Viuat  
Iesus. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, si  
enim peccatum in te regnat, nõ uiuit in te Iesus. In iusto Chri-  
stus uiuit, sicut Pau. ait: Viuit uero in me Christus. Bernar. Ac-  
cepimus ab Apostolo habitare Christum per fidem in cordi-  
bus nostris. Cũ ergo fides in te mortua est, Christus in te mor-  
tuus est: cũ fides uiuit & regnat, Christus similiter uiuit, & regnat.

SEd dubitas, non omne hominis genu huic nomini flexũ  
est, nam magna pars populi Israel non genuflexit Christo Do-  
mino, & gētes multæ. Vbi est ergo illud, Viuit Dominus, quia  
mihi flectetur omne genu, & illud Psal. Adorabunt eum om-  
nes Reges terræ, omnes gentes seruient ei?

Respondetur, sicut sol ea luce conditus est, quæ omnibus  
mundi partibus illuminandis sufficiens est, non tamen omnes  
partes simul collustrat, sed cursu cõpleto nulla pars manet lu-  
cis eius beneficio priuata, sic ortus est Christus Sol iustitiæ, ut  
illuminaret omnẽ hominẽ uenientem in hũc mundũ, sed sunt  
tenebræ, quæ eam lucẽ non cõprehenderunt. Et sicut feruẽta  
tur massa, sed paulatim, non simul, sic humani generis massa no-  
mine diuino fermentatur paulatim, suo uero tempore omnes  
electi hoc nomine fermentandi sunt, nec non & illuminandi.  
Vaticiniũ ergo illud Pauli quo cœlestiũ, terrestriũ, & infernorũ  
genu Christo Domino flectendum prædixerat, in cœlestibus  
fuisse adimpletũ, nemo est, qui dubitet: de terrestribus uero id

pro-

A probatum à nobis est. Sed restat uidentũ, quomodo etiam in  
inferis idimpleatur, ut huic nomini genuflectant ipsi etiam  
dæmones. Respondetur: Omne Dei nomen in inferno à dam-  
natis blasphematur, sed hoc nomen Iesus non blasphematur,  
imò illud dæmones reuerentur, & eo audito genu flectunt.  
Et Franciscus Venetus in Harmonia mundi Cantico. 2. tono.  
2. ait: Neque tacebo, quod experimento didici, nullum dæmo-  
nem ex his, qui vexant corpora humana, posse resistere, quin  
uelint, nolint, genua flectant, quando nomen Iesus debite pro-  
nunciatum ipsis proponitur ueneradũ, ut fidelis inueniatur,  
qui dixit: In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, ter-  
restrium, & inferorum. Item affirmat capit. 16. Hebræos in di-  
uinis nominibus peritissimos, nihil iam Dei nominibus ope-  
rari posse in dæmones eijciendos, quia omnis vis ad nomen Ie-  
sus transijt, quo quia non utuntur, ut vim aliquam habeant, ut  
illi falsi ei sunt, dæmonia inuocant facti Necromantici. Et Do-  
ctores super illud Lucæ 11. Filij uestri in quo eijciunt dæmo-  
nia? dicunt Iudæos uidentes sua exorcismata nihil ualere ad  
dæmones pellendos, & uidentes Christi discipulos, in no-  
mine Iesu ea pellere, eodem nomine utebantur. Sed du-  
bium est, quid hoc nomen Iesus habeat, ut ei omne genu  
flectatur, & sit nomen super omne Dei nomen? Quod su-  
per nomen omnium creaturarum sit, non mirum, cùm sit Dei  
nomen secundum illud Pauli Heb. 1. Tantò melior angelis ef-  
fectus, quantò differentius præ illis nomẽ hereditauit. Sed cur  
super omnia Dei nomina hoc esse uoluit? Hiero ad Marcellam  
de decem Dei nominibus opusculũ condidit. Diony. in lib. de  
Diui. nomi. quadraginta quinque nomina Dei colligit. Doctores  
Hebræi ex. c. 14. Exod. septuaginta nomina colligunt, ut refert  
Franciscus Venetus ubi supra. Cant. 2. tono. 6. 7. 8.) & insuper  
omnia illa nomina nomẽ Iesus positũ est à Deo. Ratio est, quo-  
niã sicut in auro cetera metalla, ita in hoc nomine cõtinetur uir-  
tus, & significatio omniũ diuinorũ nominũ, & omniũ eorũ my-  
steria: de quo multa Franciscus Venetus ubi supra, & hac ratione  
hoc solum nomen iam inuocamus iuxta Vaticiniũ Zacharię  
14. Erit Dominus rex super omnem terram, & in die illa erit  
Dominus vnus, & nomen eius vnum. Mirũ profectò inter tot

præ-

Psal.

2. Cor. 8.

1. Reg. 10.

Rom. 6.  
Bernard.Esa. 40.  
Psal. 44.

simile.

simile.

Franciscus  
Venetus.

Lucæ. 11.

Heb. 1.

Hieron.  
Dionys.Hebræi.  
Exod. 14.  
Franciscus  
Venetus.

Zachæ. 14.

præstantissima Dei nomina hoc præstantius, excellentiusque esse, & præcipuam continere virtutem ad vniuersa mira perficienda, & quod sit Deus diues in omnes, qui inuocant hoc nomen. De quo dicitur: In nomine meo dæmonia eijciēt, in quo Petrus claudum sanet, & alia omnia miracula perficiantur. Ratio ergo horum est, quia in hoc nomine omnium est nominis virtus, & mysteria, & quia hoc nomen est misericordiæ; quæ est super omnia opera eius, & tandem, quia nomina acquisita eximijis facinoribus, & egregijs factis, summe ab his æstiman- tur, qui ea comparant. Sic nomen Israel datum Jacob post luctum, nomen Africani datum Scipioni, nomen Asiatici datum Scipioni, tale est nomen Iesus, quod acquisiuit factus homo nascens, moriens in cruce. Philip. secundo. Humiliauit se met ipsum Dominus Iesus factus obediens vsque ad mortem, propter quod dedit illi nomen, quod est super omne. Et ideo dicitur: Oleum effusum nomen tuum: quia sicut oleum supernat at cæteris liquoribus, sic misericordia, & nomen misericordiæ omnibus nominibus.

HINC est, hoc nomen fuisse mundo desideratissimū. Hoc nomen desiderabat Psalm. Dic animæ meæ, salus tua ego sum, id est, sum tibi Iesus, & saluator. Esai. 26. Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. Bern. Mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Mel fuit in ore Pauli, qui in suis epistolis hoc nomen vsurpauit, quin centies. 4. Meta. ait Arist. nomen poni solet ab aliqua proprietate. Proprietas Christi ad nos aduentatis est amor: quia nulla alia aduentus causa nisi amor. Sic Deus dilexit mundum &c. Venit, vt à nobis amorem colligat. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? Ab hac ergo amoris proprietate, quæ in eo emittit, ac excelluit, Iesum nomen accepit. Si Rex modo iret Bizantium, solum vt captiuum redimat, secumquæ reducat, si loqueretur Rex captiuo in libertatē asserto: Nihil exigo præter amorem pro beneficio tanto, diceremus. O Rex omnium Regum benignissime, quam facilia petis, qui solo amore pro tanto beneficio contentus? Veniens ergo Christum amore ductus, vt nos in sui amorem suauissimè trahat, ac cor nostrum inflāmet, si nomina maiestatis assumeret, nõ hoc assequeretur, hæc enim omnia

Mar. Vlti.

Philip. 2.

Cant. 1.

Psalm. 32.

Esa. 26.

Bern.

Arist.

Ioan. 2.

Math. 12.

Simile.

A nomina habet Iudæis, & timet. Nomen ergo quod super, omnia nomina habere debuit, quod sit Christianorum proprium, nomen debet esse amoris, & tale est nomē Iesus: quod iam tam expresse angelus dixit Mariæ, & Ioseph. Ad Mariam: Ecce concipies, & vocabis nomen eius Iesum. Ad Iosephum: Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum.

Finge modo hominem esse in mundo tanta misericordia, & amore præditum, qui cum ditissimus sit, omni pauperi ad se accedenti erogat eleemosynam non exiguam, sed maximam, quæ in omne vitæ tempus sufficeret: nec solum eam impertitur conciuibus, sed omnibus ad se confluentibus vndique. Nec verò hoc contentus per vniuersum mundum legatos mittit, qui dicant omni pauperi, Accede ad Dominum meum, & eris diues, omnesque venientes ad se reciperet, tanquam pater, omnibusquæ daret vt filijs. Eoque res deueniret, vt hic homo nomen proprium amitteret, & vocaretur saluator mundi, remedium hominum, pater mortalium; quam dulce nomen, quamquæ amabile. Adde dictis, quod non solum pauperiem subleua- ret, & tolleret omnino, sed & cæcitatem, ignorantiam, infirmitates omnes. Adde, quod vniuersi homines essent pauperes, cæci, infirmi, & omnibus, & vniuersis eorum malis subueniret, & ideo omnium hominum liberator in omni miseria diceretur, quam dulce nomen, quam dulcis, & amabilis homo, qui eo vocatur nomine. Hæc nobis, & multò plura significantur hoc nomine Iesus.

En vocat: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Gratiam habet capitis infinitam, qua omnes ad se accedentes iustificat, remedium præbens omni animæ, vocatquæ per ministros suos omnes indigentes: Omnes sitientes venite ad aquas. Sed ais: Optarem etiam, omni corpore necessitati remedium mihi à Christo adhiberi. Exhibebit quidem, sed in tempus commodius reseruat dicente Paulo: Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Tanta ergo, & tam eximia operatur, vt hominum salutem consuleret, vt quasi omnia antiqua nomina relinquere, & hoc solum nomen, Iesus, retinere voluerit: quo signi-

Primus Tom.

M

ficatur

Luc. 1. 1.  
Matt. 2.  
Simile.

Matth. 12.

Philip. 3.

ficatur vniuersis hominum malis Christum subuenisse. Maximi boni proprium est, esse sui diffusiuum, & omnium malorum remedium. Erat homo innumeris malis irretitus. De profundis clamaui ad te Domine, ait Psalm. Si medici tantum, aut Doctoris, aut Ducis, aut diuitis munus excereret, & nomen assumeret, innumera mala sine remedio relinqueret. Veniat ergo Saluator vniuersalis, & sic nullum erit malum absque remedio, quia verè abyssus abyssum inuocat, abyssus miseriarum abyssum misericordiæ. Amisit Ioseph nomen proprium in Aegypto, & dictus est saluator mundi, cum tantum famis necessitati subuenisset. Christus autem idem Saluatoris nomen sibi vendit, vniuersi orbis miseris succurrens. Omnes ergo accedamus ad eum, qui ad nos venit, vt saluet nos. Indignatur Naaman Elisæo, & ait: Putabam ego, quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Dei sui, ne ergo irati recedamus, hæc nobis ille præstat, egressus est ipse, & inuocat super nos nomen suum Iesus, nomen eius inuocatum est super nos, ne ergo derelinquas nos, &c.

Psalm. 129.

Psalm. 41.

Genes. 40.

4. Reg. 5.

## In Circuncisione Domini.

*Vocatum est nomen eius Iesus.*



ON sine diuino consilio actum est, vt diuinum nomen, Iesus, nato infanti eo die imponeretur, quo annus inchoatur. Sic enim fit, vt felicissimè annum tali præsidio auspicemur: in nomine Iesu anni principium ingredienti: dimidium enim facti, qui bonum caput, habet. Sed qualis hodie Maria est? Verè quam in Christi natali vobis ostendimus Virginem, & matrè. Videbimus hodie virginem, & matrè, dum videt Christi sanguinem, qui proprius est, fundi: sed in ipsa cordis anxietate, & mærore, quem in teneri sanguinis effusione patiebatur, simul consolatione, & gaudio perfunditur. Quid enim

filij

A filij circuncisio est, nisi publicum testimonium humanæ, naturæ in filio, per quam illa facta est mater? Quid nomen Iesus, nisi testimonium diuinæ naturæ, per quam conseruata matris integritas est? Egregiæ sunt hæc planè prærogatiuæ, & quas magnificare semper oportet. Si claram nobilis viri prosapiam in controuersiam adductam iudex lata sententiâ illustret, nihil contingere illi nobili lætius, nihil gloriosius potest. Non latebat Mariam duas ipsius prærogatiuas in mundi iudicio periclitaturas, matris veritatem, virginis integritatem, itemque alteras duas filij, nempe Verbi diuinitatem, & assumptam humanitatem. En igitur hodie his omnibus occurritur. Effuso enim sanguine pueri ille verus homo, ipsa vera mater ostenditur: qui enim verum sanguinè fudit, homo est. Imposito verò Iesu nomine, peccatorum propiciator ostenditur, quod soli Deo concessum est: atque adeò natus Deus, & mater virgo esse cognoscitur. Deus enim nasci, nisi de virgine matre non debuit, neque mater virgo permanere, nisi Deum peperisset, congruenter potuit. Quæ ergo hodie tanta beneficia à Deo sibi collata videt, palam fieri, quod nobis beneficium, quam gratiam negare poterit? Eam ergo adeamus salutantes. Aue Maria.

Simile

Maximum negotium est Deum nominare. Aristoteles 4. Met. ait: Ratio quam significat nomen, est definitio, quæ designat propriam rei naturam: vnde proprio nomine rem agnoscere est, exactè rem nosse, & eius naturam. Hinc Dominus Moyse: Noui te ex nomine, id est, perfectè, & singulari affectu te diligo: cum reliquos filios Israel non cognoscam nomine proprio, sed nomine patrum suorum, propter quos illis benefacio, te verò propter te diligo. Ex quo sequitur desiderium omnis creaturæ cognoscendi nominis Dei, vt eum intelligere valeat. Hinc Exod. tertio. Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis, Deus patrum vestrorum misit me ad vos, si dixerint mihi: Quod est nomen eius? quid dicam eis? Intellexit Moyses primum, quod ab eo esset quærendum, hoc esse, quod nam esset Dei nomen. Et Gen. 32. cum Iacob Deo colloqueretur, hoc vnū interrogat. Dic mihi, quo appellaris nomine? Et sapiens Prover. 30. Quod est nomen

Aristot.

Exod. 33.

Exod. 3.

Genes. 32.

M 2

cius

*Ecclef. 39.*  
*Esai. 26.*

*Simile.*

eius, aut quod nomē filij eius, si nosti? Verè, vt dicitur. *Ecclef. 39.* Nomē eius requiretur à generatione in generationem & *Esa. 26.* Nomē tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ, id est, hoc est summum eius desiderium, nosse nomen tuum, quo appellaris. Sicut puer sciens sibi esse patrem maximum, quem tamē non nouit, quod maximè nosse desiderat, hoc est, quis est pater meus, quo appellatur nomine? Desideras tu simi liter nosse Dei nomen. Audi.

Duplex Dei nomen est. Primum intrinsecum, quo seipse nominat.

Secundum extrinsecum, quo à creaturis nominatur. Solus Deus se perfectè nouit, quia se comprehendit, vnde ipse solus potest se nominare perfectè, & tunc se quasi nominauit, cum filiū æternū Verbum dicendo produxit. Cum nomē sit manifestatio nominati, figura eius, hoc habet Verbum, quod figura est patris, & in altera persona substantiā patris habet. Ideò dicitur à Paulo: Figura substantiæ eius. Et sic filius in diuinis est quasi Dei nomen. Hoc Verbū nominat Deum, ideo ait Philippoi *Qui videt me, videt & patrem meum.* Et sic sicut solus Deus se comprehendit, ipse solus se nominat generando filium.

Ex quo sequitur Deum à creatura perfectè nominari non posse. Sed quid mirum, cum nec Angelos perfectè nominare valeamus. Angelos spiritus vocamus, spiritus verò proprie aer est, nam sicut aerem non videmus oculis, sed aliquas eius operationes percipimus, ita Angeli nobis quidem sunt inuisibiles, sed opera aliqua eorum percipimus, quæ tamen nobis exactè non demonstrant Angelorum naturam. Vnde fit, vt quemadmodum eos imperfectè nouimus, ita eos etiam imperfectè nominemus, nec eorū exactā cognitionē & proprium nomen sciamus, vnde angelus ad Iacob. *Quid queris nomē meum, quod est mirabile?* Eadem verba respondet *Iud. 13.* Angelus alter Sāpſonis parentibus. Qua ergo ratione Dei nomen comprehendimus, qui Angelorum nomina non possumus attingere? Vnde *Dionyſ. lib. de Diui. nomi.* Deus omni sciētia, & sermone maior est, illius enim nec sensus vllus, nec imaginatio, nec sciētia est, ipsius neq; nomen est, nec opinio, quod intelligi non potest, effari quomodo poterit. *Apoc. 19.* Habens nomē scriptū, quod

quod nemo nouit, nisi ipse. Nititur *Aug. lib. de Doctrina Christi* plurima nomina Deo dare. Quo peracto addit: Diximus nē, aut insonuimus aliquid dignum Deo? Fateturque ingenuè nullum nomen satis esse maiestati tantæ, & si aliquid illi magis conueniens esse potest, illud est, cum eum dicimus innominabilem: inintelligibilem, ineffabilem. Sicut enim silētium, quo de Deo files, est ei maxima laus cū te victum fateris à maiestate tantatā nomen ineffabilis, quo dicis nominari non posse, illi magis congruit. Ideò ille ait: Sum, qui sum. Quasi dicat, non est nosse nomen meum, sum is, qui sum. Sicut cum occultare vis nomen tuum, dicis, sum, qui sum. Sed iterum addit *Aug.* nec hoc nomine ineffabilis Deum explicari, si enim hoc nomine commode explicari posset, ineffabilis non esset. Hoc argumentum cum *Puer. 30.* Salomon agitaret, illud sibi putauit iustificere, si rogaret: *Quod est nomen eius, aut quod nomen filij eius, si nosti?* Fatetur illud sibi penitus incognitum.

Secunda ratio ad idem *D. Thom. 1. p. q. 13.* est: Nomen, quo aliquam rem appellamus est signum exterius eius notitiæ, quæ est in intellectu. Vnde res omnes eo modo nominamus, quo eas cognoscimus, & eis rebus perfectè nomina imponimus, quas perfectè cognoscimus, aut si eas non cognoscimus, vtimur certè nominibus, quæ illis indiderunt ij, qui eas perfectè intellexerunt. *Genesis secundo:* Omne quod vocauit Adā, ipsum est nomen eius, quas enim ille res exactè cognouit, perfectè & nominauit. Cum igitur Deum sicuti ipse est, cognoscere nequeamus, cum omnem intellectum excedat, nec nominare possumus. Cum enim tu hominem nominas, aut intelligis, aut intelligere potes: quicquid est in homine, id enim totum hoc nomen amplectitur. At verò cum Deum nominas, non explicas, quid Deus sit: sed tantum intelligis Deum rem esse tam sublimem, vt omnem creatam intelligentiam superet, & ipsum etiam, quod nomen significare potest. Sed sicut nomen non habet, ita nec nomine Deus indigeret, nisi homo fieret. Homini enim necessarium nomen est duplici ratione. Altera, quod quàm plurimi homines sunt, & nomina eis, quibus discernantur, sunt necessaria, quod si vnus homo esset, opus non esset eum Ioannem, aut Petrum dicere. Deo

Primus Tom. M 3 igitur,

*Heb.*  
*Ioan. 15.*

*Apoc. 19.*

*Genesis. 32.*  
*Iud. 13.*

*Dionyſ.*

*Apoc. 19.*

*Auguſt.*

*Exo. 3.*

*Prouer. 30.*

*D. Thom.*

*Genesis. 2.*

Psal. 82.

igitur, cum vnus sit, nomine opus non est. Psalm. 82. cogno-  
scant, quia nomen tibi Dominus, tu solus Altissimus super om-  
nem terram.

Altera ratio, ob quam nos nomine indigemus, est, vt nomi-  
ne imposito naturæ nostræ indigentiam suppleamus. Omnis  
creata natura etiam angelica finita est: arctamur omnes loco, &  
tempore, ita vt cum ego hic sim, Romæ simul esse non possim,  
& qui hodie viuo post centum annorum spacium inter viuos  
esse non dicar. Nunc naturæ defectum nomina imposita sup-  
plent, illa enim nos præsentem repræsentant, vbi præsentem non  
sumus. Sic Arist. ait: Quia res ad scholas ducere nõ possumus,  
vtimur terminis pro rebus. Maiores nostros vita iam functos,  
nomen quasi præsentem, & viuente facit, vt in hominum me-  
moria perpetuo conferuentur. Quid enim nisi nomen Ale-  
xandro, Cæsari famæ immortalitatem dedit, & vt nobis inno-  
tescant, concessit? Cum igitur Deus supra omne tempus, & lo-  
cum sit, vbique præsentem, & æternitate omne tempus ambiens,  
nulla ratione nomine indiget. Hoc forsitan Moyse significare  
voluit, cum eius nomen interroganti respondit: Ego sum, qui  
sum. Perinde enim fuit, ac si dixisset: Nunc quidem Moyse ni-

Exod. 3.

hil aliud sum, quam quod sum, non enim peregrinam naturam  
indui, & ided nomine non indigeo. Erit tempus, cum ero,  
quod non sum modo, homo enim factus nomen meum homi-  
nibus indicabo, quia tunc mihi nomine opus erit. Nunc igitur  
Deus hominis carnem induens, necessitatem nominis si-  
mul cum alijs indigentijs subiit. Indiget lacte, paruoque lacte  
pascus est, per quem nec ales esurit. Pannis indiget ad arden-  
dum frigus, factor ipse temporum, ætatem, & ver tu plasmasti  
ea. Indiget præsepio, in quo reclinatur, quem vidit Esa. in mi-  
rabili throno, & qui ait: Cælum mihi sedes est, & vt Paul. ait:  
Qui cum diues esset, pro nobis egenus factus est, & creatura-  
rum indignus, qui dicebat. Si esuriero, non dicam tibi, Deus  
meus es tu, quia bonorum meorum non es. Sic etiam eget  
nomine, quo cognoscatur hic homo, quantum cæteros ante-  
cellat. Hebræo. 1. Tanto melior Angelis effectus, quanto disse-  
rentius præ illis nomen hæreditauit. Indiget nomine, quo præ-  
sents sit virtute omnibus inuocantibus eum, diues in omnes

qui

**A** qui inuocant eum. Omnis enim quicumque inuocauerit no-  
men Domini, saluus erit Roman. 10. Nomen, in quo eius vir-  
tus etiam ipso moriente conferuetur, cuius inuocatione Pe-  
trus ægros sanitati, mortuos vitæ restituat, & vere dicat. Acto. 4.  
**4.** Non est aliud nomen datum sub cælo hominibus, in quo  
oporteat nos saluos fieri. Ad hæc omnia datur ei nomen Iesus,  
quod à patre ei missum est, licet enim ab angelo sit nuntiatum,  
sed nouimus scriptum esse: Vocabitur tibi nomen nouum,  
quod os Domini nominabit. Consueuere enim patres nomi-  
na dare filijs. Hoc nomen est oleum illud effusum nomen tuum.  
Sicut enim oleum vulnus lenit: ita vulnus in circuncisione in-  
flictum hoc tanto nomine est mitigatum. Nullum difficile  
vulnus, nulla plaga acerbam reputabitur, si tali nomine, con-  
diatur. Hoc est illud antiquum nomen. Tetragammatõ,  
**B** Iehoua, cui si literam adiungas sin, fiet Ieosua, quod est Ie-  
sus. Litera verò sin apud Hebræos figuram habet Lampa-  
dis, vt ex nomine Iehoua deitatis, Deus comprobetur, &  
ex litera pietatis, & humanitatis homo ostendatur, iuxta il-  
lud Esaia: sexagesimo secundo. Saluator eius velut lampas ac-  
cendetur.

Sed grande nobis hodie aperiendum est nominis huius my-  
sterium. Et illud sit, hoc dulcissimo nomine Iesus voluisse  
nobis Christum declarare, quàm noster omnino sit, & om-  
nia, quæ eius sunt, quàm nostra sint. Paruulus, ait Esa.  
natus est nobis, filius datus est nobis, & Angelus, Natus est  
hodie vobis Saluator. Notanda illa verba, vobis, nobis, & hoc  
licet alijs nominibus significauerit nobis, maximè tamen nomi-  
ne Iesus. Vt verò ex præcipuis nostræ religionis mysterijs fru-  
ctus vberimus, & cõsolatio magna colligatur, hoc est valde cõ-  
siderandũ, vt omnia ea, quæ Christi sunt, nõ ita accipiamus, qua  
si aliena, & nihil ad nos pertinentia, sed vt nostra præcipuè, qui  
enim ea aliena reputat à se, se ipsum præcipuo fructu, & gaudio  
priuat. Consideremus ergo omnia ea, quæ in Christo sunt, &  
vniuersa eius opera vt capitis nostri bona, ac proinde nostra  
propria esse, & non secus, in illis ac de illis lætemur, quàm  
de bonis nostris. Audis Christi labores, sudores, sanguinis  
fusionem, gaude, & exulta, tua sunt illa omnia, in illis ha-

M 4

bes

Rom. 10.

Acto. 4.

Esa. 62.

Cant. 1.

Esa. 62.

Esa. 9.

Luc. 2.

bes gratissimum, quod Deo offeras pro delictis tuis munus. Audis summam gratiam, & fauorem Christum obtinere apud patrem, omniaque illi tradita esse, eiusque imperio cuncta parere: habes hinc etiam quod exultes. Hæc enim tanta filij Dei potestas in bonum nostrum expenditur, nostrisque cedit commodis, quia aduocatus noster est, aduocatum habemus apud Patrē Iesum Christū: quod similiter in cæteris omnibus intelligendū est. Qua ex consideratione fit proculdubio, vt eam participemus consolationem, quæ vestigium sit cælestis lætitiæ: efficit enim naturalis amor, vt nobis illud bonum sapiat, & dulcescat, quod nostrū esse crediderimus. Et sicut omnes tituli Dei alti, & magnifici in gloriam, & gaudium beatorum cedūt, quoniam Deus hæreditas, & sors eorū est: Ego ero merces tua magna nimis. Gene. 15. & Psal. 15. Dominus pars hæreditatis mee, & si Deus immensus est, eorum hæreditas est immensa: similiter nos gaudere debemus, quia Deus idem qui beatissimis est præmiū, nobis est mediū, & intercessor. Ideo ille ait, Ego sum via, veritas, & vita, vita beatissimis, via bonis, veritas vtriusque. Et sicut Deus per consummatā gloriam beatorū est: ita nobis viatoribus per gratiam noster est, suus in gloria per possessionem, noster in terris per spem, & nullo beati perfruuntur bono, cuius qui est in gratia, initiū non habeat, & semen. Tanta hæc res, quod Christus Dominus noster est totus, ex eius nominibus agnoscenda est, quorū aliqua in hanc veritatem agnoscendā expendamus, oportet. Primò ideò dicitur seruus hominū, & vt seruus hodie scilicet stigmatē inuritur, nec vllus fuisset, qui eū seruū auderet cōpel-  
 lare, nisi ipse se hoc nomine prodidisset. Matth. 20. filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare. Luc. 22. Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. In Psal. 39. vbi nostra editio habet; Aures autē perfecisti mihi, in Hebræo est verbū, charat, quod Hieronymus interpretatur fodisti, vel perforasti, aures autē iubebantur in lege veteri perfodi illi seruo, qui libertati renunciāns seruus efficiēbatur sempiternus. Vt se ergo ostēderet Christus seruum hominū, perpetuū, ait: Aures autē perfecisti, vel perforasti mihi. Hæc enim verba de Christo dicta Paulus asserit. Salus autē, ingenium, lucra, & omnia, quæ seruorū sunt, omnia in commodum heri cedunt, quia quicquid acquirit

1. Ioan. 2.

Gene. 15.  
Psal. 15.

Ioan. 14.

Matth. 20

Luc. 22.

Psal. 39.

Hier.

Deute. 7.

Heb. 10.

Arit seruus, acquirit Domino: & sic omnia, quæ serui sunt, herus vt propria respicit. Et ideò Cyril. vestes deposuisse Christum asserit, vt moreretur, ostēdens omnia opera, & merita nobis vt nostra ab eo relictā. Sicut ergo arboris fructus vniuersus, arboris est, quia illum producit, sed magis est Domini arboris, qui eo fruitur, sic omne meritum, & satisfactio Christi eius arboris diuini fructus est, ab eo productus, sed maximè nostra hæc sunt, qui eis fruimur. Minimus iustus plus fruitur meritis, & satisfactione Christi, quam ipse Christus, qui satisfactione nulla tenus fruitur: solum merito ad gloriam accidentalem vsus est, sed iustus ad essentialē, quæ multo maior est omni gloria corporis. Dicitur ergo Christus seruus, & arbor, quia omnia, quæ eius sunt, nostra maximè esse iudicare debemus, & de illis, vt de proprijs gaudere.

Item secundo Christus Dominus caput nostrum dicitur. Ephes. 5. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. Quem admodum enim Adam primus homo in principium, & caput humani generis datus est: ita Christus secundus Adam in caput, & initium in esse gratiæ. Vnde fit, vt sicut membra vnita primo Adæ contrahunt peccatum, ita eadem membra, vnita Christo gratiam participant ex hoc capite: Et sicut cum in comitijs regni procurator ciuitatis alicuius loquitur, tota ciuitas dicitur in eo loqui, & locus, & fauor qui procuratori datur, toti ciuitati cōceditur. Cū ergo Christus vt dicitur Heb. 9. procurator hominum sit, omneque genus humanum representet, dum ille loquitur, loquimur, dum operatur, nos dicimur operari, fauores, & gratiæ Christo collatæ nobis dari censentur. Inde Paul. ad Ephes. 2. Qui conresuscitauit nos, & confedere nos fecit in cælestibus in Christo. Quasi dicat Paul. Ego me ipsum resuscitatum reputo: ego, ad dexteram patris sedeo, cū Christus suscitatus sit, & fedeat ad patris dexteram. August. in Medit. c. 15. Est enim in ipso Christo Iesu Domino nostro vniuersiusque nostram portio, caro, & sanguis. Vbi ergo portio mea regnat, ibi regnare me credo, vbi caro mea glorificatur, vbi gloriosum me esse cognosco, vbi sanguis meus dominatur, ibi dominari me sentio.

Tertio idem declaratur nomine sponsi, quod sibi Christus

Civili  
Ioan.  
Simile.

Ephes. 5.

Simile.

Simile.

Hebræi. 9.

Ephes. 2.

August.

Matth. 9.  
Ioan. 3.  
Cant. 2.

imposuit: Auferetur ab eis sponsus, & qui habet sponsam, sponsus est, & Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Quasi dicat, contractum, & societatem sponsalitiā ego cum sponso meo Christo iniui, mutuaquē fecimus bonorum, & malorum commutationem, (quia sponsalia omnia reddunt communia) mihi valde vtilem, & compēdiosam, illi verò carā, & dispēdiosam. Ego me illi tradidi, ille se mihi: omnia mea illi dedi, sua omnia ille mihi. Ego sponso meo naturam rusticam meam, & vilem communicavi, ille mihi diuinam suam participauit. Ego illi peccatorū meorum farcinam ferendam dedi, ille mihi merita sua contribuit. Ego illi scelerum meorum satisfactionem, vindictamque subeundam, ille mihi operum suorum præmia commodauit, vt cum pater cælestis ad mea peccata punienda accesserit, inueniat ea in Christi rationibus applicata: atque etiam cum pater voluerit Christi opera remunerari, mihi ea inueniat attributa, & in me ipso collocet bonā, quæ Christi opera merentur. Hæc sponsaliū societās, vt omnia, quæ laborē, & dolorē continent, sponso meo seruentur, quæ iucunditatis, aut vtilitatis sunt, mihi tribuantur. omnia ergo quæ Christi sunt, mea de beo reputare, quia sponso ille me omnia sua, secq; mihi tradidit.

Sed veritas hæc, qua diximus omnia Christi nostra esse maximè in nomine Iesu declaratur. Hac enim appellatione cognoscitur Christus totus mihi esse, quia est omnium malorum meorum depulsor, medicina, & remedium, & idem omnium bonorum causa, radixque efficacissima. Saluator enim hæc omnia in vniuersum complectitur, si in vniuersum, & simpliciter saluator est dicendus. Non enim est hic Iesus, Saluator e modo, quo Ioseph, aut Iosue, qui particularem, exiguaque salutem attulerunt, sed omnium, & vniuersa salus est omnibus, hoc est, Dilectus meus mihi. Quasi dicat: Factus est dilectus meus Christus ad mensuram mearum miseriarum, necessitatumque. Hic solus omnia voca mea, & desideria explere potest, hoc est Iesus. Indiges patre. Voca Iesum, pater ille tibi aderit, cui fidenter poteris dicere, Pater noster, qui es in cælis. Matrem desideras. Iesus tibi mater erit. Iere. 49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tui non obliuiscatur.

Matth. 4.  
Ierc. 49.

**A** scar. Fratrem desideras? ipse est primogenitus in multis fratribus. Dux est tibi necessarius? propter nomen tuum dux mihi eris, vt satisfacias nomini tuo Iesu. Ecce testem populis dedi cum ducem, ac præceptorem gentibus, ait æternus Pater. Regem inquiris, ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Pastoris cura est tibi necessaria? ego sum pastor bonus. Luce indiges? ego sum lux mundi. Medico tibi opus est? en medicum. Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Cibo cupis refici? caro mea verè est cibus. Veste eges? induimini Dominum nostrum Iesum Christum. Hæc verò omnia, & innumera alia in nomine Iesu comprehensa sunt. Hoc est nomen, oleum effusum nomen tuum in omnia, quæ diximus nomina, si vas tibi non deficiat, oleum non deficiet. Aperi os tuum, & implebo illud. Diuitiæ Christi tuæ sunt. Lætare. Longe enim diuerso gaudio exultant, qui Argerij captiui detinentur, cum audirent magnati cuidā in Hispania ingentes esse diuitias, quàm cum audirent illas diuitias, & immensas opes ad ipsum liberandum esse paratas: hoc enim proprij boni gaudium, hæc vera est exultatio. Itā nobis hodie est exultandum, quia Iesus noster est. Iesu bona nostra sunt, saluator est captiuorum, pretia adducit redemptor. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.

Ex omnibus dictis oritur miræ consolationis consideratio, quòd Christus mea peccata sua ipsius reputat, & super se tollit, & eis onustos se patri repræsentat dicens: **C** Longe à salute mea verba delictorum meorum. Quasi dicat: Quomodo ego saluus, & viuus esse possum? Quomodo mortem euadam, tot peccatis oneratus? Prorsus mihi est in eorum deletatione moriendum. Contra verò omnia Christi meriat, & bona nostra sunt, ac quasi de proprijs lætandum, nec verba suppetunt, nec intellectus ad exaggerandum, & amplificandum pro dignitate, quantum nobis hinc lucrum, quanta bona ex hac societate nascantur. Hoc effectu exultans aiebat Paulus Ephesior tertio. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia, hæc euangelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi; id est, quas in Christo habemus. Non dicit ineffabiles, sed

Rom. 8.  
Psal. 55.  
Ejai. 55.  
Matth. 21.  
Ioan. 10.  
Ioan. 9.  
Matth. 9.  
Ioan. 6.  
Rom. 13.  
Cant. 1.  
4. Reg. 4.  
Psal. 80.  
Simile.

Habac. 3.

Psal. 27.

Ephes. 3.

fed inuestigabiles, quia non tantum verba defunt ad eas explicandas, sed sensus, intellectusque ad eas inuestigandas deficiunt. Quod si tantus gigas Paulus tranare hunc fluuium non potest, quid nos dicemus? Quanta erit audacia, si conemur hanc pelagi profunditatem dicēdo superare. Exercitatus sum, & defecit spiritus meus, ait Dauid. Quā nā in re sapientissime propheta spiritus tuus defecit. Renuit consolari anima mea, scilicet, in creatura aliqua. Vbi igitur consolationem inuenisti? vbi defecit spiritus tuus? Memor fui Dei, & delectatus sum. Sane has diuitias Christi inuestigabiles, & nobis datas considerabat, & spiritus eius deficiebat in contemplatione tantorum bonorum, & in eo consolationem, & gaudium inueniebat.

Ex dictis miranda multa nostræ religionis intelliges. Primum quomodo baptizato puero conceditur gratia, & omnia virtutum ornamenta sine vlllo proprio actu, & sic decedenti omnia dantur bona cælestia, quomodo bona tāta sine proprio ei merito cōcedūt? Ratio est in manifesto, quia omnia Christi bona per baptismum ei applicata sunt.

Secundū adhuc mirabilius. Commisit homo ingentia, & in numerosa scelera, in quibus per totā vitā versatus est, mille inferis dignus est. Dolet, vnā fundit lachrymulā, omnia ei cōdonatur, & hæres regni cælestis efficitur è diaboli mancipio. Quomodo tā facili negotio tot peccata cōdonātur, quomodo tam perfido inimico regnū cæleste aperitur? Gratias agat Christo, cuius meritum, & satisfactio immensam hanc facilitatem nobis effecit. Quod hoc exemplo percipies: Maieftatis reus apud Regem homo quidam factus, quoniam vita Regis esset infidiatus, placare suum principē nullis suis obsequijs potest, quoniam inimici, & proditoris opera grata Regi non sunt. At si huius frater maximis officijs Regē deuinciat, multa ei regna hostilia expugnet, quis dubitat, quin si hic Regē adeat, & pro fratre proditore deprecetur, & dicat se omnia sua obsequia, & merita in fratrem refundere, tibi nihil à Rege velle impetrare, sed fratri veniam, sit eam à Rege consequuturus? Et tunc vnā lachrymula proditoris visa condonātur ei scelera propter fratris merita. Talis nobis Christus frater, talis amicus, propter cuius infinita merita nobis donantur facilè ingentia

*Psal. 76.*

*Simile.*

**A**tria crimina, quoniam factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio, quoniam ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

Tertium etiam mirabile: quomodo facile petitiones nostræ à Deo exaudiuntur, & quicquid tibi conueniens à Deo petieris, facile obtinebis. Dilata os tuum, & implebo illud, nec deficiet oleum, si vas non deficit. Sed sicut intrantes ad Assuerum, quicquid ad ornatum pertinens petebant, accipiebant, sic animæ, & Christi sponse in infinitis Christi meritis habent, vnde se ornēt, vnde accipiant, quidquid petierint. Hinc iam disce in omni tua angustia, & necessitate ad Christum confugiendum, tanquam ad vniuersale remedium, sicut ad arcam, aut marsupium accedis, cum pecunia est tibi necessaria, sic adito Christum, in quo sunt omnes thesauri nostri. Quærant alij in rebus caducis salutem, inuocent Deos suos, vt ferant auxilium, hi in curribus, & in equis, nos autem in nomine Domini inuocabimus, quod est Iesus. Ipsi obligati sunt, & ceciderūt, nos autem surreximus, & erecti sumus.

Secundo Reg. 19. Iugebat domi inclusus Dauid Rex necē dilecti filij Absalon, populus ab alieno abatur à Rege, ægrè ferēs mærorem, & reclusionem Regis. Adit eum Ioab dicens: Iuro tibi per Dominum, quod si non exieris, ne vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac. Surrexit ergo Rex, & sedit in porta, & omni populo nunciatum est, quod Rex sederet in porta, venitque vniuersa multitudo coram Rege. Ante Dei in mundum aduentum, quasi inclusus Deus in cælo erat indignabundus, & inaccessibilis homini propter offensam, quæ in filium proprium facta fuerat. Si Deus iratus permansisset reclusus, omnes homines ab eo discederent. At verò nunc in Natiuitate sua iam foras prodijt, iam sedet in porta obuiam veniens nobis, & inuitans, vt ad se accedamus, iam placatus factus est. Quid enim aliud esse putatis, velle, vocari Iesum, nisi inuitare nos ad quærendam ab ipso saluatore salutem? Tituli qui ante portas officinarum adscribi solent, vbi venale vinum est, vbi bibliotheca, vbi gladiatoria ars exercetur, quid aliud faciunt, quam prætereuntes inuitare ad ea quærenda, quæ intus veniunt? Nomen igitur, Iesus, titulus est huius pharmacopolæ, huius medicinalis officinæ, dicens: Si salutem ò homo

quæ-

*1. Cor. 1.*

*Ioan. 5.*

*Psal. 80.*

*Hesket. 2.*

*Psal. 19.*

*2. Reg. 19.*

*Simile.*



Ioan. 1.

quæris, hic iam tibi salus in Iesu est. Si veniam peccatorum petis, ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Nomen Iesus tabella, & signum est diuersorij, peregrè venientes admonens, in hoc diuersorio fessis requiem, cibum, & satietatem famescensibus esse paratum. Et quod postea magno clamore dicit, venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, hoc nunc clamat nomine, Xenodochium est agrorum, pollicetur curationem, vulnerum omnium sanitatem. Venite ad me omnes. Desertorum, & incurabilium aperitur Xenodochium, omnes sine certo numero recipiuntur, nemo recuset ingredi, nemo se tam desperatum putet, quin sanari possit, nullus hic non recipitur.

Psal. 2.

Hieron.

Omnes ergo nos modo accedamus ad Christum, eiusque osculemur manus: pro tantis muneribus ei gratias referamus: eum ut salutem nostram adoremus. Vbi nos legimus Psal. 2. Apprehendite disciplinam, Hebræis est, nascubar, quod Hieronymus vertit, osculamini filium, vel adorate filium, quasi inuitet propheta omnes ad manus filij Dei nascentis exosculandas, ad agendum gratias, ad offerendum se se eius obsequijs. Extat in Hebræorum libro, qui dicitur Tidras mehlin, id est mysteria Psalmorum dixisse Rabinum super hæc verba, esse velut Regis sententiam, qui exarsit in ciues sceleratos, eosque damnauit sententia mortis, illi verò filium Regis adire, precantes, ut patris iram mitigaret, qui & fecit. Cùmq; Regem ciues adijissent gratias acturi, ille ad filium eos mittit, dicens: Adorate, vel osculamini filium, eiusque manus, propter quæ vobis parco. Quid accommodatius ad rem nostram, & Christi redemptionem dici posset à nobis, quàm quod ab inimicis dictum est nostris? Omnes ergo adoremus, & procidamus ante Christum, osculemur manus eius, quod nos redimere venerit, & hodie ad hoc opus inchoandum sanguinem fuderit. Inuocamus sanctissimum eius nomen, in quo inimicos omnes superabimus, quia turris fortis nomen Domini. Hoc nomine munitus Dauid contra gigantem carnis turrim decertauit, dicens, Tu venis ad me in clypeo, & hasta, ego verò in nomine Dei Israel. Hoc nomen olim Ignatius in corde inscriptum gestans, feras non formidauit. His armis secundus Ignatius Societatis nuper fundator,

Prouer. 18.

1. Reg. 17.

Tidras mehlin.

**A** tor, egressurus sua religione mundum vniuersum, eam munivit nomine Iesu, vocans Societatem Iesu, quo nobis hoc nomen maximè honorificandum dedit, sicque voluit cordibus imprimi, ut deleatur nunquam, sicut scriptum nomen in tenui Papyro rumpi potest, sed deleri non potest. Concordet ergo vita cum nomine, & professio sentiatur in opere. Mirabili quadam visione. Romam eunti Ignatio Pater æternus ostensus ei est, & filius crucem portans, & focij Ignatij eum iuuantes, quos Pater æternus filio, ut socios amantissimè commédauit. Quos ille in socios assumens dixit: Ego vobis Romæ propicius ero. Vnde nomen pater Ignatius religioni suæ dedit Societatem Iesu. Sit ille nobis propicius per gratiam, quam, &c.

Simile.

## B In Epiphania Domini:

Cùm natus esset Iesus, &c.

Matth. 2.



**C**VM diuina scriptura, tum experientia nobis ostenditur maxima Dei sollicitudo in humilibus exaltadis. Sicut enim superbos deiecit, Deiecit eos, dum alleuarentur, ait Psal. & iterum, Et tu humiliasti, sicut vulneratum, superbum, sic maiori studio, atque conatu humiles exaltat, ut veritas illa comprobetur, Qui se humiliat exaltabitur, qui se exaltat, humiliabitur. Quod sicut in omnibus alijs verum habet, ita & in Christo hodie ostenditur. Videt enim pater Filium suum sic in mundo humiliari, ut nouissimus hominum fiat. Vult media nocte nasci, ut à nullo videatur. Cùm quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet. Omnipotens sermo tuus Domine exiliens de cælo, à regalibus sedibus venit, in stabulo nasci voluit, in præsepio reclinari. Aeternus Pater cum eo iam contendit, ut exaltetur, & sic eo nato nuncios mittit ad populum gentium, & Iudæorum, ut sciant, Regem omnium natū, his Angelū, illis stellā, qua ducti Reges veniunt, ut impleretur illud Esai. 49. Et erunt Reges nutritij tui, vultu

Psal. 72.

Psal. 88.

Matth. 23.

Sap. 13.

in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent, & scies, quia ego Dominus, super quo non confundetur, qui expectant eum. Simul etiam constituit, ut meridie ipso per mediam Hierusalem ingrediantur, cum Regem proclamantes, & quia frigore tremit, Herodes pauore contremiscit eo audito, & quia non erat ei locus in diuersorio, veniant Reges, eum suscipientes depositis coronis. Nec mirum cum viginti quatuor seniores idem ei praestant obsequium, & quia pauper natus est, pretiosa ei dona offeruntur. Tanta Dei cura est in humilium exaltatione. Haec huius mysterij summa: ad cuius intelligentiam oculos mentis conuertamus in Mariam maris stellam &c.

Crescit iam Ecclesia mysterijs, sicut Christus aetate. Hodie enim flos ascendens de radice Iese, quem humilis videbatur, & abiecit. (Sic cum David vellet vilipendere, dicebat filium Iese.) Hodie induitur maiestate, & odore suum spargit usque ad orientem. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini. Nomen in Circumcisione ei impositum, de quo dicitur, Oleum effusum nomen tuum, usque ad Orientem diffusum est. Hodie tria grana frumenti in terra feminantur, dum procedentes adorant. Ex quibus immensus generitatis fructus collectus est. Constructa Ecclesia erat, & primo iuncto lapide in fundamentis Sion, Christo Domino in natiuitate, statim paries vnus populi Iudaici, in pastoribus surgit. Hodie consurgit alius populi gentium paries, ut Christus tanquam lapis angularis faciat vtraque vnum. Hodie fortis armatus incipit vincere fortem, atrium custodientem, & vasa eius optima diripere. Hoc enim maxime pertinet ad verum Regem regnum suum intrantem tyrannidis iniusta oppressione liberare. Sic venit Christus, ut dissoluat opera diaboli, qui tyrannus fuerat, hoc verum ab initio ortus sui praestat, expolians principatus, & potestates. De quo optime Esai. 8. Sume tibi librum grande, & scribe in eo. Velociter spolia detrahe, cito praedare. Et post pauca: Voca nomen eius: Accelera, spolia detrahe, festina praedari. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia coram Rege Assyriorum. Primo praecipit Dominus, librum grande sumi, ut quinque solum verba scribantur. Sine dubio maxima haec verba sunt, quae librum grande desiderant. Et huius ratio est, quia si ea omnia, quae Christus in hunc finem

Ad nem spoliandi daemones fecit, libris essent mandanda, non solum liber grandis esset, sed ut dicit Ioannes vlt. sunt autem, & alia multa, quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros. Sed addit Propheta, multis saepe repetitis nominibus, quanta celeritate hoc opus esset a Christo perficiendum, ut antequam pro aetate nosset vocare patrem, aut matrem, spolia demonum rapturus esset, ut hodie factum ostendit.

Sed hodiernus dies latissimus nobis super omnes dies esse debet, quia omnibus alijs Christi mysterijs fruimur huius vi, atque virtute. Hoc enim die Ecclesia ex gentibus collecta, admissa, a Deo fuit, ut diuinis eius donis, & gratijs fruere, cum ante oblita, & derelicta a Deo esset, nec ad eam Prophetas mitteret, nec legem daret, aut sacrificia. Hoc est profundissimum mysterium, de quo Ephes. 3. Alijs generationibus non est agnatum mysterium hoc, gentes esse coheredes, & concorporales, & participes promissionis eius in Christo Iesu. Hoc mysterium manifeste ostensum est Petro, Act. 10. in lintheo e caelo demisso, pleno immundis animalibus, cum Cornelius eum accersiret, ut Dei verbum audiret. De quo mysterio ad literam Psal. 88. Nunquid Sion dicet, Homo homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus? Vbi Hieronymus vertit, ad Sion dicitur, Vir, & vir, homo, & homo natus est in ea. Quasi dicat, ad Sion matrem fecundissimam, scilicet, ad Ecclesiam ei congratulando, dicitur: Ecce hic, & ille populus, illi & illi nati sunt in te. Quasi dicat, omnes gentes ad te venient: nam illa repetitio homo homo, Hebraico sermone idem est, ac omnis homo, ut patet Eze. 14. Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias in corde suo, id est, omnis homo. Ita ergo hic accipiendum, omnis homo, omnis gens nata est in Ecclesia. Et sic impletur Gedeonis figura, cum primo vellus rore impletur caelesti, terra sicca manente. Secundum vero contra factum est Iudi. 6. Primo enim Iudaeus ille populus, ex quo ut ex vellere sibi vestem humanitatis assumpturus erat, impletur lege, & donis diuinis, cum eis, gentium populus careret: deinde vero Synagoga reiecta, atque derelicta, gentes Christi lege, & gratia caelesti impletae sunt: quod quidem Iudaeis summam fuit infelicitatis, & opprobrij. Vn-

Ioan. ult.

Ephes. 3.

Acto. 10.

Psal. 88.

Hier.

Ezech. 14.

Iudic. 6.

Apo. 4.

Psal. 112.  
Cant. 1.

Luc. 11.

Esai. 8.

1. Reg. 4.

de Heli cū patienter audisset filiorum mortem, & populi interitum in bello, audiens, arcam Dei ad alienigenas translata, cadens retrorsum, expirat. Illud enim figura fuit, explicans Deum ad gentes aliquando transmigraturum, quod ille præsensit: nec tamen potuit explicare, sed explicuit eius nurus dicens: Translata est gloria Domini de Israel, quia capta est arca Domini. Et licet ei dicatur, Filium peperisti, nihil attendit, intelligens Dei gloriam ad gentes transmigrasse. Et ideo Euthymius in Psalm. hanc inter alias causam ponit obscuritatis scripturarum, quod de hac gentium vocatione obscure, & inuolūtè loquendum foret, ne inuida ea gens scripturas combureret, iuxta illud Esai. 48. Neque credidisti, nec à principio aperui tibi aures tuas, noueram enim, quod inobediens non pareres.

Euthymius.

Esai. 48.

Contra verò gentibus hæc summa lætitia, hoc eximium gaudium. Quod enim lætius nuntium reiectæ Vasthi dari posset, quam Rex tibi conciliari vult, reuocatque in pristinum statum? Vnde Psalm. 86. qui de hac vocatione gentium loquitur, ait. Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Quid enim mirum lætissimam esse gentium Ecclesiam tanto hodie principi desponsatam? Hodie cælesti sponso iuncta est Ecclesia: nam in Iordane lauit Christus eius crimina. Currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua vino facta lætantur conuiuæ. Sed maxima in surgit dubitandi ratio, quomodo in infantili, teneraque ætate desponsetur Christus Dominus. Solent aliquando parentes filios paruulos desponsare, duas ob causas. Prima vt sponsus, & sponsa simul à pueritia nutriti ardētius se mutuo diligāt, & amore crescant, dum corpore crescunt, amor enim qui à lætate inceptus, maximè durare solet, & firmari: sic enim vxor viro est soror, & sponsa. Volens ergo æternus pater, filiū summa charitate prosequi Ecclesiam, eam illi desponsat infanti, ad eò vt à Virginis utero, exiret tanquā sponsus procedēs de thalamo suo: sicq; eam diligit vt sororē, & sponsam, quia simul orti sunt, & simul creuerunt, & nutriti sunt. Sic ille eam vocat persæpe sororem, & sponsam: Veni de Libano soror mea sponsa: veni, coronaberis de capite Aman, de vertice Sanir, & Hermon,

Psalm. 86.

Psalm. 18.

Cant. 4.

de cu-

A de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Cant. 4. Libani nomine Iudæos intellige, aliorū vero montiū nomine gentes.

Secundò quando pater filiū desponsare vult dispari scemina, & quæ nulla ratione cū sponso conferri possit, si sponsi virilis ætas expectaretur, illā omnino in coniugē non reciperet. Tunc cū puer est, curat pater eū desponsare, vt priusquā ille plene intelligat, quid agat, matrimoniū iam ratū, atq; confirmatū sit. Hac quodāmodo ratione Christus infans desponsatur. Audi, quā dispares sint sponsus hic, & sponsa. Ille ditissimus, nobilissimus, pulcherrimus: sponsa nigra, pauper, ignobilis. Accererat ergo pater: matrimonio filiū iungit, vt cū puer crescat, iā factū sit, nec vllō modo infectū fieri possit. O puer gloriosissimus: bene nosti sponsæ tuæ defectus. O sapiētia æterna quæ sal-

B li non potest: probè tu nosti miseriam nostrā: & tamē simulas te puerum nō intelligētem, quasi decipi pateris victus amore sponsæ. O dulcissime spōse, quanti tibi stabit hæc desponsatio. Quot te egregia facta manēt pro hac spōsa subeūda, in quibus amorē, & fortitudinē tuam ostendas: quot te expectant pericula, atq; labores? Duas accepit spōsas Iacob, vtq; ei darētur, quatuordecim laborauit annis. Sed tibi dulcissime spōse animarū nostrarū vna datur spōsa, vna columba: sed ex duplici constat populo, pro ea vero non quatuordecim annos laboris solū ponere: sed triginta tres, & totū tibi parū videtur præ amoris magnitudine. Ne verò tā dispar sit coniugiū propter spōsæ miseriam

Genes. 29.

C spōsus bonis eam replet, pulchritudine, nobilitate, diuitijs. Vnde ad eam: Quam pulchra, & decora es charissima. Tandem eam summo dilexit amore. Et quemadmodum qui sponsam summo amore prosequeretur, & eā posset ipse perficere, qualem desiderat, eā pulcherrimā redderet, sapientissimā, & omnino bono refertam: sic Christus, qui hoc potuit, dilexit Ecclesiam Ephe. 5. Et semet ipsum tradidit pro ea, vt illā sanctificaret, mūdās eā lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentē maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata. Videtur, Paulū ei respondisse obiectioni, quomodo tantus spōsus tā humili desponsetur spōsæ. Et respondet: Christus sic Ecclesiam suā ornavit, vt digna sit coniugē tāto, nec ali' inueniri possit spōsus qui ea dign' sit,

Cant. 6.

Ephe. 5.

**Psal. 44.** nec verò quisquã alius oculos in eã leuare possit, & talẽ deniq; vt eã videntes, dicant, eã tãto dignã cõiugio. Vnde Psal. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. Ad hoc ergo hodie Reges veniunt, paranympi, & populi gentiũ legati, vt Christo Domino desponsentur eius nomine, illiq; manus sponsæ nomine porrigant. De qua re Psal. Veniet legat ex Aegypto, Aethiopia præueniet manus eius Deo. Quasi dicat: Ex Aegypto, & tenebris gẽtiũ veniũt legat ad celi Regẽ, Aethiopia niga, fœdaq; festinat, vt spõsum sibi assumat, antequam Synagoga ei cõiugatur: surripitq; furtim ex Iudæa domo spõsum sibi. O misera Synagoga, si agnosceres, quã tã facis hodie iacturã. Surripitur sponsus tuus ab alienigena, & hæc in domo tua hodie gerũtur, & corã oculis tuis, & tu relinqueris vidua, & derelicta, & qualẽ te futurã dixit Esa. 1. Relinquetur filia Siõ sicut vmbraculũ in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Et Osee. 5. In gregibus suis, & in armentis suis vadet ad quærendum Dñm, & non inuenient, ablatus est ab eis.

Tam verò mirum hoc erat, vt Dominus ipse illud millies dixerit, vt credi posset. Sic Psalm. 86. qui totus de hac gentiũ vocatione loquitur, concludit: Dominus narrauit in scripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea. Hæc verò sæpe Dominus figuris significauit, & manifestis etiã verbis ostendit. Sic Gen. 49. posita dextera super Ephraim ait Iacob: Scio fili mi, scio, frater eius minor, maior erit illo, & semen illius crescet in gentibus. Et Exod. 2. in aquas eiecit mater Moysen, quem assumens sibi filia Pharaonis in filium, matri eum dedit nutriendum. In aquas tribulationum Synagoga Christum misit: sed gentilitas eum suscepit. Nutritur verò in cordibus nostris lacte, dum figuris, & prophetijs veteris testamenti in fide roboramur.

Exod. 4. virgam proiecit Moyses, vertitur in colubrum, quem cauda excipiens in virgam conuertit. Sic dereliquit Deus populum illũ, quo tot mirabilia operatus fuerat (Sicut Moyses virga) factus est coluber, donec in fine eum iterum excipiat, & in virgam vertat, cum reliquiæ Israelis saluæ fient. Sic recepit Raab exploratores Iosue, sicut gentium populus Apostolos. Psal. 17. Eripies me de contradictionibus populi,

**A** populi, cõstitues me in caput gẽtiũ: populus quẽ nõ cognoui, feruiuit mihi. 3. Reg. 17. Fame laborate vniuerso Israele Elias ad gentiũ venit viduam in Sareptã, vt ab ea pascatur, & ipse eam pascat. 4. Reg. 5. cũ multi essent leprosi in Israel, Eliseus Naamã Ethnicum sanat. Illud Osee matrimonium cum fornicaria, & populum suum dicere non suum, & non suum, suum, manifeste ostendit Synagoga reprobationem, gentium vocationem, sicut declarat. 1. Petr. 2. Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consequuti. Et Rom. 9. Et vocabo non plebem meam plebem meam, & erit in loco, vbi dictum est. Non plebs mea tui: ibi vocabuntur filij Dei viui. Renuit Ionas ire in Niniuen, vt ibi verbum Dei annunciet: cum verò vomuit illum cete, Dei mandatum exequitur: quia Christus in vita minister factus circumcisionis, gentes adire recusat, ita tamen per Apostolos resurgens, Deut. 32. Ipsi me prouocauerunt in eo, qui nõ erat Deus, & ego prouocabo illos in eo, qui non est populus. Quo nobis apparet exhibitum inastimabile beneficium, cũ nos in domum suã Deus introduxerit. Rom. 11. Vide bonitatem, & seueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. An non nobis hoc timendum? Si enim naturalibus ramis non pepercit, ne forte, nec tibi parcat, qui cum oleaster esses, insertus es in oliuam. Tantum ergo magni faciamus beneficium, & caueamus ei nos ingratos exhibere, sed imitemur nascentem Ecclesiam, quæ cum tantum suscepisset sponsum verè sanguinum sponsum habuit, cum ipsius causa tantum sanguinis fuderit.

Ad hoc ergo: Ecce Magi ab oriente. Causa aduentus eorum fuit secundum Chrysol. quod viderunt stellam: in forma pulcherrimi pueri gestantem crucem, quod fuerat à Balaam prædictum Numc. 24. Dicit verò Albert. Magnus: Ascendebant duodecim viri in montem post mensem, vt ex eo monte qui dicitur Victoralis, specularentur ortum huius stellæ. Hos verò Reges fuisse, dicit Leo Papa, & Athanasius de varijs quæstionibus. q. 2. & Tertul. lib. 3. contra Marcionem, Augustin. & tandem Ecclesia. Dicuntur verò Magi, idest, sapientes ab

Primus Tom. N 3 Euan-

3. Reg. 17.  
4. Reg. 5.  
Osee. 1.  
1. Petr. 2.  
Roma. 9.  
Iona. 1.  
Deut. 32.  
Rom. 11.  
Exod. 4.  
Chry.  
Numc. 24.  
Albert.  
Leo.  
Athan.  
Tertul.  
Augu.

**Pror. 8.** Euangelista, non vero Reges, quia ab eo quod in illis potissimum, & præcipuum erat nomen accipiunt. Præstat verò sapientia regno, vt dicitur Prouer. 8. Præposui sapientiam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in cõparatiõne illius. Et Præterea coram Christo nullus Rex dicitur: sicut coram sole stellæ non apparent: sic coram Christo, & eius regno aliorum regnum nihil esse cognoscitur. Vnde sicut prætores Regem alloquuturi, virgas deponunt, quæ signa sunt potestatis eorum, prius quàm Regis conspectui appareant: ita hi coram Christo Rege Regum nomen deponunt. Apocalyp. 19. In capite eius diademata multa, & habet in vestimento, & in scõmore scriptum: Rex Regum, & Dominus Dominantium.

**Psalm. 46.** Psalm. Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos. Alij enim nõ natura Reges, sed huius vices gerunt: ideo viginti quatuor seniores coronas deponunt corã agno. Sic hi Magi capitis diademata ponunt, nec Reges dicuntur: sed Regem veneraturi accedunt deposito regio nomine coronis, & sceptris.

**Apoc. 4.**

**Gen. 37.**

Vide iam somnium Ioseph impletum. Putabam, ait ille, meliigare manipulum meum, vestrosque manipulos meum adorare, & vñdecim stellas solem, & lunam adorare me. Euangelij luce obscurum hoc cubiculum figuræ veteris illuminetur, & omnia manifesta erunt. Quis enim Iosephi manipulus nisi Christus? Sicut in manipulo colligantur plures spicæ: sic in Christo tres naturæ. En hunc manipulum super omnes eleuatum: nullus Rex Iudæorum quæritur, vt adoretur, nisi hic. Venerunt Reges prius, vt Salomonem viderent, sed modo ad Christum, vt eum, adorent. Sed & pater Iacob illum adorasse ostenditur Heb. 11. Fide Iacob moriens singulos filiorum Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ eius, fide adorauit quia in Ioseph Christum intuitus est, & eius crucem in scepro. Cum venit in Ægyptum, non eum adorauit, sed cum lacrymis, & amplexibus suscepit, vt patrem decebat. Sed hora mortis in eo Christum agnoscens, & eius crucem, quæ virga virtutis eius erat, licet pater sit, eum adorat. En ergo Christum ab omnibus adoratum?

**Hebr. 11.**

Sed in hoc quod Reges sibi prosterni, & subijci facit, diuina  
nam maiestatem, & potentiam ostendit. Iob. 39. interrogat Iob. 39.

**A** nam maiestatem, & potentiam ostendit. Iob. 39. interrogat Iob. 39. Dominus Iob: Nūquid volet Rhinoceros seruire tibi, aut ad præsepe tuum morabitur? Quasi dicat, tibi nullomodo seruiet sed mihi: ad præsepe tuum nõ veniet, sed ad meum. Rhinoceros, animal est ferum, ac indomitum seruitutis impatiens, quem si quis domuerit, & alligauerit, moritur præ tristitia. Significat vero huius mundi potentes, ac principes superbos, qui omnino subijci recusant, & si aliquando capiuntur, & illaqueantur, præ tristitia moriuntur. Sic nostra hac tempestate contigisse, historia tradunt, Francorum Regi Francisco, qui se captum videns præ tristitia moriebat, ni de eius liberatione Carolus Imperator tractaret. Sed en hodie tres Rhinoceros alligatos per Christum, & ad eius præsepe commorantes. Vere vis in hoc diuina apparet. Esai. 10. Excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, & vñnam descendentes, à facie tua montes defluerent. Hi ergo Reges quasi pastores sunt iuxta præsepe Christi, quia coram Christo sceptrum, & baculus, corona, & pera pastoralis idem sunt. Et hoc fuit miraculum, quod à Mæssia faciendum præcinit. Esai. 11. Habitat lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Hoc præstat puer hic paruulus, Reges, & pastores in simul habitare facit, & coram ipso nihil maius, aut præstantius habet pastore Rex.

**C** Præterea. Ecce Magi. Ecce miram illam fortitudinem trium militum Dauid. 2. Reg. 23. qui per medios hostium cuneos penetrantes, aquam de cisterna Bethlehè Dauidi hauriunt. Eximia profecto fortitudo, medios irrumperere hostes, aquam haurire, eamque per medios inimicos deferre. Sed nõ minor Magorum virtus, dum corã Tyranno Herode alium proclamant Regem. Hic iam apparet martyrum fortitudo, qui dicunt cum Paulo: Non enim erubescio Euangelium. Non erubescit Christus in præsepe venire, vt hominẽ querat, & erubescet homo, vt Deum querat, in Ecclesiam ire? 3. Regum. 1. ingreditur Nathan ad Dauid, & ait: Quomodo regnat Adonias, cum promiseris Betsabee eius filium regnaturum? Cui Dauid. Implebitur, proculdubio, quod ego Betsabee promisi, regnabitque Salomõ.

2. Reg. 23.

Rom. 1.

3. Reg. 1.

Vocate mihi tres viros fortissimos, Sadoc, Nathan, & Banaiâ, A vt omnibus annuntiem, Salomonem, Regem esse, non Adoniam, Salomonemque constituent in patris Throno. Quod cum Adonias audiret, & qui cum eo erant, turbati sunt. O pater æterne quid hoc? An non tu per Angelum mandasti Mariæ: Dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum: quomodo regnat Herodes? Veniant ergo tres viri fortissimi, & sapientes, & Christi regnum omnibus annuncient: & spreto Herode solum illum quærant vt adorent, & ei munera offerant, & turbetur Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo. Cum primum Salomon regnat, ce lebre nomen eius in mundo habetur. Venit regina Saba cum muneribus: sed plura recipit, quàm donat, & tanta, ac talia in domo Salomonis vidit, vt deficeret spiritus eius. Sic modo venit ad Christum gentium populus cum muneribus: sed plura multo recipit, quam donet. Non videt regiam domum auro ornata, ministros sericis indutos: nec enim hæc si viderent, Reges mirarentur. Quid enim mirû Deum in maiestate esse? Vt extra se fierent, vt eorum spiritus deficeret, oportuit, eum viderent pauperem, & abiectum, sed tanta erant præditi fide, vt agnouerint maiestatem diuinam, etiam in stabulo, pannis, & omni humilitate opertam?

Vbi est, qui natus est Rex? Qui nascitur Rex, natura Rex est: ergo Christus à se habet, vt Rex sit. Aiunt, vbi. Videte ò sapientes, Deum non esse vbi, sed vbique. Sapienter tamen dicunt: qui enim vbiq; erat vt Deus, vbi factus est, vt homo. Sed attēde desiderium eorum inueniendi Regem. Maximum plane hominum desiderium Regem habendi. 1. Reg. 8. ab hac cupiditate arceri non potuit Israel etiam duris legibus illis propositis, etiam si tonitruis, & fulgoribus Deum se eis iratum ostēderet, quod Regem vellent. Nequaquam inquirunt, sed Rex erit super nos: egredietur ante nos: pugnabit bella nostra, & iudicabit nos. Sed si Rex durus, & tyrannus desideratur, si regnû durum expetitur: etiam si regni iura durissima sint: quid non desideret mundus Regem agnum, mitem, benignissimum? regnum, & iura suauissima? Hinc illud: Emitte agnum Domine dominatorē terræ, Regemque cuius imperium super humeros eius

Luc. 1.

3 Reg. 10.

1. Reg. 8.

Esai. 28.

Aros eius qui vere, & iuste iudicat nos: pugnabit bella nostra, & graditur ante nos: cuius regnum est æternum, vt ipsa etiâ eius mystica corona ostendit. Alij enim Reges diademate coronantur, non capiti infixio, sed quod vel ventus facile ab eis auferre poterit. At Christus, cuius regni non erit finis, coronatur spinea corona capiti imposita, quæ illud transfixit: & sic firmata, ac radicata est, vt nullus ventus eam tollere possit.

Hoc ergo nos teneat desiderium quærendi Regem istum, quod tenebat sponsam dicentem: Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Et iterum: Surgâ, & circuibo ciuitatem, quæram, quem diligit anima mea. Fieri ne potest, quod habeat aurû dilectores plures illud anxie quærentes, nec habeat Deus ardentis sui amatores, eum inquirentes anxie? Verè, sicut qui rem pretiosissimam perdidit, eam anxie quærit, nec quiescit, donec inueniat, sed domum totam euertit: ita Deus anxie quærendus est, nec quiescendum, donec inueniatur. Sicut nautica acus, donec astrû boreale, quod vulgo dicunt, Polum, aspiciat, non quiescit: sic animum hominis quiescere non oportet, donec Christû inueniat. Hæc scientiâ sanctorum, de qua scriptum est: Dedit illi scientiam sanctorum. Sicut enim peccatorum scientia est per creaturas vagari, & eas quære: sanctorum est scientia Deum inuestigare.

Intrantes Domum. Proprium Magorum, id est, sapientum interiora penetrare, nec in exterioribus manere, veritas enim intus est, recondita est. Ideo, sicut vt aqua inueniatur, fodiendum est: sic vt Deus à nobis reperiatur. August. de vita beata ait: Multi vsque ad virtutis ianuam peruenire, & inde redeunt, nec domum virtutis intrant. Eiusmodi est, qui agnoscit, quam ei expediat, vitam mutare in melius, & incipit, sed non perficit. Similes hi sunt Moyfi videnti terram promissam à longe, sed in eam non intrati. Hi verò qui sapientes sunt, intrent domum, quorum ingressus sine dubio fuit ille, de quo gloriatur sponsa. Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. Vel vt alij vertunt: Posuit in me vexillum charitatis. An nõ cella vinaria porticus illa Bethlechê, vbi est vinû illud nouû de cælo, quod in nouos vres mittendû est? Quod

N 5

vinum

Esai. 16.

Cant. 1.

Simile.

Simile.

Sap. 10.

Simile.

Simile.

Aug.

Deut. 34.

Cant. 2.

vinum ad inebriandum potentius? quæ fortior incantatio, atque sapientior? Quid esse potest, quod magis hominem extra se ducat, quam Christus in præsepio? O si rectè illum nosse intueri? O si ingredereris hanc cellam vinariâ, si biberes vinum illud nouum, ad quod inuitat dicens: Bibite amici, & inebriamini charissîmi. Hoc vero profunda, & ardētī consideratione perficitur: tu vero foris stas, à lōge Christū cōspicis, fide mortua, vel tepida. Virtutē operū fuorū annūciabit populo suo, ait Psal. Esto tu de populo eius & pete, vt virtutem tantorum operum tibi ostendat: tunc eris in cella vinaria, & videbis in te vixillum charitatis erigi?

*Inuenerunt puerū cum Maria matre eius.* Solet Rex hospitio excepturus Reges magnos, ornare domū pretiosa supellectili, diuitias ostētare, & omnē regiā gloriā manifestā facere. Imo & Ezechias Babylonicos legatos suscepturus hospitio, id præstitit. Tu ergo ò Rex Regū, qui Reges ad te veniētes excepturus es, quomodo potentiā tuā, & magnitudinē ostēdis? maxime legatis gentiū, qui ad eos de potentia, & magnitudine tua loqui debēt? Respōdet præclare Aug. nō sine magno apparatu, & suæ perba ostētatione inuēti sunt Iesus, & Maria à Magis. Vterque gloriosum, & gloriosissimū se ostēdit, quia matrē inueniūt ornatā tanto filio, & filiū tanta matre. Cū pastoribus se ostēderet, reclinatus fuit in præsepio humili. Sic ad eos Angelus: Inuentis infantē positū in præsepio. Sed nō sic eū Magi reperiūt, sed inuenerūt puerum cū Maria matre eius. Ornauit se Maria assumens filiū, ornauit se filius in matre se collocās, an parū vtriusque tibi apparet ornāmētū? Audi Aug. gloria nati apparet in virginitate parietis, & gloria matris in diuinitate filij nascētis. Cū Chr̄s in matre sua est, est vtiq; in throno illo mirabili, quē figurauit Assueri thron⁹, qui dicitur thron⁹ regni ei⁹, super quē eū inuita Esther, præ timore exanimata est. Est Christus in throno illo mirabili Salomonis eburneo, vestito auro fuluo nimis, de quo scriptū est? Non est visum simile opus in vniuersis regnis terræ. Post enim peccus paternū nullibi Christus cū tanta est gloria, ac in materno. Plus ibi gloriæ ostendit, quā cum in cælo situs, quā cum in thronis, & plusquā in curru illo mirabili de quo Psal. Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætātium Do-

Psal. 110.

August.

Luc. 2.

Augusti.

Hester. 5.

3. Reg. 10.

Psal. 67.

**A** tium Dominus in eis in Sina in sancto. Quod explicatur Psal. Psal. 80. illis verbis: Perfice eam, quā plantauit dextera tua, vbi Hebræa habet: perfice abacū, quem plātauit dextera tua. Interrogauit cōsul Antoninus Rabinū Acados, qui tātā fuit apud Iudeos autoritatis vt dictus sit Rabbi Acados, quod est magister sanctus noster, quid significaret illa Abacus. Qui respondit, illam esse Regis Messia matrem, quæ dicitur abacus: quia abacus est armarium, quod Reges conficere solent ad reponenda vasa omnia auri, & argenti, & gemmas, vt omnibus ostendant diuitias, & gloriā suam. Ita mater Messia erit thronus, vbi Messias sedebit, vt omnibus ostendat gloriā suam, & diuitias regni sui: quæ tā gloriosus Dei thronus erit, vt Deo sit dignus, nec alius nisi Deus eo dign⁹ esse possit. Dicit verò eā plantatā à Dei dextera, vt eā ostendat primā esse inter omnes creaturas. Hæc ille, referente Galatino lib. 7. de arcanis fidei. ca. 2. Quanta verò fuerit Mariæ maiestas, tanto ornata filio, nullus sermo assequi valet. Qualis esset luna, si in eam sol se infereret, si solum à longe eam conspiciens, tam pulchram reddit? Omnia ornamenta Mariæ Christus erat: ille monile, ille murenulæ, ille gemmæ, de quibus omnibus scriptum est: Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Eximīā Christi gloriā, qua excepti Reges, vidimus, dum in throno dignissimo Maria positus est. Sed adhuc nobis inquirendum, quibus vestibus, & ornāmētis se induit, vt spōsæ oculis pulcher, & amabilis appareret. Cum enim vt se primum cōspiciat, prodeunt spōsus, & spōsa, solent se præcipue ornare, curans quisq; alteri maximè placere, & amabilis videri, & deniq; totus desiderabilis: hodie primū se cōspiciūt Christus spōsus, gentium congregatio sponsa, tā diuinus amor impatiens est dilationis, vt decima tertiā die desponsari velit. Hodie se primū intuentur, danturque dona inuicem, sed maiora dona spōsi, quàm spōsæ, vt assolet. Ideo temporalia dant Magi, recipiūt spiritualia: & si spiritualia etiam obtulerunt, maiora recepere, gratiam pro gratia. Sed quomodo ornatur sponsus noster, vt ab sponsa diligatur? Nunquam Deus sic amabilis vnquam apparuit, ac nunc apparet, nunquam tam dulcis sponsæ oculis visus. Modo decorem induit, modo apparet candidus, rubicundus, electus ex millibus, totus deniq; desiderabilis. Modo

Psal. 80.

Galat.

Cant. 5.

Simile.

Cant. 5.

totus

totus factus est dulcedo, amor, & delicia: quia hodie apparet benignitas, & humanitas, eius, & sic hodie plus multo sponfam delectat, quam vnquam delectauerat. O infinita bonitas, quantò maiestas plus operitur vilitate, eò magis elucet bonitas, & misericordia, & quod insanus despicit, ego diligo ait Bernardus. Sed attende, quomodo gloriatur hic sponsus de humana veste. Esai. 61. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponfam ornatam monilibus suis.

Sed videamus rursus, quomodo se ornat sponsa, vt ei etiam appareat amabilis. Vide ornamenta Magorum, & ea imitare.

Primò veniunt ab oriente, Christum quærentes, omnia propter eum relinquentes, & stercore, & detrimentum putantes.

Secundò tanto fidei feruore succensi eum Regem proclamant coram Herode, sanguinem parati effundere pro Rege tanto.

Tertiò stellæ ductum sequuntur, donec domum intrent virtutis.

Quartò procidunt per humilitatem coram Rege tanto, & quo Deo propinquiores, eo humilitati magis student. Substantia mea tanquam nihilum ante te, ait Psal. Agricola in oppido suo magnum se putans, in curia videt, quam nihil est: sic homo alijs creaturis collatus, Dominus est, sed coram Deo nihil.

Quintò Thesauros effundunt. Fuit hic Persarum mos, vt coram principe nullus appareret, nisi cum muneribus. Seruant ergo hi patriæ morem, quem secum Dominus præcipit obseruari. Exod. 23. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Aperiunt vero Thesauros non Herodi, sed Christo. Aperi tu tuos Christo, non ludo, mulierculis, &c. Caue, ne de illis sis, de quibus scriptum est: Sic qui non est in Deum diues: qui diues est ludo, & vanitati, non Deo, erit ei, quod epuloni diuiti. Idèò Abel Deo placuisse dicitur, quia plurimam

Bernard.  
Esai. 61.

Psal. 38.  
Simile.

Exod. 23.

Luc. 12.  
Heb. 11.

A plurimam hostiam obtulit fide, de adipibus meliora, & potiora Deo offerens contra Cain, &c.

## Dominica infra octauam Epiphaniæ.

*Cum factus esset Iesus annorum duodecim.*

Luc. 2.

B



I H I L certi de saluatoris infantia nobis relictum est, præter id, quod hodierno Euangelio continetur. Noluit Deus, alium authorem præter Euangelistas aliquid certi de se scribere, aut de actibus suis. Vnde liber de Infantia Saluatoris

à Hieronymo, & Ecclesia vt apocryphus reiectus est. Cum enim diuinum hoc horologium (per illud horologium Acaz figuratum) à Spiritu sancto effectum fuerit, tam mira arte, tantaque subtilitate confectum est, & eius totum artificium tam diuinum noluit Deus per alium declarari, nisi per Spiritum sanctum, cuius opera Christus conceptus est. Ille solus illud nouit, ille solus per Euangelistas manifestauit, illo solo nos possumus aliquid explicare: ideo ab eo gratiam per Mariam petamus.

Hodie proponitur nobis prima Christi lectio, quâ eo tempore legit, quod alijs pueris solet esse discretionis initium, ille verò hoc tempore illam voluit ostendere, quam ab initio habuit conceptionis. Quod si prima lectio sapientissimi magistri, attente audiri solet, maxima attentione Christi prima lectio audienda est, in qua plura docemur.

Sententia est Origenis, Euangelij doctrina si in cortice consideretur, vulgaris apparet. Sed sicut Christus eius autor, exterius homo reliquis similis videbatur sed interius

Hiero.  
4. Reg. 20.  
Esa. 38.

Orig.



simile.

interius eos in infinitum excedebat: sic quod interius latet in Evangelica doctrina, in infinitum reliquas superat. Et ideo sicut elaborantes aurum, nec eius pulverem minimum amitti patiuntur, quod tam pretiosum sit, sic nos Euangeliū tractantes, nec minimum verbum, vel apicem omittendum putemus, quia nihil sine ingenti mysterio est. Ingrediuntur duo agrum, vel hortum, plenum herbis, & arboribus salutiferis, ac medicinalibus; sed vnus has agnoscit, alter fecus: hic pertransit, ac percurrit omnes, nihil curās, ille verò eas intuetur, laudat, colligit, feruatq;. Mirum profectò quando Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, Chrysostomus Euangelium aliquod vsurpant, cum herbas agnoscerent, quot mysteria, quot doctrinas, quot monita salutis colligunt. Hoc hodie nobis peragendum est.

*Cum factus esset Iesus annorum duodecim.* Iam patefieri incipiunt diuinæ misericordiæ in nos, cum tempus annorū Christo numerentur. Sed, ò sacer Euangelista, quid Deo cum tempore? Tempus dicunt philosophi esse mensuram motus secundum prius, & posterius, Deus vero absque vilo motu est. Ego Deus, & non mutor. Ille ait: Purus est actus sine principio, & fine: quid ergo illi cum tempore? Quomodo ergo mensurari tempore potest, qui mensura est temporis? Esa. 48. Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cælos: Quomodo ergo qui mensuras cælos, modo à cælis mensurari potes? & qui ante omne tempus es, quomodo intra temporis breue spatium contineris? Audi Psalm. Antequam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, à sæculo, & vsque in seculum tu es Deus. Quomodo ergo duodecim annorum dicitur esse? Hæc prima diuina in nos misericordia ostenditur. Qui enim vt Deus æternus est, & super omne tempus, mensurans cælos omnes, homo factus propter nos, debuit per omnia fratribus assimilari: & tempore dimensus est, sicut reliqui homines, & temporis ærumnas, frigora, doloresque passus est. Hic Domine experimento agnosces, quid est hominem esse, & in pago hominum vicinum conscribi. Hæc enim sunt, quæ habitantibus, & incolentibus terram, dona distribuuntur. Et quemadmodum Sichem, quia Dinam accipit vxorem, legibus eius sub

Genes. 34.

ijcitur:

A iicitur: & Iacob, quia incola Mesopotamiæ, cōsuetudini terræ parere cogitur, & Liam primo accipit in coniugem: sic tu Domine mundum hunc incolens factus homo temporis, & hominum miserijs subijceris.

*Ascendentibus illis, &c.* Aduertenda eximia Mariæ deuotio, quæ lege non cogente adhuc ascendit. Solum enim viros lex obligat, & illa templum verum erat, & cum sub eodem templo cum Christo habitaret, diuinum, summumque templum domi habebat. Adhuc tamen ait cum Psalm. Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est. Quo nos docet multa opera supererogationis præstare. Sed & aliud exemplum parentibus exhibet in filiorum educatione docens eos ad templa, resq; diuinas filios ducere,

B vt à pueritia Deum agnoscant, eique pareant. Eccle. 5. 1. A pueritia quæsiui sapientiam, & possedi cum illa cor meum, propter quod non derelinquar. Maximum planè priuilegium: non derelinquar. Iustissimum profectò est, vt cum primum rationis oculi puero aperiuntur, Deum conspiciat, eique adhereat. Si posset pictor imaginem viam effingere, quando ei oculos viuos, ac videntes præstaret, iniquissimum esset, si eos imago alio verteret, nec pictorem eis aspiceret. Cum ratione vti tibi à Deo concessum est, oculos à diuina accepisti manu, eum ergo primum intueri oportet, à quo eos recepisti. Cū quis inter duas vias anxius, & dubius sistit, maxime ei considerandū quænam illarum sit arripienda: quia paruus error in principio viæ fit maximus in fine, vt ait philosophus. Puer ergo in studiosa via constituendus est, ne si semel aberrauerit absque magno labore, ad virtutis viam redire non possit. Non secus ac quando viatorem doces, qua iter sit peracturus, & via ostensa dicis: Hæc est via, ambula in ea, & non declines ad dexteram, nec ad sinistram. Cum filius tuus iter longum confecturus est, sollicitus es, ei necessaria providere, ne in tam longa via deficiat. Erudi ergo filium, salutis monita ei præsta, vt viam longam, & difficilem securus percurrat. Sic orat Psalm. Deduc me Domine in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam: dimidium namque facti qui bene cœpit, habet. Eccle.

C 5. r. Cum adhuc iunior sum, priusquam aberrarem, quæsiui sapientiam,

Genes. 29.

Psalm. 53.

Eccle. 5. 1.

simile.

simile.

simile.

Psalm. 57.

Eccle. 5. 1.

pietiam, palam in oratione mea ante tempus postulabam pro illa, & vsque in nouissimis perquiram eam.

Reg. 1. 5.  
Prou. 29.

Contra vero, qui male filios educat, vel in eis corrigendis ignauus est, videbit, quod Heli in filijs. Prou. 29. Virga, & correctio tribuit sapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati sue, confundet matrem suam. Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ. Impletur vero in male filios educantibus, illud. Nume. 23. Erunt vobis quasi clauus in oculis, & lanceæ in lateribus. Hæc verba Spiritus sanctus loquitur de habitatoribus Chanaan: sed non incongrue accommodari possunt indisciplinatis pueris. Quis durior clauus oculis patris filio prauo? Quæ lanceæ fuerunt cordi Dauid Absalon, & Amon? Quæ lanceæ patri Emor fuit Sichem? Qui clauus filij.

Nume. 23.

Heli oculis patris? Quid filij Iacob patri? Qui ad eos dicit: Turbastis me, & odiosum me fecistis habitatoribus terræ huius. Proinde Chryso. Tom. 1. hom. 59. concludit: Proinde oro, vt exemplo hoc habentes filios prouideamus eis de honesta educatione, & in summa vnusquisque eorum curam agat, qui apud se habitant, vt hoc nos Maria edoceat, Christum in templum secum ducit.

Genes. 34.

Turbastis me, & odiosum me fecistis habitatoribus terræ huius. Proinde Chryso. Tom. 1. hom. 59. concludit: Proinde oro, vt exemplo hoc habentes filios prouideamus eis de honesta educatione, & in summa vnusquisque eorum curam agat, qui apud se habitant, vt hoc nos Maria edoceat, Christum in templum secum ducit.

Chry.

Turbastis me, & odiosum me fecistis habitatoribus terræ huius. Proinde Chryso. Tom. 1. hom. 59. concludit: Proinde oro, vt exemplo hoc habentes filios prouideamus eis de honesta educatione, & in summa vnusquisque eorum curam agat, qui apud se habitant, vt hoc nos Maria edoceat, Christum in templum secum ducit.

Deut. 32.

Consummatique diebus. Docet opera Mariæ fuisse consummata. Sicut enim Dei perfecta sunt opera: sic suo modo Mariæ opera perfecta in nullo deficientia extitere. In omnibus enim à Spiritu sancto directæ, nunquam eius restitit impulsui, omni suo conatu semper est operata, in nulloque defuit gratiæ Dei. Nos vero etsi rectè cæperimus, continuo tamen deficimus.

Luc. 14.

Cæpit ædificare, sed non potuit consummare. Et Pau. Cum spiritu cæperitis, nunc carne consummaminini. In medio itineris Aegyptum suspiramus, vt Israel, & retro caput vertimus, vt vxor Lot. Disce ergo à Maria non solum bene inchorare, sed, & consummare, implens Spiritus sancti consiliū. In omnibus operibus tuis præcellens esto: non est vero excellens opus, quod consummatum non est.

Exod.

Cæpit ædificare, sed non potuit consummare. Et Pau. Cum spiritu cæperitis, nunc carne consummaminini. In medio itineris Aegyptum suspiramus, vt Israel, & retro caput vertimus, vt vxor Lot. Disce ergo à Maria non solum bene inchorare, sed, & consummare, implens Spiritus sancti consiliū. In omnibus operibus tuis præcellens esto: non est vero excellens opus, quod consummatum non est.

Genes. 19.

Remansit puer Iesus in Hierusalem. En puerum (vt vulgo dicitur) perditum. Sed quid mirum, perdatur puer, qui perditos

Eccles. 33.

Remansit puer Iesus in Hierusalem. En puerum (vt vulgo dicitur) perditum. Sed quid mirum, perdatur puer, qui perditos

Psal. 118.

Remansit puer Iesus in Hierusalem. En puerum (vt vulgo dicitur) perditum. Sed quid mirum, perdatur puer, qui perditos

Hier. 50.

Remansit puer Iesus in Hierusalem. En puerum (vt vulgo dicitur) perditum. Sed quid mirum, perdatur puer, qui perditos

A Grex perditus factus est populus meus, de monte in collem transferunt, obliuiscuntur cubilis sui. Hinc Christus perditos quærens perditur, & ipse. Sic ille loquitur Psalm. 30. Factus sum tanquam vas perditum. Exijt Ioseph quærens fratres, & perditus est: & inuenit eum vir errantem in agro: & ait Ioseph: Fratres meos quæro; & quærens fratres aberrauit.

Psal. 30.  
Gene. 37.

Quod maneat Iesus in Hierusalem, non mirum: quia vt dicit Sap. Ex studijs suis intelligitur puer.

Prou. 20.

Sed mirū videtur quod infcijs parentibus. Maximè dulcissimi matre. Respondetur: Licet in multis comparet, conferratque Paulus primum Adam cum secundo, maximè tamen in amore ad Ecclesiam, & vnione eius cum illa. Dixit Adam: Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ. Addit Paul. Ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Desponsauit sibi Christus Ecclesiam. Eius in eam amoris argumēta videamus. Reliquit Patrem pro ea, eo modo quo ille dixit: Exiui à Patre, & veni in mundum, in quantum, scilicet, naturam aliam assumpsit, & hanc non in cælo, sed in terra. Sed adhuc in terra consistens cum matre est, eam etiam pro Ecclesia relinquit, oportet. En hodie relinquit, & remansit in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. O eximij signum amoris. Reliquisti Domine patris sinum, gloriæ thronum, & vna tibi manebat in terra mater dulcissima, iamq; eam Ecclesiæ causa relinquis.

Genes. 2.

B Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ. Addit Paul. Ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Desponsauit sibi Christus Ecclesiam. Eius in eam amoris argumēta videamus. Reliquit Patrem pro ea, eo modo quo ille dixit: Exiui à Patre, & veni in mundum, in quantum, scilicet, naturam aliam assumpsit, & hanc non in cælo, sed in terra. Sed adhuc in terra consistens cum matre est, eam etiam pro Ecclesia relinquit, oportet. En hodie relinquit, & remansit in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. O eximij signum amoris. Reliquisti Domine patris sinum, gloriæ thronum, & vna tibi manebat in terra mater dulcissima, iamq; eam Ecclesiæ causa relinquis.

Ephes. 6.

B Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ. Addit Paul. Ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Desponsauit sibi Christus Ecclesiam. Eius in eam amoris argumēta videamus. Reliquit Patrem pro ea, eo modo quo ille dixit: Exiui à Patre, & veni in mundum, in quantum, scilicet, naturam aliam assumpsit, & hanc non in cælo, sed in terra. Sed adhuc in terra consistens cum matre est, eam etiam pro Ecclesia relinquit, oportet. En hodie relinquit, & remansit in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. O eximij signum amoris. Reliquisti Domine patris sinum, gloriæ thronum, & vna tibi manebat in terra mater dulcissima, iamq; eam Ecclesiæ causa relinquis.

Ioan. 16.

C In hoc etiam nobis exemplo est, vt non solum mala pro Deo relinquamus: hoc enim parum est, cum relinquis peccata, cum odium, auaritiamque detestaris, mala relinquis, sed & multa quæ licent, pratermittenda Dei causa sunt. Simul etiam docet, cum ad perfectionem à Deo vocaris, patrem, matremque infcios relinquere. Primò enim deferendum est patri illi, à quo omnis paternitas in cælo, & in terra nominatur. Nec verò de hac re queri potest pater, aut mater: sicut nec nutrix queri debet, aut pædagogus, quod eos puer relinquit, vt patrem, matremque sequatur. Nec verò perfectionis desideria patribus, qui aliquando impedimento futuri creduntur, dicenda sunt, sed ipsis infcijs exequi ea, sicut

simile.

Primus Tom.

O

Christus

Grex

Exod. 32.

Christus manet, & non cognouerunt parentes eius, qui dixerunt patri, & matri, nescio vos. Hi custodierunt pactum tuum. Exod. 32. dicitur ad filios Leui, qui in Dei causa fortes extiterunt: Consecraftis manus vestras hodie Domino, vnusquisq; in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio. Et hos postea benedicens Deut. 33. ait: Qui dicit patri suo, & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. Ponet thymiam in furore tuo, & holocaustum super altare tuum.

Deu. 33.

Vide Diuum Thom. 2. 2. quæstio. 101. articul. 4. Nouit Abraham voluntatem Dei, esse filij sacrificium: nouit Saram, si sciret impedimento futuram, ab ea celat: nouit famulos etiam impedituros, ad radicem montis eos relinquit. Vocat

D. Thom.

Gene. 23.

Deu. 33.

Dominus Iacob, vt egrediatur domum Laban: nocte egreditur ipso incio, ne impedimento sit. Primo enim Deo obediendum est. Et licet Maria non erat impedimento futura Christo, adhuc tamen ea incia manet in nostri exemplum, quibus parentes solent esse impedimento. Tibi ergo dictum crede:

Gene. 22.

Math. 16.

Qui non odit patrem, & matrem suam, non potest meus esse discipulus. Sed hic notandum Gregorij dubium, qui inimicos diligere iubemur, quomodo patrem, & matrem odisse possumus? Greg. Vtrique valemus discretionem peragere, vt eos qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt, & quos proximos nouimus, diligamus, & quos aduersarios in via Dei patimur, odire do, & fugiendo nesciamus.

Greg.

Sed quanto dolore mater fuerit affecta absentia filij, quis dicendo consequi valeat? Exponi priuatio non potest, nisi habitus, quo priuat, declaretur. Nullus malum explicabit tenebrarum, nisi qui bonitatem nouerit lucis. Quærendum ergo nobis est, quod sit bonum Mariæ, cum Christum habet, & inde intelliges malum, & dolorem eiusdem, quod filium amiserit. Habebat ne Adam aliquid tale vniuerso in paradiso terrestri? Absit. Quando pulchritudinem eius intuebatur, quando verba eius audiebat, mel, & lac sub lingua tua, vere potius cælum, & beatitudo id dici posset, quam aliud quippiam, si ad discipulos fide infirmos, charitate tepidos dicitur: Beati oculi qui vident, quæ vos videtis, & aures quæ audiunt,

Math. 12.

quæ

quæ vos auditis. Quid obsecro de Maria dici potuit? Beata Luc. 1. tam, ait illa, me dicent omnes generationes: imo & beatissimam prædicauerunt filij eius. Quo ergo dolore cruciatam dicemus tanto amisso bono? Nec cogitatio assequi valet, nec lingua eloqui.

Sed, vt quid Domine tanto dolore matrem afficis? Respondetur. Primo, voluit Dominus nobis donare matrem misericordiam, & eam talem effecit, quali nos indigemus. Maximum quid experientia rerum est, plus multo quam scientia. Fabricam domus tuæ non committes Mathematico, qui solum speculatiuam artem domum fabricandi assequutus est: si enim praxi, & experientia caret, nihil recti efficiet. Medicus sine

experientia, ac praxi, curare non nouit. Sicut ergo voluit nobis dare patrem, qui nobis miseretur, probatum per omnia, expertumque dolores nostros, secundum illud Pau. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, probatum per omnia: sic volens pijsimam nobis condere matrem, eam probat omni dolore, vt nouerit compati dolentibus, eisque adstare afflictis.

Præterea dolet Maria, vt tu in dolore tuo consolationem habeas, ac leuamen, videns pœnas, quas tu pateris, ipsam etiam fuisse expertam. Vt ergo tibi consolatio esset in tribulatione, se fecit virum dolorum, & scientem infirmitatem, & matrem similiter. Summa hæc Dei misericordia, vt nos in dol-

loribus consolaretur dolores suscepit, conspice maius aliquid simile tamen ei, quod nunc dicimus. Princeps quispiam perperat aliquid indignum, & vt ille iterum id non committat, seruus vilis, qui idem commisit, ligatur, duriterque flagellatur coram principe, vt in serui plagis videat, quantum sit malum illud, quod ipse patrauit, cum illud videat tam dure in seruo puniri. Hoc quod diximus, fieri assolet. At maximè considerandum è diuerso in Christo effectum. Peccasti tu, qui seruus es, & flagellatur, cæditurque Christus princeps, vt tu eius videns vulnera, non pecces, ideo manus eius fossæ, vt noueris, quomodo peccata manibus perpetrata, exoluantur: ideo totum corpus vulneribus plenum, vt noueris, quid commereantur peccata corporis delicijs perpetrata.

O 2

Et cum

Et cum hoc videris, iterum peccas? iterum digna plagis committis. Eodem pacto affligitur Christus vt tibi sit consolatio, quod in doloribus est tibi socius.

*Simile.*

Vidisti aliquando vincitum vile seruum, in carcere trusum, & vt eius leniatur dolor, princeps maximus similiter vincitur qui omnino innocens est? vt dicat seruus, si princeps innocens vincitur, nō mirum me nocentem seruū vincitum esse. O summa Dei in nos charitas, vt cōsolatio detur homini vili afflicto, affligitur Deus, vt audiens Deum dicentē, Cum ipso sum in tribulatione, cōsoletur ipse. Similiter Dei mater affligitur, vt consoletur. Solatiū ergo tibi sit, quod Maria etiā afflicta est, si tu in afflictione versaris. Hęc etiā afflictio licet amara sit, tamē à diuina tibi manu descendit. Vis hoc videre: Si bona suscepimus de manu Dñi, mala autē quare nō sustineamus? Et Dauid,

*Iob. 2.*

*2. Reg. 16.*

Dominus pręcepit, vt malediceret mihi. Quod si vt in porcos intrent, petunt demones à Christo facultatem, nū sine eorum homines ledere poterūt? Hęc ergo tibi in omni afflictione sit cōsolatio, Dei cōsilio, ac volūtate in hęc mala incidi: socius mihi in tribulatione adiungitur Christus, socia & Maria, & vt tales tibi sint focij, ex quo animo tribulatio tibi toleranda est.

*Regressi sunt in Hierusalem requirentes eum.* In multis nos beati excedunt: sed eorum vnum est, quod illi Deo fruuntur sine vllō metu, eum vnquam amittendi, hoc ad beatitudinem omnino necessarium est, vt sit firma, securaque possessio. Nos verò licet per gratiam Deum possideamus, sed eum amittere possumus: nos enim viatores sumus, illi comprehensores: ideo nos deficere possumus, nec brauium recipere. Similiter nos in multis damnatos excedimus, inter quę vnum illud est, quod illi sic Deum perdiderunt, vt eum iterum inuenire nequaquam possint. Nos verò licet eum perdiderimus, rursus tamē possumus inuenire. Rectē ergo nos propheta admonet: *Quærite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dū prope est.* Hoc nos docet exemplo Maria, & Ioseph: perdiderunt Christum, sed requirentes inueniunt.

*Isai. 55.*

Sed mirum profecto, quod Maria Christum amittat. Respondetur: Tripliciter Deus amittitur, mortali peccato, veniali, & sine vlla culpa. Primò amittitur mortali peccato, quia

Deus

**A** Deus summa est charitas, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Hac verò charitate per peccatū amissa Deus recedit ab anima. Grauisimū profecto, horrendūq; malū. Vides amicū in ludo vniuersam substantiā amittētē, nec id ferre potes, & merito, quoniā in dignissimū illud est: & tu Deū per mortale amittis, nec te aliquid egisse putas indignum. Est ne tibi intellectus? sunt tibi oculi? Si sunt, scito, & vide, quia malū & amarum est, reliquisse te Dominum Deum tuum.

*Iug. 4.  
Ierc. 2.*

**B** Secundò amittitur veniali peccato, sed cum veniale charitatem non tollat, sed eius feruorem, propter illud non Deus amittitur, sed eius dulcedo, & spirituales delicię: maximē verò venialia cauenda nobis sunt. Si enim cauet minister Regis, ne vel in minimo Regem offendant, nec solum prodicionem non cogitat, sed nec leuissimum, quod Regem possit offendere: sic tibi cum Deo tuo agendum est.

*Simile.*

Tertiò vero amittitur Deus sine vlla culpa, quando absconditur, & dulcedinē tollit spiritus, vt quasi tibi occurrat, an Deus tui oblitus sit. Diuidit Elias Iordanis aquas pallio suo, voluit si mile Eliseus prestare eodē pallio, nec statim potuit: & ait. Vbi est Deus Elię etiā nunc? Non cōtinuo ei affuit tūc Deus, voluit quę eū curare, & inuocare nomē Dei iterū, ac seruēter, & tūc ei aquas diuisit. A suis ergo sine culpa aliquando Deus absconditur, vt eū seruētius quęrant, & inuocent, qua de causa sponsa ait. Fuge, dilectē mi, a similitare capreę, hinnuloq; ceruorū. Quā pulchrē spōsa hęc Dei à suis fugā describit. Sicut enim ca

*4. Reg. 2.*

**C** prea, & ceruus fugit venatorē, sed interdū vertit caput, illūq; respicit insequentē, ascēdit rupē, & inde iterū eū contēplatur: sic Deus se insequentē aliquando fugere videtur: sed caprea est hinnulusq; ceruorū, qui saepe ad suos oculos cōuertit, eosq; consolatur, ac reficit. Solet etiā mater se abscondere à filio, vt eā quærat, & vocet: sed filio suspirante, atq; clamante, vnus ad eū rēns procedit, eūq; cōplectitur. Sic cū suis Deus agit, implēs illud: Et erit, antequam clament, ego exaudiā, adhuc illis clamantibus ego audiam. Sic ergo modo à Maria sine vlla culpa discedit, vt doceat nos, saepe sine culpa discedere à suis. Bern.

*Cant. 8.  
Simile.*

*Simile.*

*Esai. 65.*

*Bern.*

tus, sed aliquando absens videtur, & absconditus, vt agnoscat, anima Dei maximum beneficium, cum ei adest, & vt hac absentia magis in anima excitetur Dei desiderium, & ardentius quærat, & à se anima tollat illud omne, quod illi impedimento est, ne Deo plenius fruatur. Aug. Animæ, quæ Deo familiares sunt, aliquando deficiunt: negligentes sunt, aliquâ in bonis suis complacentiam admittunt, nimium sibi ipsis securæ sunt. Vt ergo non dormitent, neque dormiant, absconditur eis Deus, non quod ab earum recedat corde, sed in corde existens latet, quia tollit dulcedinē, quam eius præsentia efficiebat. Quo factō anima in se rediens, circumspicit, an forte Deus à me recessit, quærit eum, tollit, quæ ei sunt in ipsa impedimenta. Cū ergo sic videris à te Deum recessisse, vide, an culpa fuerit aliqua grauis: vide, an leuis, quod si nullam reperiās, adhuc cum Maria dolens Christum quære, ad eum suspira.

Exod. 33.

*Dolentes, querebamus te.* Multa Deus beneficia Moyfi contulerat. Petijt verò Moyfes Exod. 33. Si non tu ipsi præcedas, nec educas nos de loco isto: in quo enim scire poterimus ego, & populus tuus, inuenisse nos gratiā in cōspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscū? Optima profecto oratio, & quā Dñs exaudiuit dicens: Et verbū hoc, quod locutus es, faciā. Hoc idē nobis iugiter orādum est, vt nusquam nos deserat, socius verò sit itineris nostri: non exiguum est malum, si à Deo relinquamur. Audi lugentem, dixit Siō: Dereliquit me Dominus, Dñs oblitus est mei. Si populus ille carnalis tanto dolore afficiebatur Dei absentia, quid obsecro Maria? An non diceret: Indica mihi, quem diligit anima mea? Cum videris tibi quomodo cūque Deum absentem, dole, fatage filia Sion, quasi parturiens. Non sit locus, in quo Deum non quæras: nullum non moueas lapidem: orationem frequenta, afflictiones summē, tandem inuenies.

Esa. 49.

Cant. 1.

*Crescebat Iesus gratia, & sapientia.* Verba sunt difficilia. Et primo quoad sapientiam: Est sapientia increata, in qua nullum esse potuit in Christo augmentum. Alia est in Christo creata sapientia, qua videt in Verbo omnia, quæ Deus videt scientia visionis, omnia, scilicet, quæ fuerunt, sunt, & erunt: & hac infinita in æternitate futura videt. Alia est in Christo scientia infusa

**A**lia infusa similis angelicæ. In his omnibus Christ⁹ nullo modo crescere potuit, sed omnes has cōsummatas habuit in puncto conceptionis. Verū est tamen in earum ostensione creuisse, dū maiora huius scientiæ opera ostendebat. Alia fuit in Christo scientia, vel potius experimentalis cognitio: de qua dicitur: *Di* dicit ex his, quæ passus est, in qua manifeste creuit, quotidie noua expertus. Sed amplius aliquid addit D. Tho. & merito. 3. p. q. 9. ar. 4. Sunt enim sciētīe per se acquisitæ, sicut quæ fuerūt in philosophis, & sunt in nobis. Hæc datæ nō sunt Christo in incarnatione nec earū species: & has Christus Dñs propria inuentione quæsiuit, & in his creuit. Licet ea, quæ illa scientia nouit, alijs scientijs nosset, scilicet, visione beatifica, & scientia infusa. Opere tamen intellectus agētis species è phantasmatibus eduxit, & habitus perfectos scientiarum acquisiuit, & sic in his creuit. Et licet alij teneant has etiam infusas fuisse Christo, vt Adæ: sed probabilius est, quod D. Tho. docet.

Hebr. 5.

D. Thom.

Sed de gratia maior est difficultas. Et primò certum est, in Christo fuisse omne donum, omnemque virtutem præter fidē, spē, & pœnitentiā. Fides, & spes in eo nō fuerunt, quia repugnant statui Beatorū, Pœnitentiā, quia peccatū nō fecit, nec vllō modo facere potuit. Secūdo in Chrō fuerūt omnes gratiæ gratiæ datae, quas Pau. Ephe. 4. numerat: & hæc est omnium sanctorū sententiā ex Aug. epif. 58. vbi ait: Sicut in capite sunt omnes sensus: ita in Christo omnes gratiæ. Et Ratio D. Tho. est. Istæ gratiæ dātur ad fidei manifestationē: ergo in primo fidei autore, & cōsummatore debuerūt esse eminentissimē.

Ephes. 4.

Aug.

D. Thom.

**T**ertio fuit in Christo gratia vnionis, quæ est gratia infinita quia per eā humanitati datur esse, & suppositum diuinum: ita vt vere dicatur homo ille Deus, & adorandus omni creaturæ sit. Manifeste patet huius gratiæ infinitas, quia per eam datur diuinum esse infinitum, & optimo modo, quo dari potest per vnionem hypostaticā. Quartò fuit in Christo gratia capitis, vt tanquā caput in omnem hominem gratiam influat. Est enim pater futuri sæculi, hominum princeps. Et hæc gratia est infinita, quia in eo est gratia, & meritum infinitis hominibus, si ad eum infiniti accederent. Est ergo pelagus immensum gratiæ, indeficiens eius fons. Et idē appellatur san-

Esa. 9.

tur sanctus sanctorum: non solum quod omnes sanctos superet, sed quia fons est, à quo omnes gratiam hauriant: locus tinctura, vbi omnes splendorem gratiæ accipere debent.

Quinto fuit in Christo gratia singularis, quæ ei data est, vt hic homo est sibi ipsi, sicut quilibet iustus gratiam habet. Et hæc gratia quandam habet infinitatem, ex eo quod habet omne illud, quod pertinet ad esse gratiæ, sine eo quod aliquid ei deficiat, vel addi possit. Et licet in esse qualitatis sit finita, sed in quantum gratia infinita est, quia homo ille infinite gratus est patri.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

D. Thom.

Et omnium eorum, quæ dicta sunt, ratio patet ex illo Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis. Et baptista ait Ioan. 3. de Christo: Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manus eius. Et ratio. D. Tom. 3. p. q. 7. ar. 9. est: Quo aliquid est propinquius influenti, eo abundantius recipit: sed anima Christi super omnes creaturas propinquior est verbo, ergo super omnes suscepit influxus gratiæ. Et cū recipiat vt caput, quod in alios transfundere debet, summū debuit recipere: sicut Sol reliqua illuminatur, maxima luce præditus fuit. Ex quo patet gratiā esse in Christo quasi in proprio, & adæquato subiecto, vt calor in igne, lux in Sole: & sic est, secundū omnē suā plenitudinē. In alijs vero est gratia secundū participationē, & nō secundū plenitudinē. Quod explicat Esa. 11. Requiescet super eū spiritus Dñi, quasi graue in proprio centro: Et sicut lux est in Sole, vt in proprio subiecto, in aere verò participatiuè, & sicut calor in igne.

Esa. 11.

Gene. 27.

Apoc. 21.

Hic considerandum, qualis, quantusq; homo ille extiterit, verè eū respexit, qui dixit. Ecce odor filij mei, quasi odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Pulchrior Christus Dominus omni creatura. Etiam si omnium decores in vnum congregares, tum corporeos, tum spirituales, & gratuitos: adhuc ille coram Christo esset, quod stella coram Sole. Ideo Ioa. asserit, Solem, ac lunam in celo non vidisse, quia lucerna eius est Agnus. Ex quibus patet gratiam Christi crescere nequaquam posse: quia quo crescere non habebat. Tanta enim gratia humanitati illi concedenda erat, quæ Deo in persona erat vnienda, vt

quo

A quo progredere, non esset. Quomodo ergo Euangelista ait, eum gratia creuisse? Respondet Greg. Nazian. & D. Tho. Greg. Nazian. D. Thom. Creuit in operibus gratiæ, maiora gratiæ opera in dies ostendens. Cū enim Christus non sibi venerit, sed nobis, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, cum nobis crescit, ipse crescere dicitur. Crescit ergo gratia, & meritis, quia pluribus nominibus nobis gratiam mereretur, pluribus operibus, cum caput esset, cum crescit membris, crescere in se dicitur. Sol in se non proficit: sed quia nobis datur illuminandis, dicitur crescere, cum nobis propinquior efficitur. Ita Christus Dominus crescit, donec in perfectam, mediamque diem crucis deueniat, vbi nimia Charitate ad se homines traxit. Ego si exaltatus fuero, omnia traham ad me.

B Sed maxime dolendum, quod in lege gratiæ constituti, cū iam nobis Christus creuit, & cum in lege virorum, viros nos esse oporteret, pueri fumus sensibus. Vbi, obsecro, illud Psalm. Psalm. 64. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate: id est, Benedices toti anno per circuitum, id est, toti tempore legis gratiæ. Vnde Hiero. transtulit: Voluetur annus in benignitate tua, id est, toto tempore hoc gratia abū dabit. Vide ergo, an in te Christus creuerit. Pau. Filioli, quos iterū parturio, donec formetur in vobis Christus. Formatus iam est, cū in gratia es: sed cura, vt crescat per multa bona opera &c.

Ioan. 12.

Psalm. 64.

Hiero.

Gala. 4.

## In Octaua Epiphaniæ.

Ecce agnus Dei.

Ioan. 1.



CHRISTVM in mundum venisse, nō profuisset, nisi nobis manifestus fieret. Ideo sanctum, & celebrem diem eius natalem proximè sequitur Epiphania, quam apparitionem sancti interpretantur. Apparuit verò primò Regibus: de qua apparitione iam dictum est. Secundò in Iordane, quando baptizatus est: de qua hodie ser-

Matth. 2.

die sermo habendus nobis est.

**A** Tertio in nuptijs, quando aquam in vinum conuertit: de quo Dominica proxima agendum. Manifestat ergo ille se ipsum Regibus stella, ac splendore suo, manifestat gloriam suam opere mirabili in nuptijs perpetrato. Manifestat, & ipsum hodie Ioannes: unde ille, vt manifestetur in Israel, propter ea veni ego: Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. In quo apparet, quantum Ioanni mundus debeat. Debet enim illi, quod tu deberes ei, qui thesaurum in agro tuo latentem tibi ostenderet, quem diceres tibi thesaurum de disse. Licet enim ille ibi non recondidisset tibi, eo tamen tu non fruereris, ni ille tibi manifestasset. Dedit nobis pater Filium, thesaurum, sed absconditum in agro: fontem aquæ, sed occultum. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator, **B** Esai. 45. at, illum Ioannes hodie ostendit, & mundo monstrauit, est quasi si eum mundo dedisset, hæc mundus Ioanni maximo debet. Sed quando & quibus verbis manifestet, nobis est expendendum. Prædicauerat Ioannes Messiam iam in ter eos esse, non tamen dixerat, quis esset.

**A** Altera ergo die uidit Iesum uenientem ad se, & ait Ecce Agnus Dei, &c. Hoc mysteriũ in signe est inter Christi mysteria: tũ propter summã in eo ostensam humilitatem, dũ se voluit à Ioanne baptizari: tam propter baptismi sacramentũ nunc institutũ: quod remedium mundi, salus eius, & ablutio ab omni fordē est. Humilitas tanta fuit Christi Domini, vt necesse fuerit Baptistam ostendere, quis Christus esset, quam quã baptismi **C** non indigeret. Vox modo Verbum manifestat, ostenditque Deum esse, qui sic se deijcit, ac humiliat, nec lotionē aliqua indigere, quin potius nos ab eo mundari, atque ablui. Amplius hodierna die ad baptismũ veniēs, humiliat se Christus Dñs, quã cũ natus in præsepio reclinatur, & quã in circuncisione, cũ peccatoris cauterio infigitur. Natus est vt homo: sed hodie baptizatur tanquam peccator. In circuncisione tanquã puer defertur circũcidēdus, quasi peccatũ haberet: sed hodie ipse vir factus it, quasi remedium peccati querens, & quasi peccata cõfiteretur etiã actualia. Hoc enim fecisse eos, qui à Ioãne baptizabantur, dicit Matt. 3. Cõfite'tes peccata sua, Insuper humiliatur

Ioan. 1.

Esai. 45.

Math. 3.

**A** miliatur Ioãni. Quæ maior obsecro humilitas esse potest, quã ad Ioannē venire, corã eo prosterni, & ab eo sacramentale petere? Hic obstupuit Ioãnes, & ait: Ego à te debeo Baptizari, & tu venis ad me? Quanta mysteria illis verbis clausa sunt: tu ad me? Simile huic illud Petri dictũ: Tu mihi lauas pedes? Licet multo maior hodierna humilitas, quam illa. Illa enim fuit humilitas, quæ manifeste humilitas apparebat, sed hodierna humiliatio nõ adeo humilitas videbatur, sed quasi remedio indigeret. Sic accedit ad baptismũ: propter quod Ioãnes ait: Tu venis ad me? An non tu es, qui baptizas in Spiritu sancto? Quomodo ergo ad me venis? Si vis aquas sanctificare in baptismũ, benedic illas & satis erit, sed vt quid baptizãdus tu qui puritas ipsa es? Quid vis immundus apparere? Et Christus ad Ioannem, sine modo, **B** quanta celsitudo Ioannis in hoc apparet, cum inter eũ, & Christũ sit contentio; quis à quo baptizari debeat, quis præcedere, quis cui humiliandus: & tandē Christus minor apparere vult. Christus se plus deijcit, Ioannēq; præcedere præcipit: & ille ei se exhibet inferiore. Ioannes in vtero matris Christũ agnoscens, ei se humiliat, & Christus eũ baptizauit in Spiritu sancto. Modo è cõuerso fit, ei prosternitur Christus, & dicit: Ego te baptizauit in Spiritu sancto. Tu aqua me baptiza, tu mihi reuerentiã exhibuisti, ego modo eã tibi exhibeo. Et illud etiam addam: Tu corporis, & animi submissionem ostendisti, non manifeste, sed cum vtero matris esses occultatus: ego autem **C** in omnium conspectu, vt omnis te mundus reuereatur, videns reuerentiam in te meã. Ideo sine modo permittē hoc nunc, patientiam habe: hæc mea voluntas est. Nihil difficilius vere humili, quam videre, se exaltari: maxime difficilis humillimo Ioanni exaltatio tãta: ideo Christus, sine modo. Sic decet nos implere omnem iustitiam, pars iustitiæ, & aliqua iustitia est, viam docere iustitiæ: sed omnis, & integra iustitia est, implere opere, quod verbo doces. Sic Christus ait, instituturus sum baptismum, & præcepturus illud, volo implere prius opere: docturus humilitatem, prius oportet me humiliari: sic omnis iustitia à me implebitur.

Iam verò hac nostra tempestate has contentiones non videmus. Non enim contendunt homines inter se, quis magis humili-

Ioan. 3.

E. 2. 10. 1.

hex. 3.

3. 10. 1.

3. 10. 1.

3. 10. 1.

humiliandus sit; sed potius nunc contētionēs sunt perfimiles **A**  
 illi de qua scriptum est: Et facta est contētio inter discipulos,  
 quis eorum videretur esse maior. Sed animalia Ezechielis se  
 alis percutebant inuicem, vt se ad volandum excitarent exem  
 plo. Mirum exemplar hodie Ioanni proponitur. Quale pu  
 tas ei fuisse exemplum, Deus ante pedes eius prostratus, at  
 que deiectus? Simul vero Christus ostendit, optimē humili  
 tatem & status celsitudinem conuenire. Putant aliqui non  
 ad eos pertinere humilitatem; si in alto sint gradu. Ecce  
 ergo Christum vniuersorum Dominum, gloriæ Regem hu  
 miliatum ad Ioannis pedes. Ideo quanto magnus es, humilia  
 te in omnibus, & inuenies gratiam coram Altissimo. Vt verò  
 nullus excusationi sit locus, Christus humiliatur: est autem **B**  
 gratissimum cor humile in excelso statu. Sicut enim super alti  
 tudinem montis camporum planities est visui delectabilis? ita  
 grata humilitas in excelso. Sed ais, an nõ vile est humiliari, Am  
 bro. Imò gloriosum. Quid reputas gloriosius in Dauid? Quid  
 illi in se videat gloriosissimum, ostendit, dicens: Ludam, & vi  
 lior fiam in conspectu Domini, & gloriosior apparebo, quia  
 qui se humiliat, exaltabitur.

Secundū mysteriū, quod hodierna festiuitate nobis propo  
 nitur, baptismus est. Celebre miraculū fuit antiquis, cū ingre  
 diens arca Iordanis aquas, aperuit viam terræ promissæ Israeli:  
 sed maius hodie fit, cum Christus eandē intrans aquam, aperit  
 nobis viam cæli. Ideo hodie cæli aperti sunt, quo ostensum est,  
 cæli ianuam per baptismum mundo vniuerso aperiri. Gloriosē  
 magnificatus Deus dicitur, cū Maris Rubri aquis Aegyptios **C**  
 suffocauit: sed hodie gloriosior ostēditur, cum baptismi aquis  
 vniuersa peccata delet, vt per nimiam aquam iusti pertrāseant in  
 promissam hereditatē. Effigiem cæli Deus fecerat in taberna  
 culo suo: sed illud solus summus sacerdos semel in anno intra  
 bat. Sed iam omnes cælos penetrare iusti possunt, tabernaculū  
 non manu factum. 4. Reg. 20. sterilibus aquis fecunditas conce  
 ditur ab Heliseo: sed hodie aquæ datur, vt nos regeneret in fi  
 lios Dei. Aug. Quæ est ista tāta virtus aquæ, vt corpus tāgat, &  
 cor abluat? Olim Spiritus sanctus ferebatur super aquas vt ex  
 eis producerētur pisces, & volatilia: sed hodie idē Spiritus incu  
 bat aquis

**A** bat aquis in filiorum Dei productionem. Si in terra fons esset,  
 quem ingrediens quispiam infirmus, ignobilis, pauper, egre de  
 retur nobilis, diues, & integra valetudine, quāti duceretur fons  
 ille? En fontem, quem ingrederis vilis peccator, ignobilis, in  
 firmus, pauper: egrederis autē ex eo fortis, sanus, Dei filius, di  
 ues in celestibus. Olim ita peccata Deus odio habuit, & abomi  
 natus est, vt propter ea delenda, & suffocanda, suffocaret etiā  
 vniuersos homines. Sed hodie multo melius res se habet: hac  
 enim aqua peccata suffocantur, & homines Dei filij liberātur.  
 Tria verò sunt, quæ hodie de Christo Ioānes testificatur. Primū  
 eū esse Agnū Dei. Secundū, quod Spiritus sanctus super eū descē  
 derit, & manserit. Tertiū esse sacramentorū autorem. Hic est,  
 ait, qui baptizat: quod pertinet ad potestatem excellētiae Christi.

Primū initio Euangelij, *Ecce agnus Dei*. Quæ verba sunt pre  
 tiosissimus lapis, quæ spōsa Ecclesia in pectore gestat in sui or  
 natū. Est ei agnus Dei. Despōsatur Christo anima in baptismo  
 & tanquā spōsa ornāda erat monilibus, & torque, sicut ornauit  
 procurator Abrahæ Rebecam in aquis. Simili ratione hodie **B**  
 Ioānes dat Ecclesiæ torque aureā, hoc pendenti lapide pretio  
 so. Ecce agnus Dei. Ecce agnus cuius balatus lupos fugat. Ecce ag  
 nus, cuius sanguine curandus, si leprā habueris. Ecce ag  
 nus aperiens cælū clausum. Lana sua te operit, carne cibatur, san  
 guine lauat. Ecce agnum figuratum in agno illo, cuius sangui  
 ne liberati sunt filij Israel ab Angelo percutiente. Hunc ag  
 num tot petiere clamoribus Prophetæ: Emitte agnum Domi  
 ne dominatorem terræ. Regnabat ante lupus tyrannus, qui  
 nullum non occidebat, veniat agnus, qui in mansuetudine iu  
 dicet, ecce agnum occisum ab origine mundi: ab origine nam  
 quæ eius mors constituta, decretaque fuit. Ex tunc agnus hic  
 morte Abel figuratus, ex tunc mundo profuit in salutem om  
 nium, qui eo vli sunt. Ideo hoc loco agnus ponitur cum arti  
 culo significante agnum excellentissimum, qui, scilicet, lege  
 figuratus fuerat.

*Agnus Dei*. Significat Ioannes duas in Christo naturas. Hu  
 manam designat, cum eum dicit agnum, qui occidendus erat.  
 Diuinā verò cum dicit Dei: & ideo tollere potest mūdi pecca  
 ta. Taliter caro est, quod Deus etiā est. Ab humanitate habet,  
 quod

Simile.

Genes. 6.

Genes. 24.

Exod. 12.

Esai. 16.

Apo. ult.



quod sacrificetur: sed à diuinitate virtus est sacrificij, vt peccata tollere possit. Est etiã agnus Dei à Deo datus, quia hominibus agnus nõ erat, vt Deo satisfacere possent: ideo dedit illis Deus hunc agnũ, qui pro omni mũdo satisfacere potuit. Huius extat figura. Gen. 22. interrogat Isaac patrẽ: Vbi est victima pater mi? Respondet Abrahã: Dñs prouidebit sibi victimã, filii mi. Quasi dicat: Nec ego, nec vllus hominũ victimã pro peccato dare potest, Deus ipse dabit eã: ideo Deus prouidit hũc agnũ, qui victima esset pro peccato: dicitq;: Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Sed interrogat Orig. cũ in veteri lege offerretur pro peccato agni, arietes, hirci, tauri, vacca rufatur cur potius dicitur Chr̃s agnus quã hircus, vel taurus, &c. Responde tur ex illo Nume. 24. licet plura illa animalia offerretur, sed deputata erãt certis tẽporibus, nõ in iuge, perpetuũq; sacrificiũ, in quod solus agnus deputatus erat, vt mane, & vesperi perpetuo offerretur. Vt ergo significaretur Christũ sacrificiũ futurũ perpetuũ, iugeq; in mũdo, ideo agnus dicitur. Et sicut alia sacrificia ab agni sacrificio vim, efficaciamq; mutuabãt: sic omnia alia sacrificia propter Christi sacrificiũ grata sunt. Et licet thesaurus Ecclesiã, vbi sanctorũ satisfactiones, sit immensus, & cõmunione sanctorũ à iustis participetur: sed omnia hæc ex huius agni sacrificio vim habent. Agnus ergo Dei est, qui tollit peccata mundi. Reliqui iudices mũdi vt peccata tollãt, peccatores interimũt, & de medio tollũt: at hic agnus tollit peccata, nec homines occidit, sed viuificat, quia nõ vult mortẽ peccatoris, sed magis vt cõuertatur, & viuat. Deleãtur peccata, & peccator viuat, quia iã pro eo agnus occisus est, & pœnã ab eo meritam sustinuit. Hoc ostẽsum est in Abrahã sacrificio, extẽdit brachiũ, vt Isaac interficiat, & loquitur Angelus: Sufficit, nolo huius mortem hominis. Quis ergo pro illo occidendus? Aries ille, vel agnus, qui est inter vepres. Sic Christus Dominus morti se ipsum tradidit, ne in nos diuina iustitia desãuiret. Preterea, qui tollit, non qui sustulit, sed qui tollit, vt ostendat hoc opus tollendi peccata perpetuo permanere. Tulit peccata, quando pro eis se obtulit in cruce, tollit nunc per sacramenta.

Sed attendendum Christum agnum esse iusto, agnum etiam

A etiam peccatori, volenti peccata dimittere, & Deum placare. His dicitur, Ecce agnus, qui tollit peccata: ei verò qui peccatũ diligit, qui regnare illud vult in mortali corpore suo, nõ agnus sed leo est. Audi loquentẽ hũc agnũ Osee. 13. Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt, & eleuauerũt cor suũ, & obli ti sunt mei: & ego ero eis quasi leona: sicut pardus in via Assyrio rũ, occurrã eis quasi vrsa raptis catulis, dirũpam interiora ieco ris eorũ, & consumã eos sibi quasi leo: bestia agri scindet eos. Id est, iuxta pascua quẽ eis dedi, saturati sunt, id est, vehemẽter saturati sunt, & omnibus affluentes bonis mei sunt obli ti. Ideo Prou. 30. Mõdicitatẽ, & diuitias ne dederis mihi, tribue tãtũ vi cẽtui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandũ, & di cã, quis est Dñs? Ero eis quasi pardus, qui velocissimus est, & sãuisissimus. (Mares in genere pãtherarũ hoc nomine dicũtur, vt docet Plin. lib. 8. c. 17.) Qui pardi solent occurrere viã agẽti bus, à Iudãa in Assyrios, vbi maximã est solitudo. Quasi vrsa raptis catulis: quia (vt dicit Hieronymus) est tunc sãuisima. Addit Oseas tremendis verbis, quã explicuimus, quod sequitur: Perditio tua Israel, tantum in me auxilium tuum. Quasi dicat. Si bene inspexeris, videbis omnium malõrum tuorum te causam extitisse, non me. Vnde cum te sic videris laniari, non me causeris, sed te, & peccata tua, quã me agnum muta uerunt in leonem. Tantum in me auxilium tuum. Id est, auxiliari tibi volui, adducere te in salutem, non affligere. Loquitur quasi humanissimus iudex, qui amicum sæpe mi nis, & precibus in officio continuit, operamque dedit, vt peccata vitaret, quã ei exitum erant paritura, sed non profecit, ideo iustitia omnino exigẽte illum capitis dãnãt. Rectẽ hic dicit: Perditio tota tua est, tantũ modo in me auxiliũ tuũ.

Addit Ioannes: Hic est: de quo dixi. Post me uenit uir. Virum vocat, id est, perfectum, etiam ex vtero, iuxta illud: Fœmina cir cundabit virũ, vel vir, id est, sponsus Ecclesiã despõdi vos vni viro. 2. Cor. 11. Super quã verba Chrysol. hom. 23. notat Dei amicitia, ac vnionẽ cum anima in hac vita desponsationẽ dici, illa sponsa, ille vir, & spõsus, sed quã est in gloria dicitur matri moniũ consummatum. Sic Mat. 25. dicitur Christus spõsus: & postea addit: Quã paratã erant, intrauerunt cũ eo ad nuptias.

Et Apoc.

Genes. 22.

Esaï. 43.

Orig.

Nume. 24.

Genes. 22.

Osee. 13.

Prou. 30.

Plinius.

Hiero.

Hiere. 31.

2. Cor. 11.

Chry.

Matth. 25.

Apoc. 21.

Et Apocalyp. 21. Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Desponsatio enim est contractus, quo firmatur in futurum facienda traditio, eaque promittitur, sed non efficitur: nec tam firmus contractus est, vt multis de causis non possit esse irritus. Sed matrimoniū est firma possessio, & integra, vinculo indissolubili cōfirmata. Merito itaq; amicitie animę cū Deo in hac vita desponsatio dicitur, quia anima Deum possidet, sed adhuc imperfecte, & per spē: potestq; rescindi contractus iste. Licet enim quod ad Deū pertinet, fixus, immobilisq; sit: hominis verò infirmitate persæpe rescinditur, ac mutatur. Cū verò desponsatio sit, ac initiū possessionis Dei, aliqua mutuo dantur, & accipiuntur dona, ornatque Deus animam sponsam mobilibus, & murenulis: quæ licet gloriæ comparatæ parua sint, tamen maiora sunt omnibus his, quæ à peccatoribus possidentur.

Ruth. 2. 3.

3.

Habetse ergo Deus cum anima, sicut Booz cum Ruth, qui primum ei concessit spicas in agro colligere, & messoribus præcepit aliquas ex industria dimittere, quas illa colligeret, sed postea illā ducens vxorē cōstituit dominam omnium prædiorū, ex quibus ante aliquas colligebat spicas: nunc enim aliqua dona præstat Deus animæ, sed in cælo integra totius Dei, & firma possessio ei conceditur, & tunc anima loquitur: Tenui eum, nec dimittam. Et Pau. Nunc cognosco ex parte, tūc cognoscam, sicut & agnitus sum. Hic ergo est vir animarū nostrarum, cui nos despōdimus: fidem ei seruemus, ne forte dicatur nobis illud: Iudicate matrem vestram, iudicate, quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius. Auferat fornicationes suas à facie sua: ne fortè expoliam eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ: & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam quasi terram inuiam, & interficiam eam siti. Osee. 2. Loquitur Synagoge Dominus, quam sibi desponderat, & modo ab ea se relictum videns, dicit: Iudicate, arguite eam, quia iam non vxor mea, & ego non vir eius. Auferat fornicationes suas à facie sua. Quæ verba quidam ad medicamina faciei referunt, & ad ementitos genarū, & labiorum colores, quod adulterarum est. In quo videant castę mulieres, licet pudicæ sint, tamen facies adulterarum gestant, cū se colirijs pingunt, ne forte expoliam eam nudam, id est, ne eā

Cant. 3.

1. Cor. 13.

Osee. 2.

priuem

A priuem omni bono spirituali, & eam siti interficiam, nimia, scilicet, cupiditate rerum, quas non consequetur.

Secundum quod Ioannes de Christo testificatur, est, vidi 1. Reg. 16.

*Spiritum sanctum descendentem, & manentem super eum.* Nec enim ante eum de facie nouerat. Huius rei extat figura 1. Reg. 16. quando missus est Samuel in domum Iese, vt vnum ex filiis eius vngeret in Regem. Ignorabat Samuel, quis vngendus esset, donec præsentē Dauid, Deus interius ei dixit, Hunc vnge. Sic Ioannes nesciebat, quis Christus esset, dicit verò ei pater: Multi venient, vt à te baptizentur, sed ille super quem videris spiritum descendentem, ille est Christus, & vnctum ostende populo). 1. Reg. 10. vixit Samuel Saulem lenticula olei, Sed cū vngitur Dauid, cuius regnum figura est regni Christi, sicut Angelus ad Mariam: Dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, vngitur quidem oleo: sicut scriptum est: Oleo sancto meo vngi eum. Sed non olei lenticula, quæ vas paruum est, atque ad eodē parum olei cōtinere valet, sed cornu olei, quod Gregorius dicit, abundans oleum significare, quia maius vas est, & cornu in scriptura abundantiam significat. Esa. 5. In cornu filio olei, id est, vberissimo loco, & pingui. Vngitur ergo Dauid redundanti oleo, quia eius regnum æternum, nō sicut regnum Saul, quod paruo durauit tempore. Sic ergo vngitur Christus, cuius regnum æternum vnctione summa, descendente Spiritu sancto, & manente super eum. Ideò dicitur, Requieuit super eū spiritus Domini. Quasi dicat: Omnes diuinas vnctiones super eum effudit: quia non est ei datus spiritus ad mensuram, vt ante dabatur. Et ideo Saul percussit mille, & Dauid decem milia, & abstulit opprobrium ex Israel: quia Christus adduxit in mundum super abundantem gratiam, decies plusquam prius fuerat, & abstulit peccati opprobrium è mundo. Præterea cū Samuel vngit Dauid, ne Saul turbaretur, & fremeret, dissimulat Samuel, accipit vitulum, venit Bethlehē & ait: Pacificus est aduentus meus, ad immolandum Domino venio, ostenditque vitulū, & sic secreto vnctus Dauid est. Vngendus erat Christus in Regem, sed hoc secreto, ne dæmon agnoscat: Quoniam si Dominum gloriæ cognouissent, nō utique crucifixissent. Dissimulatione ergo, vt sic loquar, res agitur. Venit Christus in ba

1. Reg. 10. Luc. 1. Psalm. 42.

B tris eius, vngitur quidem oleo: sicut scriptum est: Oleo sancto meo vngi eum. Sed non olei lenticula, quæ vas paruum est, atque ad eodē parum olei cōtinere valet, sed cornu olei, quod Gregorius dicit, abundans oleum significare, quia maius vas est, & cornu in scriptura abundantiam significat. Esa. 5. In cornu filio olei, id est, vberissimo loco, & pingui. Vngitur ergo Dauid redundanti oleo, quia eius regnum æternum, nō sicut regnum Saul, quod paruo durauit tempore. Sic ergo vngitur Christus, cuius regnum æternum vnctione summa, descendente Spiritu sancto, & manente super eum. Ideò dicitur, Requieuit super eū spiritus Domini. Quasi dicat: Omnes diuinas vnctiones super eum effudit: quia non est ei datus spiritus ad mensuram, vt ante dabatur. Et ideo Saul percussit mille, & Dauid decem milia, & abstulit opprobrium ex Israel: quia Christus adduxit in mundum super abundantem gratiam, decies plusquam prius fuerat, & abstulit peccati opprobrium è mundo. Præterea cū Samuel vngit Dauid, ne Saul turbaretur, & fremeret, dissimulat Samuel, accipit vitulum, venit Bethlehē & ait: Pacificus est aduentus meus, ad immolandum Domino venio, ostenditque vitulū, & sic secreto vnctus Dauid est. Vngendus erat Christus in Regem, sed hoc secreto, ne dæmon agnoscat: Quoniam si Dominum gloriæ cognouissent, nō utique crucifixissent. Dissimulatione ergo, vt sic loquar, res agitur. Venit Christus in ba

Greg. 9. Esai. 5. Ioan. 1. 1. Reg. 17. Esai. 7.

C ante dabatur. Et ideo Saul percussit mille, & Dauid decem milia, & abstulit opprobrium ex Israel: quia Christus adduxit in mundum super abundantem gratiam, decies plusquam prius fuerat, & abstulit peccati opprobrium è mundo. Præterea cū Samuel vngit Dauid, ne Saul turbaretur, & fremeret, dissimulat Samuel, accipit vitulum, venit Bethlehē & ait: Pacificus est aduentus meus, ad immolandum Domino venio, ostenditque vitulū, & sic secreto vnctus Dauid est. Vngendus erat Christus in Regem, sed hoc secreto, ne dæmon agnoscat: Quoniam si Dominum gloriæ cognouissent, nō utique crucifixissent. Dissimulatione ergo, vt sic loquar, res agitur. Venit Christus in ba

1. Reg. 16.

Psal. 73.

ptissimum, vt purus homo, aquas ingreditur, vt eas sanctificet, quibus demonis caput confringendum, dicente Psalm. Tu confregisti capita draconum in aquis. Venit Ioannes, vt Christum ostēdat Regem, & Dominum omnium, sed hac usus est arte, agnum dicit eum, quasi immolandum Domino. Ad immolandum ait, Domino, veni,

Ioan. 16.

Sed nota verbum illud, *et manentem super eum*. Signū enim filij Dei est, si maneat spiritus super eum. Cura ergo, vt spiritus tibi datus super te maneat, vt mansit super eos, de quibus dicitur: Dabo vobis spiritum veritatis, vt maneat vobiscum in æternum. Multi enim à se proijciunt hunc Domini spiritum. Tam male cum Deo conuenis, vt eum tam cito à te expellas? Materia forma cælesti sic satiatur, vt nullam appetat formam, idēd cælum iacorrupibile est, quia forma illa est vniuersalis forma. An non Deus vniuersale bonum? Quomodo eo non satiaris? Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, ait quidam. Et tibi loquens dicit: Dilata os tuum, & implebo illud. Primum Dei nomen, in quo se patribus dicit, reuelatum est Sadai, id est, omnia implens, & satians. Interrogant Theologi, quid sit plus, maius ve, Deus solus, an Deus, & mundus vniuersus, & dicunt: Non amplius est Deus, & vniuersus mūdus, quā Deus solus, nihil enim supra Deum mundus addit, sicut punctum lineę additum non reddit eam maiorem, quia omnia quę in mundo sunt, in Deo sunt. Si ergo Deus tibi est, quid quæris extra Deū? Quia verò reieicisti cito à te Deum, idēd perfectionem non assequeris, maneat in te hic spiritus: permansit in eo aliquantisper, & firmiter perseuera, continuo tibi omnia facillima erunt, quas cum ingressus fueris, ait Sapiens, non ardebuntur gressus tui, ora ergo eum, vt maneat in te, & tu in eo permanere cura. Sed spiritum sanctum descendentem Ioannes vidit, quasi columbam. Veram fuisse illam columbam affirmat Augustinus libro de agone Christiano capitu. 2. 2. & Diuus Thom. 3. part. quæst. 39. articulo septimo, & virtute diuina fuisse creatam, sed multi oppositum tenent, & probabilis. Vt ergo columba nuncia vit finem diluuij Genesis octauo ita modo nunciat finem diluuij peccatorum per Christum imponendum. Augustin. secundo de Trin. capitu. 5. Effigies columbæ exterius oculis apparuit,

Sup. 7.  
Psal. 80.  
Exod. 3.Prouer. 4.  
August.D. Thom.  
Gen. 8.

August.

paruit, sed non est assumpta illa columba à Spiritu sancto, vt Acaro à verbo assumpta est in suppositi vnitatem. Similiter lingua ignea, in quibus descendit in pentecoste assumptæ non sunt, sed effectæ à Spiritu sancto. Vilius verò Spiritus sanctus in columba est, ait Augustinus Tract. 6. in Ioan. quia gemitus columbæ est, & spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non in semetipso gemit, sed in nobis, docens nos gemere: docet enim nos peregrinos esse, & in patriam suspirare. Et addit: De arca missus est coruus, nec reuersus est, missa est columba, & reuersa est, columba enim rectos, simplicesque figurat, tales verò Spiritus sanctus efficit, qui columba est. Et libro duodecimo contra Faustum capitu. 20. ait: Quod missus coruus non est reuersus, aut aquis utique interceptus, aut aliquo super natante caduere illectus, significat homines in immunditia cupiditatis teterrimos, & ob hoc ad ea, quæ foris sunt in hoc mundo nimis intentos. Quod columba reuersa est, non habens, vbi pedes figeret, ostendit per nouum testamentum requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam, & non habentes, in quo quiescant in mundo, ad Deum redeunt. Columba ergo ostendit Dominus, quales sint illi, in quibus hic Spiritus sanctus inhabitat, quia simplices sunt: Oculi tui columbarum Cantico. primo. Quod exponens Origenes ait: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, oculos non habet columbæ. Si quis autem oculos columbæ non habet, domum fratris sui, ingreditur infelix, non seruans illud Prouer. vigesimo septimo. Domum fratris tui ne intres infelix. Pro infelix Aquila vertit, indoctus, & difficilis, qui autem habet oculos columbæ, videt recta, & misericordiam consequitur, misericors ipse. Sicut ergo columba gemit, ita qui habet primitias spiritus, intra se gemit adoptionem filiorum expectans. Sicut columba non manet in aquis diluuij, & corporibus emortuis: sic qui habet spiritum sanctum non manet in his, quæ sæculi sunt. Sicut columbæ oculi simplices sunt, sic iusti oculi sine felle malitiæ sunt. Sicut columbæ alæ sunt, vt fugiat, sic iustus ait: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo. Has pennas de argentatas dicit Psalm. quia eloquijs Do-

August.  
Rom. 8.

August.

Can. 1.  
Orig.  
Prouer. 27.Psal. 54.  
Psal. 67.

Orig.  
Cantic. 4.

mini, quæ argentum sunt, à terrenis se separat, & dorsum au-  
ro charitatis ornat. Et Orig. Homilia tertia in Leuit, Sicut co-  
lumbæ dicuntur esse oculi sponfæ. Canticorum quarto. Super  
fluenta plenissima, ferunt hoc genus auis, cum ad aquas vene-  
rit, quia ibi solet accipit ris insidias pati, venientem desuper ini-  
micum volitantis umbra in aquis inspecta deprehendere, &  
oculorum perspiciacia fraudem periculi imminentis euadere.  
Quod si tu ita prospicere potueris insidias diaboli, & ea caue-  
re, vere columba eris.

Orig.  
Ose. 7.

Idem verò Orig. exponens illud Oseæ septimo. Factus est  
Ephraim, quasi columba seducta, non habens cor. Præcepit,  
ait, Dominus, vt simus simplices, vt columbæ, astuti, vt serpen-  
tes, vt simplices alios non offendamus, astuti, caueamus, ne  
ab alijs offendamur. Simplicitate ergo, & prudentia exhibea-  
mus hominem temperatum, quia prudentia absque bonitate  
malitia est, & simplicitas absque ratione stultitia nominatur.  
Bene verò Ephraim columba seducta, vel insipiens dicitur, vt  
Septuaginta transtulerunt, quia est columba sapiens, cuius  
pennæ de argentatæ sunt diuino eloquio. Est insipiens co-  
lumba, sed propter quid insipiens columba dicitur? Quia aues  
terræ, pullos suos etiam cum vitæ periculo eripere festinant,  
& cum ad nidum suum colubrum, aut accipitrem venire vi-  
dent, huc, illucquè volitant, mordent, vnguibus lacerant, &  
dolorem parentis querula voce testatur. Sola columba abla-  
tos, pullos non dolet, non requirit. Bene ergo Ephraim co-  
lumba dicitur, quia non sentit vastatum populum suum, sed  
suæ negligens salutis sit. Ita etiam Hiero. ibi, adnotat etiam  
Euthymius, & Theophilatus in Matthæi. caput decimum. co-  
lumbas, & si pullis orbentur, nihilominus ad easdem ædes re-  
dire. Ita Ephraim redibat, & opem ab illis petebat, à quibus  
cæsus fuerat, & ipsa etiam columba non multum aucupium re-  
tia curat, sed quasi sponte in retia cadere videtur. Quam faci-  
lè peccator seducatur à diabolo, mirum profectò est, nec se, nec  
sua curat, sed facillimè capitur, vel parua esca. Violabant me,  
ait Dominus, populum meum pro paxillo panis, vtrò se  
in crudelissimorum inimicorum manus conijcit, expoliatur,  
laceratur, & tamen ad easdem reuertitur domos, in quibus  
iam

Hieron.  
Euthym.  
Theophi.

Ezech. 13.

A iam se cecidisse videt, & vulneratum se conspexit, profectò cor  
non habet.

Et ego nesciebam eum, sed qui me misit, baptizare. Ille mihi di-  
xit: Super quem videris spiritum descendantem &c. Sed diffi-  
cile est, quomodo Ioannes Christum nesciebat ante bap-  
tismum, & ante descensum Spiritus sancti in baptismo, cum Mat-  
thæi tertio dicat, Ioannem ei dixisse: Ego à te debeo baptizari,  
& tu venis ad me? Respondetur, Ioannes antequam veniret à  
deserto, sciebat Christum in mundo esse, & se eius esse præcur-  
sorem, sed eum non viderat oculis, idè quis esset, determina-  
tè nesciebat. Cum autem missus est ad baptizandum, dixit ei  
spiritus: Super quem videris spiritum descendantem &c. id  
est, hoc signo eum determinatè agnosces. At verò cum Chri-  
stus veniret ad baptismum, interius reuelauit Spiritus sanctus  
Ioanni, illum esse Christum, & idè dixit: Ego à te debeo bap-  
tizari. Decebat enim, vt prius eum agnosceret Ioannes, quam bap-  
tizaret. Ita Chryf. Theophilatus, Euthymius, & Beda. Ait er-  
go Ioannes: Ego licèt multa de ipso vobis predicaueram, sed  
vultum eius non videram. Quod dicit, vt à testimonio suo om-  
nem amoueat suspicionem, doceatquè, (ait Chrysofostomus)  
non familiaritate, aut amicitia adductum, vt de eo testificare-  
tur, sed solùm diuina reuelatione. Sed obijcis. Quid necessè  
fuit, columbam descendere, si iam eum agnouerat? Responde-  
tur, vt certius, & manifestius agnosceret, & vt melius posset  
Ioannes aliorum fidem confirmare attestatione illius signi vi-  
sibilis, sicut ait, Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic  
est filius Dei.

Sed Augustinus libro secundo de consensu Euangel. capi-  
tulo decimo quinto ait, ante baptismum agnoscebat Ioannes  
Christum, sed hoc se ignorasse dicit. Dominum ita baptizatu-  
rum, vt nulli ex ministris communicaret baptismi potestatem.  
Nam seruis quidem communicat ministeriù baptismi, & hoc  
illis commisit, sed siue Petrus baptizet, siue Paulus, Christus  
est, qui baptizat, quia illi non suum baptismum conferunt, sed  
baptismum Christi primæ Corinthi. 1. Nunquid Paulus provo-  
bis mortuus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Probat hoc  
Augustinus ex eius verbis: Super quem videris &c. hic est, qui

eb yst.  
Theoph.  
Euthym.  
Beda.

August.

1. Cor. 1.

August.

baptizat in Spiritu sancto. Hinc est, quod baptismus Iudæ Isca-  
riotis eandem gratiam conferebat cum baptismo Petri, quia  
Christus est, qui baptizat. Et similiter Christus est, qui conficit  
Eucharistiam, qui absoluit, idè etiam mali sacerdotes operan-  
tur, quæ sacramentorum sunt, vt boni.

Hic ego est, qui baptizat nos Spiritu sancto, quo abluimur  
aqua munda baptismi: quod si iterum te inquinasti peccato, ad  
est tibi secundus baptismus pænitiæ sacramentum, secun-  
da tabula. De quo etiam dicitur, Effundam super vos aquam  
mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris:  
& erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris, &  
menstruatæ. Accede ergo ad Christum, vt abluat te, quia agnus  
est tollens peccata mundi, &c.

Ezech. 36.  
Esa. 12.

## Dñica. I I. post Epiphaniam.

*Nuptiæ factæ sunt.*

Ioann. 2.



**C**UM celebrasset Ecclesia in die Natiuitatis diui-  
nas illas nuptias, quas Pater fecit filio suo, cum  
naturæ humanæ illum despondit, processitque  
à Virginis vtero tanquam sponsus procedens  
de thalamo suo, & deinde alias nuptias in die  
Epiphanix, quas scilicet, fecit idem pater filio suo, Ecclesiæ eū  
sponsans, de quibus canit Ecclesia: Hodie cælesti spōso iuncta  
est Ecclesia, hodierna die nuptias alias proponit, quibus vt Au-  
gustino placet, nuptiæ illæ significatur diuine, ac spirituales, qui-  
bus anima Deo coniungitur. Atque adèd Ecclesia è nuptijs in-  
nuptias alias, vt vulgo dicitur, nos deducere videtur. His nu-  
ptijs Maria adest, felix qui ad mensam cū ea federit. Sic Esther.  
5. vt cumulum bonorū suorum Aman ostenderet, ait, inuita-  
tum se à Regina, vt cum ea, Regeq; cibū sumat. Quid obsecro  
erit in mēsa Mariæ, & Iesu cælesti cibo pasci? Vt digni habea-  
mur tāto cōiuiuo, opus est gratia, quā Mariæ precibus petam.

August.

Hester. 5.

Pro-

**A** Proprium, ac natium amoris est, amantem in amati senten-  
tiam trahere, ac voluntatem, velleque amati impleri deside-  
rium. Sicut ferrum durum flectere non potes, quo vis, in ijs  
in ignem, & cum exarferit, continuo illud, in quam volueris  
partem, facillè flectes: idem amor in corde efficit, quod ignis in  
ferro: amantem enim facillè in tuam voluntatem pertraxeris.  
Sic primo Corint. 9. loquitur Paulus charitatis igne flagrans:  
Omnibus omnia factus sum. Et in capit. 10. ait: Sine offensione  
estote Iudæis, & gentibus: sicut ego per omnia omnibus pla-  
ceo, non querens, quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui  
fiant. Et hoc ipsum nos admonet Rom. 15. Vnusquisque proxi-  
mo suo placeat in bonum ad edificationem, etenim Christus  
non sibi placuit. Quia charitatis igne succensi non sumus, rigi-  
di, duri, & nostræ voluntatis amantes sumus. Ex eodem amore  
Bprocedit dilecto assentiri in aliquibus, vt ei placeamus, etiam  
si ei non adèd proficua sint: sicut mater infirmanti filio amo-  
re victa aquam aliquam, vel vini parum concedit, licet ei non  
adèd conueniat.

**A** nulla amoris lege voluit Christus liber esse. Hinc illud  
Canticorum quinto. Electus ex millibus. Vbi alij legunt, iuxta  
Hebraicam veritatem, defert amoris vexillum. Sub vexillo  
amoris militat Christus Dominus, ei per omnia obediens. Hinc  
est, quod licet melius homini sit non nubere, nuptias tamen  
concedit, vt hominibus placeat. Hanc, vt ita dicam conde-  
scensionem ostendit Pau. primæ Corinthio. 7. vbi concessio ma-  
trimonio subiungit: Ego itaque vobis parco. Vbi D. Thom. id  
est, concedo matrimonium, parcens infirmitati vestræ. Et in eo-  
dem capite. Hoc autem dico (dixerat verò vnusquisque suam  
uxorem habeat) secundum indulgentiam, non secundum im-  
perium, volo autem omnes vos sicut me esse, id est, virgines,  
quia hoc melius est. Sed quæadmodum parū vini cōcedēs mater fi-  
lio infirmo, illud aqua diluit, ne illi nocumēto sit: sic hodie nu-  
ptijs sex hydrias aquæ miscet, ne caput vini dulcedine turbetur.

*Nuptiæ factæ sunt.* Spōsū esse Ioanē Euāgelistā dicūt Beda in  
cōmédatione Euāgelij Ioānis. Hiero. Et Aug. in principio Euā-  
gelij Ioānis, & Lira hic. Qui addit inde in Ecclesia institutū, vt  
matrimonio rato, sed nō cōsumato possint cōiuges religionē in  
gredi.

P 4

gredi

Simile.

1. Cor. 9.  
& 10.

Rom. 15.

Cant. 5.

1. Corin. 7.  
D. Thom.Hiero.  
August.

Lira.

gredi, quia intacta sponsa Ioannes secutus est Christum. Erat **A**  
mater Iesu ibi propter consanguinitatē, non verò Ioseph, qui  
tunc defunctus erat, vt docet Epiphanius lib. 3. hæresi. 78.

*Vocatus est autem Iesus.* Præsens adesse voluit, vt cum statum  
bonum ostenderet, contra hereticos prohibentes nubere, &  
quia in noua lege futurum erat sacramentum. Vbi notandum  
hereticos per extrema deuisse. Nam Basilides Heluidius, & Io  
uinianus, vt refert Hiero. contra eos latissimè disputans, dicūt,  
matrimonium æquale esse virginitati. Contra quos ex profes  
so Pau. 1. Cor. 7. Qui iungit matrimonio virginem suam, bene  
facit, qui non iungit, melius facit. Et illud multis probat Diuus  
Pau. Quoniam virgo cogitat, quæ Domini sunt, quo modo pla  
ceat Deo, vt sit sancta corpore, & spiritu, sed nupta quomodo  
placeat viro, & diuisa est. Et Christus Dominus. Qui potest **cap**  
pere capiat. Matt. 19. quasi quid diuinum virginitatem laudat.  
Et Matt. 2. 2. In cælo nec nubēt, nec nubentur, sed erunt sicut  
Angeli Dei, vbi ostēdit humanum esse nubere, angelicum vir  
ginem esse. Quantum Angelus præstat homini, tantum virgi  
nitas matrimonio. Et patet ex innumeris, quæ vincūtur difficul  
tatibus, vt virginitas seruetur, propter quas meritò ebori com  
parantur, quod cū natura album sit, nimia vetustate rubeum  
efficitur. Quia virginitas diu conseruata æquiualeat martyrio,  
& est quasi sanguinis effusio. Amb. lib. 1. de virginibus: Non  
idē laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur, sed  
quia ipsa martyres facit. Hanc hæresim damnat Siricius Papa  
Epistola de hoc propria ad episcopos Africanos. Plura Hieron.  
contra Iouinia. & Augu. li. de sancta virginitate. Alij hæretici  
diuerso extremo nuptias damnāt. Itā Heracleon Tatianus, &  
Adamiani, quos præuidit Paul. 1. Timot. 4. prohibentium nub  
ere. Quos arguit diuina institutio facta Genesi. 2. & probatio  
nuptiarum à Christo Domino Matt. 12. & modo facto eas ap  
probat. Hanc hæresim damnat concil. Gangrense. capit. 14. Et  
ratio naturalis ostendit necessarium esse hoc perpetuum vin  
culum maris, & fœminæ. Colligit rationem Arist. 2. Politico  
rum c. 2. Tria recipiunt filij à parentibus, esse, ali, bene educari,  
quæ sine eo perpetuo vinculo nequ eunt constare: ergo à natu  
ra est illud vinculum. Natura enim intendit se conseruare, &  
non

**A** non quomodocunque, sed in statu perfecto. Vt conseruetur  
necessaria est generatio, ad proles perfectionem, necessarium  
vinculum indissolubile, sine quo bene filij non educarentur:  
vnde iure naturæ hoc vinculum necessarium est. Hoc verò per  
petuum vinculum in alijs brutis necessarium non fuit, quia nul  
la institutione eorum proles indigebat, quod discrimē, vt ipse  
Deus ostenderet, cum fœminam, & mare seorsum in cæteris  
animalibus condiderit, in humana specie vnum condidit ho  
minem, ex quo mulierem formauit. Non ex pedibus, quia non  
serua est, nec ex capite, quia non domina, sed de latere quia so  
cia, vt hoc facto ostenderet, quod super omnia animantia vnū  
esse deberent vir, vxorque in humana natura.

Ex quibus. 1. sequitur præcipuum, ardentissimumque amo  
rē inter coniuges esse debere, quod Pau. ostēdit summa, vt itā  
**B** dicam exaggeratione Ephes. 5. Viri diligite vxores vestrās, si  
cut Christus dilexit Ecclesiam. Vxor verò virum diligit, sicut  
Ecclesia Christum. Hoc verbo tanta dicta sunt, vt superaddi ni  
hil possit. Considera Christi in Ecclesiam amorem, & benefi  
cia, dici non possunt. Inspice Ecclesię in Christum fidem, &  
dilectionem, sanguinem pro eo fusum, opera, & obsequia abs  
que numero: vide, quantum Christus fideli Ecclesiæ deserat,  
quot tolerat defectus, quia fidem ei seruat. Ne ergo sis in domo  
tua quasi leo omnia euertens, vt Sapiens ait. Interea, quæ idem  
sapiens dixit Deo probari, vnū est vir, & mulier sibi bene con  
sentientes.

Sequitur secundo maximam à parentibus curam exhiben  
**C** dam in filiorum educatione studiosa, ad quam institutum est  
perpetuum vinculum matrimonij, quod si vt naturalis contra  
ctus est, hoc exigit, ex quo sacramentum est à Christo institu  
tum, quid à parentibus in hac parte non exigit? Multa hodie  
dicuntur de aliorum statuum defectibus, quod clerici continē  
tes nō sint, & modesti, quod moniales non tam à mundo alie  
næ, & similia multa, nec attendunt, qui hæc obmurmurant sæ  
culares, in ipsismet radicem esse mali huius. Vitium in radice  
arboris esse solet, vnde rami, fructusque proficiscuntur inuti  
les. Radix autem omnium statuum matrimonium est, ex praua  
ergo filiorū educatione omnia alia vitia procedūt. Sunt enim  
paren-

Epiph.

Hiero.  
1. Cor. 7.Matth. 19.  
Matth. 22.

Simile.

Ambro.

Siricius.  
Papa.Hiero.  
August.

1. Tim. 4.

Genes. 2.

Matth. 12.

Concl.

Grag:

Arist.

Ephes. 5.

Eccles. 4.  
Eccle. 25.

Simile.

*Psal.* 104. parentes, de quibus rectè scriptum est, Immolauerunt filios suos dæmonijs, & non Deo. Quid enim aliud pater facit docens filios suos superbiam, ludos, rixas, contentiones? Quid mater docens filias vultus componere, minores contemptui habere, nisi filios, filiasque dæmonijs immolare? Non sic aquila, quæ filios solem intueri cogit. Et sicut aquila prouocans ad volandum filios suos, & super eos volitans. Hoc præstat pater ille, de quo, *Vnus pater vester*, qui in cælis est, quem imitari tenentur parentes, qui admonitione, & exemplo filios suos prouocare debent, vt cælestia petât, in superna euolent. Hoc præstabat Iob, offerens sacrificia per singulos filios, ne fortè Deo peccauerint. Contra verò Heli, cui similes sunt iniqui parentes, non corripientes filios suos. Quanta obsecro parentis sæuitia, qui filios traderet deuorandos tigribus, & leonibus? An non multò crudelius, eos vitijs, dæmonibusque tradidisse? Audi Platonis consilium in libro de legibus: Debent parentes filios educare, curantes, vt filij summo odio vitia prosequantur, eaque horreant. Aliqua enim peccata sunt, quæ nunquam, aut rarissimè patrantur, quia summus à lacte horror contra ea imbibitus est, & inditus, vt patrem interimere, sacra contaminare. Quod si idem horror in omne vitium curaretur filijs à parentibus imponi, rarissimè in ea incidere. Hoc verò maximè parentes attendere debent, (vt illud curent) Deum esse tam omnis mali inimicum, vt non ingentia facinora solum puniat, sed & ociosum verbum. Hæc Plato. Attende præcipientem Isaac Iacob. Vocauit itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei, dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ ad domum Batuel. Sic ergo doceat pater filium, vt à pestiferis caueat hominibus. Ad hoc pertinet, quod Clemens refert, ei Petrum è cruce commendasse, vt parentes cito filios suos collocarent, ne in fornicationem labantur. Sed quantum Deo in eo præstetur obsequium, quamquæ ei sit grata studiosa filiorum educatio, ostendit ille Genesis decimoquarto dicens, Num celare potero seruo meo Abraham, quæ gesturus sum? Sed Domine quid te vrget, compellitque, ne ab eo quidpiam

Apiani celare possis? Addit Dominus: Scio enim quod præcepturus sit filijs suis, & Domui suæ post se, vt custodiant vias meas. Hoc verò tam mihi gratum est, vt familiarissimus mihi ille sit, qui hoc præstat, nec secretum vllum ab eo abscondere valeam. Hanc verò parentum curam in filiorum educatione suis sacris, hieroglyphicisque literis Aegyptij pingebant pisce, qui dicitur glanis. Fæmina enim relinquit oua, pater verò eis incubat, eaque defendit, donec crescant, & se tueri valeant filij, & sic in eorum custodia esse solet per quadraginta, & quinquaginta dies. Hæc refert Elianus, dicitque hunc piscem speciem esse Siluri, quæ nos dicimus, sollo. Athenæus illum dicit, ycam. Sed his nuptijs, de quibus hucusque diximus, & ad quas nunc Christus vocatus est, aliæ nuptiæ significantur, ad quas Christus venit, & deficiente vino, ab eo large concessum est. Has verò his diebus Ecclesia explicuit, dicens: Hodie cælesti sponso iuncta est Ecclesia, quoniam in Iordane lauit Christus eius crimina, currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua facto vino lætantur conuiuæ. Vnde cum Paulus extulisset matrimonij sacramentum, adiunxit: Ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Primo enim desponsatus est Christus naturæ humanæ, eam assumens in suppositi vnitatem, & deinde Ecclesiæ, quam ardentissimo dilexit amore, eique arctissimo vinculo ac fœdere copulari voluit. Sed attende Domine, quam tibi sponsam accipias, an non Aethiopiassam? an nõ deformem? an non fædam, atque ignobilem? Ita se res habet. Sed Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Abluit eam in Iordane, vt iam pulcherrima sit, omnique exuta sordè, columbæ sit similis. *Osee.* 2. Sponsabo te mihi in fide, sponsabo te mihi in iudicio, & iustitia, & in misericordia, & miserationibus, & scies, quia ego Dominus. Et desponsatio hæc tanto vinculo, ac fœdere copulata fuit, adeoquæ verum est matrimoniû, vt hominû matrimonium dicat Paulus huius figuram. Hoc ego autem dico in Christo, & Ecclesia.

Ad has nuptias, vt veniret, inuitatus est Christus multo ante per omnes prophetas, & tãdè venit. Fuit in Chana, quæ est Galilee, & amor,

Simile

Elianus. 6.

Ephes. 5.

Osee. 2.

Ephes. 5.

Esaï. 37.

& amor, quia huius aduentus causa solus fuit amor. Sic Esaï. ex proposito Christi aduentu, continuo ostendit gentiū vocationē, quod est sp̄s̄am quoq; venire ad nuptias. Et cū hęc dixisset, redēs causam, addit: Zelus Dñi exercituū faciet hoc, nō enim hominū meritū hęc obtinuit: sed solus diuinus amor id perfecit.

Ephes. 2.

In his nuptijs aquam in vinum vertit, quid enim nobis erat, nisi vilis, frigidaque aqua, cæcitas in intellectu, debilitas in voluntate? Erasmus natura filij iræ, & nos aliquando conuersati sumus per desideria carnis nostræ, ait Pau. Quis ergo calorem, & feruorem Ecclesiæ dedit? Quis aquam in vinū vertit, nisi Christus? Ante Christi Dñi aduentū, qualis fuerit mundus, ostendit Deus, cū aquis illū obruit diluuij. Quasi diceret: Aqua implemini exterius, quia interius ea pleni estis. Quis tanto malo mederi poterat, nisi Noe, vineā plantans, vinū inueniens, qui si gura extitit Christi, reparantis diluuij damna. Ille aquam in vinum vertit, qui vitis est vera, hoc enim vitis præstat, à qua rigatur vitis, quam illa in vinum vertit. Ille ergo spiritum, feruoremque Ecclesiæ dedit. Quod optimè explicuit Iacob Genesis quadragesimo nono in Iudæ benedictione, à quo Christus descendit, quem potius, quam filium respiciens, ait: Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vixæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino. Quod Christi paliū nisi Ecclesia? Omnibus his velut ornamento vestieris, dicit ad eum Esaïas. Hanc ergo vestem in vino lauat, dum ei confert spiritum, calorem, atque feruorem. Hoc expectabat sponsa, ideoque expetebat summis votis eius descensum in terras. Canticor. 8. Quis det te fratrem meum &c. Et dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Quasi dicat: Si tu Domine venires, esset nobis vinum cōditū, quod tibi dare possumus, esset feruor te præsentē, & charitas omni ornata virtute, atque feruore. Et cum venisset ille: gloriatur illa. Introduxit me rex in cellam viniariam, & ordinauit in me charitatem. De quo vino nouo, atque feruenti dicitur. Matthē. 9. Vinum nouum in vtres nouos mittēdum est. Et in Actibus: Musto hi pleni sunt. Vnde enim feruor Ecclesiæ, nisi ex Christi præsentia? Ioel. secundō. Ante Christi aduentū ait: Filij Siō exultate, & letamini in Dō Dō vestro, quia dedit vobis Doctore iustitię &c.

Ioan. 15.

Genes. 49.

Isaias. 49.

Cant. 8.

Cant. 2.

Matth. 9.

Acto. 2.

Ioel. 2.

sub-

A subiūgit: Et implebuntur aræ frumento, & redundabunt to rularia vino. Apostolis manifestè patet vinum redundasse, cum eis dictum est: Musto hi pleni sunt. Sed & in primitiua Ecclesia redundauit hoc vinum. Vnde namque diuitiarum contemptus, & voluptatum, virginitatis cultus, eremi habitatio, angelica vita, nisi ex huius vini feruore, quod Christus in Ecclesia redundare fecit? Verè mutauit aquam nostram in vinum: Sed iam quis videat Ecclesiam, qui non dicat, iterum eam in aquā versam esse. Tantus iam tepor, tanta temporalium cura, ac si Christus non venisset. Verè ei dici potest illud Esaïæ: Argentum tuum versum est in scoriā, vinum tuum mixtum est aqua.

Vbi iam illud, Bibite amici, & inebriamini charissimi. Desponsatur Rex vili faming, videns ea tantam in se Regis dignationem, eum feruentissimè diligit, omnia illi obsequia præstat, sed tempore procedente, tanti oblita beneficij, tepet. Cū se principio vidit Ecclesia à Christo in sponsam assumptam, eum feruore summo dilexit: sed iam refrigescit charitas multorum. De quo ad Synagogam loquitur Hierem. secundo. Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto. Quid intuerunt in me patres vestri iniquitatis, vt dereliquerent me, & ambularent post vanitatem? An non ad Ecclesiam similia verba dici possunt? Renouamini ergo fratres spiritu mentis vestre, & tanta misericordia non excidat à mente vestra, vt Dei sponsi obliti sitis &c.

C Alia est desponsatio Christi, qua desponsatur animæ, quæ in gratia est, de qua Paul. despondi vos vni viro, de qua etiam Apocal. 19. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam Deo: quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, & datum est ei, vt induat se byssino candenti. Byssinum autem iustificationes sanctorum sunt. Merito dicunt, Gaudeamus, Quia gaudium est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente. Tunc enim anima Christo desponsatur, datur autem ei byssina vestis iustitiæ, & gratiæ. Sicut vt Rachel ei detur sponsa, laborat Iacob multis annis: sic etiam vt animæ Christus: sponsetur, & que ad mortem laborauit, nec vnquā ab opere vacat. Adhuc enim

Esaïe. 1.

Cant. 5.  
Simile.

Hierem. 2.

1. Cor. 2.

Apoc. 19.

Luc. 15.

Genes. 29.



enim inspirationibus plurimis curat, vt ipsi copuletur. Sed Domine qui animam in sponsam vis, an non vides, quam quæras? quam diligas? quam velis? quantum inter te, & illam discrimen nobilitate, diuitijs, pulchritudine? An non illa filia iræ, venundata sub peccato, denigrata super carbones, debitis onerata? In lege præceptum est summum sacerdotem ducere vxorem de populo suo virginem, tu ducis fornicariam, alienigenam, & omnia eius debita soluturus estanquam vir eius, vnde capiendus es, flagellandus, crucifigendus? Adhuc hanc sponsam sibi Christus sumere desiderat, nec legem violat, quia cum ei sit vxor, ex fornicaria virgo efficitur. Vnde ait ille: Amodo voca me, pater meus dux virginittatis meæ. Et Paul. Virginem castam exhibere Christo. Ipse dotat eam, ditatque gratia, virtutibus, ac donis, vt tanto sponso digna sit, & in triclinio suo, vt Assueri sponsæ digna percipit ornamenta tanto viro.

In his verò nuptijs cum anima à peccato recedens, Christo desponsatur, vinum deficit, quia omnis terrena consolatio abiicienda est, quæ verò sine consolatione est, sine vino lætificante cor est. Sicut enim cum serua ducenda erat in vxorem, lex præcipit, capillos, vnguesque præscindere, sic omnia superflua rescindenda sunt animæ Deo desponsandæ. Hinc Paul. Continuo non acquieui carni, & sanguini, & quæ mihi fuerunt lucra, arbitratus sum vt stercora. Sic Magdalena, sic omnis anima Deo in matrimonium iungenda, audit illud Hier: Vsq̄quo delicijs dissolueris filia vaga: Vinum ergo non est, sed aqua lachrymarum in his nuptijs copiosa. Num sic anima relinquenda? absit, sine consolatione enim homo diu viuere non potest, ait Arist. Et in Assueri conuiuio vinum abundans esse perhibetur, vt magnificentia regia dignum erat. Quod ego vinum, quæ consolatio dabitur animæ reiicienti omnem terrenam? Illud vtique vinum, de quo scriptum est: Date siceram mærentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo. Bibant, & obliuiscantur paupertatis suæ, & dolorum suorum non recordentur. Aqua hic in vinum vertitur, cum dulces illæ lachrymæ sunt, & diuina infunditur consolatio terrenam relinquenti, impleturque illud Psalmi. Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dni, & dele-

**A** delectentur in lætitiis: & gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus. *Psalm. 33.*

Hanc verò animæ cum Deo desponsatione miris verbis describit Ezechie. 16. exemplo Regis, qui vidit proiectam in via puellam vilem, quam ille sibi sumit, nutrit, ditat, ornat, & demum eam in vxorem ducit. Illa verò tantorum oblita beneficiorum, meretrix in omnium oculis fit viro suo relicto. Simo do Hispaniæ Rex expositam, & ignotam puellam nutriret, ornaret, & sibi in sponsam assumeret, beneficium summum in eam contulisse diceremus. Quod putas in te collatum beneficium, cum vilem, & peccatricem animam tuam gratia donauit? An non vilissimam animam in sponsam sibi Deus assumpsit? Audi ergo mirabile factum. Ezech. 16. Facta es mihi, laui te aqua, emundavi sanguinem tuum ex te, vixi te oleo, vestiui te discoloribus calceauit te iacinto, ornaui te ornamento. De di armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata es auro, & argento, & vestita es bysso, & polymito, & multis coloribus, & decora facta es vehementer nimis, Facta, inquit, es mihi, id est meo copulata coniugio, laui te aqua baptisimi, emundavi te à sanguine peccati, vixi te oleo misericordie, vestiui te discoloribus, id est, diuersis virtutibus. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Audi hanc varietatem ad Colossen. tertio. Induimini ergo viscera misericordie, bonitatem, humilitatem, mansuetudinem, patientiam. Quid hac varietate pulchrius? Calciani te iacinto, dum affectus tui cœlestia petunt, cinxi te bysso, armillas in manibus tuis, id est bona opera, torques colli aurea est charitas, in aures auribus dat, cum aures dat legi obedientes. Sicut Genes. vigesimo quarto. In aures Rebecca dantur, corona in capite regni insigne est, sponsus enim Rex, sponsa Regina est. Ornata es auro, & argento, id est diuina sapientia, & verbis. His facta es decora vehementer nimis, in vxoremque meam profecisti. En nuptias cum anima tua celebratas, en ornamenta tibi à sponso tuo data. Sed quid obsecro post nuptias tales post tanta beneficia à diuino sponso collata, sperandum à sponsa foret? Quid sperares à puella vili,

Ezech. 16.  
Simile.

Simile.

Ezech. 16.

Psalm. 44.  
Colo. 3.

Genes. 24.

Leuit. 21.

Ezech. 16.

1. Cor. 2.

Hesler. 2.

Deute. 21.

Gala. 3.

Hiere. 31.

Aristot.

Hesler. 2.

Prouer. 31.

Psalm. 67.

la vili, quam in sponsam assumeret Hispaniæ Rex, sicque eam ornasset. Vtique inmensum amorem in Regem, summam fide-  
 litatem, immensa obsequia, hæc omnia à te præstanda fuissent Deo tuo, sponso tuo. Quid verò feceris, audi ab eodem propheta tibi nunciata: Fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationes tuas omni transeunti, vt eius fieres. Tanta res hæc est, vt iterum exemplo nobis sit explicanda.

Si Hispaniæ Rex vilem, & expositam, & sine parentibus sed terræ filiam puellam sibi in vxorem assumeret, maximam illius puellæ felicitatem diceremus. Si paulò post nuptias audires: Regina nõ comparet, & quid de ea factum sit, nec Rex nouit, maxima omnes admiratio teneret, eo audito. Paucis interpositis diebus audis: Iam quid de Regina factum sit, nouimus, illa enim fornicata est cum seruo nequam Aethiope, cum eoquè egressa è regia, per mundum diuagatur. An non hoc facinus detestandum, execrandumque diceres? Rursum audis: Regina in curiam reuerfa est, ibique in lupanari meretriciam vitam ducit coram Regis, & omnium oculis: an non obstupesceres hac audita mulieris impudentia? Sed rursum interrogas. Quid rex in hac re gessit? quas adhibuit vltiones? Quibus eam disperdidit supplicijs? Imo eam sic diligit, vt mille ad eam miserit nuntios, rogans, quæ pacis sunt, vt domum regiam reuertatur, Reginaque sit, & omnium iniquitatum eius nõ recordabitur amplius. Et illa quid ad hæc dicit? Nolle, sed in lupanari permanere velle. Si tale factum in mundo stuporem induceret, quomodo non maiora miramur? Propter huiuscemodi facinus dictum est Hier. 2. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolentur vehementer. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Si peccator adeo demens est, vt nihil se egisse putet, nec doleat, stupeatque facinus tantum, omnis creatura stupeat dicatque, fieri ne potest, vt hæc tu commiseris? Quod si leue tibi apparet, audi, quid feceris? Ne tergas os tuum, & dicas: Non sum operata malum, vt mulier illa adultera. Quando in diuinam admiffa gratiam es in baptismo, vel alio sacramento, quid tibi præstitum à Deo credis? Spõsa eius facta es, ornata, vt superius explicuimus eius magni-

imile.

Hier. 2.

Prouer. 30.

Amagnificentia, ac liberalitate. Tanto Deo desponsata fuisti & anima vilis. Quando verò mortaliter deliquisti, quid te egisse existimas? Adulterium cum dæmone sceleratissimo perpetrasti, Hier. 3. Quomodo si cõtemnat mulier amatorem suum, sic contempsisti me domus Israel, dicit Dominus. A domo Dei, atque obsequio discessisti, dæmoni obtèperasti, illi in seruam, & me retricè te dedisti, abiens in regionem longinquam. Quo sensu, quo dolore, qua molestia affecisse te credis diuinam illam, ac infinitam Dei maiestatem, cum se videat derelinqui pro vili dæmone? Audi dicentem: Me dereliquerunt! O emphasin illius, me, quid inuenerunt in me iniquitatis, vt derelinquerent me, & abirent post vanitatem? Quid mali in Deo inuenisti, vt ab eo recederes? Quid ab eo mali accepisti? Sed ede deuenit dementia tua, vt in lupanari omnibus transeuntibus te exposueris coram Dei oculis. Id verò fecisti cum omni peccato, omni tentatione ianuam cordis aperuisti, & aditum præbuisisti. Hoc nomine hanc cõpellat iniquitatem Dominus Eze. 16. Et accidit post omnem malitiam tuam. Væ væ tibi, ait Dñs, ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis, & frons meretricis facta est tibi, noluit erubescere. Quas cõtra te querelas diuina illa bonitas dicere poterit? Me derelinquis, me deseris, me despicias? Quid dicent Angeli videntes, quam illi reuerentur maiestatem, & te calcare? An nõ Angeli pacis hic amare starent, si pro statu possent? Hac de causa inferni ignis loquitur, hoc est scelus, quod ego punio in æternum, quid miramur æternum supplicium tanto delicto? Sed sileat omnis creatura, & tu Domine loquere, tu cõquerere, tu tantum malum exaggera, & extolle, tu vltiones adhibe, tu minas intenta: tu indignissimum, detestandumque facinus digno supplicio castiga. Quid Domine hac in causa tibi agendum erit? Audi inauditam Dei misericordiam, amorem, quo stupeas, hæreasque. Cum in hoc lupanari anima tua sit, mille ad te mittit nuntios, quibus rogat, obsecratque, vt ad eum conuertaris, vt iterum sponsa eius, & Regina sis. Quot Angelos pacis nuncios ad te super hac re misit? quot in spirationibus cor tuum pulsauit? quot minis te terruit? quot blanditijs te vocauit. Amatorie insequitur nos: ait Dionys. Audi nuncios aliquos Hier. 3. Vulgo dicitur: Si dimiserit vir vxorem suam, & illa fornicata fuerit cum

Hier. 3.

Hier. 2.

Ezech. 16.

Hierem. 3.

Dionys.

Hier. 3.

cum alio, nunquid ultra reuertetur ad eam? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Et infra eodem capite: Ergo saltem amodo voca me, pater meus, dux virginitatis mee. Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem. Et infra? Et dixi: Cum fecisset hæc omnia, ad me reuertere, & nō est reuerfa. Et infra: Reuerte auerfatrix Israel, dicit Dominus, & non auertam faciem meam à vobis, quia sanctus ego sum. Et infra: Reuertimini ad me filij reuertetes, dicit Dominus, quia ego vir vester. Et omnis concionator modo id peragit, quod Paul. ait: Pro Christo legatione fungimur, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Est ne cor, quod tanto amore non frangatur? tantis blanditijs non emolliatur? Cor suum posuerunt aliqui, vt adamantem, redire noluerunt. O cor adamantinum igni inferni seruatum, vt emolliaris. O duritiem dæmone dignam, non homine,

Veni ergo vocatus toties ad nuptias tatas, ne recuses, ne differas, & si non agnoscis sponsum tuum, audi Ioa. dicentē: Ecce agnus Dei. Colūba alba super eū descendēs, quid ille sit, ostēdit, tecum desponsatus est, nō tua pulchritudine ductus, sed filiorū amore. Hi verò filij opera tua sunt, quæ ab eo procedunt vt patre, ab anima tua vt matre. Cura hæc virilia opera seruare, ea enim extinguere Pharao conatur Exo. 1. Amor tuus in Christū præcipuus sit, tãquã spōsæ in dilectissimū spōsum. Amore hoc inebriare, dicq;: Osculetur me osculo oris sui. Et cū in Chana Galilææ facta hæc sit desponsatio, diligendus summè est sponsus, & transmigrandū hinc in cælū, vbi complementū erit nuptiarū. Chana enim zelum sonat, Galilæa transmigratiōe, &c.

2. Cor. 5.

Ioan. 1.

Exod. 1.

Cant. 1

## Dñica III. post Epiphaniam?

Domine si vis potes me mundare. Matth. 8.



Immensum esse peccati malum ostendunt effectus eius. Mala, scilicet, pœne, quæ ferè innumera ab eo profecta sunt, sed & si infinita essent, non æquarent peccati malitiam, quæ infinita est. Sed quid mirum infini-

**A** infinitū malū sit, quod est cōtra infinitū bonum. Cū verò effectus sit, causam repræsentare, omnis corporalis infirmitas aliquid nobis innotescere facit mali culpæ. Aliquando effectus continet in se omne vim causæ, & tunc vnicus effectus causam declarat, sicut ignis productus ab igne, vim omnem producentis ostendit. Aliquando verò vnus effectus vim omnem causæ non manifestat, cū, scilicet, causa est æquiuoca, & vniuersalis vt sol, & tunc plures sunt effectus necessarii, vt causæ vis patefiat. Ex his peccatum est, cuius tanta malitia est, vt vna infirmitate, & malo declarari nequitiam possit, & ideo pluribus manifestatur. Cæcitas ostendit tenebras peccati, lepra maculā, paralysis ineptitudinem ad bona opera. Et tandem sicut est prima causa potissima, & omnium optima Deus, cuius vis declarari non potest vel infinitis creaturis, quia bonum est in se infinitū, eas omnes superans in immensum: ita tanta peccati malitia est, vt omnibus pœnæ malis etiam si infinita essent, plene manifestari non possit.

**B**

Hodie vnū ex peccati malis ostēditur in leproso, cui tãta est fæditas, vt eū abominemur, & horreamus. Tollit ab homine lepra colorē, ac decorē, nec est leproso aspectus, neq; decor, quo macula peccati significatur. De qua agit D. Tho. 1. 2. q. 86. & eā sic declarat. ar. 1. Macula in corporalibus dicitur esse, cū res pulchra, & splēdida amittit colorē, splēdorē, ac pulchritudinē suā, quod euenire solet propter cōtactū alterius, quæ eā maculat, in spiritualibus dicitur macula ad huius similitudinē. Duplici nāq; pulchritudine, atq; splēdore anima nostra decoratur.

**C**

Altero ex refulgētia naturalis luminis; altero verò ex refulgētia diuinæ, sapiētiae, scilicet, & gratiæ. Est autē quasi quidā animæ cōtactus, cū alicui rei inhæret anima per amorē. Cum verò peccat, adhæret creaturæ cōtra lumē rationis, & diuinæ legis: vnde detrimentum nitoris inde contractum dicitur macula. Hinc Oseæ. 7. Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt. Et de Salomone dicitur Ecclesia. 47. Dediisti maculam in gloriam tuam. Et ad animam peccatricem dicitur Hieremix secundo. Maculata es in iniquitate tua. Et quo pulchrior, & pretiosior res est, eo est macula deterior: Sicut macula in aurea tela, aut purpura, multo est fædior, quam in vili. Cū

D. Thom.

Oseæ. 7.  
Eccles. 47.  
Hierem. 2.

Simile.

Q 2

ergo

ergo anime pulchritudo, ac nobilitas tanta sit, tum naturalis, tum supernaturalis, peccati macula sine dubio omnium scedif-  
 A  
 fima, & abominanda est. Cum anima diuina illustratur gra-  
 tia, tanta pulchritudine decoratur, vt audiat celestem spon-  
 sum dicentem sibi: Tota pulchra es amica mea, & macula non  
 est in te. Quid quod diuinos ad se rapit oculos, diuinum cor  
 vulnerat pulchritudine sua. Sic ille ait: Vulnerasti cor meum  
 foror mea, sponsa &c. Sed peccato ita scdatur, vt eam Deus re-  
 spicere non valeat. Hinc propheta: Mundi sunt oculi tui, & ad  
 iniquitatem respicere non potes. Multas huiusmodi animas  
 passim per vias publicas offendes, similes Sodomiticis pomis,  
 exterius quidem pulchras, compositas, atque ornatas, sed inter-  
 rius maculatas, & inferni sentinas, a quibus maximè cauendum,  
 & summa fugiendum cura, quasi a leprosis. Facile enim lepra  
 incurritur, si cum leproso communices, si ab eius conuictu  
 non te separes. Quod nobis significauit Dominus præcipiens  
 leprosos extra castra, & ciuitates versari, nec quempiam ad eos  
 accedere.

Leprosi huiusmodi a ciuitatis ingressu arcentur, nec enim  
 illam possunt ingredi ciuitatem, quæ edificatur vt ciuitas. viuis  
 ex lapidibus. De qua Apocalyps. vigesimopræmo. Nihil coin-  
 A  
 quatum intrabit in illam. Quod si cum peccati lepra illuc te  
 intraturum speras, audi Paul. 1. Corinthio. sexto. Nolite errare,  
 neque fornicarij, neque idolis seruietes, neque adulteri, ne-  
 que molles, neque masculorum concubitores, neque fures, ne-  
 que auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces reg-  
 num Dei possidebunt. En leprosi arcentur ab ingressu ciui-  
 tatis. Post illius ciuitatis descriptionem addit Ioan. Apocalyp.  
 21. Beati qui lauant stolas suas, vt sit potestas eorum in ligno vi-  
 tæ, & per portas intrent ciuitatis, foris canes, & venefici, & im-  
 pudici, & homicide, & idolis seruietes, & omnis, qui amat, &  
 facit mendacium.

Sed ais, leprosus sum, quæ mihi medicina? quod mihi reme-  
 dium? Audi, descendit Iesus de monte, & secutæ sunt eum tur-  
 bæ multæ. Descendit ille ad nos, quia nos ad eum ascendere nõ  
 valebamus. Erasmus paralytici, sicut seruus Centurionis, de  
 quo etiã hodie meminit Euangelista. Contigit naque humano  
 generi,

Ageneri, quod Miphiboseth, quem nutrix portabat infantè, &  
 casu cecidit, & crura eius cõfracta sunt, nec poterat ambulare,  
 vt Regum tradit historia. Sic vniuersum humanũ genus in pri-  
 mis parëtibus cecidit, & cõfractis cruribus ambulare non po-  
 2. Reg. 4.  
 test. Simul etiam dæmon, a quo homo superatus est, crudelita-  
 tem illam in eũ exeruit, quam Adonibezzech in Reges victos. Iud. 13. nou.  
 Præcidit enim summitates pedum, ac manuum 70. regũ, quos  
 vicerat, eosque sub mensa tenebat. Elationem planè animi in  
 credibilem, atque hominis arrogantiam singularem, omnibus  
 omnino sæculis inauditam! Ijs Regibus deuictis similes tene-  
 bat dæmon vniuersos homines, quos superauerat, ascendere  
 nõ poterant ad Deũ. Descendat ergo ad nos Deus. Si Christus  
 a patris pectore non descenderet, a iustitię monte non decli-  
 naret, quis posset sequi Deũ factorẽ suum? Iam descendit ad  
 B infima, vt infimi eum sequi possimus. Iam nulla nobis relinqui-  
 tur excusatio, si eum non sequimur, quando secutæ sunt eum  
 turbæ multæ. Mirabilis profectò descensus Christi, admiranda  
 vis humilitatis ipsius, quãdo post se rapit turbas multas. Ascen-  
 derat aliquando Deus in mundo, quando stupenda in eo pro-  
 digia fecerat mundo inaudita, cum plagas tantas A Egypto in-  
 tulit, cum mare suis aperuit, A Egyptijs verò clausit, vt descen-  
 derent in profundum quasi lapis: cum manna dedit in deserto, Exod. 3. 5.  
 aquam de petra eos consequentem: cum præcessit Israel in co- 6. 7. 8. 9. 10  
 lumna ignis, & nubis: quando eorum vestimenta integra con- 13. 14. 16.  
 seruauit: quando solem stare fecit. Ecce ascenderat Deus in  
 montem, in monte tunc pedes eius, quàm pauci eum sequebã-  
 tur, iidem ipsi qui hæc viderant, eum continuo reliquerunt, vt  
 vitulos aureos adorarent. Sed audi rem mirabilem. Descendit  
 hic Deus de monte, venit ad infima, verbum caro factum, &  
 habitauit in nobis. Sequuntur eum turbæ multæ, tanta conten-  
 tione, tam acri studio, ac desiderio, vt innumeras continuo vi-  
 deat turbas martyrum, choros virginum, turmas confessorum,  
 & eremitarum, tantaque mundi facta mutatio sit, vt in-  
 gens omnes stupor, atque admiratio teneret, quis hæc opera-  
 tus est? Descensus utique Christi, plus descendens fecit, quàm  
 ascendens super Cherubim, & volans super pennas ventorum.  
 Mirabilis plane descensus ad crucem, sed ibi omnia traxit ad

se. Mirabilis Deus in maiestate faciēs prodigia, sed mirabilior in A  
humilitate. Descendente verò Christo iam nobis in terris me  
dicus est, iam prope est sanitas leprosi, accedat leprosus.

Ioan. 9.

Hierem. 8.

4. Reg. 5.

Et ecce leprosus ueniens. Leprosus in xenodochium ducen-  
dus est, ibi parsimonia curandus, & aqua ligni crucis: accedant  
leprosi omnes, generale adest xenodochium. Omnis peccator  
admittitur: Omne quod uenerit ad me, non eijciam foras, om-  
nis hic curatur ægritudo. Sed quid mirum talibus medicinis  
uniuersam curari infirmitatem! Sacramenta sunt in Ecclesia  
Christi sanguinem continentia, quis tali medicamine non sa-  
netur? iam omni ueritate impletum est illud Hierem. Nunquid  
refina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? Quare ergo  
non est obducta cicatrix filix populi mei? Sanitatis per Chri-  
stum leprosis dandæ mirabilis præcessit figura 4. Reg. 5. Erat B  
Naaman Syrus uir fortis, & diues, sed leprosus. Huic erat in do-  
mo captiua Israelitica, quæ clamabat, Vtinam fuisset Dominus  
meus ad prophetam, qui est in Samaria, certè curasset eum à le-  
pra, quam habet. Tandem uictus puellæ importunitate, uiam  
capit in Samariam, sed superba cogitatione ductus, uoluit ad  
se exire prophetam, & modum etiam curationis sibi indixe-  
rat. Putabam, inquit, quod egrederetur ad me, & poneret  
manum suam super me, & inuocaret nomen Domini Dei sui.  
Recedit indignans, uidens hæc secum non agi, donec ei fide-  
lis seruus dicit: Pater, si rem grãdem dixisset tibi propheta, pro-  
fectò facere debuisses, quanto magis cum dixerit: Lauare, & C  
mundaberis? Obediuit, lauit, & septiesmersus in Iordane ascē-  
dit, lepra penitus recedente, regreditur gratias acturus pro-  
pheta, pluraque offert dona. Eximia quidem sunt in hoc loco re-  
condita penitus, atque abstrusa mysteria. Primum sit, diues  
fortis, sed leprosus. Adiuncta est lepra peccati diuitijs, &  
delicijs. Quoniam beatus diues, qui inuentus est sine macula,  
qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris.  
Quis est hic, & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in uita  
sua. Secundum, captiua, clamans. Remedium quærendum,  
uel ratio naturalis est, uel melius diuina fides, docens in prophe-  
ta magno Iesu, nobis proposita medicinam. Licet surdus sis,  
qui lepra teneris, adhuc quotidie audis clamantem hanc puel-  
lam,

Eccle. 31.

A lam, tibi que dicentem: Accede ad Christum, ad confessarium  
ut à lepra cureris? Quid enim si morte præoccuparis? si ab infer-  
no absorberis? hæc omnia uoces sunt huius puellæ. Tertium, ac-  
cedit leprosus diues, sed indignans recedit. Quod non iuxta  
præscriptum à se modum curetur. Multi sunt potentes, &  
diuites, qui ad animarum medicum, uel compulli tempore ue-  
niunt: sed si confessarius aliter quàm ipsi uelint, eos curare di-  
sponit, recedunt furibundi, & alium quærunt mitiorem con-  
fessarium, qui pro libito suo eis pharmaca præstet. Sed obsecro  
quid medicum uocas, si eius præcepta sequi non uis? Quartum  
maximè considerandum uerba sunt illa, Si rem grandem dixis-  
set tibi &c. cum damnatus sis ad æterna supplicia cum merue-  
ris inferni pœnas, quid magnum à te postulari potest, ut hoc  
B redimas? Certè si oporteret omnes mundi labores perpeti, om-  
nes cruciatus subire, si cathenas corpori admouere, si pilis ca-  
melorum indui, si millies uitam fundere, An non hæc parua  
sunt, si cum eo, quod merebaris conferantur? Si ergo rem gran-  
dem tibi diceremus, ut à lepra liber esses, facere utique de-  
buisset, quanto magis cum tibi solum dicatur: Lauare, & mun-  
daberis, confitere, & saluus eris. Dole, & dic: Peccaui & tran-  
feret Dominus peccatum tuum. Septies in Iordane lauari  
septem sacramenta designat, quibus à peccati abluimur le-  
pra. Quintum, saluus factus es, regredere ad Dominum  
gratias acturus, ne ingratus uideare, ut nouen leprosi mun-  
danti: gratias Deo age per Iesum Christum, qui eripuit te de  
C potestate tenebrarum, & transtulit in regnum suum. Trade  
te ei, & omnia tua: licet enim bonorum tuorum non egeat,  
gratum tamen, & beneficiorum memorem animum tuum  
quasi oblationem, & holocausta acceptabit, implebiturque  
in te illud Psal. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, Psalm. 49  
quo ostendam illi salutare Dei.

Ecce leprosus ueniens. Veniat ergo Naaman ad prophe-  
tam, ueniat leprosus ad Christum. Omne peccatoris ma-  
lum hoc est, quod à Deo recessit, & elongatus est, & quod  
maximè dæmon curat, illud est, eum magis, ac magis à Deo  
separare, difficilemque reditum ad eum esse suadere. Nouit enim  
illud Psal. ecce qui elongant se à te peribunt. Nescit uerò miser

Q4

pecca-

peccator, facilem ad Deum reditum esse, quia non Deus recessit ab illo, sed ille à Deo. Deus mutatus non est, tu mutatus es, redi eo, vnde discessisti, & omnia integra sunt, sicut prius. Christus descendit, vt tu venias. Discessisti tu à Deo in longum spatium: maximam partem huius Christus descendens, perambulauit, te quærens. Descendit ad te, ascende ad eum, festiuè te recipiet. Sed veni, dum tempus tibi conceditur redeundi, dum ille te expectat, dum desiderat, dum pro te orat.

2. Reg. 12.

Secundo Regum 12. ægrotat filius David, & ille iacet super terram, plorat, ieiunat; orat pro pueri salute. Moritur puer, surgit David, & lotus, vntusque est, & comedit, dicunt ei serui eius: Quis est sermo, quem fecisti? Respondet ille, propter infantem cum adhuc viueret, ieiunavi, & fleui, dicebam enim: Quis scit, si forte donet eum mihi Dominus, & viuat infans.

Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno, nunquid poterò eum reuocare amplius? Hæc duo licet inter se diuersa, optimè in Christo coherent, desiderium salutis nostræ, oblatio sanguinis sui pro nobis, omnibus modis curare salutem nostram, dum viuimus, si fortè his vti volentes viuamus, & alia ex parte cum mortui fuerimus, nihil de nobis curare, nec pro nobis dolere, nec vlllo modo refugium nostrum esse, sed clausam esse ianuam fatuis virginibus. Contrarij omnino affectus, sed in Deo maximè conuenientes, summa nunc misericordia, summa tunc iustitia. Nunc venite ad me omnes, tunc accedat nullus. Hinc Psalm. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Verumtamen in diluio aquarum multarum, ad eum non approximabunt. Ideo accede nunc cum leproso.

Psalm. 31.

Iob. 22.

Greg.

Psalm. 102.

Veniens Et efficietur in te illud Iob. 22. Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Vbi optimè Grego. Reuertitur ad omnipotentem peccator. Veniens ad Deum cum leproso, tunc ædificatur, quia ante penitus diruta domus erat, & longè fit ab hoc tabernaculo iniquitas. Sicut distat ortus ab occidente, sic longè fecit à nobis iniquitates nostras. Cum firmisimè proponis, culpam deuitare, cum te videris longissimè distare à voluntate peccan-

A peccandi, gratias Deo age, qui dedit tibi victoriam peccatorum per Iesum Christum. Dat verò pro terra silicem, quia peccator terra est. Primo peccatori dictum est: Terra es, & in terram ibis. Et per. Psalm. Non sic impij non sic, sed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ: quia huc, illucque eos dæmon vt puluerem iactat, leui eos tentatione deijcit, facili occasione eos ira permouet, superbia eleuat, luxuria inquinat, sed cum iustus efficitur, iam silex est fortis. Posui faciem meam, vt petram durissimam, ait quidam. Audi Paulum talem factum: Quis nos separabit à charitate Christi? Cum peccator fuisti dicere poteras: Quid non me separat à charitate Christi? Cum iustus verba Pauli vsurpare potes, iam silex es, qui si ictibus feritur, scintillas producit micantes. Si enim tentaris, Deum inuocas, cælum suspiras, firmiter proponis cauendum tibi ab omni malo. En scintillas: quæ nam mutatio ista? Anima, quæ antea quolibet iactabatur vento, vel leui, turbinibus iam, atque procellis agitata immota consistit, vtique quia qui sperat in Domino, sicut mons Sion, non commouebitur in æternum. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. Ante terra erat, iam silex, pro silice verò dat aureos torrentes, quia pro hac fortitudine, qua inimicos omnes, tentationesque superauit, largitur Deus ingentia dona gratiæ, & charitatis. De quo auro dicitur Apocalyp. 3. Suadeo te, emere à me aurum ignitum, vt locuples fias. Vel cum torrentes dixit, gloriam intellexit celestem, de qua dicitur: Torrente voluptatis tuæ potabis eos. En fructum accessus ad Christum. Accedite ergo ad eum cum leproso, & illuminamini &c.

Sed quid accedens leprosus dicat, audiamus. *Domine si uis, potes.* Non ausus est dicere: Munda me, sed quasi de voluntate dubitans, solum potentiam fatetur. Hanc verò tantam esse cognoscit, vt voluntate non sit inferior, nullus verò omne, quod vult, potest, nisi Deus, cuius potentia voluntas est, cuius voluntati quis resistet? Omnia quæcunque voluit, fecit. Sed ita moderatè loquitur leprosus, quia se peccatorem agnoscit, intelligitque se rem maximam petere, quæ non solo verbo efficiatur, sed sanguinis effusione. Quis enim infirmus indubiè peteret à medico sanitatem, quam vt præstet, vitam, ac sangu-

Genes. 3.  
Psalm. 10.Esaï 50.  
Rom. 8.

Psalm. 124.

Apoc. 3.  
Psalm. 35.

Psalm.

guinem profunderere debet? Si lepram peccatorum nostrorum ea facilitate tolleret Christus, qua mundum condidit, absolute, & confidenter posset leprosus dicere, munda me, sed ut nos mundaret, lepram nostram ipsum sumere oportuit, ut diceret Esai. 53. Et nos reputauimus eum quasi leprosum. Et omnia ea, quæ de leproso dicta fuerunt Leuitic. 14. in eo completa sunt. Diruptam vestem leprosus ferebat: Dirupta est humanitas Christi in passione. Os clausum leprosus iuebatur habere, sic os suum in passione clausit, non respondens verbum, ac si in furto deprehensus esset, Psalm. Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. extra ciuitatem, & castra leprosus ire iubetur. Sic Christus Hebræi. 13. propter quod extra portam passus est. Exeamus ergo ad eum extra castra, improprium eius portantes. Et sicut modo Christus extendit manum, ut leprosum sanet, ita extendit eam in cruce. Tota Dei expandi manus meas ad populum non credentem. Et tandem sicut manus Moyfi in sinu sanera, sed exterius prolata lepra tingebatur: sic Christus Dominus in patris sinu pulcherrimus, exterius in carne apparens, leprosus comparuit. Et tandem, ut noueris quanti Christo steterit nostra mundatio à lepra, audi, quid ad leprosi mundationem Leuitici decimoquarto præcipitur faciendum. Offerebat leprosus duas aues cum ligno cedrino, hyssopo, vermiculo, & cocco. Alter passer immolabatur super vase fictili, & aquis uiuentibus, alter sanguine immolati tinctus, dimittebatur liber, leprosus uero sanguine passeris septies tingebatur. Christus, & homo duo sunt passeris, sic Christus loquitur per Psalm. Sicut passer solitarius in tecto. Et homo passer est, de quo Psal. Etenim passer inuenit sibi domum, Christus immolatur Deo super vase fictili, id est, in carne mortali eius sanguine intingitur homo, qui est alter passer, cui ut liber dimittatur, ligatus cedrus hyssopus, & coccus. Hyssopus petreæ adnascens, & mala pectoris purgans, fidem significat, quæ Christo innitur, & purificat cor. Cedrus in altitudinem se extollens, Spem significat: coccus, seu vermiculus igneo fulgens colore charitatem. Vellignum cedrinum crux est, quo peccata delentur, in quo hyssopus est Christus Dominus, Et coccus qui Iosue. 2. datur

datur Raab in signum libertatis, sanguis Christi est nos liberans à peccato. Si ergo ad nostri curationem necessaria est crux Christi, & eius sanguis, an non merito leprosus ait: Si vis.

Ex quibus colligitur emphasis illius uerbi Christi, quo respondit, uolo, mundare. Sine labore condidit uniuersum, sed hoc uolo sanguinem ei, & uitam ademit. Uolo. primæ Thessalon. quarto. hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. Voluntas patris est mundatio nostra, eadem uoluntas filij est, licet pretium uitæ suæ dare oporteat. Idem ait, Uolo. Sic Hebræo. decimo, & Psalmo trigessimono nono Holocaustum, & pro peccato non potuisti, corpus autem adaptasti mihi, ut, scilicet, immoletur pro peccato, in capite libri scriptum est de me, ut facerem uoluntatem tuam, Deus meus uolui. Ecce uolo, quod initio passionis repetito uocabulo dixit, si non potest transire, nisi ut bibam illum, fiat uoluntas tua. Commendat ergo maximè Charitatem suam hoc uerbo, uolo, quo semetipsum obtulit in sacrificium, quo nos mundamur.

Et extendit manum suam. Tangit eum, nec auersatur, aut mouet stomachum lepra eius. Amor enim hæc omnia vincit, ut apparet in matre filium sibi charissimum medente. Insignis Dei in homines beneficentia esset, si nos tantum respicere uellet, cum tanta celsitudine nobis præmineat. Ex sublimi mote contèplare homines in ualle positos, & formicas reputabis. Quid obsecro, apparebunt, si aspiciantur ex infinita Dei celsitudine? Nihil omnino, unde solus eos aspicere ingens beneficiū est. Tale reputabat, cum diceret Eze. 16. Transiēs per te, uidi te conculatā in sanguine tuo, & dixi tibi, uiue. Ad uilē, & contèptibilem animā respicere, & uerbum loqui maximū est Dei beneficium, sed maius multo facies, Domine Deus meus misericordia mea, mittes enim filium tuum, qui extendat manum suam, & leprosos tangat, emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis.

Sed quoniam lepram peccatum diximus, & ea insectū peccatorem, ultimo aduertamus ea, quæ specialiter admonenda sunt peccatori ex his, quæ Leui. 14. leproso mādabatur, uestimēta eius diluta sint, caput nudū, os clausum. Peccator ergo dissuat

uestes,

Esai. 53.  
Leui. 14.

Psalm. 37.

Hebræi. 13.

Esai. 65.  
Exod. 3.

Leui. 14.

Psalm. 101.  
Psalm. 83.

Ios. 2.

1. Thessa. 4.

Heb. 10.

Psalm. 39.

Matth. 26.

Ezech. 16.

Psalm. 143.

Leui. 14.

vestes, non obtegat peccati turpitudinem, sed manifestet, non excuset, sed accuset, ne fiat sicut sepulchrum foris speciosum, intus verò ossibus plenum. Fecit hoc Adam assuens sibi folia ficus, vt se operiret, quodque exterius fecit, hoc & interius per petrauit, vanas quærens excusationes, ad excusandas excusationes in peccatis. Sic operire voluit peccatum suum Cain. Sic & Saul qui ait, Honora me corâ senioribus Israel, peccatum suū folijs verborum prophetæ obtegere voluit.

Matth. 23.  
Genes. 3.

Gene. 4.  
2. Reg. 15.

Psal. 49.

Matth. 7.  
Chryso.  
Rom. 1.

Leui. 14.

Colos. 7.  
Numer. 6.  
1. Reg. 1.  
Jud. 16.  
Psal. 1.  
Matth. 24.

Apoc. 22.

Os opertum habeat. Clauditur enim peccatori os, fiducia docedi, authoritasq; sermonis Psal. Peccatori enim dixit Deus Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meū per os tuum? qui enim se non docet, quā alium docebit? Qui enim tā parua luce præditus est vt voluntatē suā, quæ tā prope est, illuminare nō valet, quomodo distantes illuminabit? Matt. 7. docebat eos Christus, tanquam potestatem habens, nō sicut scribæ eorum, & pharisæi. Quia, vt ibi Chry. notat, Christus verbo, & opere docebat, illi verbo tātū. Qui alios doces, te ipsū nō doces? qui prædicas nō furādū, furaris? Cū opere aliud docetur, quā verbo, authoritas verbi minuitur opere cōtradicēte.

Ad perfectam verò leprosi sanitatem præcipitur Leui. 14. omnem pilum corporis radere, quo significatur omnes cogitationes, verba, & opera antiqui hominis, veterisq; cōuersationis deponēda. Expoliantes vos veterē hominē cum actibus suis, vt renouetur vt aquilæ iuuentus eius, & induat nouū hominē. Iusti quidē omnis capillus seruādus est: sic enim in lege de Nazareis præcipitur. Et 1. Reg. 1. de Samuele dicitur: Nouacula non ascendet super caput eius. Idem de Sampsonē scriptum est, quia folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet, prosperabuntur, & capillus de capite vestro non peribit, quia omnes numerati sunt. Iustæ enim & sanctæ cogitationes, verba, opera in æternam seruantur retributionem, & augenda hæc sunt, vt incrementum, & perfectionem obtineant. Qui iustus est iustificetur adhuc.

Offer munus tuum in testimonium illis, Christus ait, vt vidētes sacerdotes te à me mūdātū, inexcusabiles reddātur, mihi nō credentes. Quid putas esse concionem quam audis? quid sacramenta? quid tot in Ecclesia leprosos mundatos, peccatores iustos

iustos redditos? Verè hæc omnia testimonia sunt credibilia facta nimis, tum Dei charitatis in nos, tum obstinationis nostræ impœnitentis cordis & duri. Et sanguis Christi qui modo melius clamat, quā sanguis Abel, quia pro vobis clamat, aliquādo contra peccatores clamabit, sicut sanguis Abel cōtra Cain. Et tandē sicut in secularibus iudicijs cū tibi vim, vel iniuriam irrogari vides, illius petis testimoniū, vt superior iudex tibi auxilio sit. Sic Christus Dominus cōtra te testimoniū petit, & repetit, & seruata, conditaque in memoria tenet omnia, quæ in te cōtulit beneficia, tum naturalia, tū gratuita, & leprosus hodie sanitati restitutus testimoniū est te condēnans. Contēplare, intueri ouē hanc infirmam lepra plenā, quæ accessit ad pascorē, & medicamine manus ipsius curata est, dicente ipso: Volo, mū dare. En qui descenderat ab Hierusalē in Hierico, & cū incidisset in latrones, vulneratus est, sed accessit ad Samaritanum, & integræ valetudini est restitutus. Quæ tibi relinquitur excusatio, si non accedis? Quādo in aliqua vrbe nullus inuenitur artis medicæ peritus, si forte veniat maximus medicus, omnem facillē curans languorem, infirmī magnopere delectantur. Infirmitas es in anima: Audi nuntium præclarum, euangelium gaudij, magnus de celo venit medicus, quia magnus in terra iacebat egrotus. Licet pessimē egrotus, sanari facile potes. Non vis, erit contra te testimonium leprosus iste accedens ad Christū, sanitatem reportans. Actum esset de nobis, si Deus legem statuisset, quam assuerus, vt nullus nisi vocatus accederet ad illum, & nemo vilibus indutus ingrederetur eius regiam. Non sic Christus, sed omnem colligit miserum, omnem leprosum admittit. Tale vniuersum hominum genus inuenit. Omne caput languidum, & omne cor mærens: à planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Erat mundus xenodochium incurabiliū. Alij moribundi, alij vulnerati, alij leprosi, medicus verò nullus erat, medicina quæ in se vim haberet sanandi, non aderat. Nihil enim ad perfectum adduxit lex, vnde tunc medici deplorabant salutem infirmi, desperatam omnem infirmitatem dicebant, quia medicina contra peccatum carebant. Sic Esaias ingressus ad infirmum Ezechiam de sperata eius salute, ait, Dispone domui tuæ, quia morieris, &

Simile.

Luc. 10.

Simile.

August.

Hester. 5.

Esai. 1.

Paul.

Esai. 38.

non



*Hier.* 30. non viues. Et iterum *Hier.* 30. Desperat, insanibilis fractura tua pessima plaga tua. Et si laucris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borit, maculata es in iniquitate tua. Sed iam aduenit ad nos de cœlo medicus omnem curans languorem, pellens omnem infirmitatem. Iam adsunt medicinæ potentiores peccato, si non vis curari, testimoniū contra te erit hic leprosus, testis contra te. Christus, testis gratia, testis sanguis Christi. Et vide, ne de his testibus scriptum sit, Instauras contra me testes tuos. Ante condemnationem hominis testes iudex instaurat, eorum testimonium scriptum, & subscriptum seruat, vt iuxta allegata, & probata sententiam ferat. Quam iusta sit sententia contra peccatorem curari nolentem apparebit, cum tot testibus, ac testimonijs conuictus erit. &c.

*Iob.* 1.

## Dñica. III. post Epiphaniã.

*Domine salua nos, perimus.*

*Matth.* 8.

*Prouer.* 7.

**T**anta est rerum nostræ fidei maiestas, vt si vna eorum rectè cordi nostro imprimeretur, sufficiens esset, vt nos sanctificaret. Hinc *Prou.* 7. filii custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi, legem meam liga in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. Vt verò aliquid horum cordi nostro infideat, eique perpetuo hæreat, conducit maximè experientia, qua in nobis experti sumus veritatem aliquam fidei. Et hac re multo plus proficimus, quàm si in alijs plura videamus. Audiuius sæpe superbos, de seque gloriantes Deum derelinquere. Et huius rei multa legimus exempla, ea tamen solùm efficere solent, vt speculatione hanc veritatem teneamus: præcipuè verò idem nouimus, & intimè nobis hæret, cum id experti sumus. Sic eam veritatem Petrus nouit optime, cum postquam gloriatus est dicens: Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego, negatione didicit se à Deo ob superbiam derelictum, vnde postea non est ausus

A ausus se alijs præferre, cum interrogatus fuit: Diligis me plus his? Sæpe audiuius Deum nobis prouidentem, nostras curam tem arumnas, sed quasi non intelligimus, donec in necessitate positi, è cœlo nobis auxilium venire videmus. Tunc illud planè cognoscimus cum *Psal.* In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui, quia Deus meus es tu. Nouerat ante, se Deum habere: quomodo enim inuocaret, in quem non credit? Sed cum inuocauit Deum, expertusque eius misericordiam est, tunc planè, perfecteque agnouit Deum sibi paratum in auxiliū. Cùm hoc nos experimur, dicere solemus, modo oculis hoc in tueor, modo plane video.

Hoc omnibus maximè manifestum Deus esse voluit, velle, scilicet, eum nobis succurrere, paterna viscera se habere ad nos, nostraque, & quod beneplacitum est Domino super timentes eum, & in his, qui sperant super misericordia eius. Et quoniam in me sperauit, liberabo eū, protegā eū, quoniā cognouit nomē meum. Sed quod Dei nomen? Liberatoris est illi nomen, hoc est Iesus, vt impleatur in nobis illud *Psal.* in pace in id ipsum dormiam, & requiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Tantam in Deo nostro vult ipse nos habere fiduciam, vt dicamus cum *Psal.* Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Hoc verò præcipue oportebat Christi discipulos probe nosse, qui in vniuersum erant orbem dispergendi, qui multis agitandi periculis, qui summo opere indigebant Dei auxilio, omnibus præsidij humanis destitutum essent. Vt id ergo plenè agnoscerent, propria id ediscant experientia. *Chryso.* Hoc loco, viderant Apostoli multa Christi opera, quibus seipsum ostenderat, ac misericordem in alios, sed in se ipsis hæc non viderant, ideo hodie in necessitate positi sunt, vt experti diuinam in se clementiam, discant spem habere firmissimam, fidem non modicam, sed magnam.

Nos miseri, auarique cum simus, nescimus sentire de Domino in bonitate, & maxima ab illo sperare, sed cum cogitamus simile nostri. Verè, si diuinam bonitatē plenè cognoscere mus

*Ioan.* 21.*Psal.* 98.*Psal.* 90.*Psal.* 145.*Psal.* 45.*Chryso.* 1

mus, vt beati agnoscunt, tantam fidem habemus, vt fides nō esset, tantam spem, vt spes non esset.

1. Cor. 13

Audi quid mirabile, simulque dulcissimum in Beatis, qui Deum vident, manente semper charitate, fides, spesque nequam est. Fides quidem (quam Paul. scientiam dicit) destruitur, quia quod videmus, non credimus. Spes verò in beatis esse non potest, quia quod videt quis, quod manu tenet, quid sperat? Sed adhuc licet fides in beatis non sit, spes tamen esse posse videtur, qua sperarent, si non sibi, nobis tamen, quibus bona optant, atque exoptant. Sed cum in illis omnino spes non manet, nihil sibi sperant, & nobis etiam nihil sperant. Sed obijcis: O durum, asperumque verbum? Si beati nihil boni nobis sperant, vā nobis. Sed ego dico, imo dulcissimum, & omni melle dulcius verbum: Nihil boni nobis beati sperant. Sed qua ratione verbum hoc dulce est? Audi. Spes à philosophis, & theologis in irascibili, vt in subiecto collocatur, ad quam pertinet bonum arduum. Vnde spes est de bono arduo, atque difficili obtinendo, nec enim dicis, sperare te ea, quæ facillima sunt, & in promptu, sed quæ ardua sunt, & magna eum difficultate obtinentur. Nec enim dicis, Spero mihi dandum à patre meo parum panis, id enim tam est facile, vt obiectum spei nequaquam sit. Dicis verò te sperare à Rege cathedram maximi honoris, sperare hostium victoriam, expugnationem vrbs, præsulatum eximium: hæc quæ ardua sunt, respicit spes. Nunc ergo cum dicimus: Beatos nobis nihil sperare boni, non eò dicimus, quod non confidant, intelligantque nobis multa à Deo bona concedenda, sed eo, quod hoc tam illis apparet facile inspecta diuina bonitate, & misericordia, vt illis spei materia non sit, sed quasi facta reputent, nec eis ardua appareant, sed facillima. Nobis quidem bona sperare licet, in nobis locus est spei, quia diuinam non videmus clementiam, immensum bonitatis, ac amoris pelagus non intuemur: illis verò secus, quia vident, intuenturque.

Si verò documentum hoc theologicum velis Euangelio confirmatum cernere, si euangelium appellas, euāgelium ibis, vt Bernard. ait. Audi doctrinam hanc à Christo Domino nobis traditam. Matthæi. 7. Omnis qui petit, accipit, qui

Bernard.  
Matth. 7.

quærit,

A quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Aut, quis ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? Qui est in sinu patris hæc enarravit: qui videt Dei bonitatem, hæc testificatus est. Argumentum fecit à maiore ad minus à difficili ad facilius: faciliusque asserit esse à Deo obtinere omnia bona, quæ ab eo petere possumus ( etiam spiritum bonum quod summum est eorum, quæ dari possunt, vt dicit Luc. 11. ) quam à patre panem, vel piscem. Tanta in homines diuina bonitas est. Si ergo, quia facillimum est à patre obtinere panem, aut piscem, non hæc sperare te dicis, nec illa spei obiectum, aut materia sunt, sed quasi confectam rem putas: multò minus beatus sperare dicetur bona nobis, quia hoc ei facilius apparet, quam tibi panem à patre obtinere. Vide ergo Dei tui infinitam bonitatem, summam in nos clementiam, & dilectionem, quæ tanta est, vt qui eam videt, non speret, etiam si innumera velit obtinere: quasi obtenta putat, faciliaque omnia reputat. Hoc infinita ostendit Dei bonitatem, infinitamque in nos charitatem, ac largitatem. Vitio ergo dandum homini est, quod modicæ fidei sit, vt hodie Christus exprobrat discipulis. Si Deum videres, fidem, quæ hoc loco spem significat, non haberes, conceditur tibi sperare, & fidere, dum non vides. Esto vir maximæ spei, summaque fiducia præditus, nec vlla sit tempestas quamlibet magna, quæ te terreat, dum vides Deum tibi adesse. Noli timere Abraham, ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Quid timeat ouis cum in humeris, manibusque illius sit pascoris, qui loquitur: Nemo rapiet eas de manu mea? Quid pullus timeat aquilæ, cum sub vmbra alarum eius protegatur? Quid sponsa, quam dextera amplexatur sponsi? 1. Pet. 3. Quis vobis inoebit, si boni æmulatores fueritis? Esai. 43. Noli timere, ego protector tuus, meus es tu: cum transferis per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Esto ergo similis Abraham, qui in

Luc. 11.

Genes. 13.

Ioan. 10.

1. Pet. 3.

Esai. 43.

Primus Tom.

R

spe contra

Hebr. II.

spe contra spem credidit. Hæc vere fides magna, spes præ-  
clara

Vt hoc edoceat suos Christus, nauim cum eis conscen-  
dit.

Augu.

*Ascendente Iesu in nauiculam.* Sed Domine quid naui vehi vis,  
qui Israel per medium mare duxisti? Præclare respondet  
Augustinus, nedum omnia Christus mirabiliter facit, aufer-  
ret, quod mirabilius fecit. Vt ostendat ergo se verum homi-  
nem (quod omnium mirabilium maximè mirabile est) naui  
vti voluit. Simul, vt se ostendat in Ecclesia sua esse, atque ver-  
fari, quæ nauicula est. Clemens Papa in Ephe. 1. ad Iacobum  
ait: Similis est status Ecclesiæ magnæ naui, quæ ex diuersis  
regionibus viros portat per vndosum pelagus ad securam

Clem. Pap.  
Simile.

portum, & ciuitatem magnam, quo omnes ire conten-  
dunt. Sicut enim nauis per ampla est, ac patens in superiore  
parte, quæ cælum respicit, qua verò parte aquas tangit, an-  
gusta, clausa, beneque bitumine lita, ne aquæ subintrare  
possint, eamque demergant: huiusmodi Ecclesia est. Qua  
parte cælum respicit, aperta est, ampla est, vt inde recipiat om-  
ne bonum, quod de sursum est, & omnis diuinus influxus  
ad mundum veniens, in eam venit, hinc reliqua omnia præ-  
ter Ecclesiam perditæ omnino sunt, ac vastata. Quemad-  
modum, si in vnam terræ plagam omnis cælestis influxus  
descenderet, reliquæ omnes deperditæ essent omnino, & in-  
habitabiles, & omnes qui vitali aura frui vellent, in eam pla-  
gam venire deberent, quæ cælestibus influxibus impingua-  
tur, ita omnis qui spiritali vita viuere vult, in hanc nauim  
intret, oportet. Cuius extitit figura terra illa promissa,

Simile.

Deut. II.

de qua Dominus loquitur: Terra, quam ingredieris possi-  
dendam, non est sicut terra Aegypti, in qua in hortorum mo-  
rem aquæ ducuntur irriguæ, sed montana est, & campestris,  
de cælo expectans pluuias suas, & oculi Domini aperti sunt  
super eam, vt eam fœcundet. Quia ergo omni potentia acti-  
ua respondere debet potentia passiva, cum Christus decreue-  
rit omnem influxum mittere in Ecclesiam, eius adaptauit fi-  
guram, vt eos reciperet. Ad hoc vero aptatur Sacramentis, qui-  
bus

**A** bus Christo iungitur capiti, vt eius recipiat virtutes. Sed respec-  
tu mundi, qua parte illum tangit, angusta Ecclesia est, bitu-  
mineque linita interius, exteriusque, ne aquæ intrent in eam.  
Est quidem Ecclesia in mundo, ideo aqua indiget: homines  
sunt, qui in Ecclesia versantur, temporalibus egent subsidijs.  
Sed ad hæc angusta est, quia vt Pau. ait: Habentes alimenta, &  
quibus tegamur, his contenti sumus. Expectat æterna, ideo  
temporalia minus curat: & bitumine linitur, ne hæc tempora-  
lia cor penetrare valeant. Nolite cor apponere, si diuitiæ af-  
fluant, Psalm. ait. Et in eam sententiam Ioan. Fratres nolite  
diligere mundum; nec ea, quæ in mundo sunt. Et Pet. Obse-  
cro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere à carnali-  
bus desiderijs.

1. Tim. 6.

Psalm. 61.

1. Ioan. 2.

1. Pet. 2.

**B** Vis, videre hominem aquis obrutum insanis, quod eas  
intra cor receperit: Audi diuitem dicentem: Destruam  
horrea mea, & maiora faciam. Habes anima mea in  
annos plurimos. Stulte aquam bibisti, qua peribis, hæc nocte  
repetent animam tuam, & quæ parasti, cuius erunt.

Luc. 12.

**C** Vis è diuerso conspiciere alium, in quem aquæ non intra-  
runt? Reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non ha-  
bentes sint, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.  
Et Psalm. A te quid volui super terram? Deus cordis mei, &  
pars mea Deus in æternum. Nomen fuit fidelium referente  
Beato Damasc. in historia Iosaphat: Gens, quæ omnia despicit  
terrena, expectans cælestia. Et hoc dignoscuntur Ecclesiæ fi-  
lij ab adulterinis: ideo in Ezech. 1. notat Gregor. in rotis ani-  
malia esse sancta. Rota enim in puncto solo tangit, vel planum  
vel rotam aliam. Sancti enim, quæ sursum sunt, quærunt: quæ  
sursum sunt, sapiunt, non quæ super terram, quam solo pun-  
cto attingunt.

1. Cor. 7.

Psalm. 72.

B. Damasc.

Ezech. 1.

Grego.

Sed quid est, quod Christi nauis, nauicula dicitur? Et addit  
Mar. 4. Licet ibi essent naues, Christus tamè nauiculā cōscen-  
dit. Et cū de nauium vastatione, aliquando prophetæ loquuntur  
de magnis nauib⁹ illud asserūt, nō de nauicula: & tamè. B. Cle-  
vocat Ecclesiam nauem grandem. Respōdetur: Ecclesia nauicula  
dicitur, nomine significante eam paruam esse: Ecclesia  
enim humilium, & paruulorum est, non superbiorum, & arro-  
gantium.

Mar. 4.

Clemens.

Luc. 22.

gantium. Audi, quid Ecclesiæ principibus Christus dixerit: Reges gentium dominantur eorum: vos autem non sic: sed qui maior est inter vos, fiat sicut minor. Venit Christus, ut mores humiliaret, atque deiceret. Christus humilis, nouissimus virorum, pauper, & in laboribus à iuuentute elegit pauperes, & ea, quæ non sunt, in ministros Euangelij. Sacramenta instituit in vilibus, vulgaribusque elementis, non in rebus pretiosis, in aqua, pane, vino: & omnis euangelica doctrina docet patientiam, humilitatem, tolerantiam. Est demum granum sinapis, & tandem nauicula dicitur, quia pauci in ea saluantur, ut in arca Noe. Sed à Clemente dicitur nauis grandis, quia interior Ecclesiæ vis, ac virtus est immensa exterius parua: interior magna, doctrina eius, est sapientia maxima. Vnde ait: Ego

Luc. 21.

1. Ioan. 5.

dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt contradicere omnes aduersarij vestri. Et Ioan. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra, & sacramenta, quæ vilia apparent exterius, intus plena sunt vi diuina, conferunt gratiam, cælestes fores aperiunt. Opera quæ in hac Ecclesia fiunt Dei gratia, licet parua, gloriam merentur, ieiunium tuum, oratio tua Deum habent pretium, & mercedem. O magnum ieiunium, maxima oratio, & eius filij, licet exterius parui, sed homines magna virtute, maxima fortitudine. Et tadem magna nauis dicitur, quia omnes recipit nationes. O Israel quam magna est domus Domini, & quâ ingens locus possessionis eius. Hanc nauim Christus ingreditur cum suis, ductor eius Christus Dominus, soli eius discipuli in ea sunt, quia in Ecclesia solum sunt fideles.

Baruc. 3.

Psalm. 142.

Matth. 16.

Esai. 23.

Arbor huius nauis crux est, vela virtutes, aer, ventusque illam ducens Spiritus sanctus. De quo Psal. Spiritus tuus bonus ducet me in terram rectam. Nulla tempestas, nullum discrimen est, quod præualere possit contra eam, non Syrtes, non Scylla, aut Charybdis: portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Reliquæ naues sine dubio peribunt: Esai. 23. Ululate naues maris, quia deuastrata est fortitudo vestra.

Gregor. Nazian.

*Ecce motus magnus factus est in mari.* Continuus est in mari motus, & continua in hoc mundo fluctuatio, atque tentatio, sed in têtatis diuersitas est. Diuus Greg. Nazian. orat. 26. Cum reuerteretur ex agro, quid ex eo fructus sibi acquisierit, his

verbis

A verbis declarat: Deambulabam otiosus in littore, inclinante iam die. Consueui enim semper curas talibus dissolucere remissionibus: nam nec arcus sufferre potest, ut assidue intédatur, sed indiget ut parumper quandoque laxetur, si rursus vsui esse debeat, & nequaquam inutilis sagittario tempore necessitatis. Deambulabam igitur, & aspectus ad mare dirigebatur. Erat autem spectaculum illud nequaquam iucundum: licet aliàs sit gratissimum, cum tranquillum est, & purpurascit, leuiterque, ac placide littoribus alludit. Vêto ergo magno flâte insurgebat mare, & fluctuabat: vndæ auté partim à lóge intumescébât, ac paulatim attollébâtur, inde cōfractæ littoribus illidebâtur. Aliq̄ auté proximis impacte scopulis, ac repulse, in spumâ

B que versa, leuitate sua in altû iactabantur. Tamen conchæ, & fucus marinus, nec non ex ostreis leuissima quæque nunc expellebantur, & eijciebâtur, nûc vero rursus resorbébâtur cum vnda rediret. At quædam immobilia erant, & firma, nihilque perpetiebantur, nec perturbabantur, præterquam quod vndis tundeantur. Hinc ego ad philosophiæ vtilitatem aliquid desumpsi: & non inane fuit spectaculum illud, sed visio ista facta est mihi institutio. Nonne igitur, dicebam, mare vita nostra est? Humana enim multum falsi, ac instabilitatis habent: venti autem sunt tentationes incidentes, & quæ inspectatæ veniunt. Ex ijs autem quæ tentabantur, quædam mihi ostrearum demortuarum testæ leuissimæ videbantur, quæ flatu hinc, inde iactarentur, & nihil omnino tentationibus resistebant. Non enim in se ipsis robur habebant, & grauitatem consilij sapientis, quibus aduersitatibus resistere possent incidentibus. Quidam auté videbantur petra, petra illa digni, super quâ firmati sumus, & cui seruimus, quicumque sapienti vsi ratione omnia tolerât constâter, & incôcusse. Qui vero rectè philosophatur in trâquillitate, sed male se habet in tēpestate, est similis ei, qui se optimû putat Athletâ, cû nunquâ in stadiû descenderit, aut gubernatorem eximium, qui in tranquillitate multum de arte gloriatur, in tēpestate autem gubernacula relinquit. Est & alia similitudo huic rei valde conueniens: Arbor quædã est fabulosa, quæ excisa magis germinat, & contra ferrum decertat, & morte viuít: abscissa pullulat, & consumpta augetur. Fabula hæc in philosophiam nobis dicta

Primus Tom.

R 3

est, qui

Simile.

est, qui in afflictione, & tétatione clarescit, & ex grauib<sup>9</sup> materiã facit virtutis: in aduersis gloriatur. Hic, arbor illa est, qui facit cum tétatione prouentum. Hæc Nazianzenus.

*Præterea ecce motus magnus.* In Christum mare intrãtem insanit mare. Ingreditur mundum Christus Dominus, & quando ei occurrere debuit obsequio, in eum odio armatur, & in suos decem persecutionibus sæuissimis. Quid mali accepit, mundus à Christo, & suis? Nullum omnino. Quid ergo? Odio habuerunt me gratis. Secundo quemadmodum in fugitium Ionam mare insurgit, nec quiescit, donec absorbeat eum: sic contra Christum, quod figura peccatoris sit, nec quiescet tempestas, donec absorbeat mortem traditus. Audi clamantem: Veni in altitudinẽ maris, & tẽpestas demersit me. Maledictus homo fuit: sed Christus pro nobis fact<sup>9</sup> est maledictiũ, vt nos à maledictione eriperet: & in eũ sæuit tẽpestas diuinæ iustitiæ, vt serenitas misericordiæ nobis relinquatur. Sed quis obsecro videt etiã vilem seruũ pro se multa patiẽtẽ, nec eũ respicit summa dilectione, & gratitudine? Intuere ergo modo Christũ pro te vndis iactatum, pro te enim mare ingressus est, & veluti pauper piscator, vt filios dilectos alere possit, nauicula mare ingreditur, vt pisces capiat, cũq; in altũ venit mare, tẽpestate obruitur. Quibus hoc oculis conspiciant è littore filij, propter quos alendos talia pater sustinet? iisdẽ nos Christũ inspiciamus pro nobis multa sustinentẽ. Tertio mare turbatur: vt fides probeatur discipulorum, solũ probatos amicos Deus magnificat. Sic Iudith. Omnes patres nr̃i probati sunt, & fideles in tétatione inuẽti. Sic tentauit Abrahã: & ille fidelis inuẽtus est, qui in spe cõtra spẽ credidit. Sic tãquã aurũ in fornace probauit electos Dñs. Tentat vos Deus, vt palã faciat, an timeatis eũ, an nõ. Iac. Beatus homo, qui suffert tétationẽ, quoniam cũ probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. i. Pet. i. Modicũ nunc si contristari oportet in varijs tétationibus, vt probatio fidei vestrę multo pretiosior auro sit, quod per ignẽ probatur, tibi quidẽ multũ apparet, longũq; tẽpus, quo in tétatione, & probatione versaris sed modicũ nunc Petrus dicit. Tentat ergo te Deus, probatq; an ex toto corde eũ diligas, vt te fidelẽ amicũ, & firmũ ostendas, tétationes, tribulationes, pericula tibi adesse vult, in quibus fidelis inuentus coroneris. Ideo tu locum tuum ne deseras, sed

**A**ras, sed labora vt bonus miles Christi Iesu.

*Ipsè uero dormiebat.* Noui Dñe indigere te somno, qui quies es toti<sup>9</sup> animalis: labor enim immẽsus tibi est, in negotijs nostris peragẽdis, & maiores te expectãt. Nũc enim dormis, & est tibi ceruical, super qđ dormias. Fluuat nũc mare, sed te nõ excitat. Sed cũ in crucis nauẽ ascenderis solus sine discipulis, cũ angustiarũ aquæ animã tuã intrauerint, & dicas: Intrauerũt aquæ vsq; ad animã meam, cũ non habeas, vbi caput reclines, nisi spiritus: tũc quiescere non licebit. Quiesce paulisper modo: & si spiritus dilectæ somnũ seruat; ne exciteur, Ecclesia somnũ spiritus si seruet paulisper, adiuretq; omnes homines, ne suscitẽt eũ, aut euigilare faciãt, donec ipse velit. *Sed ecce excitauerũt eũ dicentes.* *Salua nos.* Modo Dñe dormis tu, qui in oratione pernoctare soles? Vbi est illud Esa. Nõ est deficiens, neque laborans, non dormitabit, nec dormiet, nec soluetur cingulũ renum eius. Ipse vero, de quo hæc scripta sunt dormiebat. Sine dubio somnus iste mysterio plenus est: tali namque tempore non dormiret, nisi nobis somnus doctrina esset. Primò ergo dormit, vt nũc dicebã, vt suos probet, & maxima omnium probatione. Aliquãdo enim iustũ tẽtari, aut tribulari vult, sed manifeste ostẽdit se ei adesse, ei auxiliari, eiq; dicit: Tecũ sum in tribulatione. Nõ hoc bellũ homini formidãdũ, nõ probatio maxima. Si enim homo Deũ videt in auxiliũ suũ paratũ, vt Stephanus vidẽs Iesum stantẽ, si lateri suo Deus, vt ei prestò sit, adest, facile tunc homo dicet cũ Iob: Pone me iuxta te, & cuiusuis man<sup>9</sup> pugnet cõtra me.

**C** At cũ sic tẽtatur, & tribulatur iustus, vt se solũ videat, Deumq; quasi dormientẽ, nec auxiliantẽ, vt dicere possit, quod Marcus ait, discipulos dixisse: Magister nõ ad te pertinet, qđ perimus? Hęc tẽtatio, probatioq; maxima: hoc discrimẽ durũ. Hoc omnium maximẽ Iob cõmouit, vt diceret. c. 30. Oro, & nõ respicis: clamo, & nõ exaudis: mutat<sup>9</sup> es mihi in crudelẽ, in duritiã man<sup>9</sup> tuę aduersaris mihi. Hoc idẽ cõqueritur Psa. Propter te morti ficamur tota die: estimati sum<sup>9</sup> sicut oues occisionis. Exurge, quare obdormis Dñe? Quare faciẽ tuã auertis? Obluisceris in opię nostrę, & tribulationis nostrę. Nõ ista probatio omnium est, sed perfectiorum: nec persæpe Deus sic probat, ac tentat, sed raro. Sæpius vero cum iustus tentatur, ac affligitur illud

Ioan. 15.  
Ionæ. 2.

Psal. 68.

Simile.

Iudi. 8.

Iacob. 1.

i. Pet. 1.

Esa. 5.

Iob. 17.

Marc. 4.

Iob. 30.

Psal. 43.

**Psal. 10.** efficitur, quod Psal. ait: Dominus in cœlo sedes eius, oculi eius **A** in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum. Licet Deus, ait, in cœlo sit: tamen respicit pauperē, & afflictū, & palpebris interrogat homines. 8. Moral. c. 8. ait Greg. palpebras Dei iudicia eius esse. Cum verò dormit Dominus, & palpebris operit oculos, hæc maxima probatio Dei, qua modo tentat, probatq; mundi Doctores: quaq; probatus fuit primus magister Ecclesiæ Christus in cruce, cū dixit, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me?

Secundò sicut in discipulorum timore, & anxietate ostēditur imperfecti hominis status: ita in Christi somno viri perfecti pax, tranquillitasque mentis eius in aduersis. Nūc Petrus, vt imperfectus turbatur, & inde verò Spiritu sancto plenus cum perfectus esset, in carcere vincens cathenis duabus in crastinū **B** producēdus in mortē, dormit. Sap. 13. Quoniā donum, & pax est electis Dei, & pax multa diligentibus legem tuā, & non est illis scandalū Iob. 14. Si iniquitatē, quæ est in manu tua, abstuleris à te, & nō manserit in tabernaculo tuo, eris stabilis, & non timebis, & defessus securus dormies, requiesces, & nō erit, qui te exterreat. Et hoc est illud pactum pacis, quod Deus pepigit cum iustis. Eze. 34. Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra, & qui habitabunt in deserto, securi dormiant in saltu. Tribus vero fundamentis innititur hæc iusti pax in omni tribulatione, & tentatione, quorum primum est conscientie securitas, qua anima in se metipsa pace plena cum sit, externa eam turbare non valent: sicut **C** contra impio pax esse non potest ab extrinseco, quia interiorius pax in eo non est. Et hoc est, quod Iob. 14. dixit: Si iniquitatem, &c. Prouer. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium.

**Sap. 13**  
**Psal. 118.**  
**Iob. 14.**  
**Ezech. 34.**  
**Iob. 14.**  
**Prou. 15.**

Secundum vero fundamentum est consensio, & conformatio cum diuina voluntate. Hanc ostendit Iob initio tribulationis: Sicut Domino placuit, ita factum est. Et id ipsum eum Eli phaz monuit, dicens: Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos.

Tertium fundamentum est firma in Deo spes. Norūt enim licet, dormire videatur, tamen oculos Domini super iustos esse, &

**A** esse, & non in finem obliuio erit pauperis, nec vacua erit iustorum spes: quis enim sperauit in eo, & confusus est? Ne timeas, dixit Cæsar nautæ in discrimine, ac tempestate magna: Cæsarem, & fortunam eius tecum fers. Quid timeat iustus, quid non speret, cum Christum secum in nauicula habeat? Nouit ideo insurgere tempestatē, vt ponat in Deo spem suā: & nō obliuiscatur operum Dei, & mandata eius exquirat, vt Psal. ait.

**Domine salua nos.** Accedunt ad Christum. Nihil melius prestare potuerūt: aderit illis diuinum auxilium. Quidam visa tentatione, & tribulatione non ad Deum accedunt, sed ab eo recedunt, & Deū à se pellunt, & ei ieiunt: & sic se securos putant, & omnino falluntur. De quibus Eccles. 2. Væ eis, qui **B** perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Quid faciet, cum inspicere cæperit Dominus? Loquitur hic Spiritus sanctus ad eos, qui tempore tribulationis ad peccata properant, ibi remedium quærunt: an non hoc mali totius principium? Perdidisti sustinentiam, & patientiam, declinasti in viam prauam. Væ tibi. Quid ergo faciendum nobis est? Accede ad Deum humili oratione. Alleuia nauē, vt hi fecerunt, qui cū Iona, & similiter qui cum **C** Paulo tēpestate, procellaque iactabantur, & sumpserunt cibū. **Iona. 2.** **Acto. 27.** Primum alleuiāda nauis est, ne tempestate faciliē demergatur. Quid in profundum merfit, magnam nauem Tyrum? Sodomam? Samariam? Nimum plane onus earum, abundantia panis. Videte ergo ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate. Tentaris? affligeris: alleuia nauem: proijce in profundum omnia peccata tua vera confessione: sume cibum, communio nem, da eleemosynas, tolle delicias. Nauta prudens videns **Similis** validum ventum tempestatem excitare, vela complicat. Sed peccator stultus, quo validiori vento quatitur, eo vela magis extendit, quomodo non periturus est? Si tentaris, si affligeris, & in hac tempestate, atque procella delicijs vacas, vanitati inseruis, sine dubio vndis es submergens. **Daniel. 7.**

Vidit Daniel c. 7. pugnare ventos in mari, & post eorum pugnam quatuor bestię de mari egrediuntur. Quod venti perflent, mirum

mirum non est, præcipue vero in mari. Sic mirandum non est. Tentationes insurgere in nos, nec eo differunt iustus, atque peccator, quod hic tentetur, ille secus, omnes enim tentantur. At hæc inter impios, & iustos differentia est, quod post peccatoris tentationem exeunt, proceduntque bestia: à corde eius, bruta scilicet desideria, opera à ratione aliena. Sic Christus: De corde exeunt malæ cogitationes, adulteria, &c. **Matth. 15.** Hæc sunt, quæ coinquinant hominem: Sed in corde iusti post tempestatem tranquillitas fit maxima, vt hodie facta est. Summum in tempestate discrimen est, si ad terram velis te conferre: facile enim naus in rupem offendet, ac impinget, & frangetur omnino. Ideo periti nauæ tunc vastum mare, altumque petunt. Cum ergo te iactari videris tentatione, vel tribulatione, terram fuge terrenas consolationes deuita, dicq; **B** cum **Psal. 76.** Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum.

**Imperat uentis, & mari, & obediunt ei.** Imperat homini, & inobediens est. An nõ merito hic dicitur illud **Eesai. 23.** Erubescet Sidon, ait mare? Sed qua de re? Quia ego obedio creatori, tu vero secus. **Mar. 4.** ait Christũ dixisse mari: Obmutesce, quiesce. Quoties verba hæc dicta tibi à Deo sunt? Quiesce homo irate, obmutesce iurator, maledice, impudice, & ecce inobediens factus es adhuc. **Reg. venit vir Dei, & ait:** Altare, ecce altare scindetur, & effundetur cinis, qui est in eo. Altare scissum est, & effusus est cinis de altari. Loquitur ad altare, & cõtinuo **C** obedit voci Dei: scinditur, & cinerem fundit. Loquitur ad Ieroboã, & non audit. Mira cordis humani durities, frangitur, & obedit petra, illud vero permanet in duritia sua. Merito mare, & lapis nobis dicent: Erubescet inobediens homuncio. Hac enim ratione dixit: Tace, obmutesce, vt imperio suo mare obedire cognoscerent homines, & inde saltem obediẽtiam discerent. Iã non Rechabitarũ vt apud **Hiere. 35.** confunduntur inobedientes, sed maris exemplo, est cor tuũ, vt mare feruens, cum ira illud iactat, ac mouet, cũ luxuria trahit. Audi loquentẽ, imperantẽque Christũ: Quiesce, tace, an non obedies? **Imperat Deus igni Babylonico:** Ne comburas tres pueros, non cõbussit, imo dedit ventũ roris flantem. **Præcepit Deus leonibus fa-**

**A** bus famelicis, ne tangerent Danielem, & continerũt rabiẽm, famemque suam. Homo vero iratus flammã suã mittet in proximum, exuret famã eius, & velut carbones denigrabit, & deuorabit carnes fratris sui, inobediens Deo suo. Terminũ Deus posuit mari, & nõ præteribit, & ait: Hic cõfringes tumẽtes fluctus tuos: & obediens fuit. Tu vero quia libertate donatus es, quod summum est Dei beneficium, eum offendis, & quo maxime continendus eras in Dei obsequio, eo maxime effraenis efficeris. Hanc hominis futurã inobediẽtiam, ostẽdit Deus in hominis cõditione. Cum enim cãteras creaturas vno verbo condiderit, dicens: Fiat lux &c. continuo illa facta sunt, ipse dixit, & facta sunt: at vt hominem esse faciat, non verbo vno, sed, Faciamus, ait, hominem, quia non simplici est obediturus verbo. Et accepit de limo terrã, vt ostendat hominis peruicaciam, qui vt diuinã vocationi respondeat, quasi viribus, & lacertis id facturũ esset, & consultatione etũ condidit quasi inobediẽtem admittens seruum. Nam fidẽlem seruum continuo recipis in domum tuã: illum vero quem putas fore inobediẽtem, non sine magno consilio. Et cũ de reliquis creaturis continuo dixerit: Vidit Deus, quod esset bonum, quia nouerat nunquam in malum declinaturas, quoniam præceptum posuit, & non præteribunt, de solo homine hoc dictum non est, licet enim optimum eum fecerit, nouit tamen continuo ab ea rectitudine defuturum. Discamus ergo ab omni creatura obedire creatori, &c.

## Dominica Quinta post Epiphaniã.

*Simile est Regnum cælorum homini, qui seminauit, &c. Matth. 13.*



**V**M vniuersum hoc Deus condidit, in eoq; **A** hominem collocauit, intendit iustos, probosque viros diffeminare, sicque vniuersum quasi Dei paradysum efficere. Eximium plane foret, si vniuersa terra bonis repleta esset, ac iustus, vere hortus esset voluptatis. Esai. Vtina attēdisse ad mada ta mea, facta fuisset sicut flumē pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris, & fuisset quasi arena semē tuū, & stirps vteri tui sicut lapilli eius: nō interijisset, & nō fuisset attritū nomen eius à facie mea. Vbi Hieronymus per flumen, gurgites maris, arenamque eius, multitudinem significari dicit, & abundantiam eorum omnium. Ut quid putas mundum factum esse? Verè, ut ager esset, quo boni seminarentur: non enim propter peccatores conditus est. Sed ut Pau. ait, omnia propter **B** vos. Ro. 8. vanitati subiecta est creatura nō volēs: sed propter eum, qui subiecit illam in spe: quoniam ipsa creatura liberabitur aliquando à seruitute corruptionis in spe gloriæ filiorum Dei. Et ideo omnis creatura ingemiscit, vidēs se quasi captiuā cum impijs obsequitur. Cōtra dæmonis est, fata Dei perdere, superfeminatis zizanijs. Seminat Deus in Adam, & Eva vniuersa bona semina, tum naturæ, tum gratiæ, vt filij nascerentur omnibus bonis præditi. Sed superfeminauit serpens zizania, dū in Eva posuit pomi desideriu, & hoc facto perdidit agrū Dei.

Multa bona in Israelitica gente seminauerat Deus, sed dæmon superfeminat desiderium Aegypti, & ciborum eius. Seminauerat multa bona in Dauid, sed superfeminat dæmō adulterium, & homicidium: & sic in reliquis. Hæc hodierna parabola **C** explicatur quæ sic ait.

*Aliam parabolam etc.* Hieron. hic sicut in conuiuio cibos multos, diuersosque proponis inuitatis, vt qui vnum non gustat, alium degustare possit: sic in Euangelio Christus Dominus vna proposita parabola seminantis, aliam etiam adijcit, vt quem illa non pascit, hæc pascere possit. Sicut enim Gene. 2. produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & suaue ad vescendum, & ex illis omnibus paradysum ornauit ad eundem modum in scripturæ paradiso posuit omnem doctrinam optimam, pulchramque, nihil boni in exteris est quod

**A** quod in illa non sit, omne quod placere potest intellectui, quodque delectare potest voluntatem, eique proficere, in ea reperies.

*Simile est regnum cælorum.* Verbum hoc, regni cælorum, vsque ad Christum auditum nequaquam fuerat: nec illud vllus prophetarum vsurpauerat, Regi enim cælorū seruabatur verbum hoc. Et ratio est: quia vt dicitur Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam, sed Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Omnes vsque ad Christum de cælorum regno loquuti sunt, non quæ viderant, sed quæ audierant, vnde non tam explicite de eo loqui poterant. Hoc ostendit Eliphaz. Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiue suscepit auris mea venas fufurij eius. Vbi de hac re optime Greg. dicit,

**B** Verbum factum ad se esse absconditum, & furtiue captū: quia qui furtim aliquid rapit, non totum capit, sed partem. Addit fufurrij venas, Gregorius. Sufurrare est ita tenuiter loqui, vt non sit vox, sed imitatio vocis. Quasi dicat: Reuelatio tam obscure mihi facta est, vt quasi non possem intelligere: non enim Deum, aut eius lucem clarè inspexi, sed quasi per venas, rimulos, & cancellos. Hinc Cant. 2. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per cancellos, prospiciens per fenestras, inter rimulas eum videt, non plene, planeque. Quod præclare explicat verbum Hebræum, quod ibi ponitur, estq; (*Tazdim*) quod proprie significat eum modū videndi, quo videtur flos inter arundines compositas, vel cum rosa incipit pullulare, rū

**C** pereque velamen, quo operitur, & apparet aliquid rosæ, sed non tota. Sic dicit sponsa: se videre pulcherrimum vt rosam sponsum, sed non omnino videre eum, sed ex parte. Nunc, inquit Pau. cognosco ex parte. In omni enim creatura cernitur Deus, sed non totus Deus, sed quasi pars Dei, quia nulla aperit, aut ostendit vniuersum, quod in Deo est. Sic etiam fide, reuelatione, & figura non Deus clare videtur, sed obscure, per cancellos. Quod magis adhuc explicat Eliphaz, dum ait, Venas fufurrij. Quia sicut aqua maxima intus latens, (ait ibi Gregor.) per venas paulatim, & guttatim decidit: sic Deus in creaturis latet, quæ venæ sunt Dei, per quas quasi guttæ Dei ad nos veniunt: intus vero pelagus est infinitum Deus. Quando vide-

Esai. 48.

Hiero.

2. Cor. 4.  
Rom. 8.

Gene. 2.

Hiero.  
Simile.

Gene. 2.

Ioan. 1.

Iob. 4.

Grego.

Cant. 2.

Simile.

1. Cor. 13.

Grego.

Simile.



do videbimus eum sicuti est, tūc pelagus inspiciemus: modo **A**  
guttas tantum, quæ auditu percipimus. Christus vero Domi-  
nus testis oculatus, Vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse enar-  
rauit. Sicut ergo testis oculatus omnia distincte testificatur,  
alij verò confute: ita Christus de cælorum regno distinctè cla-  
reque differuit, illudque nominauit, vt est. Sed licet regnum  
cælorum præcipue beata patria dicatur: hic vero Ecclesia, quia  
via est ad illam, etiam regnum cælorum dicitur.

*Homini qui seminavit bonum semen.* Diuinum ostendit inge-  
niū his verbis, quodq; maxime est propriū est, hoc est omnibus  
dare, ac se ipsum cōmunicare: nomen eius, largitor omniū bo-  
norum: omnia & omnibus dans. Hoc primū fuit nomen, quo  
se Deus patribus reuelauit in Deo, Sadai, idest omnia satians,  
omnibus largiēs, & omnia quæ habet, donās. Nō est huius natu-  
ræ, ingenijq; mundus, qui potius noua horrea facit quibus bo-  
na recōdat sua, ne alteri præstet. Assuerus solis sapiētibus septē  
concedebat, ante ipsum stare, eiusq; vultū respicere: hocq; fa-  
cto magnū se ostendere putabat. Non huiusmodi Deus noster  
est: imo in hoc vniuersos spiritus, hominesq; condidit, vt eius  
faciē semper intuerentur. Petit Israel à Seō Rege Esebon: Trā-  
sibimus per terram tuam: publica gradiemur via, non declina-  
bimus nec ad dexteram, nec ad sinistram. Alimenta pretio vē-  
de nobis, vt vescamur, aquam pecunia tribue, & sic bibemus:  
tantum est nobis, vt concedas transitum. Noluitque Seon, &  
nec id concedere voluit, sed exercitu coactō iter impedire co-  
natur. Talis sæculi huius vsus, ac consuetudo est, si inuenit **C**  
quis viam, qua facile diues sit, vel in altum cōscendat locum,  
operit viam, ne alius eam videat, ac ingrediatur, & per eam  
gradientem impedire conatur. Non sic Christus, qui quam  
sibi in gloriam suam viam aperuit, omnibus manifestauit, vt  
eam ingrediantur. Nabucdonosor solus haberi vult Deus in  
terra, non sic Deus noster, sed ait: Ego sum lux. Sint alij etiam  
lux mundi, ego sanctus, vos quoque sancti estote, ego Deus &  
ego dixi: Dij estis.

Sed attende: seminavit bonū semen in agro suo, id est bonos  
in mundo, & in vnoquoq; homine plurimum semen bonum  
iicit. Hoc vero in te ipso facile videbis, si attendas diuina in te  
dona.

Simile.

Esther. 12.

Deut. 2.

Iudi. 1.

**A** dona. Dedit tibi rationem rectam, inclinationem voluntatis in  
bonum, in baptismo dedit tibi omnes virtutes, ac dona Spiritus  
sancti, supernaturalia, & naturalia dona quam plurima.  
Quid tanto in te iacto semine sperari à te potuisset? Certè sum  
magratitudo, innumera obsequia in Deum. Seneca ait. Acci-  
piens beneficium similis esse debet terræ optimæ, prædio pin-  
gui, quod centum, dat vno accepto. Sic hac ratione Deo no-  
stro compensandum esset, qualia, quantaque obsequia ei debe-  
mus? Sed & si vnum pro vno redderemus, innumera præstare-  
mus. 2. Cor. 9. Qui parce seminat, parce & metet, qui seminat  
in benedictionibus, de benedictionibus, & metet. Si hac ratio-  
ne, regulaq; cū Deo nostro nos gereremus, cū ille copiose se-  
minarit, copiosam ei messem redderemus. Dic ergo cū Psal. Be-  
nedic anima mea Dño, & noli obliuisci omnis retributiones  
eius. Hac verò ratione Deus Exod. 16. pluit manna, vt semen  
coriandri: vt in forma feminis ostenderet, omnia bona, quæ no-  
bis ab eo proueniunt, semina esse: & beneficia Deum confer-  
re est, ipsum seminare, quo intelliges, sicut à terra, quam semi-  
nasti, fructum quæris, & merito, maledicisque eam, quæ illum  
non dat, ita à te exigetur fructus, cum beneficia Dei receperis,  
quem si non dederis maledicto subiacebis. Existimas, o homo  
in obliuione esse ante Deum, quod te condiderit? quod te re-  
demerit? quod in Ecclesia constituerit? quod sacramēta dederit?  
Absit. Audi Psal. Existimasti inique, quod ero tui similis?  
Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Sed quid est, ero  
tui similis? Nos recipimus dona, & obliuiscimur. Vnde ait: Po-  
pulus verò meus oblitus est mei diebus innumeris. Non simi-  
lis nobis Deus est: recordatur enim beneficiorum, quæ in nos  
contulit, quæ in iudicio nobis in memoriam reuocabit, quibus  
male vsi sumus. Dedi eis argentum, & aurum (dicit) quæ  
fecerunt Baal, & ipsa diuina dona nos damnabunt. Et quemad-  
modum speciosi capilli Absalonis ei in interitum fuere, dum  
eis è quercu pependit, tanquam fune: sic præcipua Dei dona  
tibi collata damnationis æternæ tibi causa erunt, si eis ingra-  
tus reperiaris.

Veni inimicus, & superseminavit zizania. Idest, malos, pra-  
uosq; homines, visimus, & colligimus ea. Ostēdūt Angeli serui  
huius

Seneca.

2. Cor. 9.

Psal. 102.

Exod. 16.

Simile.

Psal. 49.

Hier. 2.

Osee. 2.

2. Reg. 18.

huius patris familias se paratos ad ultionem inimicorum, dicunt. Imus, quasi qui in altera regione sunt, scilicet in cœlo, eos paratos ostendit Psalm. Gladij ancipites in manibus eorū, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandum Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciant in eis iudicium conscriptum. Nec verò solum Angeli, sed omnis creatura in idem supplicium fumendum ab impijs parata est. Sapien. 16. Omnis creatura, tibi Creatori deseruiens, excandescit in tormentum aduersus iniustos. Sicut enim serui videntes Dominum lædi, armantur contra offensores: sic omnis creatura in peccatorem.

Sed tanta est diuina bonitas, vt dicat: *Non finite utraque crescere usque ad messem.* Augu. Ego offendebam te Domine, & tu me defendebas. Vidisti aliquando hominē, qui ab inimico multa patitur vulnera, & seruis suis eū defendere, & ultionem de inimico capere paratis, dicat: *Sinite eum, licet me confodiat, nihil ei mali faciatis, imo bona multa præstare?* O diuinam, immensamque in nos bonitatem, offendimus te, summam tuam maiestatem lædimus. Et Angelis dicentibus: *Vis, imus, colligimusque eos, dicis: Non: imo custodite: in manibus portate: à dæmonibus defendite: finite illos.* Peccas tu, & posset continuo te comprehendere, ac circumuenire in operibus manuum tuarum, & tamen expectat: finite vtraque crescere.

Sed qua ratione Deus improbos tandiu patitur, expectat, crescereque finit? Non vnica ratio est, sed plures. Quarū prior sit communis, tum bonis, tum malis. In naturalibus non continuo orto poma illud decerpis, sed crescere sinis, & maturescere, donec in perfectum deueniat statum: ita in omni terræ fructu accidit. Simile quid Deus noster cum hominibus agit probis, & improbis. Deus enim secundum æternam suam prædestinationem decreuit, iustum quemlibet in gloriam ducere, & in glorię cumulum certum. Et licet antequam eo perueniat iustus, vt vniuersam illam gloriam meritis æquet, gloriam meretur: non tamen peruenit ad maturitatem, statumque suum: nondum impleuit mensuram suam. Similiter statuit Deus impium expectare vsque ad certum tempus, & tantam peccatorum mensuram. Et licet antequam eo perueniat, commeritum sit inferi

Psalm. 149.

Sap. 16.

Augu. Simile.

Simile.

A sit inferi pœnas, non tamen eo vsque peruenit ad statum suum, sed cum eo peruenit, succidetur, & in ignem mittetur. Hinc Gene. 15. Nec dum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus: idè modo non succidam eos, sed cum completæ fuerint, statim succidentur. Quia in re impio contingit, quod vasi fictili vacuo super aquas cœsti tuto. Cū vacuum est, vel semiplenū, non absorbetur ab aqua: sed supernatat: sed iā huc inclinatur, iā illuc, paulatimq; aqua ebibit, eaque impletur: cū verò impletum est, descēdit in profundū quasi lapis. Audi hanc rem improbo accommodatā. Iob. Vtinam impleatur venter eius, vt immittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellū suum. Et hoc Iudæis Christus Dominus dixit Matt. 23. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. De quo ad literam Amos. 1. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam illum. Numerus ternarius vsu scripturæ multitudinem significat, vt dicit Chrysost. hom. 47. in Mat. super illud. Tria sata farinae, quia ternarius est primus numerus multitudinis, quo multi dicuntur. Vnde cū super ternarium additur quaternarius, significat, Damasci peccata supra multa esse, vt iam non sit locus ad differendam vindictam. Et in hac re est apud Deum decretus certus numerus peccatorum, super quem non expectabit vltra peccatorem, sed continuo in eum proferet sententiam. Hinc. 1. Reg. dicitur. Recensuit, quæcūq; fecit Amalec Israeli quomodo restitit ei in via, quādo ascēdebat de Aegypto. Nūc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius. Ideo caue, ne nimium pecces, impleasq; mensuram tuā, Eccl. Ne adicias peccatum supra peccatum, subito enim venit ira Dei, & in tempore vindictæ disperdet te. Thren. Appropinquauit finis noster: completi sunt dies nostri, quia venit finis noster. Et hoc est illud Psal. Priusquā intelligerent spinæ vestræ rhamnū sicut viuentes, sic in ira absorbet eos, id est, priusquā spinæ pertingerent ad hoc, vt sint rhamnū, absorbentur. Differt spina à rhamno, quòd spina tenerior est, rhamnū verò dicitur, cū creuit spina, & induruit. Ante ergo quam peccator perueniat ad hoc, vt sit rhamnum, id est, ante peccatorum summā plenitudinem, & antequam opere impleat multa male cogitata, & ante-

Genes 15.

Simile:

Iob. 20.

Matth. 23.

Amos. 1.

Chry.

1. Reg. 15.

Eccles. 3.

Thren. 4.

Psalm. 57.

quoniam iustis fiat intolerabilis succidetur. Hac ergo ratione dicitur A. tur, finite, crescant usque ad messem.

Psalm. 80.

Secunda eiusdem rei ratio est: In maximum malorum supplicium eos in malitia crescere Deus patitur, ut qui in fordibus est, fordescat adhuc. Hanc vero iram Dei in eos esse ostendit Psal. Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi, & dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis, & hoc quasi extremum Dei supplicium proponit. Pau. ad Ro. Vbi traditurus Deus inimicos suos in manus tortorum, non eos tradit leonibus, aut tigribus, sed ait: Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Relinquere enim mihi gladium, quo me volo confodere, ira est: misericordia vero, a me tollere. Auertere hominem a via, qua precipitandus est, misericordia est: & ira eum relinquere, ut talem percurrat viam. Misericordiam dicit Psalm. punitionem adhibitam Moysi, & Aaroni, dum ait: Deus tu propicius fuisti eis, ulciscens in omnes adinventiones eorum. Hominem vero im-

Roma. 1.

Simile.

Psalm. 98.

2. Mach. 6.

Psalm. 7.

Hier. 3.

Simile.

Esai. 63.

Grego.

Psalm. 68.

punitum relinquere, cum permittere pro arbitratu agere, in malo crescere, summa ira est. Sic 2. Macha. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est iudicium. Non enim sicut in alijs nationibus Dominus patienter expectat, ut eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat.

Inter diuinæ pharetræ sagittas, quas in peccatorum ultionem Deus seruatas retinet, aliquæ sunt crudeles, precipueque timende de quibus ait Psal. Sagittas suas ardētibus effecit, id est, ardentes effecit, vel ardētibus rebus, venenosisque; herbis tinxit. Hæ vero sunt cum peccatum peccato punit, hæ sagittæ mortis sunt, nec ista animaduersio patris est, sed inimici iuxta illud Hier. Plaga inimici percussus eos, castigatione crudeli. Vulnus quod infligit chirurgus, ut cures, vulnus amici est, quia ordinatur ad vitam at vulnus, quod hostis tibi infligit, ut occidat, inimici vulnus est. Huiusmodi est peccati vulnus. De quo Esai. Ipse debellauit eos, & conuersus est in inimicum. Quanta ista plaga sit ille nouit, qui scit, quantum sit malum. Deum amittere, ac offendere. De qua re multa Greg. Moral. 7. c. 8. De hac etiam loquitur Psal. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, &

non

A. non intrent in iustitiam tuam. De hac Ezech. Et auferetur zelus meus a te, nec irascar amplius, eo quod prouocasti me in omnibus his. Ezech. 16.

Tertia eiusdem rei ratio: Misericordia Dei est in improbos. Videns enim Deus atrocitatem pœnarum inferni summam, & æternam illam damnationem, quæ omnem superat cogitatum, merito non statim illuc homines trudit, ut excommunicetur in Ecclesia peccator, & si mox possit absolui, tot præcedunt monitiones. Quid obsecro non faciat diuina misericordia ante excommunicationem illam æternam? Hoc significat Psal. dicens: Vides, quoniam tu dolorem, & laborem consideras, ut tradas eos in manus tuas. Id est: Tu Domine consideras laborem, & dolorem æternum, quantus sit, & ideo non continuo tradis peccatores in manus tuas puniendos. Similis in hoc factus patri, qui solet nimium irasci, crudeliterque castigat, cum castigandum est, quod ille agnoscens, abstinet a filiorum animaduersione, donec nimium ultionem commouerint. Audi hoc Dominum loquentem Osee. 1. 1. Quomodo dabo te Ephraim? Protegā te Israel? Quomodo dabo te? Sicut Adama ponam te ut Seboin? Cōuersum est in me cor meum, pariter conturbata est penitudo mea, non faciam furorē ire meę. Verba sunt ista amantissimi patris, castigare volentis, seque detinētis propter castigationis crudelitatem. Addit etiam: Adhuc non conuertar, ut disperdā Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo, in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Explicandus nobis locus iste

Simile.

Psalm. 9.

B. est summa plenus misericordia. Quomodo, inquit, dabo te Ephraim? Dare aliquæ phrasis est apud Hebræos, ut apud nos afficere aliquem, quod incertum est, an in bonum, vel malum accipiat, nisi ex adiunctis colligatur, ut honore afficere, vel iniuria. Ita Psal. Dedit in opprobrium, cōculcātes me. E cōtra Psal. Quomodo dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi. Elegāter ergo dubitantis affectum exprimit dicens: Quomodo dabo te Ephraim? Quasi dicat: Quo affectu erga te ero? Quid de te faciam? quomodo te tractabo? Addit: Protegā te Israel? An protegā te a venturis calamitatibus, cum me prouoces peccatis tuis. Septuaginta transferunt. Defendam te Israel. Hebræum verbum, quod ibi ponitur, proprie significat protegere scuto. Sub-

Simile.

Osee. 11.

C. dit.

Psalm. 56.

Psalm. 20.

dit. Quomodo dabo te? Exprimit iterum dubitantis affectum A  
& nunc in hanc, nunc in illam partem propendentis. Sicut  
Adama, ait, ponam te, vt Seboin? Hoc tua postulat impie-  
tas, vrbes istæ sunt, quas Dominus subuertit cum Sodoma, &  
Gomorra. Genes. 19. Sic ergo, ait, Absumam te igne vt ci-  
uitates illas? Conuersum est in me cor meum, id est, muta-  
ui sententiam. De non mutata sententia dicitur Psalm. 111.  
Confirmatum est cor eius, non commouebitur, donec despi-  
ciat inimicos suos. Quoniam ergo terribile supplicium fuerat  
comminatus, rursus, vt ait Hiero. parentis affectu misericor-  
dia vincitur, & austeritatem iudicis pietate mitigat patris. Pa-  
riter conturbata est pœnitudo mea. Humano more loquitur,  
quasi affectibus nostris impellatur. Sed dignè Deo intelli-  
genda hæc sunt. Excitatus, ait, est in me dolor magnus pœ-  
nitentiæ, quod ita punire vos voluerim. Sicut Genes. 6. Et B  
tactus dolore cordis intrinsecus. Quia vero dolor iste turba-  
re solet, ideo ait. Conturbata est pœnitudo mea. Quia, ait  
Deus ego sum, & non homo. Homo punit, vt perdat: Deus  
percutit, vt emendet. Ita Hierony. Cirilus verò ait: Non vtar  
ira summa, non omnino delebo. Licet enim illi digni sint,  
vt funditus pereant, sed ego Deus sum non homo, sum bo-  
nus, non vincar ab ira, vt homo. Non ingrediar ciuitatem.  
Rufinus, & Rupertus dicunt: More loquitur ducis, qui  
urbem oppugnat, & cum iam in captam ingredi pararet, vt  
omnes sine delectu interimat, mutat<sup>o</sup> repête à pugna abstinet  
& urbem liberam relinquit. Sic de Rege Assyriorum dicitur. 4. Reg. C  
Non ingredietur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam, &c.  
Sensus ergo est: In medio tui ero sanctus, teque sanctificans, ti-  
bi benefaciens: non perdam vos, vt decreueram, sed parcam, &  
cohibebo furorem meum. Ecce impletum illud Abac. 3.  
Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Idem modò ait, Non:  
finite vtraque crescere: non tam cito peccatorem disperdatis.  
An non te diuina misericordia cohibet? An vel ex Deo tuo  
non discas, cum peccatum opere completurus procedis, sub-  
sistere paulisper, & dicere, hoc ego perpetrabo facinus? Deum  
meum offendam? Tantum crimen non committam, quia & si  
homo sim, sed Deo subditus.

Alligate

A *Alligate in fasciculos.* Greg. Vt focij delictorum sint etiam in  
supplicio focij. Fient tunc fasciculi, vt fieri solent à messoribus.  
Fiet fasciculus superbiorum, & dabuntur in opprobrium sem-  
piternum. Fasciculus auarorum, & dabuntur in æternam mise-  
riam, ac paupertatem. Fasciculus eorum, qui corporis voluptatibus  
indulgent, & dabuntur in ignem æternum, & sulphur. Simili-  
ter etiam boni in fasciculos colligendi sunt. Vnde Abacuc. 3.  
Vt ascendam ad populum accinctum nostrum. Hebræum  
verbum significat, vnitum, collectum, colligatum. Vnde cum  
sancti antiqui moriebantur, dicebantur ad patres colligi. Deu-  
ter. 32. Ascende in montem Nebo, iungeris populis tuis. Et  
ad Iosiam. 2. Paralipom. 34. Colligam te ad patres tuos. Dicuntur  
vero pij colligari fasciculo viuientium, quasi flores colligantur,  
vt sint in manu Dei. Hinc. 1. Reg. 25. Abigail ad Dauid:  
Si surrexerit aliquando homo prosequens te, erit anima Do-  
mini mei custodita, quasi in fasciculo viuientium, apud Do-  
minum Deum tuum: Quia iustorum animæ in manu Dei sunt, &  
non tanget illos tormentum mortis. Dicuntur verò iusti rose,  
& flores Eccl. 39. Obaudite me diuini fructus, & quasi rose plâ-  
tata super riuos aquarum fructificate. Quasi Libanus, odorem  
suauitatis habete, florete flores, quasi lilium, & date odorem,  
& frondete in gratia, & collaudate canticum, & benedicite Do-  
minum in operibus suis. Ad hunc ergo populum accinctum,  
adhunc floridissimum hortum sanctorum se ascensurum læta-  
tur Abacuc. Nec verò spiritus solum iustorum alijs sanctis spi-  
ritibus iungi optant, sed & sua corpora corporibus sanctorum  
iungi volebant. Sic Gen. 47. adiurat Iacob Ioseph, vt eum ex  
Aegypto educat, sepeliatq; cum Abraham, & Isaac. Et Gene.  
50. idem adiurat Ioseph fratres suos.

Quid hinc nobis restat, nisi, vt qui iusti sunt, crescât vsq; ad  
messum, sicut impij cõtra crescût vsque ad iudiciũ, quo ad vsq;  
iustitia cõuertatur in iudiciũ. Crescendũ nobis est. Crescât in  
gratia Israelitę in deserto, & in malitia habitatores terrę promif-  
sæ. Messis tandẽ veniet, qua triticũ colligatur in Dei horrea,  
& zizania cõburetur, qua habitatores terræ illius disperdantur  
& Israeli terra in possessionem detur, sed vt id fiat, expectetur  
messis. Quomodo Dñe promisisti regnũ Dauidi, & ecce fugi

Primus Tom.

S 3

tius

Grego.  
Simile.

Abacu. 3.

Deu. 32.  
2. Paral. 34.

1. Reg. 25.

Eccles. 39.

Genes. 47.  
Genes. 50.

tius est, Saul vero in regni delicijs. Sinite vtraq; crescere, cres-  
 cāt David sanctitate, & iustitia: Saul in iustitia, & peccato. Quo  
 modo Elias errat in mōtibus afflictus, Iezabel in delicijs aule re-  
 gis? Sinite vtraque crescere, donec Iezabel precipitetur è fene-  
 stra, & Elias curru vehatur igneo. Non durabis peccator, nisi  
 vsque ad diem mefsis: tunc metendus eris. Ideo ne læteris, nō  
 durabunt iustorum: vsque in illum diem, tūc eorum  
 iustitia conuertetur in iudicium: tunc ascendent ad populum  
 accinctum nostrum, &c.

## Dominica Sexta post Epi- phaniam.

*Simile est regnum cælorum grano sinapis, &c.*  
 Matth. 13.



**L**ABERNACVLVM veteris legis, inter  
 alia mensam propositionis continebat pane ca-  
 lido semper refertam: & lucernam iugiter ar-  
 dentem, atque illuminantem: non erat necessa-  
 ria lux eximia, vt panis videretur, erat verò, vt  
 eius mysteria agnoscerentur. Mensa nobis  
 proposita diuina scriptura est, de qua scriptū est: parasti in con-  
 spectu meo mēsam aduersus eos, qui tribulāt me. Vt mysteria  
 huius mensę agnoscamus, opus nobis est lumine cęlesti quod  
 qui nō habet peccator, cęlestia nō videt, sed verbū crucis illi  
 stultitia est. Venit Christus in mundū, vt hęc nobis proponat  
 mensam, præstetque tibū, quę mille nobis modis parat, mille  
 parabolis ornat, vt sit nobis dulcissimus, expectabilisq; Fastidie-  
 runt enim antiqui manna, quia iugis, perpetuusq; erat eis ci-  
 bus. Nihil, inquit, aspiciunt oculi nostri, nisi manna: nauseat  
 anima nostra. Ideo diuersis modis nobis Christus verbū suum  
 proposuit varijs parabolis. Hodie proponit sinapis, & fermen-  
 ti parabolam. Sinapis salsamentum est ciborum, fermentum pa-  
 nis quoti-

**A**nis quotidianus: ne lux nobis desit ad ea contemplanda, acce-  
 damus ad matrē luminis Mariam, &c.

Tam magnifica, ac excelsa de Christi regno dicta fuerāt per  
 Prophetas, vt in aduentu Mefsie, expectaret Israel regnū su-  
 perbū, & immēsa gloria ornatū, quod omnia regna terrarū lōge  
 superaret. Cū Mefsie regnū describeret, ac delinearet Psal. ait *Psalm. 71.*  
 Dominabitur à mari vsq; ad mare, à flumine vsq; ad terminos  
 orbis terrarū. Corā illi procidēt Aethiopes, & inimici eius ter-  
 ram lingent: & adorabunt eū omnes Reges terre: omnes gētes  
 seruient ei. Et Abac. 3. Deus ab austro veniet, & sanctus de mō: *Habac. 3.*  
 te Pharā. Operuit cęlos gloria eius, & laudis eius plena est ter-  
 ra. Ante faciē eius ibit mors, & stetit, & mensus est terrā. Aspe-

**B**xit, & dissoluit gentes, & cōtriti sunt montes sæculi: incurua-  
 ti sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius. Et Dani. 2. *Dan. 2.*

In diebus autē regnorum illorū suscitabit Deus cęli regnum,  
 quod in æternū non dissipabitur. cōminuet autem, & consu-  
 met vnuerfa hęc regna, & ipsum stabit in æternū. Similia mul-  
 ta de Christi regno dicta erant per Prophetas. Sed ecce regnū  
 hoc tā acclamatum, tandiu expectatum, de quo tam excelsa  
 dicta fuerant, hodie à Christo dicitur granum sinapis, parum  
 fermenti. Regnum Nubæ donosor comparatur arbori mag-  
 nę, regnū Alexātri cedro magnę, Romanorū regnum, mōtibus *Danie. 3.*  
 Christi verò regnū, quod est super omne regnum, & quod  
 vnuerfa illa regna comminuet, & consumet, granum sinapis. In

**C**super hoc regnum tot annis, scilicet quinque milles, mūdo ex-  
 pectatū, tot oraculis prædictū, tot figuris adumbratū, & tandē  
 veniēs granū est sinapis? Hoc irrisorie dicunt Pharisei Christo  
 Luc. 17. interrogātes eū quādō veniet regnū Dei? Scilicet quod  
 tu, & Ioānes dixistis, Appropinquauit in vos regnū Dei; quasi  
 dicat, vbi regnū illud per magnificū, & amplū? Hęc fuit Iudæis  
 petra scādali, lapis offensionis. Expectabāt illi Mefsia suum in  
 temporalibus magnum. Beatus, inquit Christus, qui nō fue-  
 rit scandalizatus in me. Nobis etiam hoc loquitur, qui vocati *Matth. 11.*  
 in regnum æternum, primo videmus granum sinapis. Est ne  
 regnū hoc illud, de quo tāta audiuiimus? Est ne quod nec ocu-  
 l' vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēderūt? Est ne  
 merces magna in cęlo nobis reposita? Quomodo ergo granū. *1. Cor. 2.*  
*Matth. 5.*

sinapis? An pro grano sinapis martyres sanguinem fuderunt? Religiosi mundum reliquerunt, & omnes fideles tandiu laborant. Reuera nunc regnum Dei, quod intra nos est, granum est sinapis, & in futuro saeculo arbor erit magna: sed & modo granum est, si paruum quantitate, sed non virtute, ideoque omnino magnificandum.

Mundi deliramentum hoc est, reru iudicium ab extrinseca apparentia, figuraque; accipere, non ab intrinseca substantia, illofque magnos dicit, qui exterius magni apparēt, mercesque; aestimat, propter tegumeta, aut arcas, quibus recoduntur, & ea, quibus operiuntur, non propter earu excellentia. Sic Ezech. 23. in saniam adorantiu Babylonicos Deos propter eoru figuras eximias arguit, dicēs: Cūque; vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldaeoru expressas coloribus, & accinctos balthis renes & tias tinctas in capitibus eorum, insaniuit super eos concupiscentia oculoru suorum. Quid insanius? Dæmō curat magis res reru figuras tibi proponere, quā res sint, depinxit tibi delectationē, honoremque; multo maiore, quā experientia cōprobasti esse, & qui figurā illā duntaxat considerat, sine dubio decipietur. Apoc. 13. Vidi de mari bestiam ascendentem habentē capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decē diademata. Et admirata est vniuersa terra post bestiam, & adorauerunt bestiam, dicentes: Quis similis bestia? Decepti sunt figura illa grandi, & mirabili.

Hanc exteriorem magnitudinem virtus non habet, & ideo qui interiora nō penetrat, eā non diligit. Ezechielī ostendens Dominus magnitudinem domus suae, & ciuitatis suae, eū intracam inducit, nō enim exteriora eius magna sunt, sed interiora: sicut exteriora tabernaculi cilicia, & pelles animaliu, intus vero omnis eius gloria. Vt ergo intima cōsideremus, nō externa regnū calorum grano sinapis simile perhibetur. Fenestree obliquae erāt in tēplo, exterius quidē angustae, sed interius peraple: sic iusti exteriora parua, sed interiora maxima, quo contra pompa Sodome, intus cinis, exterius pulchra. Ex hac vero iustoru, & iniquorum diuersitate alia ortum etiam habet, scilicet, exitus diuersitas. Quia enim peccator intus in substantia nihil est, sed solum exterius, & figura magnus est, tandem deficit, & cū theca

A theca eum includens aperitur vilipendetur. Sic illis etienit, de quibus Psal. Vidi impium superexaltatū, & eleuatū sicut cedros Libani: transiui, & ecce nō erat: quæsiui, & nō est inuentus locus eius. Contra iustus exterius granum sinapis, interius verò regnum Dei portat, quod est intra vos, tandem aperitur, ostēditque hoc regnum: & fit in eo illud Annæ: Sufficit de pulvere egenum, & de stercore eleuat pauperem, vt sedeat cum principibus, & folium gloriae teneat. Ecce sinapis incrementum. Qui diuersi successus bonorum, ac malorum figurantur Exo. 14. Ingreditur Israel mare Rubrum, afflictione, & merore turbatus, onere pressus substantia, quā humeris deportabat, transijt mare, & tandem choros ducit cum lætitia cantans: Cantemus Dño, gloriose enim magnificatus est. Idē mare ingreditur Pharaō in curribus, & equis letus, & hilis, dicēs, Persequar & comprehendā, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum, &c. Sed descenderunt in profundū quasi lapis. Sic mūdi mare iustus ingreditur in labore, & ærumna, in frigore, & nuditate, sed tandem emergit in gloriam. Transiuimus per ignē, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium, ait Psal. Felices labores, qui refrigerio terminātur. Ingreditur impius lætās, se magnificans, super currus, & equites, & in puncto ad inferna descendit, infelix magnitudo quæ eo tandem deuenit. Maledicti, qui declinant à mandatis tuis.

Hanc eandem bonorum, & iniquorum diuersitatem ostendit Iosaphat Rex, vt refert Damasco. in eius historia, qui sanctos ab exilio, & deserto reuertentes summo excipiebat honore. Quem cum quidam ex suis de hac re carperet, vt eum edoceret, hac est vsus parabola: Thecas optimas, ac pretiosas rebus impleuit vilissimis, ac fœdissimis, contra viles Thecas impleuit pretiosissimis. Vtrasque clausit, & dixit ad eum, qui illū carpebat: Elige ex his thecis, quæ tibi maxime placēt. Elegit ille thecas exterius pretiosas, & deauratas, cuius ignorantiam ridens Iosaphat, ait: Aperi nunc thecas, & te male elegisse conspicias. Addiditque: Qui in mundo magni apparēt similes sunt thecis, quas elegisti, exterius pretiosi, intus vilissimi. Sed pauperes iusti similes thecis sunt, quas reiecasti, exterius viles, interius verò regno pleni caelesti. Portamus ait Pau-

Psal. 36.

1. Reg. 2.

Exod. 14.

Psal. 65.

Psal. 118.

Damas.

2. Cor. 4.

Psal. 138.

Ius thesaurum istum in vasis fictilibus, sed thesaurum immen- **A**  
sum: ideo eos preeligo, eos honoro, quia vt Psal. ait. Mihi autē  
nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est  
principatus eorum. Sed quis eorum est principatus, quod reg-  
num cœleste, quod hic iam possident?

Ad quæstionē ergo in initio propositā, quomodo regnū Dei  
grano sinapis conferatur, quale est enim regnū, quod tā mini-  
mū est, respōdetur, regnum quidē, quod in alia vita nobis pro-  
mittitur, maximū est per omnia, tam interius, quā exterius in  
corpore, & in anima, vt nulla vnquā natio hominū simile quid  
sperauerit, sed nec sperari posse putauerit. At regnū Dei, quo  
in nobis modo Deus regnat, & quod intra nos nūc esse à Pau-  
lo perhibetur, hoc etiā magnū quid est, thesaurus est infinitus,  
& incōparabilis, sed huius magnitudo exterius non apparet,  
quia intra nos est, exterius granum sinapis est, sed magna intus **B**

Concil. Mile-  
sit.

1. Pet. 1.

latet virtus. Quod si Deus oculis nostris aperiret diuitias intra  
iustum latentes, videremus in finitū diuitiarum cumulum, in  
quē desiderant Angeli prospicere. Sic legit Cōcil. Mileuit. lo-  
cum illum. 1. Pet. 1. In quæ, scilicet, dona Ecclesiæ data. Hæc  
vero attulit primo suo aduentu Christus mundo, non vero pe-  
rituras diuitias, gloriāq; temporalē, quæ omnino nihil est, ideo  
ille factus est velut granum sinapis, humilis, mansuetus, omni  
virtute ornatus, vt nos similes sui esse edoceret. Nō vero venit  
in delicijs, & diuitijs Salomonis, quæ nō virtutum, sed vitiorū  
instrumenta sunt, vt & nos experientia edocet, pauperē vero

Ioan. 19.

vitam Christum ducturum ostendit Zacha. 9. Exulta satis filia **C**  
Sion: iubilata filia Ierusalem: ecce Rex tuus venit tibi iustus, &  
saluator ipse pauper. Si ergo veras diuitias amamus, harum cop-  
iam summam nobis. Christus detulit, hoc est regnum eius,  
hic principatus eius. Ideo ille: Regnum meum non est de hoc  
mundo. Diuitias verò, & omnia tēporalia despicienda ostēdit:  
quod & naturalis ratio pluribus philosophis declarauit, qui pe-  
rituras contēperunt diuitias. Non ergo mirum si pro vtroque  
isto Christi regno martyres vitā contempserint, religiosi sæcu-  
lum, deniq; omnes fideles cuncta posthabeāt: quia hic centu-  
plū accipiunt spiritualibus receptis diuitijs, vt Hiero. ait, quæ  
sine proportione vlla omnia tēporalia excedūt, & in futuro vi-

Hiero.

tam

**A** tam æternā. Illa verò magnifica, quæ de Christi regno à pro-  
phetis dicta erant, quædā de cœlesti regno, quædā vero de Ec-  
clesiæ incremento, victoriāq; peccati, idolorum deiectione di-  
cuntur, quæ omnia mira sunt, & omni admiratione dignissi-  
ma, & digna quæ tropis illis euehantur. Quā rē Dominus di-  
xit Luc. 17. Pharisæis interrogantibus, quādo veniet regnum **Luc. 17.**  
Dei, respondit: Regnū Dei nō veniet cum obseruatione: ecce  
enim regnū Dei intra vos est. Quasi dicat Dñs, regnū Dei nō  
cum pōpa, & apparatu exteriore primū venit, quia hoc regnū,  
& eius diuitiæ intra nos sunt. Interiora dona nobis dare venit,  
per quæ in nobis regnat, per quæ magna, & pretiosa nobis pro-  
missa donauit, vt diuinæ simus cōsortes naturæ, in quā deside-  
rant Angeli prospicere. Notanda singula verba sunt, magna,  
non ergo tēporalia, pretiosa, nō vilia: tāta deniq; vt nos Deos  
faciant, diuināq; naturæ consortes, & deniq; talia, vt mirati **B**  
Angeli tanta dona Ecclesiæ data, eorū intuitu maximè dele-  
ctentur. Hæc vere magna sunt dona, quæ hominē magnum fa-  
ciunt, vt Baptista erat, quem non cōmendabant diuitiæ, non  
deliciæ, nec aliquid eorum, quæ in mundo magna sunt, cū ta-  
men dicatur: Erit magnus coram Domino. Quod enim altum  
hominibus est, abominatio est apud Deum. Luc. 16.

1. Pet. 1.

Luc. 1.

Luc. 16.

Merito ergo simile est regnum cœlorum grano sinapis. Si-  
cut Deus noster in se inuisibilis humanitatem induit, quā visi-  
bilis inter nos appareret: ita diuinam doctrinam, & super cœ-  
lestem similitudinibus induit, vt à nobis percipi possit. Et quæ  
admodum infinitus in se, paruulus factus est in humanitate, &  
breui indumento se induit: ita regnum cœleste maximū parua  
incluſit similitudine, grano, scilicet sinapis. Vt se mirabilem  
ostendat Iob sanctissimo iā aquilā proponit, iam elephantem,  
iam cete grandia: sed modo granū proponit sinapis: mirabile  
profecto. Si respublica esset summa penuria laborans, & innu-  
meris malis, veniret vero ad eam, vt opē omnibus ferrēt prin-  
ceps quispiam, & interrogatus, quid secum deferat, quo tot ma-  
lis occurrat, responderet, granum defero sinapis, vel irriden-  
dus hic esset, vel mirandum maximè, si re adeo minima omni  
occurreret necessitati.

simile.

simile.

Sed quid est hoc granum sinapis? Hiero. ait, Verbum Dei **Hiero.**  
predi-

prædicatio euangelica. Et dicitur regnū Dei, quia Reges faciunt sui obseruatores: nec alio titulo, aut via in cælū ingredi licet, nisi si huius verbi obseruantia. Ex quo infert Iac. 1. Suscipite in sitū verbū, quod potest saluare animas vestras. Ecce in verbo Euangelij, in hoc sinapis grano animæ tuæ salus est: mirabilem profecto verbi vim. Creuit verbū hoc per vniuersam terrā, & fit arbor, ad quam aues cæli venerunt, omnes, scilicet, sapiētes sæculi, & omnes reliqui: verbo hoc mundus vniuersus cōuersus est. Sed obijcis: Audiui ego verbum istud, nec in me tanta operatum est. Hoc inde prouenit, quod non attendis eum, qui ad te loquitur verbum istud. Apocal. 1. Fui in spiritu in die dominica, & audiui vocem tanquam tubæ loquentis mihi: nec tamen terribili audita voce cecidit, donec vidit Christū loquentem ad se, tunc ait: Cecidi ad pedes eius. Audisti verbum Dei, nec cecidisti, quia ad te loquentē Christum non vidisti. Laudat hodierna epistola Paulus Thessalonicēses, Quia cū accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, nō vt verbū hominum, sed sicut vere est verbum Dei. Tu vero conciones audis, & hominem tibi loqui putas, cum vere Deus loquatur. Ideo Ioa. in Apoc. in his quæ dicit ad Episcopos illos, sepe repetit: Hæc dicit primus, & nouissimus, qui habet in ore gladiū acutum, &c. Cū audis concionem, puta tibi Deum loqui, aliās nihil proficies, sed putabis te sapientiorē eo, qui tibi loquitur. Prouer. 26. Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias. Hierony. Putat peccator se sapientiorē esse, dum ea, quæ mundi sunt, quærit, quam omnes legis Doctores, ei suadentes crucem quærere. An non tibi sapientius videtur ridere, quam lugere? dinitem esse, quam pauperem? exaltatum, quam humiliatum? Audis è suggesto oppositum. Sed in tua hæres salebra, quia putas hominem ad te loqui. Si verò attenderes Deum hæc dicere, continuo acquiesceres, sententiamque mutares dicens, infinita sapientia ad me loquitur. Cum Ierusalē ab hostibus obsessā esset, & iam iam ab inimicis capiēda, præcepit Dominus, Ieremiam hæreditatē emere. An non stultū, & ridendū ait Hiero. qui hæreditates nunquā emerat, tūc emere, cū ab inimicis omnia rapiēda erant: & omnes in captiuitatē abducēdi? Respōdet ad hoc propheta: Intellexi,

Alexi, quod verbum Domini esset, ideoque licet mūdo stultum sit, mihi tamē omnino faciēdum. 3. Reg. Properabat Roboam contra Israel cū exercitu magno centum millium virorū bellatorum. Occurrit eis Propheta, & ait: Hæc dicit Dñs Deus, Non ascēdetis, neque bellabitis contra fratres vestros: reuertatur vnusquisq; in domū suam. Et reuersi sunt ab itinere, sicut præceperat eis Dominus. Quoties audisti, reuertere à via tua pessima, mihiq; contraria, qua belligeras contra me. Nec obedisti, quia loquētē Deum tibi non attendis. Hinc Sophar amicus Iob, videns parū se sermone suo proficere, nec in suā sententiā posse Iob deducere, ait: Vtinā Deus loqueretur tecū, & aperiret labia sua tibi, & ostēderet tibi secreta sapiētiæ, quasi dicat si Deus ad te loqueretur, cōtinuo vincētus pedibus, manibusq; in eius deuenires sententiā. Cogita ergo, cum Euangelium audis: verba Dei sunt ista: & tunc sinapis vim senties.

Secundò non operatur in te Dei verbū, quia non illud seminas in agro tuo, in corde, scilicet, sed à foris in auribus corporis manent Dei verba. Non sic ille: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccē tibi. Greg. Naz. sicut bestia Israel Deo loquente audierūt sonitum vocis, sed eam nō intellexerūt, sic animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, licet exteriorē vocē audiat. Nullum sic Deus deserit, vt ad eū vocem suam aliquando non mittat, non vocet, nō clamet. Sed peruersi exteriorē percipiunt sonū similes bestiis, sed non dedit eis Deus cor intelligens, & oculos videntes. Israel bellum cōmittere cū Amalec, & Chananeis statuit. Num. 14. quibus Moyses Nolite ascendere, non enim est Dominus vobiscū, ne corrueatis corā inimicis vestris. D. Greg. Si tu Dñe cum eis nō es, sed iratus es eis, cur eos mones, ne in præliū descendant? Respondet: Nō ita eos deserit, vt nō moneat, nullū sic in hac vita dere linquit, ad quē voces aliquas nō mittat: sed tu audis, & nō intelligis diuinas ad te voces factas. Esdras ait, nescisse, nec intellexisse Israelitas linguā Hebræā, sed Azotiā, quia cū Azotij matrimonia cōiunxerāt. Quomodo tu verba Dei intelliges, qui vitij nūpsisti? Sicut ergo, ait Greg. dormiēs Iacob vidit visiones Dei: sic qui sæculo dormit, diuina percipit, pete ergo à Deo celestē lucē, qua diuina intelligere valeas, eisq; frui. Ioseph. 1. de antiquit.

Iaco. 1.

3. Reg. 12.

Apoc. 1.

Iob. 11.

1. Thessal. 2.

Apoc. 1. 2. 3.

4.

Psalm. 118.

Naz.

Simile.

Prou. 26.

Hiero.

Nume. 14.

Ier. 32.

Hiero.

Grego.

2. Esdrae. 13.

Gregor.



antiquit. asserit, cū sacerdos intrabat in Sācta, veste sacerdotali **A**  
 indut<sup>9</sup>, in rationaliq; gestabat. 12 lapides, mirā de celo claritatē  
 perpetuo descēdissē in lapides illos, quā significabat De<sup>9</sup> fibi gra  
 tā sacerdotis orationē. Addit verō iā. per 200. annos, hęc lux nō  
 descēdit, & hoc signū<sup>9</sup> diuinę in nos clemētię cessauit propter  
 luxurię vitiū. Sine hoc cęlesti lumine Dei verbū nō intelliges,  
 deerit vero tibi, si in peccatore tuo cęlestes lapides virtutū non  
 fuerint. Exo. 27. sacerdotū officiū erat lampades incēdere, po-  
 puli vero erat oleū deferre, quo arderēt. Vbi Glo. Officiū prędi-  
 catoris est populū docere, populū verō exerceri in misericor-  
 dię operibus, quo paratur, vt lumē, & verbū Dei percipiāt. No-  
 tat Basil. verba illa populū Israel. Lege accepta, quidquid præce-  
 pit nobis Dñs, faciemus, & audiemus. Videbatur inquit ē di-  
 uerso dicerē: Audiemus, & faciemus. Sed optime dicūt: facie-  
 mus, & audiemus, quia optima ad audiēdū præparatio est, face-  
 re, quę noueris faciēda, operare, quę nosti, & alia edoceberis.  
 Sic Psal. A mādatis tuis intellexi, id est, ab implētiōne mādato-  
 rū lux ad alia intelligēda mihi cōcessa est. Multa Deus nō edo-  
 cet nos, sciēs nobis minimē profutura, quia illa opere implere  
 nō debem<sup>9</sup>. Vnde Esai. Neq; credidisti, nec à principio aperuī  
 tibi aures tuas: nouerā enim, q̄ inobediens non pareres. Addit  
 Chryf. Nō solū doctrina Euāgelica est granū sinapis, sed omnis  
 melis tenetur sinapis grano assimilari, teneris nāq; minim<sup>9</sup> ef-  
 ficax, crucifixus, mortu<sup>9</sup> mūdo. In hoc enim Christus descēdit de  
 cęlo, vt rēpublicā constitueret minimorū. Ideo se ille minimū  
 fecit, nouissimū virorum, & qui Rex huius rēpublicę erat, ait  
 Pau. Exinaniuit semetipsum, huius regni regina minima fuit **C**  
 ancilla Dñi. Attende, quē se esse dicat Dauid ille, qui ad hanc  
 pertinet rēpublicā, licet vnctus in Regē, licet dux strenu<sup>9</sup>, quē  
 persequeris Rex Israel, quē persequeris? Canē mortuū, aut pul-  
 licem vnū? Omnis sanctorū hęc cura fuit, humiliare se, exina-  
 nire se ipsos, nec tanta peccatoris cura est, vt se exaltet, quanta  
 Sanctorū, vt se humiliant. Nec vero tu erubescere debes humi-  
 litatē, imo in ea gloriari. 1. Machab. 1. In ianuis domorū altaria  
 ponebant idolis Israelitę, eisq; in plateis immolabant, nec pec-  
 cator nunc erubescit Deū quem colit omnibus ostēdere. Di-  
 cito, o inique, quis Deus tuus? An numus, an muliercula? An  
 venter.

Exo. 27.  
Glossa.

Psal. 118.

Esai. 48.

Chryf.

Philip. 2.

Luc. 1.

1. Reg. 24.

1. Machab. 1.

**A** venter. Et hos Deos colēs, coram omnibus eos colis. Peccatū  
 suū quasi Sodoma prædicauerūt, nec absconderunt, ait Esa. An  
 nō iustus manifeste colet Deū suū? merito Christus ait: Qui  
 confitebitur me corā hominibus, cōfitebor & ego eū corā pa-  
 tre meo, qui in cęlis est: & qui erubuerit me corā hominibus,  
 erubescā & ego eū coram Angelis Dei. Crescet hic humilis in  
 arborē gradē ex sinapis grano, ait Chryf. Ingrederē Christi rē-  
 publicā, inuenies eam lachrymis madidā, crucibus plenā, mini-  
 mam deniq; & tandē mortuorum rēpublicā iudicabis. Mor-  
 tui enim estis, & vita vestrā abscondita est cū Christo, ait Paul.  
 Hunc videbis crucifixum, illum excoriatum, illum capite ple-  
 xum. Hunc suspensum, illum bonis expoliatum. Contra  
**B** mundi regnum apparet illustre, diues, pulchrum. Sed ex-  
 pecta paulisper, videbis discrimen eorū. Semina fabam, & iux-  
 ta eā granū sinapis, maior est faba, vel cicer, sed sine vtraq; cres-  
 cere. Quo tandem crescet mundi regnū, non cęlū pertinet,  
 nec vero nubes. Semina in carne voluptates, in mundo iactan-  
 tiā, diuitias, potentiā, quid inde tibi orietur, spinę vtiq; metes  
 corruptionē. Seminat vero iustus humilitatem, lachrymas, do-  
 lores, & metit vitā æternam: eo vsq; hoc semen crescit, vt super  
 omnes se attollat cęlos. In Chřo id intueri licet, qui fuit primū  
 granum sinapis, quam paruus initio. Confer eius regnū cum  
 Cęsarī regno, quā diuersum. Sed vide, quo creuit vsq; ad dex-  
 teram patris, vt omnes sancti in eo nidificent. Hic non habuit,  
**C** vbi caput reclinet: ibi omniū sanctorum capita in eo reclinan-  
 tur. Augusti vero regnum in inferis terminatum est: hoc ve-  
 rō quod in Christo, & Cęsare præcessit, in omni iusto, & pec-  
 catore, tandem videre licebit. Vides te nunc, qui pius es, de-  
 pressum, humiliatum, subditum. Expecta paulisper regnum ti-  
 bi paratum est æternum. Hinc ille, nolite timere, pusillus grex,  
 complacuit patri dare vobis regnum! Noli ergo cotemplari,  
 quę modo videntur, sed quę non videntur, & futura sunt po-  
 stea. Loquitur Dominus ad Ezech. 27. Fili hominis assume su-  
 per Tyrum lamentū, sed ò Domine Tyrus ciuitas est omnium  
 quę in mundo sunt, amplissima, diues, præpotens, omnibus  
 abundans. hanc lugebo? Luge, ait: non enim quod modo est,  
 sed quā statim erit, ego cōspicio. Ad Esa. on<sup>9</sup>, ait Aegypti. Nec  
 leue onus

Esai. 3.  
Matth. 10.

Chryf.

Colo. 3.

Simile.

Luc. 12.

Ezech. 27.

Esai. 19.

Ieue onus, sed grauiſſimum: quia licet nunc fluminibus abundet, sed, areſcet, ait, aqua de mari, & fluuius deſolabitur, atque ſiccabitur, & deſicient flumina. Licet modo fluminibus abundet: & irrigetur, ſed ò peccator, qui nunc in delicijs nutritis, ac delictis, ſi noſſes, ſi agnoſceres, quis te manet finis, & quo tandem deuenient omnia bona, vniuerſa magnalia tua, proculdubio illud ageres, quod Iacobus monet: Agite nũc diuites, plorate ululantes in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis, diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, &c. Et tandem ignis tormentũ in æternum patieris. Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.

Iacob. 5.

Deu. 32.

Augu.

Matth. 17.

I. Cor. 13.

Pſalm. 41.

Ignatius.

Deu. 6.

Aug. Sinapi regnum cœlorũ, vt iuſtus etiam ſimilis dicitur, vt virtus illius manifeſta ſit: cum enim cõtunditur ſinapis, tũc acrimoniã ſuam oſtendit. Vnde cũ Matt. Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis, &c. non ibi fidem paruã ſignificat: illa enim fides eſt magna, vt oſtendit Pau. Si habuero tantam fidẽ, ita vt montes tranſeram. Fides ergo magna grano ſinapis ſimilis dicitur, quia viuax, fortiſque eſt: & quando atteritur, vim, & acrimoniã oſtendit. Quando ergo fides Eccleſiæ magna apparuit? Vtĩq; quando exagitata eſt, contuſa eſt, quando mille perſecutionibus attrita. In die mandauit Dominus miſericordiã ſuã, & nocte cãticũ eius, ait Pſal. Legit verò Greg. In nocte declarauit, quod in idẽ recidit cũ noſtra tráſlatione. Cũ enim declaratur, laudibus celebratur, & cãticis. In die ergo, id eſt, in tẽpore cõſolationis miſericordiã ſuam Deus exhibet nobis: ſed in nocte tribulationis, declaratur, oſtẽditurq; vis fidei noſtræ. C

Quando attereris, quaſi ſinapis granum? Quando enim declarata virtus Iob eſt, niſi quando attritus eſt? Quãdo Dauid fides enituit, niſi quando à Saule, Abſalone, & Semei perſecutionẽ paſſus eſt? Nunc incipio diſcipulus eſſe Chriſti, ait Ignatius, dũ patior. Sicut ergo primum ſinapis granũ quando in cruce attritum eſt, tunc vim, potentiamque ſuam oſtendit, tunc omnia traxit ad ſe: ita nimirum quando iuſtus humiliatur, perſecutionem patitur, tunc eius latens virtus declaratur.

*Simile eſt regnũ cœlorũ fermento.* Quot figuris, quot ſimilitudinibus Chriſtus vtitur, vt nos ad ſe ducat, & regnũ ſuũ cõſtituat in nobis! Præceperat ipſe Deu. Erũtq; verba mea hæc, quæ ego præcipio

A præcipio tibi hodie in corde tuo: Et narrabis ea filijs tuis, mediteris ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens. Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, erũt quæ, & mouebuntur inter oculos tuos, ſcribesque ea in limine, & oſtijs domus tuæ. Hoc verò homines non præſtabant, venit ille in mundum, & legem ſuam in omnibus ijs proponit, quæ ante oculos, & præ manibus habemus, vt in omni loco eius mãdata memoremur. Ideò innumeris exemplis, & ſimilitudinibus nos docet legem ſuam: qua in re ſapius peccatorem monet, vt legem Domini ſequatur, pacẽque ab eo oblatã ſuſcipiat

Deute. 20. dicitur: Si quando acceſſeris ad expugnandã ciuitatem, offeres ei primum pacem, ſi receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt, ſaluabitur; ſin autem

B Hoc ipſum tecum Chriſtus Dominus agit. Obſeſſus eſt ab eius iuſtitia, ac ira, ne te liberum putes, licet libere aliquando euolare permittaris. Sicut enim cũ puer paſſerem filo tenet ligatum, licet eum auolare aliquando permittat, tamen ligatus, volat, & cum puer vult, eum deijcit, ac deprimit, ſic licet liberẽ te agere ſinat Deus, tamen ſub eius ditione eſt, ligatum te tenet vallatus eſt, caue, ne quando Deus intret ciuitatem. Nunc dicit Oſeã. 11. Non ingrediar ciuitatem, ſed caue, ne quãdo intret, & diripiat te, ſubito enim veniet ira Dei, & in tempore vindictæ diſperdet te. Nunc ea, quæ pacis ſunt, rogat, multis legationibus ad hoc vtitur. Pro Chriſto legatione fungimur, ait Paul.

C tanquam Deo exhortante per nos, obſecramus pro Chriſto, re cõciliãmini Deo. Hoc varijs ſimilitudinibus à te exigit: & iam aliam proponit fermenti, verbum enim Dei fermentum eſt, quo panis virtutis ſapore conditur, vt comedi cum fructu poſſit. Addit verò Chryſoſ. omnem fidelem, ſicut granum ſinapis eſſe oportet, ſic & fermentum, ſicut ex eadem maſſa efficitur fermentum, & maſſa, ſic ex eadem natura iuſtus, & peccator, ſed diuerſa eſt in eis vis. Ex eadem aqua Genef. 1. volucres cœli, & piſces facti ſunt, ſed piſcis in aquis demoratur, aues in cœlum euolant. Itã ex eadem natura omnis homo eſt, tum iuſtus, tum peccator, ſed hic temporalibus irretitus, in eis manet, ille ad ſuperna volat. Sed, ò peccator aliquando extrahẽdus ex

Simile.

his aquis es, & quem nimium diligis mundum relicturus, quid tunc facies? Extra aquam ductus piscis palpitat, angitur, & tandem perit. Veniet hora mortis, quando ex hoc migraturus es sæculo, & tunc dices illud, Omnis mors, quam amara est memoria tua homini pacem habentii in substantia sua. Ex eadem aqua volucres sunt, ex eadem massa fermentum est. Audi loquentes Apostolos, qui fermentum sunt mundi Acto. decimoquarto nos mortales sumus similes vobis homines. Sed quam diuersa virtute sint, ostendit, quod tam pauci numero mundum fermentauerunt, & ad Deum traxerunt, nunc verò multi sunt fideles, & fere nihil efficiunt: Omnis verò fidelis fermentum esse debet, ait Chrysostomus quia verbo, & opere fermentare tenetur proximos, & Deo lucrari. Fermentum est pater, & mater, cum docent filios, quæ recta sunt, vt Thobias, Iob, Abraham &c. Fermentum frater, amicus, qui recta consulentes lucrantur fratrem. Si peccauerint in te frater, corripe eum, si te audierit, lucratus es animam eius.

Matth. 7.

Bonauent.  
Simile.  
Cyrillus.

Est etiam fermentum diuinum Eucharistiæ sacramentum, quod intra nos ponitur, vt fermentemur, quia sicut à corde (ait Diuus Bonauent.) exeunt vitales spiritus in totum hominem: ita à Christo Domino procedunt omnia bona in te. Beatus Cyril. episcopus Alexandrinus libro quarto in Ioan. capit. decimo septimo ait: Simile est regnum cœlorum fermento &c. Sicut parum fermenti totam massam fermentat, sic paruula benedictio totum hominem in seipsam attrahit, & sua gratia replet, & hoc modo Christus in nobis manet, & nos in Christo. Nos verò si vitam æternam consequi volumus, ad recipiendum benedictionem libenter concurramus, caueamusque ne loco laquei damnosam religionem diabolus nobis præterdat, dicens, Indignus es, recede à Christo. Quando ergo dignus eris, quando Christo te ipsum offeres? Nam si peccando indignus es, & peccare non desinis, expers omnino eris huius viuificæ sanctificationis. Quare rectè viuere, & ad Christum accedere, qui mortem, & omnes morbos depellit. Sedat enim, cum in nobis manet Christus sæuientem nostrorum membrorum legem: pietatem corroborat: perturbationes animi extinguit, agrotos curat, collisos redintegrat, & sicut pastor bonus qui

A qui animam suam pro ouibus posuit, ab omni nos erigit casu  
Hæc Cyrillus.

## Dominica in Septuagesima.

Simile est regnum &amp;c.

Matth. 20.



Rig. in Matthæum ait, hanc parabolam præcipuam esse inter omnes Euangelij parabolas, & de ea præcipuè accipiendum illud Psalmi. 77.

Orig.  
Psalm. 77.

Aperiam in parabolis os meum: quia hæc summa est totius Euangelij, & in ea omnis Ecclesiæ

Simile.

Bitatus, ac discursus declaratur. Sicut ergo qui scientiam aliquam tradere vult, primò proponit in genere omnia, quæ in specie deinde declaranda sunt, sic in hac parabola vt in summa Euangelij, & Christianæ vitæ explicantur omnia illa, quæ ad eam pertinent. Hæc verò sunt diuina vocatio in vineam, ad quid vocamur, & à quo, & qua mercede, & quando vocamur, & quando, & à quo nobis merces est reddenda, in quibus vniuersum Euangelium, & vita omnis Christiana summam collecta sunt.

Aptissimè verò proponitur parabola ista hoc tempore, quo Ecclesiæ risus in dolore verum repente videmus. Prouer. 14. Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij lætus occupat: quod nõ in vita humana solum, verum & in Ecclesiastica, & Christiana videmus. Vidimus hucusque lætantem Ecclesiam mysterijs Christi nati, nec ab eius ore discedere vnquam, alleluia, hanc lætitiæ significans. Sed hodierna die lætuosis se induit vestibus: Gloria in excelsis, & alleluia non cantat, sed tristi, ac gemebunda voce exorditur officium suum dicens: Circumdedērūt me gemitus mortis, dolores inferni circumdederunt me.

Prouer. 14.

Si tanti lætus causam inquiris, audi. Legit hac nocte initiū Genesis, quo vidit felicissimum illum statum hominis, quo à Deo conditus fuit, & in paradiso collocatus, & deinde in, felicissimum casum primorum parentum in peccatum, quo

T 2

omnes

omnes in præcipitium dati sumus, & ipsi serui facti peccati, A nos item seruos peccati genuerunt, & vsque in hodiernum diē dentes nostri obstupescunt propter uiam acerbam ab eis comestam. Videns ergo Ecclesia à tanta felicitate in tantam se adductam miseriam, tristatur, & gemit, sicut tristaretur, & gerneret illustis, ac nobilis vir, qui patrum monumenta, & annales commentarios voluens inuenit eximia auorum priuilegia, amplissimaque diuitias à Regibus concessas: quæ omnia ob crimen læsæ maiestatis eorum filius amisit. Cùmque se videat illorum omnium bonorum futurum hæredem, nisi crimen intercessisset, detestatur crimen parentis sui quo tot bonis exspoliatus est, dicitque cum Iob. 3. Exspoliavit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Ideoque pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est: Conceptus est homo. Noctem eam dicit, ut significet tristitiam, ac infelicitatem omnem ex peccato B ortam, Est enim scripturæ phrasis, noctem dicere tempus, quo calamitas maxima ingruit. Sic notat Ioa. 13. Iudæ referens proditionem: Et nox erat, quasi dicat, nocte tantum erat futurum malum. Sicut ergo Iob tristatur tanta calamitate: sic nunc Ecclesia. Cùm ergo per primi parentis peccatum, in miserum statum, ducti sumus, in extremamque deuenimus paupertatem, nobis utique laborandum est, & In sudore vultus nostri vescendum pane, sicut & primis parentibus, quibus dicitur: In sudore vultus tui vesceris panem tuo. Aptissime ergo hæc nobis hodie parabola proponit.

*Exijt primò mane conducere operarios.* Conueniens ergo nomen homini, operarius, operi, & labori addictus, quia homo C natus ad laborem, & auis ad volatum. Quod si omnia nomina in euangelio christiano homini tributa inspicias, omnia laborem sonant, videlicet militia, cursus in stadio, negotiatio, vineæ cultura, piscatio, qua in re omnis nobis creatura exemplo est, omnis enim perpetuo operatur. Rom. 8. Vanitati (id est labori, & mutationi) subiecta est omnis creatura, non volens, semper labori incumbit propter hominem. Et ipse naturæ autor dicit: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Nec enim solum cum creaturas condidit, operatus est, sed semper operatur, eas conseruans, eas in omni opere iuuans, & salutem no-

stram

**A**stram nunquam non operatur. Sed sicut sol perpetuo nos illuminat, vel seipso, vel luna, & stellis, quibus lucem tribuit: sic Deus noster perpetuo salutem nostram perficit, vel se ipso, vel sanctis, & Angelis suis, quorum omnis opera Dei opus est, sine intermissione salutem nostram operantis.

Sed obiicis: Omne hoc Dei opus sine vlllo ipsius labore est, at opus meum oneri, ac labori, mihi est. Respondetur, ut tibi Deus tuus in omnibus exemplo sit, cum in natura sua laborare non posset, naturam induit humanam, in qua plus omnibus laborauit, & penitentiam homini iniunctam subiuit, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, & in illa natura exijt primo mane, & omni demum hora conducere operarios, maximo cum labore. Quid enim putas fuisse omnem Christi peregrinationem, discursumque à ciuitate in ciuitate, à castello in castellum, in labore, & erumna, in fame, & siti, cum fatigatus ex itinere dicit: Da mihi bibere, cum nauim ingressus Matt. 8. præ fatigatione dormit, nisi exitus patris familias, ut conduceret operarios? Quia in re similis factus est matri, que domum egreditur per omnia loca discurrit filios querens perditos. Et quemadmodum pater fatigatus nimio labore, ut filios alat, & exaltet, sedens, vel lecto decumbens, cogitat aliquando, pro quibus ego laboro? Pro ingratis filiis, nihil de me curantibus, quorum alter ludo, alter comestationibus, & ebrietatibus, alter impudicitijs omnem à me acquisitam illis substantiam sudore multo consumit? O vere pater hominum, cui si cõparetur, non est super terram vocan-

**C**odus pater, pro quibus laboras vsque ad mortem? pro quibus fatigaris? pro quibus sanguinem sudas? Indiges ne tu homine qui te solo plena beatitudo es? Non nosti ingratitudinem eius, qui nec labores tuos curat, nec eis in profectum suum uti vult? Adhuc pater noster laborare non cessat, donec vitam in labore profundat: hinc sancti didicere laborare vsque ad mortem. O confusio otiosorum hominum, qui laborare nolunt? Vides Deum in opere tuo laborantem, negotio tuo incumbentem, & tu otiaris? Omnino ergo nobis laborandum est, operarij enim conducti sumus. Sed ubi nobis laborandum? Vtique in vinea, operarios inquit in vineam suam, quia quod extra vineam laborasti, perditum crede. Dicis: Ego laboro, familiam curo, ac alo, multa patior incommoda. Si hæc omnia non propter Deum, sed propter te

Simile.

Iob. 3.

Ioan. 13.

Gen. 2.

Iob. 5.

Rom. 8.

Ioan. 5.

Ioan. 4.

Matt. 8.

Simile.

Simile.

1. Corin. 9.  
Ioan. 14.

Ephes. 5.

operaris, otiosus es, vel extra vineam laborasti. Quid prodest A currere extra viam? Sic currite, vt comprehendatis, monet Paulus. Via Christus Dominus est, ipso testante: Ego sum via extra viam hanc infideles currunt, nihil proficiunt. Extra viam hanc peccator currit, ac laborat, sed nihil proficit. Extra viam hanc iter agis, quando cunque nō eius amore operaris, quæ tui amore peregristi, Deo te dedisse dicis. Videte fratres ait Paul. quomodo caute ambuletis, caute ambulat, qui in via ambulat, atq; adeo cum fructu. O te & labores tuos sanguineis lachrymis deplorandos, si in vinea non impenduntur, sine causa laborasti, in vacuum laborasti.

Simile.

Sed & alios contemplemur in vineam venientes, & quid agant, videamus. Si pater familias operarios conduceret, cibaria daret, in vineam mitteret, illi verò operis obliti tota die in vinea luderent, certatim currerent, saltarent, & quisque potior B in illis ludis haberi, vellet an non diceremus hos ignorare, ad quid vocati sunt? an hos dignos mercede putabis? Dicò Christiane ad quid in vineam venisti? Multos vestrum credo hoc ignorare? Ad quid in hunc mundum venisti, quis te in illum duxit? ad quid in Ecclesiam vocatus es, à quo vocatus? Vtique à Deo, sed ad quid? an non ad laborandum in vinea? Quid est in vinea laborare? Deum agnoscere, eum diligere, ei obsequi, in virtute proficere. Quid nam agimus, obliti sumus operis nostri, lignonem abiecimus, ludo operam damus, certamus inuicem, quis alium vincat cursu, vel saltu. Dicis in corde tuo: Ille diues est, ego eum præcedam. Ditiore factus, ille digniori officio fungitur, ego eum anteire curabo. C Quid obsecro hoc est, nisi ludovacare, certans, vincere tibi proximum? Vbi labor? vbi opus? Verè de his Psal. In vanum acceperunt animam suam. Filij hominum, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Similes pueris qui missi sunt à parente, vt aliquid negotij peragant, illi verò in via detinentur, domunculas construunt luteas, vel atomos sequuntur, oblitique sunt negotium peragendum. Christiane puer sensibus quo te Deus tuus misit? quid tibi mandauit negotij, cuius causa, cōditus à Deo es? Hæc quæ per agis, mandata sunt tibi à Deo? Verè telas aranearum texuerunt, quas auferet ventus. Quæ texis, quæ conficis, cum anxialis tecum,

Psalm. 23.

Simile.

Esa. 59.

1. Cor. 13.

A tecum, quomodo diues ero, quomodo præpotens, an non araneæ telas, quas ventus tollet? Dormies somnum tuum & nihil inuenies vir diuitiarum in manibus tuis. Audi Paulum, Si linguis hominum loquar, & Angelorum, si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, nihil sum, nihil mihi prodest. Si tanta opera, quia sine charitate facta, nihil sunt nihil profunt, quid erunt, vel quid tibi proderunt opera tua, quæ in se nihil sunt?

Sed iterum exit hora, tertia, sexta, nona, vndecima, vbi aduertenda nimia vocantis Dei cura, qui tot horis exit quærens operarios, nec verò ille quæritur, sed quærit, quod maximè commendat diuinam in nos misericordiam. Inter homines qui altero indiget, eum quærit, non contra, sed cum Deo aliter agitur, ille nos quærit, cum nos eo indigeamus, misericordia eius præueniet me, & præoccupat eos, qui se concupiscunt, vt se prior illis ostendat, quo immensus Dei amor facile agnoscitur. B Tade 1. Ioa. 4. in hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filiū suum vnigenitū misit in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deū, sed quia ipse prior dilexit nos. Et ad suos ille ait: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Duo sunt quibus Dei amicitia in homines commendatur, præcipuaq; merito habetur. Primū quod omnis amicitia eo autore primū innititur, copulaturq;. Secundū nunquā per eū dissoluitur, sed per nos, quæ summa in nos sunt beneficia. Quando enim nos ille diligeret post multa tēpora, quibus eum nos dilexiffemus, post innumera obsequia ei exhibita, ad huc summa eius gratia esset nobiscum amicitia copulari, quod C verò ille prior diligeret, quis æqua lance valeat perpendere?

Psalm. 38.

Sap. 6.

2. Ioa. 4.

Ioan. 15.

Sed adhuc aliud est in hac re mirabilius, & quod stuporem inducat, si vt decet, cōsideretur, ac expēdatur, & quod inquis, il lude sit? Audi, nō solū ille prior nos diligit, sed opportune, & im portune insequitur nos, vocat nos, vt eū diligam⁹ & sapissime repulsā passus adhuc omni hora, omni statu stat ad ostiū cordis nostri, & pulsat. Quod Rex Hispaniæ vilē seminā sibi vellet de spōsare, sūma Regis gratia esset. Quod verò Rex nō rogari vellet, sed rogare, maior adhuc: sed qd̄ millies repulsā pass⁹ adhuc roget, nec irascatur videns se despici, hoc inauditum mundo

Simile.

est, in solo verò Deo nostro perspicuum, ac manifestum, in quo amoris excessus eum quasi oblitum reddit honoris sui, æstimationis sue, ut anima dilecta fruatur, importunè obsecrat. Sed nunc expendamus, inspiciamusque duritiè nostram ingratitudinè, ac contumaciã, tandiu diuinæ voluntati reluctamur. Quot modis, & artibus vsus est Deus tuus, ut te alliciat, quot te munericibus, ac beneficijs cumulauit, quot inspirationibus animam tuam perculsit, & adhuc durus persistis? Nullum non mouit lapidè, ut te ad se ducat, & importunitate vsus est, licet diuinę dignitati derogare videatur, & adhuc te non expugnauit. Quæ in mundo visa est munitissima turris, quæ per triginta annos tormentis impetita, ac expugnata die, noctuq; non se vel inimicissimo tradat? Et gurta cauat lapidè, cum sæpe incidit in illum, tu verò secum duritiè tuam, & impænitens cor, licet innumeris beneficijs à Deo affectus, inspirationibus impetitus, Deo non cedis, nec subijci vis. Meritò propheta: Cor suum posuerunt, ut adamantem noluerant reuerti. Zachar. 7. & Esai. 65. Expãdi manus meas tota die ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.

Simile.

Zachar. 7.  
Esai. 65.

D. Thom.

Psalm. 72.

1. Cor. 15.  
Psalm. 41.

Ioc. 14.

Sed quæ merces laboris nostri est? Vtiq; denarius diurnus, hic omnibus redditus est in fine laboris. Sed ais: Ergo omnium eadè gloria est? Respondet D. Tho. 1. 2. q. 5. art. 2. Ex parte obiectiua est omnium beatorum gloria, & ipsius etiã Dei, omnes enim eundem Deum possident, qui omnes beat. Et ut hoc significetur, idè denarius dicitur omnibus datus, quia idè Deus clare visus omnibus est merces, pars mea Deus in æternum. Sed hic Deus à nullo comprehenditur, nisi à seipso, quilibet verò beatorum eum possidet pro meriti, & luminis glorię varietate, atq; adeo qui meritum excellit, perfectius videt, possidet, diligit, atq; gustat, est enim ipse infinitus in se, vnde infinite visibilis, & qui potest infinite degustari. Ipse ergo se comprehendit, quoniã infinite visibilis, amabilis, & delectabilis cum sit, se infinite videt, amat, ac delectatur in se ipso, ab alijs verò pro charitatis, & meritorum mensura. Inde Paulus, Stella enim differt à stella in claritate, sic erit & resurrectio mortuorum. Et iterum: Reddet unicuique secundum opera sua. Et ideo Angelorum ponuntur diuersi ordines. Hinc meritorum poterator, ac præmiorum distributor, ait, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Hoc verò significatum est in conuiuio illo

A illo Ioseph fratribus exhibitio, de quo scriptum est, Sedit vnus quisque secundum primogenita sua. De Deo verò scriptum est: Rursus cælum cæli Domino, quia cælum hominibus conceditur, cum eis diuina visio datur, at cælum cæli, id est, Dei comprehensio soli Deo. Ex qua doctrina duo nobis colligenda sunt.

Gene. 43.  
Psalm. 113.

Primum tali, tantoque denario nobis proposito in mercedem, quis non laboret? Hiero. Denarius numisma erat imaginem Regis habens, qui olim pro decem numis computabatur, merito Deum significat, quia denarius omnes in se numeros claudit, & ultra denarium nulla natio addit, nec est cor, quod ultra felicitatem aliquid possit appetere. Ego ero merces tua magna nimis Gen. 15. Et denarium qui pro impletione decem mandatorum datur. Merito ergo Hieremias ait: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui

Hiero.

Genes. 15.  
Hiero. 31.

B à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait Dominus, & merces magna nimis. Beatum dicis laborem tuum, si post annum laboris mille aureos numos lucratus fuisti, & non dices, beatissimum, laborem elemosynæ, confessionis, ieiunij, quo Deum lucratus es? Quis labor tanta mercede proposita leuis non fiet? Sed te nunc urgeo, duæ hic vineæ sunt, in quarum altera tibi laborandum est, si in hac laboraueris, propositum tibi præmium est, ac merces thesaurus infinitus, vel regnum maximum, si in illa, merces tua erit innumera flagella, quibus vita à te adimatur. In qua harum labores tuos impendere vis? Est Dei vinea, in qua laborans denarium recipiet, Deum, scilicet thesaurum infinitum, regnum æternum. Est & dæmonis vinea, de qua dicitur: De vinea Sodomorum, vinea eorum &c. In hac laborant peccatores, & lassitudine conficiuntur, lassati sumus in via iniquitatis. Horum mercedem audi, stipendia peccati mors, & hæc innumeris comitata tormentis. Quis ergo tam amens, qui in Dei vinea non laboret?

Simile.

Deut. 32.

Sap. 5.  
Rom. 6.

Secundum nobis colligendum illud est, si in Dei vinea laboras, ne modico labore contentus sis, sed nimium labora, quia in eodem denario inæqualis est retributio, diuersiq; gloriæ gradus. Si tibi modo optio daretur in civili republica inter eius gradus, ac status, ut quem malueris, eligas, an non præeligeres magnatem esse, aut Regem, nec infimus de plebe esse velles? Hæc optio nobis data non est in temporalibus, caducisq; huius vitæ bonis, nec enim

Simile.

nobis expediebat, at in cœlestibus, verisq; cōcessa omnibus est. **A**  
 Sunt in cœlo magni, & parui. Sic Christus, Minimus vocabitur  
 in regno cœlorū, qui, scilicet, cōsilia sequutus nō fuerit, sed qui  
 fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorū. Ho-  
 rū vt vnus sis, curare debes, nec tecū cogitare, vt vulgò dicitur:  
 Dū modo cœlū petā, satis mihi cœli angul' est. Nō est tibi satis  
 in terra angulus, sed regna præoptares, & in cœlo satis est tibi?  
 Sunt ne minus appetenda cœlestia terrenis? minus tibi apparēt  
 optabilia? Qui ergo iustus est, iustificetur adhuc, & quodcunq;  
 potest manus tua, instanter operare, crescens in omni opere bo-  
 no, vt in die Domini repletus sis fructu iustitiæ.

Sed valde illud mirandum est, quod cū denarius laboranti-  
 bus distribuitur, quidā eorū murmurant. Est ne in cœlesti illa  
 patria inuidia, aut murmur? Absit. Quid ergo murmuratio  
 ista significat? Respondet Aug. Non omnia, quæ in parabolis  
 proponuntur, applicanda sunt ijs, quæ significantur, sed quod  
 præcipuè intenditur, inspiciendum est. Vel forte dicendum no-  
 bis est. Quemadmodū pictor imaginem depingens, non eā so-  
 lam pingit, sed & alia circumcirca appingit, quæ vulgò dicun-  
 tur (los Lex os) quibus imago præcipua apparet, magisq; intue-  
 tiū oculis elucet, ita volens Christus Dominus hac parabola  
 ostēdere summā Dei misericordiam cū his, qui in lege gratiæ  
 vocati sunt, vel cū peccatoribus, qui extrema hora venerunt, &  
 alios iustos antecesserūt meritis, proponit aliorū murmuratio-  
 nē, quæ est (los lexos) quia longissimè à cœlesti regno murmu-  
 ratio est, vt hac proposita notetur tantam in hos effusam diui-  
 nam misericordiā, vt quasi occasio murmurandi alijs data sit.  
 Sic tāta misericordia receptus est prodigus, vt irascatur, & mur-  
 muret senior filius. Qua ex re alia duo nobis sunt colligenda.  
 Primū ait Gregorius, neminem despicias, licet nouissimus tibi  
 videatur. Prouer. 14. Qui despicit proximū suum, peccat, qui  
 enim hodie currens à te superatur, cras forsitan te longo super-  
 rabit spatio, & erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Attē-  
 de, ait Greg. quā longè distabat Saulus à Stephano, cū hic la-  
 pidaretur pro Christo, ille lapidantium vestes custodiret, vt in  
 omnibus lapidantibus ille lapidaret. Sed paulò post talem cur-  
 sum consummat Paulus, vt præcesserit Stephanū. Sic hi, qui vn-  
 deci-

Matth. 5.

Apoc. 21.

Eccles. 9.

Phil. 1.

August.

simile.

Luc. 15.

Greg.

Prouer. 14.

Greg.

Acto. 7.

**A** decima hora veniunt, plus recipiunt mercedis, quod significa-  
 tur in denario prius ipsis reddito, quia illa hora plus laboris im-  
 penderunt, quā alij tota die.

Secundū verò colligendū omni peccatori est, ne animū de-  
 spondeat, quod multo tempore in peccatis fuerit, & iam in no-  
 uissima hora ad vineam veniat, potest enim in hac nouissima  
 hora alios præcedere, qui primo mane ad vineam venerunt. Si  
 enim maxima adhibita cura, ac diligentia Deo inferuieris, po-  
 teris ant eire quā plurimos, qui multis annis Deo adheferunt.  
 Tam est enim potens voluntas hominis diuina gratia auxiliante,  
 vt quæ fecit mala prius, infecta reddat, & quæ non fecerat  
 bona, quasi facta essent, efficiat, vt facta computentur, & hoc  
 vocat Paul. tempus redimere. Redimentes inquit tempus, quo  
 niam dies mali sunt, tempus quod perdidisti, & in potestate ini-  
 micorum fuit, redimi potest. Si non ieiunasti, si eleemosynas  
 non dedisti, modo facere potes diuina gratia iuuantē, vt quasi  
 ieiunaueris, & eleemosynas dederis. Peccasti, adulter fuisti, ho-  
 micida fuisti, facere potes pœnitentia tua, quod non fueris,  
 quia & bona quæ non egisti, modo recuperare potes, & mala  
 quæ fecisti, delere poteris. Sic promittit Ioelis secundo: Et im-  
 plebuntur arcae frumento, & redundabunt torcularia vino, &  
 oleo, & reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus,  
 & rubigo, & eruca, fortitudo mea magna, quam misi in vos.  
 Id est, noua fertilitate compensabo iacturam priorum anno-

**C**rum, & vetera damna spiritualia, & veterem inopiam vbertate  
 gratiæ compensabo, & hoc efficiet fortitudo mea magna, gra-  
 tia suprema mea, quam ad vos destinavi. Si ergo nouissimus  
 es, ne desperes, si annos steriles habuisti, compensari hi pos-  
 sunt. Considera nouissimum Dauid, quando adulter, & ho-  
 micida fuit, sed lachrymis, & pœnitentia Abrahamum supera-  
 uit. Animo cogita Magdalenam, quā erat nouissima, quam-  
 que longe aberat, vt ad æquari posset iustis, quantum eam an-  
 tecedebat Martha virgo, & Phariseus Simon, & Apostoli  
 omnes, sed pœnitentia, & lachrymis prior facta est phariseo,  
 cū fecerit, quæ ille facere debuit, & eam illo meliorem mul-  
 tis nominibus Christus declarat. Prior facta est Martha, cum  
 optimam partem elegit, illa bonam, sed Magdalena optimam,  
 prior

Ephes. 5.

Ioel. 2.

Luc. 7.

Luc. 10.

prior Apostolis perseverans in monumento, & cruce, cum illi, **A**  
 fugiunt, & prior videt Christum. Prior multo erat Iudas latro-  
 ne, sed vide, quantum eum post antecedit, audiens: Hodie me  
 cum eris in paradiso. Prior erat phariseus publicanus: Ieiuno  
 ait bis in sabbatho, decimas de omnibus, quæ possideo, sed di-  
 cens publicanus, Deus propitius esto mihi peccatori, descendit  
 iustificatus ab illo, id est præ illo. Nouissimus erat Petrus ne-  
 gans, sed flens Apostolos præcedit, & audit, Pasce oves meas,  
 quibus verbis omnibus præfertur. Si ergo te vides nouissimū  
 nunc esse, ne desperaueris, sed expergiscere, curre, labora, vna  
 hora poteris esse primus.

Sed ait: Si nouissima hora possum plures antecedere, dor-  
 miam modo, & cum senex fuero, nouissima hora laborabo. Va-  
 nissima cogitatio ista est, cui occurrendum omnino. Primò vn-  
 de nosti in posterum te multo victurum tempore? Vnde nosti **B**  
 non esse iam tibi supremam horam? Pœnitentiæ tuæ Deus veni-  
 niā promisit, sed dilationi tuæ diem crastinā non promisit. Sed  
 esto id nosse, audi, Pauci electi. Pauci sunt hi, qui nouissima ho-  
 ra laborantes denariū acceperunt, pauci latroni similes. Et hoc  
 singulari Dei gratia, effectum est, quam tibi affuturam nō scis,  
 nec enim ad manum hæc tibi est. Arripit quis iter Romam ver-  
 sus, inuenit marsupium in via auro plenum, quo iter conficere  
 potest, quia hoc illi contigit aliquando, tu idem iter peractur-  
 us, sacculum pecuniæ non deferas? Fame peribis, si ita te ha-  
 bueris, illud enim rarissimè contingit. Nouissima hora homi-  
 nem à Deo trahi rarò contingit, ideò vigilemus, & ad vineam  
 vocati cōtinuo veniamus. Hodie si vocem eius audieritis, no-  
 lite obdurare corda vestra. **C**

Sed terrorē incutiunt verba illa: Multi sunt vocati, Pauci ve-  
 rō electi. Cum plena fuerit parabola diuina misericordia, eam  
 concludit verbo aspero, quia misericordiam iustitiam comita-  
 ri vult: & iustitiam misericordiam. Promittit Noe nunquam  
 iterum diluuij aquis terram obruturum, & huius signum ar-  
 cum dat in nubibus, signum pacis est bellicum instrumentum  
 Ambros. lib. 1. De arca Noe ait, Vt intelligat homo, & si Deus  
 cum eo pacis fœdera inierit, adhuc arcum ei superesse, & belli-  
 ca instrumenta, si in bonitate ille nō permanferit, vt mox Deus  
 ostendit.

Ioan. 20.

Matth. 27.

Matt. 10.

Ioan. 21.

Simile

Psal. 4.

Genes. 8.

Ambros.

**A** ostendit, evertens quinque illas ciuitates. Semper ergo nobis ti-  
 mendum, licet misericordiam Dei experiamur. Tremendum  
 profectò verbum: Multi vocati, pauci electi. Osee. 13. Abscon-  
 dita est consolatio ab oculis meis, quia ipse inter fratres diui-  
 det. Doloris, & tristitiæ summa causa est diuisio fratrum: adin-  
 uicem, cum separatur filij à parentibus, fratres à fratribus, dum  
 hic electus est, ille reprobus, hic cælum petit, ille infernū pro-  
 perat. Duo erunt in lecto, duo in agro, duo molentes, & vnus  
 vnus excludi? Quis scit, an ille vnus ego sim? quid si vno admis-  
 so mille excluderentur? Pauci ait, electi, licet vocati multi, quo  
 modo nosti, an de multis, an verò de paucis sis futurus? Si diceret,  
 pauci erunt Reges, pauci episcopi, non curaremus, sed pau-  
 ci saluandi, summum incutit pauorem, & ipsi iustis timoris ra-  
 tio est, quid peccatoribus? Chrysof. Quod in Tartara, innumeros  
 ducit est, non pauere, & contremiscere ad Dei minas. Timent  
 Niniuitæ, & liberantur, non timent, qui in diluuiio, &  
 Sodoma, & intereunt. Time ergo verbum hoc, Pauci electi, nec  
 securus consistas, quia vocatus es. Multi sacerdotes damnantur,  
 time, & caue, ne illorum multorum vnus sis. Multi diuites dam-  
 nantur, multi pauperes &c. Time, ne vnus eorum tu sis. Sortes  
 mittit Dauid super Moab, & his funiculus & fors mortis, illis  
 vitæ obtigit. Inter duas sortes es, vna sine dubio earum te ma-  
 net, vel vitæ æternæ, vel gehennæ sempiternæ, nihil tibi me-  
 diū restat, vel infinita bona, vel infinita mala. Caue ergo, time,  
**C** in vineam propera, labora, vt denarium accipias. Vt in vineam  
 Dei eas primo mane exijt Deus te conducere, ante omnes ille  
 te vocauit, vt cū alio pactum non in eas, ille te iteratò vocat, de-  
 narium pollicetur se ipsum, si in labore perseveraueris &c. Et  
 hinc dicit tremere, ac pauere, & omnem librum deglutire cum  
 Ezechiele, cui datur liber comedendus, in quo sunt carmina,  
 lamentationes, & vā. Vbi Greg. Aliqui manducant scripturæ  
 diuinæ partem, scilicet, quæ dulcia sunt, quæ misericordiæ, reli-  
 qua omittunt, quæ scilicet, iustitiæ, & timoris sunt. Tu verò nō  
 sic, sed dic cum Psalm. Misericordiam, & iustitiam cantabo tibi  
 Domine, sic enim timore contineberis à malo, &c.

Osee. 13.

Matth. 24.

Chrysof.

2. Reg. 8.

Ezech. 2.  
Gregor.



# Dominica in Sexagesima. 4

*Exijt qui seminat seminare semen suum. Luc. 8.*



Ntequam verbū diuinum populo proponatur, gratia diuinumque auxilium peti solet, ac obsecrari. Quia sicut omnis seminatio eorum fructuum, qui à terra producuntur, est inutilis, si nō adsit è cælo lux, pluuia, & influentia, quæ in nostra potestate non sunt, sed à Deo petenda, ac obtinenda: ita omnia quæ vobis loquimur è suggesto, in vanum proposita vobis erunt, nisi diuina adsit gratia. Considera, ait Sapiens, opera Dei, quia nemo potest corrigere, quem ipse despexerit. Hinc monet Paul. orationes fieri, vt cum fructu Dei verbum prædicet. Colossæ. quarto. Orationi instate, vigilâtes in ea in gratiarum actione, orantes simul, & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, vt manifestem illud, ita vt oportet me loqui, ad id ergo nunc gratiam petamus, &c.

Maximum rebus omnibus à natura insitum est desiderium conseruationis suæ, ac perpetuitatis, sic enim assimulantur, acceduntque ad diuinum esse perpetuum, & immortale, cui assimilari omnia appetunt. Hinc vel per famam curat homo se, suaque æternitati mandare. Deus verò qui hanc rebus omnibus indidit inclinationem, simul dedit apta, conuenientiaque ad eam assequendam media, quæ natura sua incorruptibilia, perpetuaque sunt, vt Angelus, & cælum in seipsis, & in indiuiduo se in æternum conseruant, nec ijs indigent, quibus corruptibilia, quæ cum in seipsis, & in indiuiduo conseruari nequeant, curant saltem in specie se conseruare in perpetuum per generationem, & semen, sic enim seipsa seruant, eodem modo quo possunt. Hinc Ecclesia. 30. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se. Et huius accepti beneficij æternæ posteritatis filiorum, &

nepo-

**A** nepotū gratias refert Deo David secundo Regū septimo. Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo, nisi loquereris etiam de domo serui tui in lōginquum. Ista est enim lex Adam, Domine Deus. Quasi dicat: Hæc natura est hominis, hoc eius desiderium, vt eius perferet memoria in posteris. Sed & omni uenti ad hoc concessit Deus generationem, & semen. Vnde Genesis primo. germinet terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen sit in semetipso super terram. Vbi Basilius: Omnis herba semen habet, vel aliquid vice feminis. Ex quo colligebant philosophi, mundum in æternum duraturum: quod verum quidem foret, si rei naturæ relinqueretur. Attamen diuina ita ordinante voluntate sicut initium habuit, habebit & finem.

**B** In operibus gratiæ eundem ordinem seruat Deus, quem in operibus naturæ. Voluit Ecclesiam in mundo fundare perpetuam. Psalm. Deus fundauit eam in æternum. Et Lucæ primo. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et Oseæ secundo. Desponsabo te mihi in fide in sempiternum. Et oppositum est, hæresis, sed quorum fuerit, nescitur, nec ab autoribus dicitur. Vide Turrecremata libro primo capitulo vigesimo octauo. Sed eam perpetuo duraturam ostendit Christus, dicens, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Et Matthæi decimosexto. Porta inferi non præualebunt aduersus eam. Sed cum Christi discipuli mortales essent, quomodo in perpetuum Ecclesia durabit? Ad hoc relicta est generatio spiritalis, & semen, quo medio conseruaretur. Sicut, vt natura corruptibilis perpetuo duret, id assequitur generatione, & semine, sic Ecclesia spiritali regeneratione, & semine immortalis est. Sed quodnam huius diuinæ generationis semen est? Ecce semen est verbum Dei. De quo Esaia primo dicitur: Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissetis, & quasi Gomorrhæ similes essemus: id est, omnino perissemus. Sed hoc semine conseruata hucusque est,

& in

Simile.

Eccles. 7.

Colos. 4.

Eccles. 30.

2. Reg. 7.

Genes. 1.

Basilius.

Psal. 47.

Luc. 1.

Ose. 2.

Turrecre.

Matth. ult.

Matth. 16.

Esa. 1.

**Marc. vlti.**  
**Eesai. 27.**  
**Acto. 13.**  
**Psal. 18.**  
**Luc. 21.**  
**Romi. 12.**

& in perpetuum conseruabitur. Seminauit hoc semen Christus in Apostolis, eisque mandauit, vt in vniuerso orbe illud disseminarent. Marc. vltimo. Euntes docete omnes gentes. Quod preuiderat Esai. 27. Qui egrediantur impetu à Iacob. florebit, & germinabit Israel, & replebunt faciem orbis semine. Quàm rectè Apostoli id præstarent, ostendit Act. 13. Disseminabatur autem verbum Dei per vniuersam regionem. Et Psal. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Apostolis verò vita functis mansit semen hoc, officiumque seminandi in eorum discipulis, in Ignatio, Polycarpo, Dionysio, & similibus. Ijs verò deficientibus adfuit mundo Cyprianus, Augustinus, Hieronymus: Ambrosius, & inde per aliorum sanctorum, & Doctorum maas vsque ad nos deuenit semen hoc, & à nobis vsque ad finem mundi perueniet, donec prædicetur Euangelium regni in vniuerso orbe: & tunc erit consummatio. Hoc seminandi officium tam sollicitum reddebat Paulum, cum nosset, hac ratione solum Ecclesiam duraturam, vt diceret Rom. 12. Quomodo inuocabunt, eum in quem non crediderunt? aut quomodo credent in eum, quem non audierunt? Quomodo audient sine prædicante? quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, ecce semen.

**Simile.**  
**Iacobi. 1.**  
**Genes. 3.**

Ex quo patet necessitas audiendi conciones, vt rectè credas, & rectè opereris. Si aliquem nosti non audientem verbum Dei, eum retine memoria, in iudicio eum à sinistris videbis. Sicut enim ciuitas, quæ cibaria, & omnia in vitam necessaria, aliunde, & à foris recipit, si vias occludis quibus hæc portari solebāt, omnino deficiet, ac peribit. Animæ nostræ vita aliunde pedit, vulgo dicitur: Viue de acario. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desurfum est. Per verbum Dei omnia illi bona proueniunt: quo deficiente nullum illi bonum est. Terra quæ non colitur, non aratur, nec foditur, quæ bono semine nõ seminatur, quid proferat, nisi spinas, & tribulos? frumentum haud proferet vltro. Si verbum Dei non recipis, quid nisi peccata germinabis? Terra enim illa maledicta sumus, de qua Gen. 3. Spinæ, & tribulos germinabit tibi. Qui verò semen verbi Dei recipit, magnū quid habet. Qui seminat, Deus est, quod seminatur

ver-

**A** verbum Dei est, irrigatur sanguine Christi, quid obsecro orietur, nisi Deus, diuinum quid. Si enim quod oritur ex semine, illi simile est, cum semen sit verbum Dei, quid oriatur, nisi filius Dei? Ioan. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui ex Deo nati sunt, quia hic per gratiam nascimur ei similes, quæ similitudo in gloria perficietur, cum similes ei erimus, quia videbimus eum, sicuti est. Vnde Christus Dominus illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est. Verbi diuini excellentiam, eiusque audiendi necessitatem miris verbis extulit Augustinus. libro 50. homiliarum homilia: 26. Nec ea retractauit Augustinus, imo Ecclesia magnificet, reponens illa in decretis. 1. quæst. 1. cap. interrogo. Interrogo vos fratres, ait, dicite mihi, quid plus videtur vobis corpus Christi, an verbum Christi? Si vultis verè respondere, hoc dicere debetis, quod non sit minus Dei verbum, quàm Christi corpus. Et ideo quanta sollicitudine obseruamus, quando nobis Christi corpus ministratur, vt nihil ex ipso de manibus nostris in terram cadat, tanta sollicitudine obseruemus, ne verbum Domini, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde puro pereat, quia non minus erit reus, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille, qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permiserit. Hæc August.

Sed quoniam satis non est semē bonum seminari, vt fructus oriatur, ex multis enim accidit, fructum non colligi, hinc Hier. 12. Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt, hereditatem acceperunt, & non eis proderit, confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini. Cum in proxima quadragesima multum sit iaciendum semen verbi Domini, conuenientissimè modo ostenditur nobis, quæ sint illi impedimenta, ne in nobis fructum referat, vt illa vitemus ne diuinum semen sit nobis in damnationem, potius quàm in profectum, quæ est reproborum maledictio. Deuter. 28. Sementem multam iacies in terra, & modicum congregabis, quia locustæ deuorabunt omnia. Ait ergo cælestis Magister.

*Exijt, qui seminat, seminare semen suum. Aliud cecidit secus viæ, & conculcatum est, & uolucres cæli comederunt illud. In huius parabolæ expositione Christum habemus autorem, qui ait, Qui se-*

**Genes. 40.** cus viâ, hi sunt, qui audiunt verbû, & venit diabolus, & tollit de corde eorû, ne credentes salui fiant. Gen. 40. signû mortis est pistori Pharaonis, quod aues cœli raperet cibaria, quæ super caput deferebat. Sed obsecro te, etiam si super caput deferas Dei verbû, adhuc tamē morieris, si à te tollitur, quid tibi fiet, si illud cõculcaueris? Sicut enim cû regiû mandatû regio sigillo munitû recipis à curfore, illud super caput collocas, exocularisq; dicis tamē: Casarē appello, nec quod tibi mandatur, peragis, sic multi Dei verbû quidē magnificiūt, intelligētes à Deo profectum illud super caput suû ponunt, tamē operi nō mādant, sed ab executione eius se arcēt, dicētes. Deû appello. Hi similes sūt pistori, quibus mors parata est. Quid obsecro mali nō experietur, qui verbû Dei cõculcauerit, sanguinē testamēti pollutum duxerit. sic Luc. 16. loquētē Iesum de mundi despectu deridebant Pharisei, quia erāt auari. Illudere verò cõculcare est. 2. Paralip. vlti. extremum malû ostendit Israelis: Subsannabāt nūtiōs Dei, & parui pēdebāt sermones eius. Lāpas contēpta apud cogitationes diuinitum, parata in tēpus statutû. Ait Iob. Lampas ardens verbum Dei est, cõtēnis illud in cogitatione tua, sed in tēpus iudicij reseruatur, quia hoc verbû Dei te iudicabit. Sermo quē locutus sum vobis, ille vos condēnabit in Dei iudicio. Sed ais: Ego nō contēno, nec cõculco, sed potius magnifacio Dei verbû: quid tibi proderit super caput illud tollere, si opere non implet? Si diabolus tollit illud à corde tuo per in cõsiderationē & obliuionē Hoc mire ostēdit Iac. 1. Estote autē factores verbi, & nō auditores tātû fallētes vos metipsos: Quia si quis auditor est verbi, & nō factor, hic cõparabitur viro cõsideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit. Qui autē perspexerit in legē perfectæ libertatis, & permanserit in ea, nō auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Speculum mulier sibi proponit, vt se ornet, at vir si se in speculo in spexerit, non est in sui ornatum, sed solum vt se videat, ac contēpletur, non verò vt aliquid corrigat in se, vel ornet. Dei quidem verbum speculum est, quo facies animæ nostræ apparet. Cum Dei verbum audis, ibi vides deformitates tuas, ibi defectus contemplaris. Sed quid prodest hæc vidēre, si non corrigis? Ideo comparat Iacobus nō mulie-

mulie-

**A** mulieri, quæ corrigit se in speculo, sed viro, qui id nō curat, sed statim oblitus est, qualis fuerit. Maxime obliuiscimur eorû, quæ solum in speculo vidimus. Recordare amici tui nūc, videbis intra te eius expressam ad viuû imaginē, & eū mihi describes ad vnguē. Sed interrogote, an tui imaginē sic exprimas, Ais. non, sed & te vidisti. Ais, vidi, sed in speculo, radijs reflexis & quasi in vmbra, & sic statim oblitus sum, qualis fuero. Sic ait Iaco. eis cõtēgit, qui in Dei verbo se vident, vt in speculo, statim obliuiscuntur sui, nec in eis permanet, quā viderunt, figura: sed quod malû in te iudicasti in cõcione, domû rēpetens obliuisceris. Cura ergo memoria tenere, corde cõseruare Dei verbum. Et si quid audisti quod ad tui animi vtilitatē ac imale aut teactæ vitæ correctionē cedere possit, memoria retine vt opere impleas. Sic Plal. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccē tibi. Sic Maria cõseruabat omnia verba hæc cõferens in corde suo. Nos verò similes viæ sumus, in qua si res pretiosa fortē sit, nihil ibi durat, à viatoribus continuo rapitur: si verò vilis pannus sit, ibi perpetuò permanet, nō est, qui furripiat. Ita planē cor nostrum, nānias, scurrilia verba, in honesta dicta conseruat maximē, diuina verò & pretiosa obliuiscitur facilē, dæmone illa rapiente, quia via facti sumus. Hinc Iob. Vadent, & venient super eum horribiles. Loquitur de impio.

**B** Aliud cecidit in petrosa, & natum aruit, quia non habebat humorem. Hi sunt, qui cû audierint cum gaudio suscipiunt verbû, & Chi radices nō habent, quia ad tēpus credunt, & in tēpore tentationis recedūt. Quidā enim sunt, qui ad multa bona peragēda faciles se exhibent, & verbum Dei libenter recipiunt, quod illa fieri præcipit. At verò aliquo in vitio obdurati sunt, quasi lapides, vel etiā adamātes, quod omnino relinquere nolunt. Cor suû vt adamātē posuerunt, noluerunt reuerti. Cūque Dei verbum ad duritiē illam peruenerit, resiliunt continuo, nec verbum radices mittere potest, & omnino cor penetrare. Vnde cū orta fuerit tentatio circa illam rem, in qua obdurerunt, verbû diuinum omnino perit in corde eorum, & tempore tentationis recedūt. Huius rei multa sunt exēpla. Herodes libēter audiebat Ioānē, & audito eo multa faciebat, verū tamē ab adulterio nō recedebat. Herodias eius lapis erat. Multa verò bona de Re-

T 2

gibus

**3. & 4. Reg.** gibus Iuda in scriptura saepe dicuntur, sed tandem ait: Verum tamen Excelsa non abstulit. Excelsa illa illorum lapides erāt. Multi nobiles hodie multa operantur bona, sed lapidem suum habēt, honorem, scilicet, vindictamque, quam parati sunt exercere in inimicos, & cū in eo tentantur, recedunt, verbumque Dei proijciunt. Hi duro sunt corde, quibus vā æternum interminatum est, Ecclesi. tertio. Cor durum male habebit in nouissimo. Quando peritus medicus pulsū infirmi manu tētauit, vidensque inordinatos cordis impulsus, debilitatemque mortem indicātē, dicit, mors imminet, quis non paueat? Deus animarum medicus, qui pulsū considerat, nō in brachio, sed in corde, videns illud durum, ait, Male habebit in nouissimo. An non te timere faciet, qui duro corde es? Hoc ergo tibi sit certum, vniuersum cor tuum Deus petit. Conuertimini, ait, ad me in toto corde vestro, quod si partem eius negaueris, totum te negasse crede. Si offenderis in vno, factus es omnium reus. Valde ergo nobis considerandum est, si vniuersum cor nostrū Deo dederimus, si omnia nostra eius voluntati subiecimus, si super vitam, substantiam, & honorem Deum diligamus, parati que simus omnia ista pro eo contemnerē. Si hoc prāstas, lapidem non habēs. Si verō aliquid habes, quod plus diligas Deo, lapis tibi est offensionis, & petra scandali. Verba Dei, quæ ad te fiunt, in petrosa cadunt, radices non habent, licet multa bona prāstiteris. Ad hortamini ergo vos metipfos per singulos dies, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Ad tempus, ait, credunt, & in tempore tentationis recedunt. Iactant arma sua, sed in die belli conuersi fugiunt inimicos. Ad pedes positi cōfessarij magna promittunt, sed inde exeuntes similes sibi ipsis sunt, nec minima prāstant. Quis videret. 1. Reg. 4. filios Israel adueniente arca in castra, latantes, arma capientes, sed visis Philistæis fugiunt, & arcam in eorum potestate dimittunt.

*Aliud cecidit inter spinas.* Qui à diuitijs, curis, & voluptatibus opprimuntur. Multis Dei verbum placet, sed continuo obruuntur pluribus negotijs, quibus medium apponere nesciunt. Quando arbuta, vel quodcunque olus plantatum est proximum alteri, mutuo se impediunt, terra enim parua pluribus simul plantis nutrimentum dare nequaquam potest.

Ani-

**A** Anima nostræ vis finita est, si multum vni intendit, alteri attendere non potest. Sic cōtingit aliquando, tanta intentione aliquid cogitari, vt non videas, quæ ante oculos tuos versantur. Proprium est Dei, cuius infinita virtus est, sic pluribus attendere, ac si vnum essent. Vide ego, ne obruaris pluribus curis. Non feres agrum tuum diuerso semine. Leuic. 19. Nec sat tibi sit dicere: Hæ curæ licet multæ, sed malæ non sunt. Aliquando enim sanguis quia malus nocet humano corpori, aliquando quia nimius: & quocunque modo noceat, eliciendum est. Est occupatio mala, & est nimia, vtraque corrigenda est. Vnū sit tibi negotium, cui maximè attendas, animæ tuæ salus, reliqua non sint tibi negotia, sed nuge. Contra quod multi faciūt, ad quos Nahum. 3. Plures fecisti negotiationes tuas, quàm stellæ sunt cœli.

**B** Sed & diuitias, & voluptates spinas esse dicit. Quis hæc crederet, ait Grego. nisi Christus diceret? Consolationes enim terrenæ maximum prāstant impedimentum Dei verbo. Basil. dicit, similem dæmonem esse grassatori, qui vt viatores deprædetur, se dat in condensum montis, vnde viatores considerat, exploratque, vt eos expoliet. Sic dæmon in voluptatibus, & diuitijs absconditur, vnde miseris animas perdit. Quis credat sub voluptate absconditam mortem & hanc æternam, cū mors amara sit, & eius etiā sola memoria, delectatio vero sit ipsa dulcedo? Auri poculum veneno plenum est delectatio iensualis, quo inebriantur, & cadunt homines, ratione non vteutes, sed quæ exterius sunt, solum considerantes.

**C** Sed optimo ordine hæc Christus collocat. Primo sollicitudines, quibus diuitiæ acquiruntur. Secundo diuitias. Tertio voluptates, quas diuitijs comparamus. Mirandum profectō in homine cordato, velit, spinas crescere, triticum verō obrui, ac impediri, & cū videas sollicitudines, diuitias, ac voluptates virtuti esse impedimento, optas illa crescere, hæc minui, cum illa spinæ sint, hæc triticum. Felicemque iudicas annum tibi esse, & ex toto cessasse, quando plures tibi exortæ sunt spinæ, dicisque: Benedictus Deus, quoniam diuites facti sumus. Nec cogitas, quantum tibi virtutis acqviseris. Ait quidam Christo Domino: Sequar te, quocunque ieris, nec tamen Christum sequi

**Ecclef. 3.**  
Simile.**Ioel. 2.**  
**Iaco. 2.****Heb. 3.****1. Reg. 4.**

Simile.

Leui. 19.

Simile.

Nahum. 3.

Grego.  
Basil.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

Zachari. 11.

Matt. 8.

Ambros.  
Colof. 3.  
Ambros.

tus est, ait Ambrosi. quia terrenis adhæserat. Quam rectè Paulus monet: Exuentes vos veterem hominem, induite novum, qui secundum Deum creatus est. Ambros. ait, Multi nollēt veterē expoliare, sed superinduere novū, vellēt onerati diuitijs, & delicijs Christū superinduere. Sed hoc fieri nō potest, sed ais: Hæc mihi sunt sine peccato. Sed ego dico tibi, hæc Christus impedimenta dicit esse diuino verbo. Multa prohibita sunt Nazaræis, quæ mala quidem non erant, sed impedimento erant euntibus quotidie templum. Multa sæcularia negotia sic cor occupant, ac distrahunt, vt spiritualibus exercitijs ineptum sit, hæc tibi spinæ sunt, cum enim temporalium affectus sit in natura infecta vehementissimus, præualet contra affectū, spiritualium. Duo sunt in nobis affectuū genera, alij à carne, alij à spiritu, alij à natura, alij à gratia. Qui à natura nobis naturales sunt maximeque in nobis radicati, qui à gratia tanquam aduentitij leuiter nobis hærent. Hinc est, quod quemadmodum qui in syluestri arbore, fructiferam inserere vult, oportet, præscindat omnes ramos naturales arboris syluestris, vt insititij adulescant, alias totus arboris succus ad naturales ramos ibit, nec insiti proficiunt: sic omnino qui vult insitum in se verbum Dei crescere, ac fructificare, debet naturales in se comprimere affectus diuitiarum, ac voluptatum.

Simile.

Esaï. 42.

Ioan. 7.

Hæc dicens clamabat. Sed contra hoc videtur esse illud Esaï. 42. Non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris, & tamen hic clamatur. Et Ioan. septimo. In nouissimo die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Res mira, & maxima consideratione digna Christi Domini clamor. Aliquo sine dubio dolore afficitur, & maximo. Sed mirum profecto: vincitur, a lapis cæditur, & verbum nō loquitur. Flagellatur crudelissime, & tacet, coronatur, crucifigitur, & tanquam agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum. Hic verò clamat. Est ne aliquid Domine quod te maiori afficiat dolore, quam flagella, clauis, corona, crux? Maximum sine dubio malum est, quod Deum clamare compellit. Sed quod istud est? Vtique semen amissum, quod Esaï. loquitur, non clamabit.

Esaï. 57.

A bit. Significat Christum Dominum non iracundum fore, non vocibus omnia impleturum, vt superbi, & iracundi faciunt. Hic verò clamat amore eum impellente. Est tibi filius vnice dilectus. Infirmatur, morti proximus est, si poculum sumit, saluti restituetur, si non, omnino moritur. Loqueris ad ipsum, Poculum fume, non audit infirmitate grauatus. Clamas ad eum: Quid vociferaris? Quid non clamem, ac vociferer, cum vita filij mei in eo sita sit, vt me audiat, vt ebibat positionem. Cum verò amor nullus conferri possit cum eo, quo Christus nos diligit, videtque nos morti proximos, quia eum non audimus, quis surdus, nisi seruus meus? Quid faciat, nisi clamare? quid nisi vociferari? Hoc cum magis cruciat, quàm crux, quàm clauis, quam flagella, & spinæ &c.

simile.

B Clamabit. Hoc summè ostendit, quanta res sit diuinum verbum, vt illius amissio faciat Christum vociferari, grauitas enim, ac autoritas personæ maximè Regiæ facit, vt affectum excedentem non ostendat etiam in magnis malis, sed cum perditur verbū diuinum, dissimulari nō potest, vnde non affectum tantum ostendit, sed clamat. Hinc etiam colligendum est, esse multum in mundo, contra quæ summis vocibus, & clamoribus prædicandum est. Si enim ea leniter dicantur, putabunt homines ea factu esse facilia, nec magni esse ponderis. Sic faciebant sæpè propheta, qui aliquando clamores in cœlum extollebant. Audi Moysen: Audite cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Et Esaï. 1. Audite cœli, & auribus percipite terra, vā genti peccatrici, populo graui iniquitate. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Quos ederent, illi clamores in nos, quorum multò maior ingratitudo, si viderent vestium superfluitatem, quæ nunc est, conuiuia referta cibis, præsepia equorum plena, & pauperes fame pereuntes, xenodochia pauperum sine maticis, & parietes serico indutos, canes satiatos panibus, filios Dei famescentes. An non clamarent? an non vociferarentur? Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus? Si audirēt inhonesta cātica, saltusq; qui nostra tēpestate in Hispauia irrepserūt, & in comædijs, & domibus versantur, quid ni clamarēt? Aliqui Dei spiritu His-

Dent. 32.

Esaï. 1.

Matth. 15.

paniam terruerunt minis, dicentes. Sicut semel perdita est in honestis moribus, sic secundo perdenda est eadem de causa. **A**  
**Hippo. mar.** Et inter signa finis mundi, quæ sanctus Hippolytus martyr discipulus apostolorum in lib. de consummatione sæculi scribit, tã quam ab Apostolis accepta, vnum est destructio templorum, & canticum dæmonis, quod vbique decantabitur. Templorum destructio apud hæreticos visa est, & videtur quotidie, de monis verò canticum est, quod his diebus in Hispania vsu maximo recipitur (La çarabanda, ) cum saltibus inhonestissimis, saltus, & cantus à dæmone dicitur inuentus inter Indos, vnde ad nos venit. Iam ergo cantatur inter nos dæmonis canticum, caueamus vel maxime iudicium instare. In malis huiusmodi non mirum, si vociferemur, si patientes non simus, quia Christus clamauit, nec inurbanum dicas contra ista clamantem, sed inurbanos, perditosque hominum mores dicito. **B**  
**Num. 11.** 11. murmurat populus recordatus Aegypti, petitque carnes, & subiungit: Iratus est Dominus, & accensus in eos ignis deuorauit extremam partem castrorum. Et addit: Sed & Moyse intoleranda res visa est. Ante legem datam sæpe populus murmurauerat, nec tamen in eos ira Dei desæuit, sed post legem datam omni murmuratiõni ira, & vindicta Dei adfuit. Quia vt dicitur secundæ Pet. secundo. Melius erat illis, non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti. Et hoc intolerabile videtur, sed zelum Dei habenti Moyse. **C**  
**Psal. 118.** Malis enim principibus multa mala maximè tolerabilia apparent, non sic Moyse, non Phinees, non Mathatiæ, non Eliæ, nõ Baptistæ, non Dauidi dicenti: Vidi præuaricantes, & tabescbam, quia mandata tua non custodierunt. Quia ergo intolerabilia quorundam peccata sunt, contra ea clamandum, ac vociferandum est.

Sed si tales clamores excitat contra eos, qui verbum recipiunt, sed non referunt fructum, quos ederet contra eos, qui nec audire quidem volunt? Sed dum concio habetur, illi per plateas incedunt, quomodo clamaret cum Esai. Audite verbum Domini principes Sodomorum? Adinuentio dæmonis est, hominem à concione separare, nouit enim ea in melius mutandum esse. Idèò spiritu malo urgente Saul  
 Ian-

**A** lanceam misit contra Dauid psallentem, quia eo cantu dæmon exire cogebatur. Sic ait Ambros. Curat dæmon diuini verbi musicam tollere, ne ipse à cordibus expellatur. Noluit intelligere, vt bene ageret, non vult conuerti, non vult memorari malefactorum suorum, ideo fugit hæc loquentem, sicut elephas aquas, ne terribilem sui ipsius effigiem videat, sic peccator concionem, qua eius fœditas declaratur tertio Reg. decimosextimo ait illa, Quid mihi, & tibi vir Dei, ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ. Sic isti nolunt in memoriam reduci eorum peccata. Quos clamores ad hos Christus ederet? O peruersi, vultis ne mel deliciarum edere, nec experiri vulnera apum, & aculeorum? Furari vultis nec oblatrari vobis. Effrænati equi libere vagari vultis, nec esse vobis frænum, aut flagellum? Cibum animæ abominatis? **I**  
**Psal. 102.** Omnem escam abominata est anima eorum, appropinquaerunt vsque ad portas mortis, qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere, sed loquimini nobis placencia. Vos ergo cogitis prædicatores clamare, & stercus peccatorum vestrorum in facies vestras mittere. Quod si idèò concionem detrectas audire, audi Spiritus sancti minas: Qui auertit aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Non audisti Deum ad te loquentem, non audiet ille te clamantem, quo contra ille qui dicit, Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. Hinc Achab Michæam audire detrectabat, quia ait: Nunquàm prophetat mihi bonum. **C**  
**Psal. 84.** Ad Dei ergo verbum tibi in omnibus accedendum est: ibi vniuersorum malorum remedium. Inde Esaias octauo. Quarite à pythonibus, & à diuinis, qui strident incantationibus suis. Nunquid non populus à Deo suo requiret visionem pro viuuis, ac mortuis? Ad legem magis, & ad testimonium, quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis, matutina lux. Ad quem eundem, vt eum consulamus? Num ad incantatores? Ad quem ergo? Ad legem, & ad testimonium. Verbum Dei de omnibus te docebit. Diues epulo petit mortuos, qui fratres suos doceant, sed audit, Moisen habent, & prophetas. Hinc Psalmus consilium meum iustificationes tuæ. Et in Deuteronomio præcipitur Regibus deute-  
 Luc. 16.  
 Psal. 118.  
 Deut. 17.

Simile.

ronomium legis illius antiquæ semper habere præ manibus in consilium.

## Dominica in Quinquagesima.

*Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis, &c.* Luc. 18.



Odierno euangelio Christus Dominus passionem suam manifestè discipulis proponit, & cæco visum restituit. Nec incongruè ista iunguntur, imò simul ponitur ægrotus, & medicina, est enim Christi passio fel Thobiæ, quo cecitas humani generis pellitur. Et quæadmodum Christi passio initium est vite spiritualis totius mundi: sic unicuique eius consideratio est principium vite spiritualis & reformationis, morum & participationis diuinorum donorum. Mors ergo Christi medicina est cæci, & visus cæco datur, vt videat passionem Christi. Apostolis manifestè illam aperit, & præ oculis proponit, sed ipsi nihil intellexerunt, ideò nouos oculos condit, vt eam videat. Deum enim pati videre non possumus, nisi oculis à Deo concessis, gratiaque illuminatis eam petamus per Mariam.

Quod sæpius Christus Dominus inculcauit sermone, quod sæpius loquutus est, eius diuina passio fuit. *Matt. 12. cū induxit Ionè figuram. Matt. 21. in parabola agricolarum filium occidētium, & alibi sepe, & modo ascendens Hierosolymam eam manifeste discipulis edisserit.*

Sed qua de causa eā toties repetit? Primò, quia ei erat desideratissima, & cū ex abundantia cordis os loquatur, abundas in corde desiderii eius de ea loqui cogebat sæpissimè. Cū enim voluntas omnem hominis potentiam moueat in opus, quando alicui rei affecta est, intellectum mouet, vt illam cogitet, linguam, vt eam loquatur. Sicut ergo auarus libenter cogitat, loquiturque diuitias, superbus honores, iratus vindictas, ita amantissimus homi-

homi-

hominum passionem suam, quæ quamuis acerbissima, illi tamè amantissima propter hominis salutem, erat opus eius coram illo. Ait Esai. Opus in quâ salutis nostræ, quod passione consummatum est, cū ipse hæc verba dixit.

*Esai. 40.  
Matth. 27.*

Secundo verò sæpius de passione loquitur sua, vt memoria nostræ mædatur: sicut repetis filio, quod vis, ne illi memoria excidat. Sed quid nostra refert passionem Christi memorari? Tanti poteris, ac memèti hoc erat, vt pro hac memoria cõseruanda in mûdo tã excellētissimū instituerit eucharistiæ sacrificiū, quod memorate est dominicæ passionis. Vnde ille ait: Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriã facietis. Vnde ait Luc. 22. Hoc facite in meã cõmemoratione. Et Pau. Quotiescunq; māducabitis panē hūc, & calicē bibetis, mortem Domini annūciabitis, donec veniat. Maximè profectò refert eius rei memoria, quæ vt cõseruaretur, tam diuinum est institutum sacramentum.

*Luca. 22.  
1. Cor. 11.*

Sed quis, inquis, mihi prodest memoria ista? Vtique vnuerse tibi remediū, medicina est tibi omnis. 1. Pet. 4. Christo igitur in carne passio, vos eadem cogitatione armamini. Et Paul. Recogitate eum &c. vt non fatigemini animis vestris deficientes, & curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei &c. Est nobis nautica charta in hoc mari periculoso, quam præ oculis semper habere debemus. Est domus, in qua omnes medicinæ ad infirmitates curandas. Est schola omnium virtutum, in qua eas sancti didicerunt. Est thema omnium concionum Pauli, Nos prædicamus Christum crucifixum. Est amatorii poculum, quod Christus animabus propinat, vt eius amore insaniant. Est fasciculus myrrhæ semper inter vbera commoraturus. Vnde summa est ingratitude hominis, qui tantum beneficium obliuiscitur. Esa. 44. Memento hominum Iacob, & Israel, quoniam seruus meus es tu, formaui te, nō obliuiscaris mei. Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua, reuertere ad me, quoniam redemi te. Notatur, carpiturque aliorum ingratitude minoribus beneficijs, cū per Psalm. dicitur, Obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis, quibus verbis nostra explicari poterit immenso, & infinito beneficio? 3. Reg. 12. Maximè curauit Ieroboam, ne Israel ascenderet ad adorandum in Hierusalem, dicens,

*1. Pet. 4.  
Heb. 12.*

Nos prædicamus Christum crucifixum. Est amatorii poculum, quod Christus animabus propinat, vt eius amore insaniant. Est fasciculus myrrhæ semper inter vbera commoraturus. Vnde summa est ingratitude hominis, qui tantum beneficium obliuiscitur. Esa. 44. Memento hominum Iacob, & Israel, quoniam seruus meus es tu, formaui te, nō obliuiscaris mei. Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua, reuertere ad me, quoniam redemi te. Notatur, carpiturque aliorum ingratitude minoribus beneficijs, cū per Psalm. dicitur, Obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis, quibus verbis nostra explicari poterit immenso, & infinito beneficio? 3. Reg. 12. Maximè curauit Ieroboam, ne Israel ascenderet ad adorandum in Hierusalem, dicens,

*1. Corin. 1.  
Cantic. 1.*

*Esai. 44.*

*Psal. 77.  
3. Reg. 12.*

dicens: Si ascenderit populus iste, ut faciat sacrificia in domo Domini in Hierusalem, conuertetur cor populi huius ad Dominum suum. Eadem ratione curat dæmon nos auertere à memoria passionis dominicæ, ne ab eo discessioem facientes, ad Christi transeamus vexillum.

Sed quia malorum omnium remedium in Christi passione nobis esse diximus, id sigillatim ostendamus. Primo est in eare mediū contra omnem tentationem, ne in peccatum prolabamur. Secundo lapsus est in ea adminiculū, ut corrigamur. Tertio omni tribulationi nostræ est in ea consolatio.

Cantic. 1.

De primo, ideò fasciculus myrrhæ dicitur spōsæ, quia sicut illa à corruptione præferuat, sic cogitatio passionis à peccato. Si tægeris superbiæ tentatione, cogita Christi humilitatē. Si deliciarū, cogita eius immēfos dolores. Si auaritiæ, cogita eius nuditatē. Si inobediētia, cogita eius vsq; ad mortē obedientiam. B

Psal. 30.

Quod si hoc latibulum diuinæ passionis noueris requirere, ab omni tētatione absconditus eris, & liber. De quo ad literā Psal. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à cōturbatione hominū proteges eos in tabernaculo tuo, à cōtradictione linguarū. Sed quod est absconditū faciei Dei? Est facies Dei nō abscondita, sed manifesta, quia infinitæ lucis abyssus est, & hæc est eius diuinitas, quā Paul. dicit: Notū Dei manifestū eius: quod notum est Dei manifestū est in illis. Est autē facies Dei abscondita, Christi,

Rom. 1.

scilicet, in passione sua: ideo ei passionē, doloresq; subeūti dicitur, quasi absconditus vultus eius. Esai. 53. Et rursum: Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator. Quid enim magis absconditū, quā Deus in cruce inter spinas, & flagella? Maximè absconditur in humilitate maiestas, in cruce diuinitas, in doloribus suauitatis abyssus. In hoc ergo abscondito faciei suæ Deus suos abscondit ab omni perturbatione, quia in passionis consideratione iustus ab omni tentatione securus est. Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum, ait Psal. Eo vocat sponsus sponsam quam columbam ab accipite fugientē intuēs ait: Veni columba mea in foraminibus petreæ, in cauerna mace-

Esai. 53.

Esai. 45.

Psal. 90.

Cant. 4.

ria. Hieronymus testatur se remedium inuenisse ad omnem diaboli suggestionē, ad vniuersas tētationes, carnisq; illecebras in Christi passione pie considerata. Hucq; nobis accedēdū

ne

A ne vincamur. Sed si victus es, & peccato consensisti, efficacissimū est tibi remediū, ut à peccato resiliās in Christi passione, ibi aperietur oculi tui, ut malū peccati videre possis. Thren. 3. Ego vir videns paupertatē meam in virga indignationis tuæ. Video, ait, miseriam meam, in ira, ac indignatione, quā in filiū tuum ostēdisti mei causa. Berna. Filius Dei iubetur occidi, ut vulneribus meis pretioso sanguinis illius balsamo medeatur. Agnosce, o homo, quā grauiā sunt illa vulnera, pro quibus oportuit Christū Dominum vulnerari. Peccatū in se consideratum fœdissimum est: quod si videremus, maximo odio illud prosequeremur. Sed ut vniuersa eius fæditas videatur, in Christi passione inspiciendum est, ibi vniuersa eius malitia conspicitur. Christi in cruce nuditas speculum est nuditatis nostræ, corpus illud diuinū fædatum animæ fæditatem aperit, vulnera Christi nostra ostendunt. Sicut enim cū multæ res obijciuntur speculo, earū omnium similitudines in speculo conspiciuntur: ita Christus Dominus speculum sine macula, ut Deus est, ad viuum patrem representat, tanquā imago bonitatis illius. Ut verò homo in cruce omnium nostrorum figura est, in similitudinem carnis peccati, ait Pau. resaltauerunt enim in eum omnium peccatorum similitudines. Si ergo miseriam animæ tuæ agnoscere vis o peccator, Christum intueri in cruce, qui tuam exprimit ad viuum figuram. Idem etiā Christus Dominus cruci affixus, plenus doloribus ostendit tibi, quātum te periculum manet, nisi à peccato declines. Quod, ut intelligere valeas, finge hominē tibi iratū tanta percitū ira, ut te in tenuissimum puluerem redigere velit, & si in eius manus incideris, liberari nullo modo potes, te enim potentia superat longè. Quærit te hic inimicus tuus, persequitur, inuestigat, quot e absconderis, & dum hoc agit, offendit innumeros homines in foro conspicientes imaginem pulcherrimam omnibus numeris absolutam. Consistit inimicus tuus, ut eam videat: conspicit, & summè ei placet, summè eam commendat. Sed eam attentius intuens, agnoscit effigiē tuam esse, similitudinemque inimici sui. Hoc videns eam arripit, cōminuit, conterit, ac perdit. Dicunt ei, qui assistūt: Quid tibi mali imago fecit, Nihil omnino ait, sed similitudo est inimici mei, ideò eam cōminuo, atq; discerpo. Dicent omnes: Væ inimico

Thren. 3.

Bernar.

Simile.

S. p. 7.

Rom. 8.

Simile.

eius



eius si in huius manus incideret, quando in eius imaginem pulcherrimam tali exarsit ira. Verè peccatori, qui pristinā peccatorū viā detestatus, viam salutis ingredi desiderat, dulcius aliud ostendere nō possumus, quā Christum crucifixum, qui eius medicina est, sed obdurato peccatori terribilius spectaculū, vt terreatur, monstrari neutiquā potest, quā idem Christus Dominus crucifixus: Sed quomodo ais, hoc est? Audi, inuestigat, inquirebatq; diuina iustitia peccatorē puniendū, & offendit forte Christū Dñm pulcherrimā quidē, ac absolutā imaginē, qui ei sum me placuit, ita vt nō semel clamaret: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Tamē quia in similitudinē carnis peccati formatus fuit, quia peccatoris imaginem sumpsit, tanta in eū ira exarsit, vt eū in acerbissimā passionē daret, & mortē. Quæ obsecro supplicia manēt peccatorem verū, si tanta de eius imagine sumpta sunt? Verè horrendū est incidere in manus Dei viuentis. Pau. ait. O infelix, miserq; peccator, cū in illas incidas manus, quomodo cōminuendus es, quomodo conterendus es cōtritione preualida, vt non remaneat in te testa, in qua parum aquæ colligi possit.

Cæcus fuisti, non vidisti fæditatem tuam, periculum quod te manet, ecce in Christi passione tibi lux redditur, peccatoq; tuo medicina paratur.

Tertio tandē omni tribulationi nostrę cōsolatio est in Christo crucifixo, vt nō fatigemini animis vestris deficiētes, recogitate eū, qui talia sustinuit, ait Pau. Summa hæc in nos diuina misericordia, vt nobis sit in labore cōsolatio. Cum ipso ait Dñs, sum in tribulatione. Vidisti vilē seruū carcere mancipatū, vinculis astrictū, huius rei causa valde mærentē, vel addictū alicui maximo labori, quē vt leuet, consoleturq; Rex magnus se illi in carcere, vel labore sociū adiūgat? Hoc Rex terrę fecit nunquā: sed fecit, qui est Rex magnus super omnes Deos. Vidit nos, laborātes, vinculis astrictos, se dedit in vincula, laboresq; nostros vt videntes Regem cœli laborantem nobiscum, cōsolatione afficiamur. Hoc petebat Salomō: Mitte sapientiā de sede magnitudinis tuæ, vt mecū sit, & mecū laboret. En omnium malorum nostrorum in Christi passione medicinā, eam ergo memoria retine, ideo namque ille eam sæpe in sermone miscuit.

Ecce

**A** Ecce ascendimus. Secretò suos alloquitur Christus, grande enim crucis secretum est, quod proinde sacramentū dicitur, id est, sacrum secretū, quod gentibus stultitia, Iudæis scandalum, nobis verò Dei virtus, & Dei sapientia, si fidei illuminatis oculis illud conspiciamus. Tu ergo, vt Deum videas inter spinas cum Moyse, solue calcæamentum de pedibus tuis.

Sed Dñe Deus meus, quibus verbis passionē explicas tuā? cū ad eā venis, ascēdere te dicis, nō descēdere, exaltari dicis filiū hominis, nō deijci. An non descensus hic est: Verè ascēsus fuit, ait Aug. in illud Psal. Qui ascēdit super occasum, Dominus nomen est illi. Quasi dicat Psal. in occasu, & morte sua se Dñm ostendit, ascēditq; maximè. Ad ascendendū in cœlum, & deniq; ad omnē exaltationem adiuuenit Christus Dominus viam nouam in carne sua, quā initiauit nobis, viam nouam, & viuentem per velamen, hoc est, carnē suā, ait Pau. Sed quæ via hæc noua? Vtique vt ascenderet, descendit, nō ascendit. Lucifer, & Adam viam ascendendi inuenerunt superbientes, & ascendentes, sed Christus nouā initiauit, & adiuuenit viā ascensus per descensum, & humilitatē. Sed ais, Quomodo simul ascendere, & descendere potuit? Respōdetur: Quando sol versus occasum pergit, descendere nobis videtur, sed verè non descendit, in cœlo manet, sed nobis descēdit, at in altero hemispherio tūc ascēdit. Sic Christus Dñs sol iustitię visus est descēdere nobis, cū occubuit, at vere ascendit in aliā vitā. De qua re loquitur ad litterā Psal. Inueni Dauid seruū meū, oleo sancto meo unxi eū. Nihil proficiet inimicus in eo, & ego primogenitum ponā illū, excelsum præ Regibus terræ. Qui audiret hæc, cogitaret vtq; nihil præter exaltationē superesse, sed vt viā ad hanc exaltationē ostendat, subiungit cōtinuo, tu verò repulisti, & despexisti, dispulisti Christū tuū, perfudisti eum cōfusione &c. Eodem pacto loquitur scriptura de sanctis Christi imitatoribus, visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorū, & quod à nobis est iter exterminij, illi verò sunt in pace. Id est, nobis visum est iter eorum descensus, & exterminium, sed illis fuit pax, & exaltatio, sicut Christo Domino, qui exultauit vt gressus eius ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius, id est, quando descendit, ascen-

August.  
Psal. 67.

Hebr. 10.

Simile.

Psal. 98.

Sap. 3.

Psal. 13.

Simile.

ascendit vsque ad summum cœli. Nobis ergo aperta via est ad ascendendum, eam sequamur humilitate, & passione. Ne ergo sis puer, cui exemplar datur literarum, vt scribat, ille verò otia- tur, cum verò rationē redditurus vocatur à magistro, nihil præ- ter exemplar defert, quia ille sua manu scripsit nihil. Huic simi- lis est, qui gloriatur in Christi meritis, & passione, nec tamen imitari delectat, nec simile aliquid peragere.

*Tradetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur &c.* Sed ipsi ni- hil horum intellexerunt. Ostenderit Christi sapientiam, qui mortem suam nouit prædicitq; è, antequam veniat, & quia summæ fuit sapientiæ per mortem nos redimere. Nunc his verbis ostenditur nostra insipientia, terque repetitur ab Euan- gelista, vt maxima ostendatur. Sicut Ioannes de Ioanne loquens dicit, Confessus est, & non negauit, & confessus est. B Trina repetitio significat vehementem Ioannis confessionem: ità modo, vt maxima ostendatur ignoratio, ter ab Euangelista repetita est. Nihil horum intellexerunt, & erat verbum hoc ab sconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebatur. Mos est scripturæ, ait Aug. repetitione ostendere multitudinē. Sed quo modo tam manifesta verba non intelligunt, qui absconditas pa- rabolas, thesauri, Margaritæ, & sagenæ dicunt se intellexisse. Chryf. intelligūt, & nō intelligūt. Intelligūt quod exteri⁹ verba sonāt, sed interiorē virtutē non penetrāt, diuinum, scilicet, Dei amorē, Dei mirā adinventionem. Hæc inter iustos, & iniustos differētia est in fidei intellectu. Iusti omnino intelligūt Christi passionē, & opera, non quod exterius est solum, sed quod inte- rius. Hinc Psal. virtutē operum suorū annunciauit populo suo, C nō enim opera solum, sed virtutē interiorē eorum annunciat populo suo. Vidēt Dei in eos amorē, & misericordiā, & amorē amore repēdunt, dicuntq; Christo Dño, quod Gedeon dicit Israel, Dominare nostri, quia liberaſti nos de manu Madiā. Ille redemit fracto vase, sed Christus fracto corpore. Impleturq; in eis illud Cant. Caput tuum, vt Carmelus, & comæ capitis tui si cut purpura Regis iuncta canalibus. Caput iusti, ait Greg. Car- melo cōparatur, qui fructibus abundat, quia iustus repletur fru ctu iustitiæ, comæ verò capitis vt purpura. Purpura tingebatur sanguine vermis, qui dicebatur vermiculus, quē occidebant, vt

in

**A** in eius sanguine purpura tingeretur. Significat ergo capil- los iusti, id est, cogitationes eius tinctos esse Christi sangui- ne, consideratione passionis Christi, qui vermis est, & non homo in passione sua, qui est etiam tenerrimus ligni vermiculus. De quo 2. Regum. Ab eo exiuit sanguis, qui nos, & lauit, & tinxit. Hi intelligunt Christi passionem, qui eam meditates cogitationes suas eius sanguine tinxerunt. Et sic exponit Hiero. illud Esa. 6. de Cherubinis faciem velantibus ante Deum, quod Ioan. 12. de Christo intelligit, ac exponit. Vel ergo ait Hiero. velabant Dei faciem, vel suam, quia vtrūq; litera sonare potest. Si Dei facies velata intelligitur, significat, quia absconditus est vultus eius in passione. Si Seraphinorū fa- B cies velata accipitur, significat, ait Hiero. iustorum confusionē ac verecundiam, qui vident, se nihil agere, cum Christus pro eis mortuus sit. Videt dilectionem immēsam, videt misericor- diam summam: quid faciat homo nisi caput velare, vultū operi re præ verecundia.

Inustus vero exterius passionem intelligit, sed non quod interius latet. Ei enim contingit illud Psal. Supercecidit ignis, & non viderunt solem. Ignis super cecidit concupiscētiæ, & in ordinatæ passionis, quo obscuratum est insipiēs cor eorū, vt vi dentes nō videant, & audientes nō intelligāt. Impleturq; in eis illud: Occidit ei sol, cū adhuc esset dies. Quid Christus in cru- ce exaltatus est, nisi sol in meridie? Tunc omnia ad me traham ait, sed peccator non trahitur, cum omnia trahuntur. Mira cæ- citas tali lumine non illuminari, tali amore non moueri: tali charitate non trahi. Vere meridianus eis sol non illuminat, at- que adeo eis occubuisse dicitur. Sed ais, cæcus sum, lumen hoc nō video, an curari potero? Potes. Audi, quomodo hodie cæc⁹ curatur à Christo, pete ab eo lumē, vt iste petijt. Primū quod cu- rat dē mō est oculos eruere eius, quē captiuum tenet: sicut Na- bucdonosor oculos Sedechie, & Philistei oculos Sāfonis: aliter enim peccator ferre nō posset dēmonis maximā vexationē ni- si oculos amississet. Sicut ergo capite plectēdis oculi claudūtur sic peccatorib⁹ dē mō oculos eruit. Quis nisi amēs captiuus cū sit, seruusque male tractatus, id ferat, si in libertatem se asse- rere posset? Agnosce ò homo dignitatem tuam: oculos aperi,

Primus Tom.

X

confi-

Psal. 21.

2. Reg. 23.

Hiero.

Esa. 6.

Ioan. 12.

Esa. 53.

Psal. 57.

Hiero. 15.

4. Reg. 23.

Iud. 16.

Ioan. 1.

August.

Chrysof.

Psal. 110.

Iud. 8.

Cant. 7.

Gregor.

confidera, quia dæmoni inferuis seruitute miserrima. **Cæcus A**  
est omnis peccator, ignoransque, & donec ei oculi aperiantur,  
**Num. 22.** viam peccati nō deseret. Sicut Balaā donec aperti sunt ei ocu-  
li à via non declinat peruersa, Deoque contraria. Hic cæcus ex-  
tra viam est, sedens, & mendicans.

**Psal. 118.** Primò extra viam est, qua Christus incedit. Beati immacu-  
lati in via, qui ambulāt in lege Dñi. Non enim qui operātur ini-  
quitatē, in vijs eius ambulauerūt. Facillime separari potest cæ-  
cus à via, quia eā non videt: sic peccator facillime peccat. Et pre-  
terea cōueniens peccatori locus est, extra viā esse, quia nō est  
inter homines cōputandus, sed inter offendicula. Vnde si in

**Genes. 3.** via esset, scandalū foret. Separaretur igitur à via, vt saxū, vt offen-  
diculo nō sit. Ideo primi parētes exclusi sunt à paradiso, quia  
putātes se illuminādos fructu arboris vetitæ, cæci facti sunt, &

**2. Reg. 5.** ideo separandi à via. Hoc significatur. **2. Reg. 5.** Dauid abstulit **B**  
cæcos à ciuitate Domini, scilicet ciuitas, quæ nō patitur cæcos,  
eos, qui lumine amisso offendicula sunt, locus peccatoris est

**Dan. 4.** extra hominum esse consortium. Sic factum est cum Nabuc-  
donosor, eiectus est ab hominibus, & cū bestijs deputatus est,  
qui earum mores est imitatus. In eo vno peccatore ostēsus est

**2. Reg. 5.** locus, qui omni aptus est peccanti. Et ad Dauid dictū est: Non  
ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos, & claudos, quia prælatus  
& princeps non bene ingreditur, nec suscipit rem publicam

**Psal. 100.** gubernandam, nisi auferat inde peccatores. **Psal.** In matutino  
interficiebam omnes peccatores terræ, &c. Sit ergo cæcus ex-  
tra viam.

**Simile.** Secundò *sedens est*, in via Hierusalem sedit, quia in hoc  
mundo confedit, mundus hic in diuersorium conditus est ho-  
mini, non in domum, aut ciuitatem permanentem. Si mundo  
vtaris in eum finem, quo à Deo conditus est, optimus tibi vi-  
debitur, nihilque tibi deesse iudicabis, si eum hospitium so-  
lum tibi esse velis, si vero eum velis tibi domum permanētem  
esse, plenum defectibus, & incōmoditatibus reperies. Sed non  
in hunc finem cōditus à Deo est. Venis iter agens in hospitium,  
quo per horam vti vis: licet multa ibi reperias incommoda nil

**Simile.** curas, dicens, in vnam horam, hoc satis est, si vero ibi tibi diu  
habitandum foret, diceres, innumera tibi deesse. Hunc mun-  
dum

**A** dum fecit Deus, non vt in eo consistas, sed vt transeas, ad hoc  
fatis, superque est, vt consistas, fatis non est. Hinc **Psal.** Inimi-  
ci Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula, tē-  
pus breue eis concessum, vt transeant, est eis, veluti secula æter-  
na. Illud enim accipiunt tanquam in æternū duraturum: & ita  
cuncta temporalia comoda esse sibi curant, atque si hic in  
æternum essent mansuri.

Hinc tertium eorum malū oritur, scilicet, medicare ab om-  
ni creatura, quia pluribus se indigere vident, hic cōsistentes.  
Amisso Deo per peccatū, manet homo pauper, & nudus, quid  
faciat, nisi cōsolationem à creaturis medicare, quia fontē sola-  
tij Deum amisit. In circuitu impij ambulat, id est, per om-  
nem creaturam, vt ab omni consolentur. Sed est ne malis his  
medicina, est vti que. Maximum habet remedij initium cæcus

**B** peccator, qui tamen in Ecclesia est, si enim in via non est, est  
tamē propter viam, quia fidem retinet, & Christi, & cum eo trá-  
seuntium strepitum audit, si non videt, audit per fidem Chri-  
stum transire, qui illuminat cæcos, erigit elisos. Cæci qui ex-  
tra Ecclesiam sunt, longè à via sunt, Christum transeuntem nō  
audiunt, longe ab eis salus. Sed vos qui eratis longe, facti estis  
propè. Ne ergo dicamus Deo: Recede à nobis, scientiam  
viarum tuarum nolumus. Sed clamemus ad Christum cum  
cæco isto, qui clamans videre incipit. Iesu fili Dauid miserere  
mei.

**Qui præibāt, increpabant eū ut taceret.** Quidā ex his qui cum  
Christo sunt, eum sequuntur, eius inherēt vestigijs, de quibus  
**C** dicit, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, & qui mihi mi-  
nistret, me sequatur. Quidam verò Christum præcedunt non  
eum imitatione sequentes, sed præeuntes fastu, & gloriātes de  
antiqua, & à patribus, & proauis habita fide. Hi maximè obmur-  
munt de ijs, qui ad Christum clamāt, qui orant, qui religioni  
se dant: & hi sunt in quos dæmō primū desēuit, & quos pri-  
mū trucidat. Tres turmas fecit Iacob ex his, quæ secum  
erant. In prima posuit ea, quæ minus ille diligebat, armenta,  
& oues, & famulos. In vltima vero Rachelis filios dilectos:  
dicens: Si percusserit Esau vnam turmam, saluabitur altera. In  
eos ergo qui Christum præcedunt, ira dæmonis desēuit: illa

prior turba est exposita armis Esau. Hi verò qui Christum sequuntur, maxime ab eo seruantur. Tibi verò clamandum est cum cæco, nec impediaris aliorum murmuratione, quæ nihil est.

Præterea qui Christum comitantur, impediunt cæcum clamantem ad Christum. Aliquando enim, & ipsi sacerdotes dicunt: Vt quid tanta sacramentorum, & orationum frequentia? Et quia ipsi orare nesciunt, alios orare prohibent, qui enim audit dicit, veni: qui inuenit aquam viam, vocat alium, vt videat fontem, & bibit. Qui non inuenit, dicit alteri: Nihil hic quærendum est: & quia ipse non reperit, quærentem impedit, ne amplius quærat. Hic verò cæcus, quo magis impediabatur, eò magis clamabat. Maxime tibi necessarium est desiderium efficax, quod vulgo dicitur (*un teson*) ne aliquo deficias impedimento, ne impediaris orare semper, ait Sapiens. Qui enim obiecto impedimento detinetur, deterreturque à via Dei, nunquam eam perficiet. Cæpisti virtutis viam, sacramenta frequentas, orationem colis ab his, qui mundi sunt, te separas, audis verbum stulti dicentis: Vt quid oratio, vel mortificatio tanta? si eo audito retrocedis, nunquam proficies. Dicendum ergo est tibi illud Iob: Iustificationem, quam semel cæpi tenere, non deseram. Et illud sponsæ: Tenui eum nec dimittam. Sicut templum ædificantes non cessant, etiam si multi impediât sed hac manu ædificant, illa vero se tuetur. Audi, quid Eliseus seruo dicat: Si occurrerit tibi homo, non salutes eum, & si salutauerit te, non respondeas illi: sic tibi ad cælum perueniendum est.

*Stans autem Iesus Quid tibi vis, faciam.* Vide, quanta operatur oratio perseverans. Oratione sua stare fecit solem Iosue. 10. ad occasum pergentem. Properabat modo Iesus Hierusalem vt occumberet, & summa celeritate viâ peragebat, summo desiderio. Detinetur verò oratione cæci, cui dicit: Quid tibi vis faciam? Cum venis ad Christum in Ecclesiam, hoc tibi dicitur: Quid petis? quid vis? Ne petas temporalia solum, sed potius spiritualia. Domine, vt videam: da mihi oculos, vt te agnoscam, te diligam, te sequar. Si enim tibi Rex diceret: pete, quod vis, an non magnum aliquid ab eo peteres? Quid

Apo. 22.

Simile.

Eccles. 32.

Iob. 27.

Cant. 3.

4. Reg. 4.

Iosue. 10.

Simile.

**A** Quid paruum quid à tanto Deo petis? Vsq̄ue modo non petisti quicquam in nomine meo: petite, vt gaudium vestrum sit plenum. Quicquam non petit, qui temporalia sola petit, quæ nihil sunt. Dicit tibi Deus tuus: Dilata os tuum, & impebo illud. Os tuum mensura tua erit: quomodo non petis, quæ maxima sunt? Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Habes merita Christi, maxima per eum pete.

*Sequebatur eum magnificans Deum.* Videns Christum sequitur, sicut cæcus dæmonem. Sed vide ò homo, quo eum sequaris. Paulo enim ante dixit: Ecce ascendimus Hierosolymam, in flagella, & mortem. Adhuc sequitur illū, & meritò. Si enim Ethai ad Dauid dicentem sibi: Hæri venisti, & hodie compelleris exire, mane cum Absalon, ait, Viuit Dominus, & viuit Dominus meus Rex, quia in quocunque loco fueris, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus: an non similiter cæcus dicat, licet à modo Christum sequi incipiat? Orig. Considerabat Paulus hunc Christi ascensum Hierosolymam, & in de Acto. 21. ait Agabo: Ego autem non solum alligari in Hierosolymam paratus sum, sed & mori. Hic ergo cæcus omnibus nobis loquitur exemplo, quod Paul. clamat verbo Hebr. 12. Deponentes omne pondus, & circumstantans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione cõtèpta, & fedet à dextris Dei.

Ioan. 15.

Psalm. 80.

Ioan. 15.

2. Reg. 19.

Orig.

Acto. 21.

Hebr. 12.

# Feria Quarta Cinerum. <sup>A</sup>

*Memento Homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Gene. 3.*



**D**ESIDERIVM Ecclesie, quo desiderat, & ingemiscit peccatoris conuersionem, maximum est, & multis de causis: quarum vna est, summum onus peccatoris, quo Ecclesia afflictione, ac pondere premitur. Gene. 25. Collidebantur in vtero Rebeccæ paruuli, quæ ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Sicut in vtero Rebeccæ erant Esau, & Iacob, sic in Ecclesie vtero iustus, & peccator. De iusto Ecclesia gaudet: licet enim quodammodo tristetur ingemiscens, donec eum pariat æternitati, vt dicitur Roman. 8. tamen absolute de eo gaudet, vt de bono maximo. At peccator eam sic grauat, vt dicat cum Rebecca: Si sic futurum erat, quid necesse fuit me concipere? Si talem filium habitura eram, melius fuisset, eum omnino non habere. Nec mirum est grauari Ecclesiam pondere tanto. Eccles. 22. Super plumbum quid grauabitur? Et quod illi aliud nomen, quàm fatuus? Arenam, & salem, & massam ferri facilius est ferre, quam hominem imprudentem, & fatuum. Tantum est peccatoris pondus, vt terra illud sustinere non valeat. Hinc illa aperta est, & deglutiuit Dathan, & Abiron: & ipsi cæli continere non potuerunt. Angelos peccatores: & ipse quoque Deus magno pondere grauatur peccatores sustinens. Hoc ipse pondus sentiebat, cum diceret Esai. 46. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero, & gestamini à mea vulua. Comparat se Deus prægnanti, & grauatæ mulieri. Omnia, quæ condidit, summa facilitate portat: Qui portat omnia verbo virtutis suæ, vt ait Paulus. Vbi notat Chryso-

Chryso-

**A** Chryso-<sup>Chry.</sup>stomus, facillimè omnia ab ipso portari, vt verbu Græcum portat, significat. Tandem solo verbo ea condidit, & solo verbo portat. Peccator verò Deū quasi pōdere graui premit, adeo vt Esaias. 1. dicat, Facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens. Et Paulus. Sustinuit in multa patientia vasa iræ, aperta in interitum. Et Esaiæ. 43. Seruire me fecisti in peccatis tuis: præbuiisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Esaiæ. 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate. Ideo Zachar. 1. peccatum dicitur talentum plumbi, & Esa. 7. Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo. Quid ergo mirandum, si grauetur, onereque prematur Ecclesia tot sustinens peccatores? Ex eo etiam omnia mala Ecclesie oriuntur. Sicut enim Ionæ nauis tempestate vexatur pro-<sup>Ionæ. 1.</sup>pter Ionæ: ita Ecclesie tēpestates, & omnia mala propter peccatores ei accidit: sicut omnis turbatio domus Abrahamæ propter Ismael est: qua ratione Sara petit, Eijce ancillā, & filiū ei? <sup>Gene. 21.</sup> Gē. 21. Vt ergo Ecclesia à tanto onere, malisque leuetur, tēpus pœnitentiæ instituit, quod præ manibus habemus, quo deponamus omne pondus, & circumstans nos peccatum, vt Paul. ait. <sup>Hebr. 12.</sup> <sup>Esa. 22.</sup> Caue ergo ne hoc tempore illud tibi contingat, quod. Esa. 22. dicitur: In die illa vocabit Dominus ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum facci: & ecce gaudium, & lætitia. Attendenda maximè terribilitas verborum eorum, quæ sequuntur: Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Dominus exercituum, quod si in vita hac nō dimittitur, non dimittetur in alia: nec enim ex minimis est, quæ in illa dimittuntur. Qua enim ratione venia danda est homini, qui Deum offendit, ridetque quasi si lapidem contempisset, aut lignum? Non hoc misericordia esset, sed iustitiæ defectus, qui Deo conuenire non potest: cuius opera iustificata sunt in se metipsa, & pondus, & statera iudicia eius. Est Deus in monte legē dans, qua idola penitus aboleantur, & tūc idola facit Israel. Intolerabile hoc est: frangatur lex, & misericordia nō sit ijs, qui talia operati sunt. Aduenit tēpus, quo teneris pœnitere, delere peccata: & hoc Ecclesia nūc agit, tunc peccata peccatis cumulas? Mors tibi minatur: Inter Hipocr. aphorismata illud memoratur. Si quæ solent prodesse, non

se, non profunt, mortale. Si tēpus hoc, quod alijs prodest, alios **A** sanctificat, tibi non prodest, mortale: signum reproborum est, Nunc peccata peccatis addere, hoc est in profundum malorū venire, in Dei despectum, in contemptum minarum Dei, in insensibilitatem malorum animæ: similem generorū Loth, qui diuinas à focero audiunt minas, & videbatur illis quasi ludens loqui, vt dicitur Gene. 19. Tibi simile quid apparet, non terre- ris ira, non moueris promissione, ignis de cælo super te cadet vt super Sodomam.

Gene. 19.

Pœnitentia ergo à nobis exigitur: sed qua ratione? Memento homo, quia puluis es, ideo age pœnitentiam. Dicunt Dialectici: Primum in vnaquaque scientia est cognitio substantiæ rei per definitionem: & hac cognita tâquam medio vti debemus, ad cognoscendum omnes rei proprietates, quæ inde fluunt. Sic vt omnia, quæ ad hominem pertinent, scire valeamus, oportet primum nosse, quid sit homo: quo cognito facile reliqua constabunt. Hinc apud antiquos celebratum est maximè, dictum illud Apollinis: Nosce te ipsum: quod proinde tanquã maxima Apollinis sententia in ianua templi eius sculpa fuit literis aureis Delphi.

Apollo.

Sed cū substantia hominis constat corpore, & anima. Ex vtraque natura rationes possent adduci, vt peccatum deseratur. Ex parte quidem animæ: quia cum sit Dei imago, mirabili dignitate, ac pulchritudine prædita est: vnde indignissimum est fædari peccato. Si rei omnium pulcherrimæ imaginē fecisset Apelles, qualis illa foret imago? Attende ò homo, qualis rei sis imago, Dei plane, qui infinita pulchritudo est. Sed qua manu **C** formata hæc imago fuit? Dei manu. Qualis obsecro erit eius forma, ac species? An non dignum est, eam magnificare, nec vilissimis rebus offuscari? Eccles. 10. Fili in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum: peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorabit exhonorantem animam suam? Hoc vero & Pythagoras lumine naturæ assequutus est, qui inter symbola sua hoc præcipuum edocuit: Imaginem Dei ne afferas in annulo. Quod explicat Hieronymus: Animam ne alliges corporeis sensibus, & voluptatibus. Si enim indignissimum esset, reginam videre vilissimis

S imile.

Eccles. 10.

Pythagoras.

Hieron.

**A** lissimis occupatam seruitijs, quasi seruam: multo indignius est animam conspiciere terrenis implicatam rebus. In hieroglificis suis **A** Egyptij animam intelligebant per accipitrem: qui aliquando in cælum euolat, aliquando in terram se deicit: quia anima natura sua cælum petit, cœlestia contemplatur, sed corpore grauata in ima descendit. Sed rationem hanc ex parte animæ desumptam modo Ecclesia non vsurpat, vt nos ad pœnitentiam prouocet, sed aliam quæ ex parte corporis sumitur, quia inquit: Puluis es. Licet enim prima ratio conueniens sit, aptior tamen est ei, qui in peccatum non decidit, vt agnoscens dignitatem suam, in peccati fœditatem non labatur: ei verò qui lapsus est, conuenientissima ratio datur, quia puluis es. **B** Ianua enim qua peccator ad Deum intrare potest, humilitas est: vnde lectio peccatori accommodata est, quæ eum humiliat, quia puluis es. Ideò Esai. 47. Descende, sede in puluere, virgo filia Babylon: sede in terra: non est solum filiæ Chaldeorū. Vide, quomodo Achab peccator placeat Deo. 3. Reg. Nonne vidisti, ait, Achab humiliatum coram me? Hinc Eccl. 7. Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij ignis, & vermis. Et Psal. Humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Et ad Adam, Puluis es. Et merito hoc Adæ dictum est: & omni dicitur peccatori, qui se exaltare voluit, Deo quæ æquari. Cōtingit aliquando expositum puerum in domum nobilis recipi: enutrit illum vt filium, fouet quæ eum, ac exaltat: **C** postea verò vir factus despicit Dominum suum. An non merito huic dicitur: Memento homo, qualis fueris, quod vilis, abiectusque: ne ergo superbias. Hoc per Eze. 16. ad Synagogam loquitur Dominus dicens, puellam expositam eam fuisse: quæ ille forte offendit, enutriuit, ornauitque, illa verò contra eum eleuata est. Sic modo omni peccatori dicitur: Memeto, quod puluis sis, & in puluerem redigendus: ne superbias: sed humilia re coram Deo tuo.

Simile.  
Hieroglyph.

Esai. 47.

3. Reg. 21.  
Eccles. 7.Psalm. 37.  
Genes. 3.  
Simile.

Ezech. 16.

Et hac sacra cæremonia sacramentalis cineris nobis impositi in capite, quod radix est hominis, nos ad pœnitentiam, & Deum ad patientiam inclinare Ecclesia intendit. Sicut cultor ille horti Luc. 13. vbi cum dixisset: Si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis, addit, Dicebat autem hanc

Luc. 13.

similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat? At ille respondens dicit illi: Domine dimitte illam & hoc anno: vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora: & si quidem fecerit fructum, sin autem, in futurum succides eam. Contra omnem peccatorem mortis sententia data est, quia fructum non refert: iam securis ad radicem arboris posita est. Quando ramus arboris succiditur, manet adhuc arbor: sed cum radix succiditur, omnino perijt. Ablata est à te substantia: manes adhuc: sed si vita adimatur, iam locus non erit pœnitentię. Cum ergo securis ad te succidendum radicitus parata est, loquitur Ecclesia Deo: Relinque Domine hunc peccatorem & hoc anno, fodiam circum illum, ut radix eius appareat: ostendam illi statuę pedes luteos, quod pulvis sit: mittam stercora in radicem, id est, cinerem in caput, quod radix est hominis, & sic forsan fructum referet: sin autem, eum succides.

Sed qualis argumentatio ista est: Cinis es, age ergo pœnitentiam? Optimum sane argumentum: Pulvis es, quem ventus tollit, in puluerem cito redigendus per mortem: ergo antequam succidaris, quod prope est, pœnitentiam age. Cogitatio mortis ad pœnitentiam mouet: sic primos parentes ut pœniterent, hac sententia mortis Dominus comouit. Chryf. hom. ult. de Spiritu sancto To. 3. ait: Quando condidit Deus Adam, non prius animam condidit, quã corpus efformaret de terra, ut videre posset anima, vnde formatum esset corpus, & humiliaretur. Hoc in resurrectione manifeste videbimus: tunc enim animę videbuntur è puluere corpora resurgere. Sed si hoc anima ad se non vidit, tamẽ ut se humiliaret, hoc ei dixit, vocas eum Adã id est, factum de terra: licet etiã tu non videris, vnde formatum sit corpus tuum, tamẽ ostenditur illud tibi, si recte corpus cõspicias. Si lingua tibi est, quæ etiam cœlestia loquitur: tamen infirmitates tibi sunt, etiam in lingua, ostēdentes eã è terra esse. Oculi mirabiles tibi sunt, quibus etiã cœlestia vides: tamen infirmantur, ut noueris puluerem eos esse: ut semper tibi dicatur. Quid super-

A superbis terra, & cinis? Eccle. 10. Ut iugis tibi sit mortis memoria, ante ciuitatis ingressum sepulchra vides: ut priusquam amplitudinem, & diuitias ciuitatis consideres, agnoscas omnium illarum finem. Nec hic solum, sed ingressuri comunionem vite, sæpe monemur mortis. Vis nubere, instrumentum nuptiarum conficis: & in eo sic scribis: Ioãnes, & Maria contrahere voluit matrimonio. Continuo addis: Si ille mortuus fuerit prior quã illa, vel illa prius illo, hæc, & hæc fiant. Attende, quid scribas: non videriisti sponsam tuam, & iam contra illam mortis sententiam profers? Tu non videriisti sponsum, & iam dicis moriturus? Nec solum eorum qui nati sunt, mortis feruntur sententię, sed & eorum qui nondum nati sunt. Addis enim in instrumentum: Si ex hoc matrimonio filij nati fuerint, prior eorum obtineat hereditatem hanc, vel illam: si ille mortuus fuerit, secundus: si ille occubuerit, tertius: si omnes mortui fuerint, hæc, & illa agantur. Attende, quæ dicis: filios non genuisti, & iam in eos mortis sententiam das? Et cum hæc scripseris, continuo mortis obliuisceris, & cum vxoris, aut filij mortem vides, ais: Hæc ne videre debui? An non tu scripsisti? Quid noui accidit? Memeto ergo quod homo, quod pulvis es, & in puluerem redigendus: age pœnitentiam, ne forte locus tibi non sit. Hæc Chrysofomus, vbi supra.

Memorare ergo quod pulvis sis: & omnia quę ad te pertinent recte cognosces: si huius oblitus fueris, dirigere viam tuam non poteris. Quęadmodum enim, qui per mare nauigat, nesciens vnde exierit, aut quo vadat, nec considerat Elicen stellam maris, omnino peribit: si etiã ei acciderit, qui non considerat puluerem, vnde exiuit, & in quẽ tēdit. Hic pulvis tibi stella est, qua nauigationem dirigas tuam: ideo memeto homo, quia pulvis es, quia hoc inspecto polo, videbis nauigationis tuę errorem, & eum corriges. Hinc Eccle. 1. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus letus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. Quasi dicat: Demētatus est homo, à se alienatus, præstigijs delinitus, cum finem non considerat: sed si hunc aspiciat, in se reducit, in mentem redit. Quęadmodum fomaiat esuriens, se comedere, sed expergefatus, inanem reperit animam suam, sic dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis: quia non veras habuerunt diuitias, sed fallaces.

Eccle. 10.

Simile.

Eccle. 1.

Simile.

Psal. 71.

*Simile.*

fallaces. Et quemadmodū cū præstigiū alicui apparet, à dæ-  
mone confictum: putat se videre aulam regiam, equites, virgi-  
nes ornatas, festa, triumphos, sed id omne præstigiū est, quo  
sublato videt homo nihil illa omnia fuisse, nisi deceptionem,  
& vanitatem: sic cum ad horam mortis veneris, cōuerteris que  
oculos ad omnia bona, quibus in vita fruebaris, apparebunt ti-  
bi fuisse somnia quædā, præstigia solū, vanitatis arguentur præ-  
terita. Sicut ergo mors imminens hoc homini ostēdit, sic etiā  
mortis consideratio viuenti rerum veritates declarat. Ideo me-  
mento homo, quia puluis es, & in puluerem reuēteris. Si a de-  
sent modo hic Artaxerxes, & Assueri, qui regnauerunt in Ba-  
bylonia, Darij, qui in Persia, Alexander, qui in Græcia, Cæsares  
qui Romæ, & si eorum imperium quod momentaneum fuit, B  
mille durasset annos, modo verò finitum esset, & æternitas pœ-  
narum succederet: an non eis appareret omnis regnorum glo-  
ria somnium, & præstigiū? Ad hanc ergo tam vtilem nostri  
cognitionē vtitur Ecclesia hoc sacramentali cineris nobis im-  
positi. Num. 4. Altare mundabunt cinere. Et Num. 19. Cinis  
vaccæ inquinatos sanctificat. Non minoris efficacix cinis hic  
legis nouæ, quàm fuerit ille veteris: principium ergo nostræ  
emundationis hic est.

*Num. 4.  
Num. 19.**Chryf.  
Aug.  
Plato.**Simile.*

Frætereà cum dicitur: Puluis es, naturæ nostræ vilitas nō  
bis ob oculos ponitur, & ostēditur, quàm infima res homo sit.  
De quo multa Chrysofomus Hom. 10. & 11. & Aug. li. 7. de  
Trinitate. c. 4. tractans hominis definitionem, ex Platone: Ho-  
mo est animal rationale mortale, quod est esse puluerem: & li-  
cet ratione cum Angelis conueniat, corpore tamen è vili ter-  
ra est: vnde eum efformauit Deus, vt humilia de se sentiret. C  
enim Angelum condidisset, qui per superbiam cecidit, condi-  
dissetque hominem, vt ruinas Angelorū impleret, ne similiter  
superbiret, ex luto eum fecit. Sicut cum causam aliquam tracta-  
sti, vel negotium, quod tibi nō ex voto successit, videns occa-  
sionem, qua primò perditum est, cum illud reficere vis, ab ea  
nimium caues. Cum ergo Angelus per superbiam perditus  
sit, in homine multam curam posuit Deus, ne eadem occasio  
ne periret: sed & homo eadem superbia perijt. Licet enim pul-  
uis esset: tamen sic ornatus à Deo fuit, vt illud non viderit,  
quod

A quod in Adamo non tam est mirum, quam in nobis, quibus  
in horas singulas experientia attestatur, puluerem nos esse, sed  
& nos obliuiscimur adeo, vt nobis opus sit dicere: Memento  
homo, quia puluis es. Sed licet tibi hæc non dicerentur, non  
ipse vides te vento iactari vt puluerem? Vidisti præteriri pueri-  
tiam, iuuentutem, puerilem ætatē, ventoque nos in sepulchra  
deportari, quasi puluerem? Vnde, obsecro, tot delicix corpori  
parantur: nisi quod oblitus es te puluerem esse? Vnde tantorū  
ciborū apparatus corpori, vt superbiat, deijciatq; spiritū, ac vin-  
cat? Vnde tot pretiosæ vestes? An pulueri, & cineri tanta paran-  
tur? Non memoraberis hoc. Memēto ergo homo, quia puluis  
es, & pulueri satis fit cibus, vestis, & reliqua moderata. Vnde,  
B obsecro, ortum habet, vt cum iniuria afficeris, nimium irasca-  
ris, vt nō sit cor tuum sedare? Oblitus es, quod puluis sis, quod  
enim puluis conculcetur, quid mirum? Quam bene Iob. 3. Cō  
paratus sum luto, & assimilatus sum fauillæ, & cineri. Et Abra-  
ham Genes. 18. Loquar ad Dominum meum, cum sim pul-  
uis, & cinis. Cinis symbolum fuit humilitatis, & pœnitentiæ.  
Iob. 42. Ago pœnitentiā in fauilla, & cinere. Et Iob. 16. Operui  
cinere carnem meam. Et Hiere. 6. Filia populi mei, accingere  
cilicio: conspergere cinere. Et Ionæ. 3. Rex descendit de folio  
& sedit in cinere. Modo ergo tempus est humiliandi nos, &  
pœnitentiā agendi.

*Iob. 3.**Genes. 18.**Iob. 42.**Iob. 16.**Hiere. 6.**Ionæ. 3.*

Sed hic dubiū est, quā diuersè loquatur Deus nūc de homi-  
C ne, quā ante locutus fuerat. Facturus hominē ait: Faciamus ho-  
minē ad imaginem, & similitudinem nostram, vt præsit volati-  
libus cæli, & bestijs terræ. Sed hodie, Puluis es. Quid magis di-  
uersum à Dei imagine esse potest, quā puluis? Quis ergo ima-  
ginem illam Dei deiecit. Quis principem omnium puluerem fe-  
cit, vt ab omnibus conculcetur? Peccatum istam intulit noui-  
tatem. Hoc vt dicitur Iob. 19. Expoliavit me gloria mea, & ab-  
stulit coronā à capite meo. Qui hominē considerauit tā diuer-  
sum ab eo, qui à Deo cōditus est, tā mutatū, dicere poterit me-  
rito, quod Bethlehemite Ruth. 2. dixerunt: Hæc est illa Noe-  
mi? Est hic homo ille, qui tot bonis naturæ, & gratiæ ornatus  
fuit? qui princeps operū Dei? qui magnus, & illustis? Sicut cū  
agnouisti magnatē in gloria magna, postea verò demeritis eius

*Gene. 2.**Iob. 19.**Ruth. 2.*exigen-



*simile.* exigentibus, vilis, & p̄anosus est, infimusque de plebe diceres: **A** Est ne ille quondam Dux? Poteritque ille respondere, quod Noemi: Nolite vocare me Noemi, id est, pulchram, sed vocate me Mara, quia amaritudine repleuit me omnipotens, ne dicatis me plenū gratijs, sed miserijs, nō eleuatum, sed depressum, non Dei imaginem, sed puluerem. Meritō deiectus in tantam miseriā est, qui à Deo recessit: Ecce qui elōgant se à te peribūt sicut Noemi, quę reliquit terram promissam, vt in Syriam iret. *Psalm. 72.* Sed quis cogitaret hęc super Tyrum quōdam coronatam? *Esa. 23.* Quis similem vastitatem posset cogitare in hominem venturam? Quis malum tantum inferre potuit? Peccatum hęc operatum est: nam per peccatum puluis, & mors.

Sed consideratione dignum est, non alium puluerem nobis imponi, quam cinerem: & sæpe homo cinis dicitur, quod hic puluis est, quo nobis malum aliud ostenditur præter ea, quæ huc vsq; diximus. Hoc vero illud est, quod Ecclesia, quæ ignis fuit initio, iam cinis facta est. *Esa. 33.* Et erunt populi quasi de incēdio cinis. Quid enim primitiua fuit Ecclesia, nisi fornax septuplum accensa. Quid primi fideles, nisi carbones incensi, quos Angelus in Apoc. super terram sparfit, vt eam igniret? Hunc vt incenderet ignem, venit in terram Christus. Ignem veni mittere in terrā, & ad hoc Spiritum sanctum in figura ignis misit, & in spiritu vehementi, vt insufflaret, & omnem cinerē tolleret, omnē scilicet teporē. (Tanquā spiritus vehementis. *Act. 2.*) incensi Apostoli sparfi sunt per vniuersum mundū. Ignis à facie eius exarsit, carbones succēsi sunt ab eo, fundauerunt Ecclesiam ignitam, de qua *Abdię. 1.* Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma.

Sed quis modo considerat fideles huius Ecclesie? solū sunt cinis eius, qui præcessit ignis. Signum solum manet, quod hic fuit ignis. Campus vbi Troia fuit. Quis consideret primos illos Ecclesie pastores ignitos vere? Quis eam charitatem, qua multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, illam sacramentorum frequentiam, cum quotidie communicabant: illam sacerdotum reuerentiam, quando præferbantur imperatoribus: illam asperrimam pœnitentiam publicam, & secretā vitam illam tam sine offensione, qualem scribit Plinius, dicēs,

*Plinius.*

nullum

**A** nullum malum à Christianis fieri, nisi quod die, ac nocte Christum suum laudarent, videtque, quam hæc hodie sint diuersa? Verè dicit hanc esse statuam illam Danielis, cuius caput, & initium est aurum charitatis, deinde argentum resonans misericordie, & deinde æs, ferrumque fortitudinis, ac tolerantie: sed iam finis illius est, pedesque eius lutum est, & percussa versa est in cinerem. **A** Edificatū est Salomonis tēplum summa magnificentia, cū vero per Zorobabel reedificaretur, dicitur *Aggei. 2.* Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? Nunquid non ita est, quasi nō sit in oculis vestris? **O** Ecclesia sancta mater nostra, sponsa agni Hierusalem de cœlo descendens, quam aliam es ab ea, quam Ioānes describit, se vidisse descendentem de cœlo, postquam Assyrii te destruxerūt? Possumus ex ore Hieresumere lamentationes, & tuam deplorare vastitatem, dicentes: Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicūdiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum, non sunt agniti in plateis. Quis agnoscet fideles, qui ante quotidie communicabant, nunc in anno vix communicant? Quis agnoscet fideles, qui ante erant cor vnum: nunc vero & fratres inter se pugnāt? Quis agnoscet eos, qui ante in quingentas leucas eleemosynas mittebant, nūc ante eorū ianuas pauperes pereunt fame? Vbi iam illud Pauli: Testimoniū perhibeo vobis, quia si fieri potuisset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi? Vbi illud, non accepistis vt verbū hominum, sed vt verè est verbum Dei? Vidisti hominem in iuuentute, robore, & pulchritudine speciosum, sed in extrema senectute alius tibi apparet. Hoc in statu Ecclesia est, ideo clamare possumus cum Hieremia *Thre. 4.* Filij Sion in clyti, amici auro mundo: quomodo facti sunt in vasa testea, opus manuum figuli? Ante aurum iam lutum. Et iterum: Quomodo obscuratū est aurū, mutatus est color optimus? *Thren. 4.* Eduxit eos cum argento, & auro, & non erat in tribubus eorum in firmus. *3. Reg. 14.* Fecit Roboam scuta ærea pro aureis, quę fecerat Salomon, & abstulit Rex Aegypti. Quod olim aurum fuit, æs iam est: quod olim ignis fuit, iam cinis est. *2. Mach. 1.* Ignis tēpli de cœlo missus, abscondus in terra, versus est in aquā crassam.

*Dan. 20.*

*Aggei. 2.*

*Apoc. 21.*

*Thre. 4.*

*Act. 4.*

*Gala. 4.*

*1. The. 2.*

*simile.*

*Thren. 4.*

*Thren. 4.*

*Psalm. 104.*

*3. Reg. 14.*

*2. Mach. 1.*

**1. Machab. 4.** crassam. Hoc nobis contigisse deplorandum est. **1. Machab. A**  
**4.** Iudas cum suis visitantes templum viderunt sanctifica-  
 tionem desertam: altare profanatum: portas exustas, & in  
 atrijs virgulta nata, sicut in montibus. Et plāxerunt planctu  
 magno, & imposuerunt cinerem super caput suum. Hoc  
 hodie fecisse Ecclesiam videmus. Et visa vastatione Siceleg  
**1. Reg. 30.** **1. Regum. 30.** Leuauerunt vocem suam, & plāxerunt, do-  
**Thren. 1.** nec deficerent in eis lachrymæ. Sed qua ratione nobis adeo  
 plorandum est? Quia egressus est à filia Sion omnis decor  
 eius. Facti sunt principes eius velut arietes, non inuenientes  
**Thren. 4.** pascua. Et in capite. **4.** Qui vescebantur voluptuose, inter-  
 rierunt in vijs, & qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt  
 stercorea.

**Ephes. 4.** Renouet ergo quisque cor suum, vt monet Paulus, Re-  
 nouamini spiritu mentis vestræ. Pristinum charitatis seruo-  
**Hier. 6.** rem recupera. **Hier. 6.** State super vias, & videte, & in-  
 terrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate  
 in ea. Aliquæ semitæ antiquæ hominibus peruia, iam dereli-  
**Simile.** ctæ aliquando sunt, vt difficile appareant: de quibus prophe-  
**Thren. 1.** ta: Viæ Sion lugent, ed quod non sint, qui veniant ad solem-  
 nitatem, sed illas inquirendas nobis, Propheta monet. Sed  
 quæ semitæ Ecclesiæ antiquæ sunt, licet iam desuetudine pe-  
 rierint? Semita antiqua sacramentorum frequentia, medita-  
 tio, lectio bonorum librorum, pœnitentiæ labor grandis,  
 mortificatio iugis? In his nobis antiquis semitis am-  
 bulandum, vt bene sit nobis. Viæ rectæ in  
 cælum hæ sunt: bene nobis erit

si illuc perueneri-  
 mus. &c.

FERIA

## Feria Quinta post Ci- neres.

*Non inueni tantam fidem in Israel. Matth. 8.*

*Luc. 7.*



**I**DEM hoc loco Christus Dominus laudi-  
 bus effert, ac miratur, & alibi sæpe. Dubium est,  
 qua ratione voluerit Deus toties, & tantis enco-  
 mijs fidem laudari in scriptura: cum charitas Pau-  
 lo teste maior sit. Petrum de fide mire commen-  
 dat, & ob eius confessionem clauis cæli ei præstat. Beatus es Si-  
 mon Bar-iona: quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pa-  
 ter meus, qui in cælis est, & ego dico tibi: quia tu es Petrus, &  
 super hanc petrá, &c. Et ad Thomá ait: Beati qui non viderunt  
 & crediderunt, & iustus ex fide viuit, & modo in laudem Cen-  
 turionis dicitur: Non inueni tantam fidem in Israel, & sicut cre-  
 didisti, fiat tibi. Et Paulus, & Ioannes passim de fide innumera  
 dicunt. Tanta autem de fide dicta sunt, vt multi hæretici credi-  
 derint, eam sufficere ad salutem. Tantæ laudis rationem Con-  
 cil. Tride. dicit esse, quia principium est nostræ iustificationis.  
**C** Verba Conc. sunt selsione. 6. c. 8. Hoc ostendentia.  
 Eo per fidem iustificari dicimur, quia fides est principium,  
 fundamentum, & radix nostræ iustificationis. Exemplo hoc  
 fiet manifestum: Cum quis nocte iter peragens versus præcipi-  
 tium se confert, vbi sine dubio peribit, forte quispiam lumen  
 producit, quod præcipitium videt, & declinat, & viam inspicit,  
 quam teneat, ait: Lumen hoc vitam mihi donauit: non quod  
 sola lux id effecerit: pedes enim & manus id etiam præstiterunt:  
 sed quia à luce ortum habuit, vt non periret. Hoc modo fides  
 nos saluare dicitur, quia ostēdit viam salutis ad dirigendos pe-  
 des nostros in viam pacis.

Primus Tom.

Y

Alter

**1. Cor. 13.**  
**Matth. 16.**

**Ioan. 20.**  
**Rom. 1.**

**Pau.**  
**Ioan.**

**Conc. Trid.**

*Simile*

Altera ratio, quod tantis encomijs fides extollatur in scriptura est nobis explicanda, quam vt ab ouo quod aiūt, & radicitus exponamus, aduertēdū nobis est, innumera bona nobis à Christo Domino prouenire, imo omnia bona ab illo sunt, sicut mala ex Adam. Furatur homo quispiam, vel interficit hominē, suspenditur is quidē, & cum eo omnia eius membra, licet nō omnia actu deliquerint. Sic nobis considerandus est Adam peccās. Erasmus omnes in eo in virtute, omnes mēbra sumus illius, deliquit ille, & omnes nos in Adā peccauimus, & omnes propter illud peccatū suspendimur, & punimur, quia membra illius sumus. Qua ratione omnes nascimur filij iræ, & sic vniuersa in nos mala veniunt propter Adam. Simili ratione de Christo Domino secundo Adamo philosophandum nobis est. Est ille primus hominum parens, omnium caput omnium nostrum vices gessit, atque adeo pro omnibus satisfecit, ac meruit: omnia ergo membra eius libera manēt, nihil damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu. Sed sicut necessarium est, vt finis membra primi Adæ, & eius incurramus dānationē, moueri ab eo per generationē naturalē: sic vt efficiamur mēbra secūdi, necessaria est regeneratio spiritualis: volūtarie genuit nos verbo veritatis, & qui ex Deo nati sunt. Ioa. ait ista generatio fit in sacramētis media fide, & charitate, in Christo Iesu nec circūcisio aliquid valet, neq; præputiū, sed fides, quæ per charitatē operatur. Si fidem solam habeas, membrum es Christi nō viuum, sed mortuū, non ad te descendit influxus gratiæ à capite, si verò charitate viuas, membrū es viuum, omnia bona Christi participans, qui caput tuum est. Gloriarī possumus præclarum nos caput habere, & quod viuum est, ad dexterā Dei. Caput habent Saraceni, sed non viuum, imō mortuum, caput habent gētes idola colentes, sed Deos habent mortuos: sed Christus caput nostrum viuit in æternum.

Ex his verò sequitur, quod Christus Dominus eripuit nos à potestate tenebrarum, à dæmonis seruitute, lex est, vt Petrus ait, à quo quis superatus est, eius seruus est. Peccasti? victus à dæmone es? eius seruus es, misera profecto seruitus, ac captiuitas. Peccauit Sedechias Rex, loquitur Deus ad Ezechielē. c. 12. Fac tibi vasa transmigrationis, ob oculos eorum: perfode tibi parietem,

A parietem, & egredieris per eū, in caligine portaberis, & dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus, super ducē onus istud, qui est in Hierusalem. Dux in humeris portabitur, in caligine egredietur, & extēdā rete meū super eum, tradeturq; regi Babylonis: in Babylonem ducetur, ibiq; morietur. Eius quod futurum erat Sedechiæ, figuram in se expressit Ezech. Sed & in Sedechia effigies nobis ostēditur eorū, quæ in nobis efficiēda sunt si peccati serui fuerimus. Peccator es? alienum retines? Tradendus es in diaboli potestatem: sicut Sedechias in manus Regis Babylonis, licet nobilis sis, licet Dux, licet Rex, excacabit te. Vides peccatorum tenebras, & deliria? Ne mireris: cæci sunt, excacauit eos dæmon, cuius sunt serui, & captiui tenentur ad eius voluntatem. Impossibile eis apparet, non peccare, quia serui facti sunt dæmonis, qui super eos potestatem exercet, filios occidet bonorum operum, quæ nihil tibi proficient, in Babylonem te ducet, in æternam, scilicet, confusionem, & ignem, vbi perpetuo carceri mancipaberis. Hac detinebatur miseria vniuersum hominum genus. Quis ergo nos eripiet de potestate tenebrarum? quis dæmonem superabit? Vtique si Dei gratia homini adsit, facile id perficiet. Sanson capillis conseruatis mille occidit Philistæos, summa eos facilitate vincebat, mira gratiæ fortitudo, capillus videtur tenuis, sed eam animæ fortitudinem præstat, vt vniuersum infernum superare possit. Sed rasis capillis imbecillis est Sanson: ligatur, oculi ei eruuntur, vt molam trahat, destinatur. Quis Sansoni vires restituat? quis eum de potestate eripiat Philistinorum? Venit Christus in mundum: superuenit fortior armatus, & dæmonem ligauit, eius vasa diripuit: voluit eum in captiuitatem redigere dæmon: & dum nihil sibi debentis persequitur libertatem, propria amisit. Sic in lege præceptum est: Quæ reddet in quadruplum. Christus ergo nos eripuit de potestate tenebrarum.

Post Christum nullus hominum dicat, seruus sum non possum peccato resistere, peccatum vobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia: Post Christum dixit dæmon Antonio referente Athanasio in eius vita, nihil sum:

Simile.

Rom. 8.

Iacob. 1.

Ioan. 1.

Gal. 3.

2. Pet. 2.

Ezech. 12.

Iudic. 15. 16.

Luc. 11.

2. Reg. 12.

Rom. 5.

Athanasio

hil sum, vires non habeo. Adhære ergo Christo: ei vnire, & A  
Sanfonis vires recuperabis. Deo autem gratias, qui dedit no-  
bis victoriam per Iesum Christum, qui triumphat nos in illo,  
qui dedit potestatem talem hominibus, vt vniuersos demones  
pedis ictu superare possint.

Cum vero nouerit mundus tanta se bona habere à Christo  
Dño, quas ei laudes, ac gratiarum actiones referet? An nõ ab om-  
nibus adorandus, benedicendus, an non ei genu flectendum?

1. Reg. 30.

3. Reg. 1.

Hester. 6.

Genes. 41.

1. Reg. 17.

Psal. 94.

Apoc. 5.

Psal. 148.

An non clamandum? Hæc est præda Dauid. 1. Reg. 30. Accla-  
matur regnum Salomonis ab omnibus, vt turbetur Adonias.  
Mardocheus ducitur super equum clamante Amã, vt omnes  
ei genu flectant, quia fidelis fuit Regi. Simile quid factum est  
cum Ioseph, quod panem A Egypto seruauerit. In occursum  
Dauid veniunt Virgines Israel cantantes, chorosque ducetes, B  
quia Goliath deiecit. Quid nobis cum Christo faciendum, ni-  
si eius acclamare regno, ei genu flectere? voce præconis dica-  
tur in vniuerso mundo, ei omnia bona nostra deberi. Venite  
ergo exultemus Domino: iubilemus Deo salutari nostro: pro-  
cidamus ante eum. Hoc in cælo fieri Ioannes Apocal. 5. vidit,  
Idem nobis in terra peragendum est. Quia ergo ad fidem per-  
tinet profiteri, & ostendere hæc Christi magnalia: fide enim in-  
relligimus omnia, quæ Christo debemus: fide ea profite-  
mur: fide Christum laudamus: & cum adeo teneamur hoc profite-  
ri: ideo toties fides in scripturis laudatur, ac cõmendatur sum-  
mis laudibus: per illam enim Christo acclamamus, & dæmo-  
nem terremus. Iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus  
laudent nomen Domini, quoniam exaltatum est nomen eius C  
folius.

Sed est fides quædam magna, perfecta, viua, cui negari à Deo  
nihil potest: & quæ proponitur nobis in exemplum in Centu-  
rione quæ Christus turbis ostendere voluit, vt mirarentur, &  
imitarètur, dum miratus est ille, & conuersus ad sequentes se  
dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Et  
adiungit: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer  
in illa hora. Est enim fides, quæ omnia impetrat, & vt ita dixe-  
rim, Deum cogit. Non suscitatur ille Lazarum, cum audit à  
Martha: Domine si fuisses hic, sed cum audit: Ego credidi,  
quia

A quia tu es Christus filius Dei viui, tunc nihil moratur. Sicut Ioh. 11.  
enim dicitur: Nõ poterat ibi facere virtutes, quia nõ credebant  
in eum, ita cum maxima fide in eum creditur, nõ potest nõ fa-  
cere mirabilia. Et tunc verum habet, quod regnum cælorum  
vim patitur, quia ihs qui magna fide præditi sunt, nihil resistit.  
Hinc ad Moysen: Quid clamas ad me, & dimitte me, quasi  
Moyses vim Deo inferret, vt veniam daret. Tantæ enim eius  
fidei nihil negari poterat. Hinc ad Hierem. Tu noli orare pro  
populo isto, nec assumes pro eis laudem, & orationem. Sed  
quid ad te Domine, quod oret? Oret ille, & tu id quod placue-  
rit, fac. Non id ita facile est: oratio enim Hieremias fide magna  
prædita obtinet à me, quæ vult. Nam vt dicitur Eccl. 35. Ora-  
tio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet,  
non consolabitur: & non discedes, donec Altissimus aspi-  
ciat: & Dominus non elongabit: si ante me venit oratio fer-  
uens, non possum ei non assentiri: ideo ne oret, dico. Sed quæ  
est ista magna fides, quæ Christo admirationi est, quæ homi-  
nem iustificat? quæ à Deo obtinet omnia, quæ vult? quæ puri-  
ficat corda hominum? Non omnes hanc fidem habent, qui fi-  
deles sunt. Ego credo ait Hiero. sed nollem, mihi Deus dice-  
ret: Secundum fidem tuam, fiat tibi: sicut credidisti fiat tibi, vt  
dicitur Centurioni. Vt ergo scias, an fides in te viua, & magna  
sit, hæc, quæ nunc dicam, attende: Quando quæ fide tibi pro-  
ponuntur, sic cordi tuo hærent, ac infederunt, ac ea, quæ ocu-  
lis vides, & illis moueris, ac moueris illis, quæ vides, tunc viua  
fide credis, tunc magna est fides tua. Cum dicis in corde tuo:  
Deus meus optimus est: mihi parauit immensam gloriam, &  
hoc te in eius amorem inflammat, ac si tibi ostendisset glo-  
riam tibi paratam, tunc viua fide credis. Quando operatur in  
te id, quod credis, magis quam operatur id, quod vides, tunc  
viua fide credis. Cum audis sacrum ea reuerentia, ac totius ho-  
minis modestia, qua audires, si ad latus Regis esses, consideras  
Regem cæli ibi adesse, tunc fides tibi viua est. Dicit tibi vir  
magnæ auctoritatis: Cibus hic infectus est veneno: abstines  
ab eo. Cum ergo, quia fides te docet, in peccato mortem esse  
inclusam, illud non committis, fides est tibi viua. Cum habes  
amicum, qui multa tibi contulit bona, & multis de malis eri-

puit, dicisque: Quomodo potero hunc offendere? si similiter A te cū Christo habes, viua fide polles. Cū maiora, & maioris pōderis iudicas æterna terrenis, spiritualia temporalibus, laborasque plus pro æternis, & labores, quos pro eis peris, iudicas rectè impensos, viua fide polles. Quando videns mala, & bona futura vitæ virtutem colis, à vitijs abhorres, fidem habes viuam.

Iacob. 2.

Ideo Iacob. Ostende mihi fidem tuam ex operibus. Quando credis in Deo infinitam bonitatem, & ab ea speras in omni tuo periculo subuentioem videns, quod qui sanguinem tibi dedit, quid negare poterit, quod tibi conueniens sit, fidem viua habes. Hæc est fides saluans hominē: fides inquam, qua inclinans rebus creditis, ac si eas oculis videres. Qua de re Heb.

Hebr. 11.

11. Pau. fidem Moyfi laudat, dicens: Fide reliquit Aegyptum uon veritus animositatem Regis, inuisibilem enim tanquā videns sustinuit. Id est, exiuit de Aegypto, cum eduxit Israel vniuersum, vt glossa exponit, non veritus Regis iram, & exercitum eius venientem: quia licet Deus inuisibilis esset, à quo sperabat sibi affuturum auxilium: tamen ille tanquam si videret

Exod. 14.

Genes. 24.

Genes. 48.

4. Reg. 3.

Deum, sic ab eo opem, auxiliumque sperauit. Vnde Exod. 14. ait: Vos tacebitis, Dñs autē pugnabit pro vobis. Et hic est sensus verborum illorum, quæ sancti vsurpare soliti erant: Viuit Dñs, in cuius conspectu sto: sic enim cū Deo suo agebāt, ac si illū viderent. Peccator vero contra sic agit, quasi si à Deo non videretur, quasi si somnia essent res illæ, quas credit: non est Deus in conspectu eius. Sed quia hodie sequentibus se Christus proponit, exemplar fidem Centurionis, hanc viuam, magnamque fidem in eo contemplemur, vt eam imitemur.

Psalm. 9.

Primo erat illi seruus pretiosus, cuius salutem à Christo enixè postulat, implet nūc Ceterio illud Eccl. 33. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem illum tracta. Et in. c. 7. Seruus sensatus sit tibi dilectus, quasi anima tua. Vis seruos tuos tibi esse fideles, tu illud facere potes, si eos pretiosos habes. Magnificabat suos Dauid: erga suos humane se gerebat.

Psalm. 110.

1. Para. 11.

Oculi mei, ait, ad fideles terre, vt sedeāt mecum. Hinc postea cū desideraret aquā de cisterna Bethlehem, tres ex seruis eius per medios irrūpūt hostes, vt eā illi deferāt. Poteris ex seruis filios facere, si cum eis leniter te habueris. Sic Iob. 31. Si non dixerūt

Iob. 31.

viri ta-

A viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt saturemur. Si contēpsi subire iudicium cū seruo meo: si afflixi animā agricolarū. Charitas à nobis maximè exigitur, cū omni proximo, sed præcipue cum domesticis. Qui suorum maxime domesticorū curam non habet, fidē negauit, & est infideli deterior, ait Pau. Quod si eorum, quæ ad corpus spectant, curā domesticorū habere teneris: quanto potius eorum, quæ ad animā, vt nullus in domo tua sit Paralyticus. Vide curam Iob sacrificium afferentis pro filijs, dicentisque: Ne fortè peccauerint filij mei. Vide curā Thobie, erga filiū, quē ab infantia timere Deū docuit, & domesticos, cū ait: Videte, ne furtiuus sit hircus. Quod maxime Deū homini deuincit, charitas ista est, curaque proximi in spiritualibus. Audi loquentem Dominum Gen. 18. Num celare

1. Tim. 5.

Iob. 1.

Tobi. 1.

Genes. 18.

potero Abraham, quæ gesturus sum? scio enim, quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt seruent præcepta mea. Maxime tibi curandi domestici sunt, præcipue verò vt iusti sint. Sed & in hoc, quod Centurioni pretiosus est seruus eius, ostenditur, quomodo pretiosi simus Deo, ab eoque summe dilecti: ipse enim eo quod nos diligit, facit, vt diligamur à parentibus, fratribus, atque amicis: quo ostendit summā in nos dilectionem: dum non solum diligit ipse, sed ab alijs nos diligi vult, & in pretio haberi. Omnis ergo amor creaturæ in nos effectus est diuini amoris: qui efficit, vt nos creaturæ diligant, nobisque beneficiant: & cum nemo det, quod non habet, qui amorem præstat, amat. Tu ergo es seruus Deo

pretiosus, cum pro te sanguinis sui pretium dederit. Hinc colliges, quantū Ecclesiam diligit suam: quia ille viris in vxores amorem dedit præcipuum. Hinc etiam intelliges, quomodo dederit filium pro hominibus, qui in corde Abrahæ posuit, vt filium Deo daret: eumque sacrificaret, vt Dei voluntati pareret, & quomodo se pro nobis in sacrificium dederit, qui in multorum cordibus posuit, vt se pro Deo sacrificarent. Cum enim hæc egregia sanctorum facinora à Deo ipsis concessa, & inspirata sint, ille prior paratus est illa præstare. Sic etiam qui voluit nos diligi præcipua dilectione à parentibus, & amicis, illudque effecit, sine dubio maximo nos amore prosequitur, cuius amoris maximum est indicium, quod

Mat. 3.

Esa. 53.

Matth. hoc c. 8. dicit, narratis varijs curationibus leprosi serui A Centurionis, & aliorum. Ait enim, hæc facta ab eo esse, vt im- pleretur illud Esai. Langores nostros ipse tulit, & dolores no- stros ipse portauit, quæ verba Euangelista non solum accom- modat ad peccata, quæ pro nobis exoluit, sed & ad infirmitates quibus medebatur. Sed in his dubium esse videtur, quomodo ille tulerit, & portauerit eas infirmitates, & langores? Quod abitulerit, manifestum est: sed quomodo portauit, & tulit, non est adeo manifestum. Sed & hoc etiam fuisse perspicies, si consideraueris, quotiescunque aliquam infirmitatem cura- uit Christus Dominus, non absolutè curasse nullo addito, sed sic vt patri diceret: Iste infirmus propter peccata sua hanc meretur infirmitatem, ab eo auferatur, & super me veniat hic eius dolor. Ego eum feram, omnis dolor veniat in me, vt iste liber sit. Simile in hoc agens ei, quod in libris rationum effici solet, vt dicat quis: Hoc Petri debitum ad me trans- fer, in mea pone linea, ego illud soluam, ille liber maneat. Hoc vero quantum charitatis ostendat, quis loqui possit? Mi- sericors habetur, qui infirmitatē, & dolorem alterius pecunia leuat. Quis vero super se sumat dolorem, aut infirmitatem, vt alter liber sit? Hoc facit nullus. Fecit verò Christus Dominus, vere sumus illi pretiosi.

Simile.

Primum ergo ostenditur Centurionis viua fides in dile- ctione serui, qui ei pretiosus fuit.

Secundo ostenditur vita fidei Ceturionis in eo quod acces- sit ad Christum humiliter. Mattheus dicit ipsum accessisse Lu- cas nuncios misisse, quidam sanctorum aiunt vtrumq; factū. Sed C etiam si ille corpore ad Dominū nō accesserit, illi vero quos mi- sit, accesserint corpore: ille tamē accessisse dicitur, potius quā ille: quia ille spiritu mente, humilitate, deuotione accedit, quo pacto vere ad Deū acceditur. Aug. acceditur ad Deū non gres- sibus corporis, sed, affectibus. Hoc modo non accesserunt, qui nuntium Christo retulerunt, sed superbè ad Christū venerūt. in se quæ cōfidentes dicunt, dignus est, vt hoc illi prestes. Nec dicunt, diligit Deū, quod declarauit Synagoga edificata, & di- lectione populi sui: sed diligit gentē nostram, & Synagogā ip- se edificauit nobis, Beneficiū in ipsos collatū eum dignū face- re dicunt.

Augusti.

A re dicunt: tam se illi dignos putant esse vt is dignus etiā sit, qui eis benefecerit. Compara modo horum cor cum corde Cen- turionis. Illi dicunt, dignum eū esse, vt hoc ei prestetur benefi- ciū: ille verò, indignum se putat beneficio, & ipsa Dñi præsen- tia. Sic enim ait: Nō sum dignus, vt intres sub tectū meum: pro- pter quod & me ipsum nō sum dignum arbitratus, vt venire ad te. En quæ sit fides Deo placēs, fides Abrahæ, quæ filiū immo- lat, vt Deo obediat, fides Magdalene, quæ diligit, & lachrymas pro peccatis fundit: fides Rhaab, quæ exploratores recipit: fi- des Centurionis humilis, qui se omniū indignū putat, licet ab alijs dignus iudicetur. Chryf. in illud Pau. Charitas nō est am- bitiosa, ait: Tantū valet apud Deū nihil reputare omnia meri- ta nostra vt valēt vniuersa ipsa merita. Sicut seruus tuus tūc tibi maximè placet, quādo cū bene ministrauerit, nihil se fecisse cre- dit. Si ergo magna apud Deū vis esse merita tua, tu ne reputes magna, sed cū feceris omnia, quæ tibi mādāta sunt, dic: Seruus inutilis sum. Sic Pau. dicēs: Non sum dignus vocari Apostolus, omniū primus factus est. Et Ioānes dicēs: Nō sum dignus solu- ere corrigiā calceamenti, amicus spōsi factus est. Et manum, quā dixit indignā soluere calceamentū, super caput suum Chri- stus collocat. Petrus dicens: Exi à me Domine, quia homo pec- cator sum, fundamentum Ecclesiæ cōstituitur. Summe enim Deo gratum est se minimum iudicare. Ita cum Centurio ait: Domine non sum dignus, &c. Dignus factus est, & admirati- oni habitus, & Iudejs prælatus à Domino.

C Qua in re ali quātulū nobis imōradū est. Not. ergo ex Ger- sone in sermone celebri in cœna Dñi Parisijs factō humilē, & superbū à Deo exire, à Deo e'logari, & discedere quodāmodo. Superb⁹ à Deo exit per superbā, sicut prodigus abiēs in regio- nē longinquam, nolēs patri subijci, & sicut Adam elongatus à Deo, & Cain egressus à facie Domini, cuius supplicium est il- lud: Discedite à me maledicti. Sed hic exitus, recessusque est à Deo super Deum. Ideo dicitur eleuatio, quia voluntatē suam diuinæ antepōnit. Cuius exēplum est in eo, qui extollitur su- per omne, quod dicitur, aut colitur Deus. 2. Thessa. 2. Est alius exitus à Deo per humilitatem: qui exitus est sub Deo, hic exi- tus localis non est. Nam quo exibo à spiritu tuo, & quo à facie

Genes. 17.

Luc. 7.

Iosue. 7.

Chryf.

Simile.

Luc. 17.

1. Cor. 15.

Ioan. 1.

Luc. 5.

Gros.

Luc. 15.

Gene. 3.

Gene. 4.

Matt. 15.

2. The. 2.

Psal. 138.

tua fugiam? Sed exitus hic fit per propriam reputatione, quando anima considerata diuina maiestate, & propria vilitate contrahit se, & quasi recedit, ceditq; loco, sicut coram magno principe recedit humilis seruus, & loco cedit. Sic anima coram diuina maiestate, in eiusque presentia constituta tremit, & ingreditur egestatis suae regionem. Sic Augustin. in Confes. ait, Factus sum mihi metipsi regio egestatis. Considera sic à Deo exeuntem Petrum, cum dixit: Exi à me Domine: quia homo peccator sum. Et cum iterum ait: Tu mihi lauas pedes? Fugit à Christo, quasi iterum dicens: Recede à me Domine. Hoc etiam pacto exit à Christo Centurio dicens: Non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Mirabilis profecto exitus iste est, qui cum exitus sit, & recessus, simul est via recta, qua in Deum tendimus. Sic Augu. in epistola ad Diocorum: Non aliam ad capeffendam, obtinendamq; viam veritatis inuenies, quam quae inuenta est ab illo, qui gressuum nostrorum tanquam Deus vidit infirmitatem. Prima est humilitas. Secunda est humilitas. Tertia est humilitas. Quoties hoc interrogaueris, hoc dicam. Mirabile profecto, ait Augustinus excelsus Dominus, humilias te, & venit ad te, & venis ad eum: exaltaste & elongaris ab eo, & elongat se à te. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Quare hoc quia excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.

Duo vero miracula humilitatis consideranda sunt ex Gerson. vbi supra quae hodie in Centurione facile videre licebit. C. Primum illud est, quod Prouer. 29. dicitur: Humilem spiritu suscipiet gloria. Mirum profecto hoc est, descendit humilis à Deo in propriam vilitatem, contemptum, & infirmitatem. Exit à gloria, potentia, & diuitijs, & sic efficitur potentissimus, ditissimus, gloriosissimus. Sed quomodo hoc? Audi Senecam: Facilis est ad diuitias per contemptum via. Simile in omnibus alijs rebus, dicere poteris. Humilis ergo contemnit diuitias, solum Deum sibi vult thesaurum esse, dicens: Pars mea Deus in aeternum: alia omnia praeter Deum vanitatem reputat: Deo ergo thesaurus eius est. Vide, si ditissimus est Paupertas altissima eorum ait Paul. Abundauit in diuitias simplicitate

August.

Luc. 5.  
Iuan. 12.

Augu.

Psalm.  
Psalm. 67.

Psalm. 137.

Gerson.  
Prouer. 29.

Seneca.

Psalm. 72.

2. Cor. 8.

A plicitatis eorum. Simile ei contingit in honore, mundi honorem abiicit, solum quaerit gloriam, quae à Deo est, & eam assequitur. Vide, si est gloriosissima, cuius gloria solus Deus est, diffidit de se, & de omni brachio carnis, non enim est, sicut illi, de quibus, qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Fidit vero in Deo, in quo omnia potest. Vide, si est potentissimus: omnibus vtitur humilis, omnia despiciendo propter Deum, omnium Dominus est, qui omnibus vtitur, pro vt illi conuenit, Dominus enim rerum est, qui eis vtitur, omnibus vtitur humilis ea despiciens, omnium ergo Dominus est. Sicque in eo impletur illud Deut. 11. Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit, sicut de Catone Sallustius dicit: Quo plus fugiebat gloriam, eo illam magis assequabatur. Humilitas fecit Paulum nihil habentem, & omnia possidentem. Humili militant omnia, etiam aduersa, etiam peccata, ex quibus humiliatur. Contra superbus vilissimus est. An non vilis, qui muscas captat fauoris humani? Qui fumum, qui ventum deglutit? qui temporalia magna reputat, an non paruus? Qui in terrenis dominari cupit, omnium seruus efficitur: qui multum sibi posse videtur ponens carnem brachium suum, nihil potest. Contra vero humilis similis Anteo, qui cadens in terram vires recuperat, gloriam despicit se deiciens, & eam recipit: deficit in se, & omnia potest: abiicit se, & vilior fit coram Deo, vt Dauid, & tunc gloriosior apparet; vt ille dixit ad Michol. Pauper efficitur, & ditissimus euadit. An non haec in Centurione manifesta sunt? Indignum se dicit: & dignus apparet. Contemnit se: & à Christo admirationi habetur, & laudi. Nihil se posse, aut mereri putat: & omnia recipit, quae desiderat, & plura quam petat, aut cogitet. Fugit à Christo, & venit ad eum.

Secundum humilitatis miraculum illud est, de quo Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Exit anima per humilitatem à diuina bonitate, & perfectione ad suam vilitatem, & imperfectionem, & sic perfectior fit, diuinis gratijs abundans: tanquam vallis abundans frumento; & aquis, tanquam abyssus fluuenta absorbens gratiarum, tanquam vacuum quoddam

Psalm. 48.

Deut. 11.

Sallust.

Simile.

3. Reg. 6.

Iaco. 4.

quoddam spirituale, ad quod replendum confluunt omnia, **A** nec omnia sufficiunt illud implere, nisi Deus. In hac perfectissima imperfectione erat, qui dicebat: Venit Iesus peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Grande miraculum videre hominem virtutibus omnibus clarum, plus omnibus laborantem, & tamen se primum peccatorum dicentem. Dicere magnum aliquod meditor, ait Gerf. nescio si potero. Christus, & Maria multum Paulum in humilitate excefferunt. Nunquid se dixerunt primos inter peccatores? Dixerunt plane. Nō quod peccatū contraxerint, aut fecerint: sed quia maximè nouerunt suum nihil, & quod maximè caderent, nisi Dei manu tenerentur, quod maximè anima Christi nouit, quæ sicut in esse à Verbi supposito pendebat omnino, nec propria subsistentia innitebatur, sed diuina: ita per humilitatem suam nihil maxime nouerat Deoq; fidebat, ac innitebatur, non sibi, quo enim creatura ornatio, & altior est, ed facilius ad ruinam, nisi à Deo teneatur, vt manifestum est in Lucifero, & Adamo, quorum perfectiones quid eis fuerunt, nisi grauius pondus ad ruinam? Qua cognitione maxime Christi, & Mariæ animæ se deijciebant: Implentes illud: Quo maior es, humilia te in omnibus. Maxime agnouerunt illud Psalm. Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Vnde Augustinus dicit Mariam puellam fuisse vilem, & abiectam in oculis suis, in Dei vero oculis maximam, & sublimem. Quid ergo tu puluis, & cinis superbis, & Pharisæico more bona tua iactas, & in eis gloriaris? Te non reputas pauperem, & ideo nihil petis, sicut Pharisæus orans nihil petit. Humilis pauperculus est, petit, & accipit, sic orat Centurio, & recipit, quia humiliter orauit.

Sed enituit humilitas Centurionis in eo, quod indignū se & domum suā putauit Christi hospitio. Ad Zachæum loquitur Christus Dñs: Festinās descēde, quia hodie in domo tua oportet me manere. At ille gaudēs excepit eū in domū suam. Laudabilis sine dubio Zachæus, sed admirationi Christo non est habitus. Quod Zachæo Christus dixit Centurioni similiter dicit: Ego veniam, & curabo eum: eo, inquit in domum

tuam,

**A** tuam: Sed, ò Domine, salutem solum petit, non aduentū in domum suā. Vere potest superabundantius facere, quā petimus, aut intelligimus. Superat misericordia sua desiderium nostrum, & orationem. Petit Abraham, Vtinam uiuat Ismahel coram te. Cui Deus: Numera stellas cæli, si potes, sic erit semē tuum, & insuper filium meum dabo tibi, in quo benedicentur omnes gentes. Salomon petit sapientiam, & ei donatur illa, & omnia alia, quæ non petit. Petit Iatro: Memento mei, cum veneris in regnum tuum, & audit: Hoc ipsum regnum tibi dabo: Hodie mecum eris in paradiso.

Et curabo, ait, eum. Non erat necessarium hoc exprimere. Manifestum enim erat Christo domum intrante salutem intrare, sicut ad Zachæum ait: Hodie salus domui huic facta est: sed Zachæus gaudens excipit: Centurio dicit: Domine non sum dignus. Vterque laude dignus, sed præcipue Centurio, cuius fidem Christus miratur, cum miratus non sit Zachæi gaudium, & verba illius tanta sunt, vt ea vsurpauerit Ecclesia in dignissimum missæ locum. Quibus ostenditur, quanta reuerentia suscipiendus Christus sit in Eucharistia. Vide, qua reciperes Regem venientem in domum tuam. Ergo nec credibile est, quod habitet Deus cū hominibus, si cæli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificaui. In solo patris pectore digne Christus habitat, digne in quam secundum omne meritum suum. Quod in vterum virginis descenderit, mirabile plane: sed paradus erat illa cælestis: at quod cum hominibus habitare velit, & eos in domum suam consecrare, mirabile plane illud est. Cū ergo eum exceperis, dic: Tu venis ad me? O si intelligeres, quis ille, qui venit, & quis ille, ad quem venit. Extrema sunt immensa: Ille abyssus pueritatis, ego abyssus miseræ: ille Deus Deorum Dominus: ego primus peccatorum. Duo sunt abyssi magnæ, quis ille, quis ego? Ingredere abyssos istas. Vt accedas reuerenter, solue calceamentum de pedibus tuis: terra enim, in qua stas, sancta est. Ad spinas vocatur, & calceamenta abijciat, præcipitur. Merito, vt reuerenter & cū tremore accedat. Seruite Dño in timore, & exultate ei cum tremore. Nā, & in cælo tremūt Angeli: Qui enim calceis indutus est pedes sine timore

1. Timo. 1.

Gerfon.

Eccle. 3.

Psalm. 38.  
Aug.

Matt. 9.

Matt. 9.

Gene. 17.

3. Reg. 3.  
Matth. 27.

Matt. 9.

1. Paral. 6.

Exod. 3.

Psalm. 2.



timore spinas ingreditur: at qui nudis pedibus timēs, & cuncta prospiciēs. Sic ergo nobis humiliter accedendū, & cū timore dicentes: Domine non sūdignus panem vulgare manducare, quomodo caelestē panem manducabo? Sic enim fiet, vt veniēs curet nos: quiescit enim super humilem, & pauper culum: quis se noscens pauperem, dicit: Non sum dignus.

Ufal. 66.

## Feria Sexta post Cineres:

*Diligite inimicos vestros. Matt. 5.*

simile.



**V**t aquila filios suos dignoscat, solis radios cogit intueri, vt si ad eius splendorem conuieant, eos a se reijciat: sin minus sibi filios charissimos habeat. Argentarij petram habent, cuius tactu aurum ab aurichalco discernunt, vt separant pretiosum à vili, Deus similiter suos probat. Sed qua in re præcipue? vtique in dilectione inimicorum. Sicut probat Dauid duces suos, petens aquam ex cisterna Bethlehem, quæ erat in medio inimicorum: ita Deus suos tentat disquirēs, quis ei in hoc placeat, vt inimos diligat. Sed difficile intelligitur lex ista: necesse est orare cum Psalm. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo. Sed num Maria id exorabit? Offenderant grauitè Israelitæ Samuelem, eo derelicto, Regem petentes, videntesque diuinam in se iram concitari, dicunt ei: Ora pro seruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriamur. Timebant illi, ne iniuriæ memor ab oratione cessaret. Quibus ille (sequutus Christi consiliū, orate pro persequentibus vos) ait: Absit à me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis: & docebo vos viam rectam, & bonam. Timendum nobis profecto foret, ne Maria tot offensis commota pro nobis non oraret: quod si esset,

2. Reg. 23.

Psalm. 118.

1. Reg. 12.

**A**set, actum de nobis esset. Sed de illa Ansel. Quæ Angelos vincis puritate, sanctos superas pietate: multò clementior Samuele orabit etiam pro inimicis: quid pro amicis? Saluemus ergo illam Aue Maria.

Ansel. in orati. ad. B. Mar. vi. m.

Duo hodierno Euangelio docemur: primum inimicos diligere: secundum hypocrisim cauere. De hoc secundo multa verba Christus Dominus fecit: quia multa tunc erat simulata, & efficta sanctitas. Nunc vero non adeo necessaria doctrina hæc est: adeo enim homines virtutis inimici facti sunt, vt eius etiam fugiant speciem, & apparere probi, & studiosi nolint. Ideo de primo, scilicet, inimicorum dilectione nobis hodie agendum est.

**B** Cum Deus hominem ad sui imaginem efformauit, ostendit plane, quanto eum amore prosequeretur: simul vero ostendit, quanta ab eo exigeret. Cum enim naturam dederit suæ similem, exegit ab illo opera similia operibus diuinis: quia vna quæq; res operatur secundum propriam naturam. Nihil autem dignius, aut excellentius homini contingere potest, quam vt Dei sui sit imitator, vt dicit Ioānes Episcopus, & refert D. Thom. in opusc. de diuinis moribus. Imo hoc à Spiritu sancto dictum est: Magna gloria sequi Dominum: quod non solum Christiani nouerunt sed & Ethnici. Refert enim Amb. Hoc est, quod pro magno inter septem sapientum dicta celebratur: Sequere Deum. Et ratio est manifesta. Cum enim imaginis perfectio sit, assimilari rei, cuius est imago: sicut & cuiusuis rei imperfectæ, cum tendit ad perfectum: cum homo sit Dei imago, & esse participatum, quo magis accedit ad Deum, eo gloriosior, & nobilior existet.

Ioān. Episc. D. Thom. Eccles. 23. Amb. li. 1. de Abrah. c. 2.

Inter diuinos verò mores, quos imitari debemus ait Diuus Thom. vbi supra. Hic maxime nobis imitandus est, quod omnia opera sua in summo bene facit: opus enim creationis vniuersi sic perfecit, vt melius excogitari non possit. Vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Et Arist. initio librorum de Cælo probat, vniuersum esse omnino perfectum. Et Sapiens ait: Non est minuere, neq; adijcere, nec est inuenire magna Dei. Similiter opus gubernationis perfectissime operatur, cum pluit, cum ningit, cum frigus est, cum calor. Pro tunc ait D. Thom.

D. Thom.

Genes. 1. Arist. Eccles. 18.

Melius

Melius quid excogitari non posset, licet nos multorum lateat causa. Opus etiam Redemptionis in summo benefecit, redimens nos summa misericordia, summa iustitia, copiosa redemptione. Et in tantū hoc opus benefecit, ut homo, aut Angelus tale quid excogitare nō posset. Opus remunerationis similiter in summo bene operatur, donans summam gloriam iustis, & pœnam iniustis, aptissimamque gloriam secundum merita, & aptissimam pœnam secundum demerita.

Ad huius ergo exemplar ait D. Th. curare debemus, ut omnia nostra opera perfecta sint, & cōsummata, attendentes optimū finem, operantes omni conatu virtute, ac desiderio, ut dicere possimus illud Psal. Fortitudinē meā ad te custodiam: ut sic impleamus Sapiētis consiliū: In omnibus operibus tuis præcellens esto. Similes etiam in hoc nos præstemus Angelis, qui vno instanti ex toto conatu operantes, meruerunt omnē, qua fruuntur gloriam. Sic ergo vniuersa opera præstare debemus, & singula, quasi ex eorum quolibet nostra omnis penderet salus, vniuersumque meritum: ut sicut Dei perfecta sunt opera, sic & nostra perfecta sint. Ad hoc nos ille hortatur: Estote ergo & vos perfecti, quemadmodum pater vester cælestis perfectus est. Et in hoc ille venit in mundum, ut opera hominum minus perfecta verbo, & exemplo suo perficeret. De quo ait: Nolite putare, quoniam veni soluere legem, sed adimplere, id est, ad summam vsque perducere. Quod Euangelio hodierno ostendit, corrigens, quæ imperfecta erant in lege, & scribarum intelligendi modo. Licet vero in omni opere nostro hoc curandum sit, præcipue tamen in dilectione, quam Christus Dominus summopere commendauit, quamque voluit signum esse suorum. In hoc cognoscent vos meos esse discipulos: si dilectionem adinuicem habueritis, si manseritis in dilectione, vere discipuli mei eritis: & hæc finis omnium præceptorum eius. Finis præcepti charitas. Hac in re præcipue eū imitari debemus, dicente Paulo: Estote imitatores Dei sicut filij Charissimi, & ambulate in dilectione. Sicut enim discipuli alicuius sectæ philosophorum illud præcipue præstabant, quod suæ sectæ proprium erat, & peculiaria placita sectæ suæ maxime illustrare conabantur: sicut Platonici

ea maxi-

ea maximè tuentur quæ Platonis sunt peculiaria dogmata: ita hic locus dilectionis inimicorum Christianæ philosophiæ proprius est. Apud nullos enim alios hæc doctrina viguit, ut iniurijs appetitus benefacias inimico. Hoc nouum, nostrumque mandatum, quod ad eō nobis maxime obseruandum, & in eā rem incumbendum præcipuè.

Hoc charitatis præceptum voluit Christus omnino perficere, ac consummare. Hoc fecerat superius hoc cap. ex parte diligentis ostendens non opere solum cauendum à proximi iniuria, sed à verbo malo, & ab iræ signo, & ab ira etiam interiore. Hodie verò perficit hanc charitatem ex parte obiecti, extendens illam ad omnes etiam inimicos, quod est vltimum, ad quod charitas extendi potest. Sic cū diuinam charitatem amplificare Paulus vellet, ait: Vix enim pro iusto quis moritur: nā pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus: Quod cū adhuc inimici essemus, secūdū tēpus Christus pro nobis mortuus est. Roman. quinto. Quasi dicat, cū dilexit inimicos, eo peruenit charitas, quo peruenire potuit. Quia in re Scribæ male Dei legem fuerant interpretati, dicentes, posse odio haberi inimicum. Qui iudæorum error in de ortum habuit, quod in eo legis loco, quo præcipitur, Diliges proximum tuum, nomen significans proximū apud Hebræos est Reach, vel ree, quod significat amicum. Vnde Hiero. Leui. 19. vbi hoc præceptum ponitur, vertit, Diliges amicum tuum, sicut te ipsum. Hinc inferebant, inimici dilectionem non esse præceptam, sed male. Illæ enim dictiones sicut amicum significant, sic etiam significant quemcunque proximum, adeo, ut etiam inanimatis tribuantur, quando habent inter se aliquem ordinem. Sic Genes. 15. vbi legimus, Tollens Abraham vaccā, capram, & arietem triennes, diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit, Hebræa habet: Vnumquodque membrum posuit è regione amici sui, vel proximi sui. Et sic illa nomina Hebræa significant eum, qui qualibet ratione tibi coniunctus est, & sic accipiuntur sæpe in alijs scripturæ locis. Hunc ergo Scribarum errorem Christus hodie corrigit. Cui contingit, quod tabellioni, qui puero dedit instrumentum transcribendum, ante verò, quam signo suo illud muniat, ut pu-

Primus Tom.

Z

bli-

Psalm. 58.  
Eccle. 33.

Deut. 32.  
Math. 5.

Mar. 5.

Ioan. 14.  
Ioan. 15.  
1. Tim. 1.

Ephes. 5.

simile.

Rom. 5.

Hiero.  
Leui. 19.

Genes. 15.

simile.

blicum sit, corrigat errata, quæ à puero male scripta fuerat, dicitque, hoc & hoc deletum reperies, quod accipe tanquam non dictum, quod Hispanè dicitur, (va testado donde dize tal, no vala.) Sic modo dixerant Scribæ, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: corrigat Christus hunc Scribarum errorem, dicens, illud tanquam mendum tollendū esse, scilicet, odio inimicum prosequendum. Præuiderat mendum hoc, & similia Hie. 8. Quomodo dicitis Sapiētes nos sumus, & lex Domini nobiscum est, verè mendacium operatus est stylus mendax Scribarum. Hoc ergo mendacium corrigat Christus Dominus dicens.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos uestros, benefacite, orate, etc. Sed ais, tam bonus, tam perfectusque esse debeo, vt omni loco, omni tempore, omni cū homine bonus sim, vt nulla res valeat me à recto dimouere? Sed te ego potius interrogo: Hoc defectum putas diuinæ legis esse, quod te semper bonū faciat, nec permittat aliqua occasione, vel causa malum esse? Fines legis, dicunt Philosophi, esse bonum facere seruantem eā, & quod meliores facit, eo lex melior est, qualis ergo lex illa erit, quæ sic nos perficit, vt simus perfecti, sicut pater, qui in cælis est? Et hæc tibi lex non placet? Verè si eam seruas, dicetur de te: Iustitia tua sicut montes Dei. Sed iterum obijcis: nimia perfectio à me exigitur. Respondet August. sermone. 12. de verbis Domini. Omnia tua vis bona esse, & valde bona, quare ergo tu non eris valde bonus? Vis domum optimam, vestes optimas, & denique omnia perfecta, quæ ad te pertinet, & tu solus imperfectus eris? Insuper omnia naturalia sunt in seipsis perfectissima, liliū vt nec Salomon in omni gloria sua similis ei nō sit, omne agens operatur secundū vltimum potentia: sol illuminat, quantum potest: ignis calefacit, quantum potest: cur non homo se debet habere similiter, maxime cū sit ille princeps omnium.

Sed adhuc natura recalcitrat, dicitque, durum est verbum, Dilige inimicum, quomodo enim in corde reponam eum, cū quo nec in eadem domo commorari possum? nec verò in ciuitate degentem videre queo, & mundus vniuersus angustus mihi apparet, vt simul in eo simus. Respondeo tibi: Durū est verbum:

Abi, & dulce, dulce amanti Deū, durū nō amati, & est iugū, & est suaue, & est latum mandatum tuū nimis, & arcta via, & angusta porta. Augu. & Chryl. dicunt: Hæc aduersa videntur, sed non sunt: arcta enim est naturæ, ampla gratiæ, ampla via diligenti arcta non diligenti.

Sed ais: Quomodo potero voluntatē inclinare meā, vt inimicum diligā? Audi magistri rationes vrgentissimas, quibus facile mouearis. Vt verò doctrina hæc sit omnibus cōmunis, & proficua, nec à se alienam quispiam putet, animaduertendum est, omnibus nobis inimicos esse, & ideo omnibus necessaria doctrina hæc est. Licet enim inimici tibi non sint, qui omnino aduersi sint: sunt tamen multi, qui saltem in leuibus te offendunt, offenduntque quotidie, quibus tibi indulgendum est. In magno, vel in paruo nullus est, qui inimicum non habeat, & offensorē. Siue ergo in magnis læsus sis, siue in paruis, indulge, & condona. Sed ais: Quibus ad hoc rationibus adducar?

Prior, maximaque illa sit, qua Christus Dominus hodie vtitur. Ego autem dico vobis. Summam emphasim habet verbum illud: Ego autem dico vobis. Si nosset ò homo, quis est, qui dicat tibi, quis est, qui loquatur tecum? Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est: qui enim eum perfectè nosset, sine dubio eius mandata etiam grauissima seruaret. Non nouerat Deum verum Laban, qui idola colebat. Fugit clam Iacob ab eius domo, Genes. trigessimoprimo. tollens duas eius filias, substantiam suam, & idola Laban, quæ abstulerat Rachel. Iratus Laban persequitur Iacob, & eum in monte comprehendit. Sed pridie apparuit ei Deus, præcipitque, ne vindictam sumeret de Iacob. Et tanti ponderis apud Laban fuit præceptum Dei, vt dicat ad Iacob: Stultè quidem operatus es, Et nunc quidem valet manus mea, reddere tibi malum, sed Deus patris tui heri dixit mihi: Caue, ne loquaris contra Iacob quicquā durius. His Dei verbis cōtinuit iram Laban, licet verba Dei sui nō esset, sed Dei patris Iacob. Quid ad hæc Christianus dicet, cū Deus eius præcipiat, dicatque: Ego autem dico vobis? Ego qui vos condidi, ego qui redemi, ego qui glorificabo vel in æternum damnabo. Si verba maiorum, & obsecratio eorum vim inferre dicuntur, an nō Dei verbum absolutè præcipientis

Hier. 8.

Matt. 5.  
Psal. 31.  
August.August  
Chryl.

1. Ioh. 4.

Genes. 31.

vim faciet cordi tuo? Si satis fuit Socratis discipulis hoc verbum, **A** ipse dixit, ut acquiescerent cuiuscunque sententiæ, nec dissentirent vnquam, an non tibi satis erit, Deus dixit, Deus præcepit? Hac voce Absalon. 2. Reg. 19, seruos suos ad facinus pessimum perpetrandum commouit, dicens: Obseruate cum temulentus fuerit Amad, & percutite eum, nolite timere, ego sum, qui præcipio vobis. Hac voce audita in signe facinus perpetrarunt. Quomodo nos eadem voce à Christo audita pulcherrimum virtutis opus non præstabimus? Ego autem dico vobis, ego qui tot in vos contuli beneficia, & tam immensa confera. Ponè in hac statera diuina in te collata beneficia, & quæ à Deo speras, in illa verò difficultates omnes, quæ in hoc implendo præcepto sunt, & videbis has nullius esse ponderis. Stupenda profectò res hæc est. Colebant ex antiquis quidam dæmones, & intelligentes eos hominum sanguine delectari, ut eis place- **B** rent, filios trucidabant. Sic Psal. 105. Immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Et hodie apud Indos, ut Dijs placeant, se præcipitio dant, excarnificandos se tradunt, & rotis curruum opprimendos: & plus apud illos valet detestanda perfidia, quam apud nos sancta religio. Plus cum illis Dij, qui potius eorum sunt hostes, valent, quam apud nos Deus noster, ut paruam viuacamus difficultatem.

Hac verò in re blasphemus quidam loquendi modus vitandus est, maximè, eorum qui dicunt, dedecus esse vindictam de inimico non sumere. Hoc dicunt homines qui vulgo gentiles **C** hombres dicuntur, magis verò dicendi sunt homines gentiles. Sententia verò illa non blasphema solum, sed heretica censenda est. Turpe ne est, diuinam seruare legem? Dei mandatis obedire? Filium Dei esse? Quid restat ei, qui tale loquitur, nisi Mahumeti Alchoranum prædicare? Insuper si inglorius est inimicis parcere, eis benefacere, maxime inglorius Deus est, qui hæc facit, qui hæc mandat, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, cuius maximum encomium est parcere, & miseri. Si ab aliquo tale quid audieris, iustè eum interrogare poteris, Christianus ne sit, an paganus? Satis ergo homini sit, Ego **autem**

2. Reg. 19.

Psal. 105.

Matth. 5.

**A** autem dico vobis, diuina voluntas regula prima est omnis boni.

Sed quia nostri amatissimi sumus, in eandem causam rationes alias Christus Dominus nobis proponit, vtilitatem summam concernentes. Vnde addit, *ut sitis filij patris vestri qui in caelis est.* Cum hæc verba audimus, omnes genua flectere debemus, & immensas Deo referre gratias, qui tanti boni nos capaces effecit, qui potestatem talem dedit hominibus. Si quis tibi nunc diceret: Via est facilis, qua esse possis Hispaniæ Regis filius, qua lætitia verbum hoc exciperes? Quali obsecro excipiendum est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ut sitis filij patris vestri, qui in caelis est. Vis intelligere, quantum hoc bonum sit? Qui filios habetis, hoc intelligetis melius. **B** Aspice, quale tibi cor sit erga filium tuum, quanta eius cura, quanta dilectio. Captiuum tenet cor tuum filius tuus, pro eo libenter laboras, eius bonum in omnibus curas: ut ei subuenias, nulli parcis labori, omnia quæ illius sunt, tua reputas. Quod si quis te interroget, omnium horum causam, dices, filius meus est. Hinc ergo vel aliqua coniectura disce, quantum hoc bonum sit, quod cum Deus sit solus altissimus, optimus, potentissimus, tu verò vilis vermis terram reptans, te in filium recipiat, & viscera in te paterna habeat, apponat erga te cor suum, diligat te, sollicitus sit tui, quasi pater amatissimus, ut dicere possis cum Psalm. Dominus sollicitus est mei. Negotia tua sua reputet: cor Dei captiuum teneas, Angelis suis mandet, ut te in manibus portent ac filium Dei, glorificent te omnes creaturæ. **C** O summe Deus pro tam inenarrabili dono? Quid verò grande exigi à nobis potest pro bono tanto, quod negari à nobis possit? Et si millies vitam in horas singulas profundere opus esset, parum censendum foret. Nec verò solum pater, & mater efficitur nobis, sed pater super omnes patres, mater super omnes matres: Hinc ipse ait: Nolite vocare vobis patrem super terram, vnus est enim pater vester, qui in caelis est: cui si comparetur, nullus pater vocandus est, sicut: coram sole nulla stella lucet. In super mater talis, ut dicat: Si illa obliuiscatur filij vteri sui, ego tamen non obliuiscar tui. Quæ maior consolatio hac esse potest desolatis: Quis maior Thesaurus pau-

Ioan. 14.

Psal. 39.

Esa. 90.

Matt. 23.

Hier. 49.

peribus? quod maius bonum desiderari poterat ab homine?

Magna certe ratio est, ut inimico dimittas filium Dei effici, sed tanti ponderis verbum hoc est, ut multas in se rationes contineat, quas explicare oportet. Earum ergo altera est: Si dimiseris inimico dimittentur tibi peccata tua. Sic enim Dei filius efficeris donata tibi gratia, per quam fit remissio peccatorum. Si non dimittis, fac omnia, quæ volueris, non dimittentur tibi. Augustin. Fores cæli clausæ sunt ei, qui non dimittit. Ad Deum non ingreditur eius oratio, nec à Deo illi bona veniunt, & ideo Dominus ait: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo. Quo loco Chry. ait, necessitatem nobis à Deo imponi; nihil enim suscipere à nobis ille vult, nisi prius fratris amicitiam conciliemus. Matth. 6. Si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Quis hoc audit, & non continuo dimittit? Sed ut rationis huius vim perpendas, hac utar similitudine. Est hic chirographum, & ex altera parte in eo scriptum est, deberi tibi centum denarios; in altera verò scriptum est debere te decem millia talenta, datur optio, quid de hoc chirographo fieri vis? Si velis illud igne comburi, amittes centum denarios, sed liber eris à debito decem millium talentorum. Si verò vis illud executioni mandari, soluentur tibi centum denarii, sed solues decem millia talenta. Quid ergo tibi placeat? Indubie profecto dices, comburatur, & dum liber sis à tanto debito, libentissimè amittam paruum istis, quod ad me pertinet. Audi rem omnino similem, quam Christus Dominus Matthæi decimo octavo expressit, quæ tibi debet inimicus tuus? Debeat vitam, honorem, substantiam, quanta sunt hæc? Nihil sunt, si temporalia sunt. Sed quid tu debes Deo tuo, quæ sunt debita illa, quæ tibi dimitti postulas, cum dicitis, Dimitte nobis debita nostra. Debes Deo poenas infinitas, æternas: infiniti ad finitum non est proportio. Est quidem proportio inter centum denarios, & decem millia talenta: at inter debitum inimici tui, & debitum quod Deo debes, proportio non est. Loquitur tibi Deus tuus, Si dimittis pa-

rum.

A rum, quod tibi debetur, dimittam ego tibi infinitum, quod mihi debes: si non dimittis, non dimitto. Si recuperare vis debita tua, ego recuperabo mea. Quis nisi amēs dicat, vindictam volo, debitum mihi reddatur?

Ad eandem rationem, ut sitis filij patris vestri, altera ratio pertinet, & quæ nam illa? Vtiq; quemadmodum filius à patre, vel matre facillè obtinet, quæ petit, qua ratione nos orare patrem Christus monuit, & nos filios exhibere, cum oramus, docuit, dicens: Sic orabit, Pater noster, qui es in cælis: sic qui pro inimicis orat, cum filius sit, maxima facilitate omnia quæ petit, accipit. Quod mirè ponderat Greg. 9. Moral. c. 13, quo loco verfans illud Hier. 15. Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Ideo tu noli orare pro eis. Animaduertit non esse verba ista dura in Samuelem, & Moysen, imò dulcissima, & quibus ostendit Deus illos in maximo pretio à se habitos. De eis enim loquitur humano more. Quemadmodum tu dicere soles: Nullius à me hoc petat, nullum exaudiam, licet enim mater mea, & pater meus id à me postulauerint, non faciam. Sic Deus loquitur de Samuele, & Moyse. Quasi dicat: Qui magis à me poterant obtinere, sunt Moyses, & Samuel, si eos non audio, nullum audiam. Sed modo interrogat Gregor. qua ratione relictis tot antiquis patribus, soli numerantur Moyses, & Samuel, quasi eorum oratio potentior sit. Respondet Gregorius: Aliud ego in hac re non inuenio, quàm quod Moyses, & Samuel orauerunt pro inimicis. De Samuele id ostendimus initio concionis: de Moyse sæpius patet, illum orasse pro lapidantibus, murmurantibus, & vexantibus illum. Significat ergo Dominus illam orationem illi maximè acceptam esse, quæ pro inimicis orat, & illam ab eo potissimum obtinere cuncta, quæ velit. Audi modo consilium meum. Sed quid dico meum? Christi esse continuo ostendam. Habes aliqua maxima, quæ desideras, à Deo obtinere? Non est, qui hæc non habeat. Vis orationem coram Deo profundere, quæ illi maximè grata sit? quæ penetret cælos? Coram Deo sta, & omnium iniuriarum, quas perpessus es, memorare, & illas ex corde remitte, & ora primum pro omnibus inimicis tuis, &

Z 4

tunc

August.

Matth. 5.

Chrysof.

Matth. 6.

simile.

Matth. 8.

Matth. 6.

Greg. 9.

Hier. 15.

Luc. 6.

tunc à Deo postula, quæcunque tibi volueris, & obtinebis. An non hoc Christi consilium? Audi loquentem Luc. 6. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Et rursum: Cum stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus alterum. Sic & Christus Dominus oraturus multa patrem in cruce, primum pro crucifigentibus exorauit. Et Stephano orati pro inimicis, cœli aperti sunt. Patent enim cœlestes ianuæ orationi huiusmodi, sicut clausæ sunt ijs, qui inimicitias gerunt. Reliquæ ergo orationes puffant cœli ianuam, sed oratio quæ pro inimicis funditur, apertam prorsus inuenit. Refert Magister Auila in epistola. 6. Elisabeth Vngariæ Regis filiam semel orasse Deum, vt singulos, qui eam iniuria affecissent, afficeret Deus singulari aliquo beneficio, vt iniuriæ beneficium responderet. Diuinumque ad eam factum esse responsum, nunquam orationibus suis Deo sic placuisse, ac tunc, pro eaque oratione vniuersorum peccatorum remissionem ei concedi. Et nostra hac tempestate à viris fide dignis accepi mirum hoc: Vidua erat vnicum habens filium illustrem, & hæredem multorum honorum. Hunc occidit inimicus eius, & continuò se abscondit. Cùmquè à prætoze inquiretur ad necem, nouit mater filij mortuæ eo prætozem ire velle, quo se abdiderat occisor filij sui, & in corde etiam materno valuit tantum dilectio Dei, vt decreuerit filij occisorem liberare, quod & fecit mittens occisori filij sui equum, & pecunias, monensque fugam. Quod cùm fecisset: ingressa est oratorium suum, & pro filij anima orauit. Cui oranti continuò altitit filius luce ornatus, matremque sic affatus est: Cùm inimico pepercisti, & pro me orasti, mater mea verè effecta es, plusquam cùm me genuisti: insigni enim tua charitate, & oratione à Deo obtinuisti veniam omnium meorum peccatorum, & indulgentiam consequutus sum multorum annorum, qui mihi restabant in purgatorio exoluendi: sicque in matris oculis cœlum ascendit. tantum apud Deum valet oratio post dimissas iniurias? Nulla est dicendi vis, nullum orationis flumen, nulla exornatio, & varietas sermonis, non figura aliqua, vel verborum, vel sententiarum, nulla alia re sic diuina captari potest beneuolentia, vt à Deo exaudiamur in oratione, ac inimicorum dilectione, & pro eis oratione effusa.

Matth. 26.  
Act. 7.

Auila in Epistola. 6.

Insigne facinus.

**A** Sed quoniam multa bona diximus, quæ cõsequitur, qui pro inimicis orat, qui iniurias remittit, aliquid dicamus, vel vnum ex malis, in quæ incidit, qui vindictã de inimico reportat: plus enim mali sibi infert, quam inimico inferat, etiam si vitam, honorem, & substantiam adimat. Vidisti ne tam dementem hominem, qui vt inimico vulnus infligat, quem à tergo habet, pugione cor suum primum transfunderet, & cùm se transfoderit, pugionis minima pars parum lædat inimicum, & vulnus efficiat leue, quod acicula facere potuisset. Inimico honorẽ detraxisti? Bonis expolia sibi, aut etiam vita? Attende, quàm minima hæc vulnera sint, quæ tẽporalia mala sunt, atque adeò nihili ducenda. Sed quid tibi mali, in tuleris, conspice. Prius animam occidisti tuam, quia teste Ioanne: Qui non manet in charitate, manet in morte. Est odiũ fortissimo simile veneno, quod frangit prius vas, in quo continetur, quã lædat alterum. Vindictam de proximo sumpisti? Deum primum, & vitam animæ tuæ amisisti, gratiam, virtutes omnes, merita, & omnia opera bona, multò magis hostis fuisti animæ tuæ, quàm inimici tui. Meritò de inimicis loquens Psal. ait. Circũdederunt me sicut apes. Quem admodũ enim apes ira exardescit in aliquem, circuit, susurrat, & tandẽ pungit hominẽ leui punctura, quæ luto admoto continuo curatur, at misera apes moritur, & vindictam fumens animam perdit: sic ait Psal. Exarserunt, inimici sicut apes te occideres, me verò parum lædentes. Simile aliquid idẽ Psal. significat, cùm dicit: Interficitis vniuersi vos, tanquam parieti inclinato, & marceriæ depulsæ. Id est, vos interficitis inimicos, sed similes vos dico parieti, qui vt alium lædat, primum ipse cadit, & deficit. Cogitationes irati, ait Hiero. ex Philone partus sunt viperæ, comedentes matris viscera, & eam occidentes. Stultum ait Iob, interficit iracundia. Verè stultus est, qui sibi plus damni infert, vt parum inimicum lædat, suam interficit animam, & corpus etiam inficit, & hominem vniuersum in infernum trudit. Super locum illum Psalm. Sicut aspidis surdæ, dicunt Aug. & Hiero. & Plinius lib. 8. duas aspides simul incedere, & quando vna læsa est, altera vindictam omnino fumere curat de lædente, sic irascibilis insurgit pro concupiscibili, vt eam vindicet, & tandem perit miser homo.

Simile.

1. Ioan. 2.  
Simile.Psal. 117.  
Simile.

Psal. 61.

Hiero.

Iob. 5.

Psal. 57.

August.

Hiero.

Plinius.

lib. 8.

Fulgosius.  
Sabellius.

Tot ergo visis odij malis, veniæ verò, & indulgentiæ bonis A  
reſtat, vt omnes ignoſcamus inimicis. Reſerunt Fulgoſius, &  
Sabellius, fuiſſe olim in Græcia altare Gratiarum, quod eo no-  
mine nuncupabant, quia in eo Dijs ſuis offerebant, quæ gratis  
inimicis condonabant, ideo ara gratiarum dicebatur. Cumque  
Lacedæmonij Athenienſes in bello ſuperallent, & eos omni-  
no delere poſſent, oraculum conſuluerunt, an eos penitus de-  
lere deberent, quibus reſpondit, communem Gratiarum aram  
ne amoueatis. Ait Sabellicus, Flexit Spartanos religio, vt ho-  
ſtibus infeſtiſſimis parcerent, ſecurat te religio diuina, præceptû  
Chriſti, Dei filiatio, peccatorum remiſſio, orationis exauditiæ,  
& gloriæ adeptio, &c.

## Dominica Prima Quadra- B geſimæ.

*Tunc ductus eſt Ieſus à ſpiritu in deſertum vt ten-  
eretur à diabolo.* Matth. 4.



Vod præcipuum, ac per neceſſarium eſt in domo  
principis, ſi prope inimicos conſiſtat, eſt atrium  
omni genere armorum abundans, in quo tum  
ille tum eius miniſtri armis accingantur, quoties  
ab inimicis impetuntur. Hæc Eccleſia, in qua ver C

ſamur, dicitur militans, & militia dicitur vita hominis ſuper ter-  
ram. Qui enim ſuper cœlos ſunt, triumphant, qui ſub terra, ab  
inimicis ſuperati ſunt, & perpetuo carceri mancipati: qui verò  
ſuper terram ſunt, militant, è regione inimicos habêt, ideoque  
armorum atrium, eis eſt in eccleſia. De quo Cant. Sicut tur-  
ris David collum tuum, mille clypei pendent ex ea, omnis ar-  
matura fortium. Hæc eſt Maria, in cuius viſceribus arma induit  
Chriſtus, quibus dæmonem ſuperauit. Petierat hoc Pſal. Ap-  
prehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi. In  
eadem turri omnes armandi ſumus Dei gratia, vt vincere dæ-  
monem

Iob. 7.

Cant. 4.

Pſalm. 34.

A monem poſſimus, eam adæamus ſalutantes, Aue Maria.

Descendunt hodie in ſingulari certamen duo præcipui mû  
di duces, Chriſtus, & Lucifer, nec enim aliſvt Chriſtum tenta-  
ret, aduenit. Si cum hac pugna conferatur, quæ fuit inter Achi-  
lem, & Hectorem, AENEAM, & Turnum, David, & Philiftæû,  
pugnæ dicendæ non ſunt, ſed puerorum ludicra, licet Davidis  
cum Goliath huius fuerit figura. Multum verò noſtra intereſt  
bellû hoc aſpicere, videre quæ, quis vincat. Sicut enim Goliath  
dixit 1. Reg. 17. Eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingula  
re certamen, ſi quiuerit pugnare mecum, & percufferit me, eri-  
mus vobis ſerui: ſi autem ego præualuero, & percuffero eum,  
vos ſerui eritis, & ſeruietis nobis: ita in hoc Chriſti, & Luciferi  
prælio, qui vicerit pro ſe, & ſuis vincit, ſimiliter victus pro ſe, &  
ſuis victus reputatur. Sicut enim victo primo Adamo omnes  
victi, & ſerui facti ſumus: ita vincete 2. Adâ omnes victores eua-  
demus. Victus hodie dæmō eſt, & data nobis victoria per Ieſû  
Chriſtû, tã enim nobis relictus eſt debilis, ait Aug. vt nō vincat,  
niſi volētē, & Antonio ipſe cōfeſſus eſt poſt Chriſtû viribus ſe  
carere, & à pueris facile vinci poſſe, vt Athana. ait in vita Anto.

Auguſt.  
Athana.

Summa etiam conſideratione dignum eſt hoc bellum, non  
tantum propter eos, qui pugnam ineunt: ſed etiam propter exi-  
mia pugnantium facinora. Hoc ſupremum fuit bellum: quia in  
inter duos mundi principes fortiffimos contēdentes ſuper or-  
bis imperio, coram omni curia cœlorum, & infernorum, & ſum-  
ma vtriuſq; cōtētionē. Non enim dæmō cū Chriſto pugnavit,  
quæ admodum nobiſcū pugnat, ligatus, ſcilicet, cū omnes ſuas vi-  
res exercere nō poteſt, ſed cū pugna in Chriſtû inijt, omnino fo-  
litus fait, vt omni arte, & aſtutia ſua vteretur. Ideò Lucas ait,  
cōſumata omnino tētatione, nulla enim fuit ſagitta in pharetra  
eius, quã nō exereret. Tētatum per omnia, ait Pau. Cū verò de  
tētatione noſtra loquitur: Nō patietur vos tētari, vltra id, quod  
poteſtis: Et ideò ligatur dæmō nos tētās, ſed cū Chriſtû, qui om-  
nia poteſt, tētatur, omni tētadi arte vſus eſt, omninoq; ſolutus eſt.

Luc. 2.

Hebræ. 4.

1. Corin. 10.

Res autē maxima hæc fuit, tū ex parte dæmonis, tum etiam  
Chriſti Domini. Ex parte dæmonis audere in arenam cū Deo  
deſcendere, maior fuit audacia, quã ſi parua formica cum vni-  
uerſis hominibus contenderet, & quã ſi homo vniuerſorū

cœlo

cœlorum motum manu detinere tētare. Ex parte vero Christi, Domini fuit summa eius tum p̄asio, tum humilitas. Summum enim malorum culpæ est, non pœna, quia culpa contra Deum est, pœna contra hominem. Quanto Deus maior homine, tanto malum culpæ superat malum pœnæ. adeo vt infimum malū culpæ mortalis, sit infinitè maius omni malo pœnæ possibili, quia d' restè Deo opponitur culpa, qui si capax esset doloris infinito afficeretur ob culpā. Tētatio verò malū est pœnæ, sed proximū valde malo culpæ. Idèd inter malorū pœnæ generā su premū ferè cōtinet locū, & quod Christus patiens maximè humiliat⁹ est, sumoq; dolore affectus, sicut honestissimā fœmina maximè affligitur, cū in inhonesta sollicitatur, plusq; si verberibus afficeretur. Quis dolor, quæ humiliatio animæ Christi Dñi cū se vidit in peccatū sollicitari: Est enim tētatio vexatio demōnis, quæ hominē sub pedibus collocat. & quodāmodo subijcit.

Simile.

Eccles. 1.

Vnde Eccle. 1. Si spiritus potestātē habētis ascēderit super te, tu statōnē tuā ne deserās. Notāda verba illa, Ascēderit super te. Res verò tā grandis sine grandi causā nō est facta: Causa verò nos sumus, vt doceat nos ille pugnare, & vincere. Et licet in decorū videatur Christū tētari, nostri tñ causa id passus est. Nō est enim amor Christi in nos vllis limitib⁹ inclusus, vt noster in Deū, & proximū, quādo nos amoris in Deū causa aliquid factū risamus, velut proximū iuuenus, multū circūspicimus, sit ne opus illud nobis conueniens, deroget ne aliquid dignitati, vel honori nostro, cui si aliquid putamus aduersum, continuo resistimus. Non sic amor Christi in nos, nullis cōcluditur terminis, in nullo sibi cōueniētia respicit, sed illa tātū, quæ ad nos spectat: Christus enim nō sibi placuit, sed nobis, vt Pau. ait. Si nobis aliquid cōueniēs est, licet ipsi nō sit, illud amplectitur. Quia ergo nobis expediebat ipsū tētari, vt in eo eradiremur tētatus est, vt discamus nos certare cum hostibus, id ipse nos docet, cuius rei gratias Deo agit Psalm. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellū. Quēadmodum enim amantiſsimus pater qui filium mittit ad bellum, cum inexpertū docet, quomodo manu teneat ensē, quomodo digitos cōponere debet, vt ensē firmiter teneat, & familia multa, licet parua sint, itā, ait Dauid, docet manus meas,

Rom. 15.

Psalm. 17.

Simile.

A & etiam digitos ad bellum. Modo nos ingredi bellum oportet cum demōne, est enim nunc tempus illud, de quo. 2. Reg. 11. factum est vertente anno eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab, & seruos suos cum eo contra filios Amon, Dauid autē remansit in Hierusalem. Modo procedunt in bellum duo Reges, Christus, & Lucifer: ille Rex Regum, & Dominus Dominantium, hic Rex super omnes filios superbiq;. Modo etiam procedunt in bellum Reges, qui, scilicet, à peccato liberi sunt: nam qui facit peccatum non Rex, sed seruus est peccati. Modo ergo procedendum nobis in bellum est, nec remanendum cum Dauid in Hierusalem, ne cum illo pereamus in delictis nostris, sed vt strenuè pugnemus. Proponitur Christus in exemplar: curramus ergo ad propositum nobis certamen. Paul. monet: Aspicientes in autorem fidei, & cōsummatorē Iesum. Quod me videritis facere, hoc facite, ait suis Abimelec, quod Christum videris facere, hoc tibi factū opus est.

2. Reg. 11.

Rom. 6.

Hebræ. 12.

Iud. 6.

Primum omnium. Ductus est Christus à spiritu. Preclaro patrone comitatus locum ingreditur certaminis, spiritu, scilicet diuino, qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Roma. 8. Christus filius Dei spiritu Dei agit, spiritus ventus est. Spiritus Domini ferebatur super aquas, id est, ventus, optimo vento nauigat, qui hoc ducitur spiritu. Quando duę classēs in mari consistunt, & pugnam inire volunt, si alteri ventus faueat, facile aduersam superabit. Quàm facilis victoria demōnis est, cū spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Optimo vento nauigat, qui hoc spiritu ducitur. Psalm. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Est homo in peregrina regione longè à patria, ventum expectat, quo per mare ducatur, quando ventus hic in surgit, qui versus patriam spirat, nauim intrat, vela extendit, facileque & cum lætitia viam agit: Sic illi contigerat, qui ait: Viā mandatorum tuorū cucurri, cum dilatasti cor meum. Dilata-tur enim cor quasi velum nauigij, vt percurrat Spiritus sancto insufflante, procedit homo in virtutis viam: tūc elongatur à peregrina terra, appropiat ad terram viuentium. Qualis lætitia nauis ex Indis Hispaniam properantis vento flante prospere in puppim⁹ videt à longe Hispaniam, salutatur eam. Sic illi, de qui-

Rom. 8.

Genes. 1.

Simile.

Psalm. 142.

Simile.

Psalm. 118.

Hebr. 11.



**Heb. 11.** quibus Paul. à longe eas aspicientes, & salutâtes. Sic iustus hoc vento ducens salutâ patriam, cœlestē, aspirat in eam, & gaudet. Tunc licet inimici in via sunt, non ei sunt impedimento omnes facillè superat, quia ventus pro eo pugnat, cui resistere non poterunt omnes aduersarij.

Contra verò reprobi spiritu nequam ducti in infernum properant. Quando nauigium aliquod Christianorum spiritu uehementē flante in Turcarum ducitur terram, quanta eorum tristitia est, contra paganorum lætitia multa. **Eccles. 18.** Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. En paganorum gaudium, dæmonum lætitia de eo, qui perit, & in terram venit, in qua nulla est redemptio: Quo verò horū spirituum ducaris, facillè cognosces, si aduerteris viam tuam.

**1. Cor. 12.** Nos, ait Paul. non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est. Sed quæ huius rei signa erunt, vt quo spiritu ducaris, agnoscas? Attende, quæ in locū feraris. Spiritus sanctus duxit Christū in desertum. Verè spiritus Domini ductor eius fuit. **Esaï. 64.** in desertū ducit idē spiritus vniuersum Israel vt sacrificet Dño, & Pfa. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbæ. & volabo, & requiescā? Ecce elōgau fugiēs, & māsi insolitudine

**Esaï. 64.**  
**Exod. 8.**  
**Psal. 34.**  
Ductus ergo est Iesus à spiritu in desertū. Christus certaminis locū, dæmon verò arma eligit. Optimum ad certandū locū Christus eligit, sine dubio in eo vincet. Vis tu dæmonē vincere? Exi in desertum, egredere de terra tua cum Abrahamo. Exi de Sodomis in mōtem cum Loth, vt de te dicatur: Inuenit eū in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis. Efficiet verò tecum, quod sequitur: Circunduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sed ais, quid est desertum petere? Respondetur: Caue maxime vitā deliciōsā, in ea enim sine dubio superabit te dæmon amplectere vero vitā asperā, quæ defertū est. **3. Reg. 20.** quidā de Deo Israel dicūt ad Benadab: Dij mōtiū sunt Dij eorū, idēō obtinuerunt nos, pugnemus contra eos in cāpestribus, & obtinebimus eos. Et rectè dixerunt, si ad spiritū verba hæc trāsferātur, vbi enim præsto hominibus est diuinū auxiliū ne vincant in deserto, est in mōte es, in vita aspera, & à delicijs aliena, in campestribus verò, vbi delicię sunt, vincuntur, qui militant. In hoc cāpestri victus, superatusq; est Adam,

**Gene. 13.**  
**Gene. 19.**  
**Deute. 32.**  
**3. Reg. 20.**  
**Gene. 3.**

**A** in hoc Sodomitæ victi, qui erāt in valle pinguisimo, in hac Salmō deiectus est valle, & in hoc diues epulo, & deniq; omnes qui se delicijs tradiderunt, victi sunt. Et sancti omnes, qui strenuè contra dæmonem pugnaverunt, primū omnium deliciōsam vitam reliquerunt, & asperitatibus se dederunt.

Dicit quispiam: Castus esse non possum: semper me caro superat, semper dæmoni succumbo. Peto ego à te, quo loco pugnas, in valle, an in deserto? Si delicatè nutris seruū tuū, corpus tuū, quid mirū sentias illū cōtumacē? Si delicate comedis, si laute bibis, si lecto blādo vteris, si carnē armas, & spiritui arma subtrahis, quomodo hic vincet? Audi castā Iudith, quo loco pugnet. **c. 8.** In superioribus domus suę fecit sibi secretū cubiculū, in quo cū puellis suis, clausa morabatur, habens super lumbos suos ciliciū, ieiunabat omnibus diebus vitæ suę præter sabbata. Ecce hæc in deserto pugnavit, & vicit. In eodē pugnat, qui dicit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo &c. In eodem tandem omnes sancti, de quibus scriptum est, qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt.

**B** Præterea donec veniret in desertū, tētatus nō est, nō tibi imminet bellū, donec in desertū venias. Multi audiūt grauissima prælia dæmonis, & carnis ac spiritus, nec ea intelligūt, quia experiētia nihil horū nouerūt, sed in pace degūt, cū enim quasi peccatorum voluptatibus suis obtēperant, bellum non patiūtur. Cor ferè datum est Nabuchdonosori, & cor belluarū istis. Trāsierunt in affectū cordis: quodam modo spiritus horū in carnem mutatus est, vnde quasi spiritu extincto, nō est qui carni reluctetur. Cū aqua suam retinet naturā, igni aduersatur, & resistit, at cū in vehementem ignem iniecta in ipsum vertitur, ad eū nō resistit, vt ipsum potius augeat. Talis quorundā spiritus, qui per affectū in carnē tranfierunt, & carnē iuuant, potius quā oppugnent, & cō filio, ac adinventionibus ipsam magis excitāt. Si verò quis desertum petat, continuò tentationes sentiet. Respice à laqueis diaboli, quibus captiuus teneris ad eius volūtātē, & videbis eū te insequētē. Sicut enim auis laqueo capta, dū ibi cōsistit, & esca potiū, laqueū nō sētit, sed cū auolare vult, tūc vim laquei experitur, sic cū anima corpore inescata ei voluptatib; fruatur, vim nō sētit, sed cū inde recedere vult, experitur. Nec enim Pharaō affli-

**Gene. 19.**  
**3. Reg.**  
**Luce. 16.**

**Prou. 29.**

**Iudit. 8.**

**1. Cor. 9.**  
**Gal. 5.**

**Dan. 4.**  
**Psal. 72.**  
**Simile.**

**Simile.**

**Exod. sept.** affligit Israelitas, donec ab Aegypto in desertum exire parant. **A**  
**Iudith. 11.** Ego nunquam nocui viro, qui voluit feruire Nabucdonosorū  
 ait Holophernes.

Et cum ieiunasset. Docuit nos Christus locum certaminis,  
 quem eligamus, nunc vero arma, quibus pugnemus. Ieiunat  
 enim, & orat, curat demon, ne nobis arma sint in pugnam. **1.**  
**Reg. 13.** Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra  
 Israel, cauerant enim Philistij, ne fortè facerent Hebræi gla-  
 dium, aut lanceam. Cumq; venisset dies prælij, non est inuen-  
 tus ensis, & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule,  
 excepto Saul, & Ionatha. Necessaria verò nobis arma sunt, diffi-

**Eph. 6.** cile enim nobis imminet bellum. Audi Paulū Induite vos ar-  
 maturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quo-  
 niam non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinē,  
 sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores,  
 tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in cælestibus,  
 propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die  
 malo, & in omnibus perfecti stare. Arma nobis necessaria sunt,  
 sed quæ arma? Armatura, ait, Dei, id est, quibus Christus, vsus est  
 armis, nobis vtendum est. Sed notanda sunt illa verba, Vt possi-  
 tis stare in die malo. Diem tétationis diem dicit malum, cuius  
 diei malitiam agnoscit, qui alium thesaurum non habet præter  
 Deum. Quid sentiet diues audiens, vniuersa substantia tua est  
 perditioni proxima? Quid Rex, cui diceretur, vniuersa regna  
 tua iam iam rebellant, & in proximo est, vt ea amittas? Quid nō **C**  
 sentiat anima, cuius thesaurus Deus est, cuius regnū Deus est,  
 cum videt se proximam tanto bono amittendo? Si enim annue-  
 rit tétationi, si consensum præbeat, Deum amittit. Sed ais:

**1. Reg. 19.** Quid ego timeam, quando in potestate mea hoc est? Imo hoc  
 summè ego timeo, quod in manu mea est. Phrasis scripturæ est,  
 Posuit animam suam in manu sua, id est, summo eam periculo  
 exposuit, in manu tua est, idèd in summo discrimine. Quæ enim  
 securitas esse potest homini debili tot inimicis expugnantibus  
 cum ille tam infirmus sit, vt ipse decidat nullo impellente? Si-  
 cut enim inter corpora sunt quædam mutabilia, quæ peregrina-  
 nas facillè induūt mutationes, quædam immutabilia, vt cælestia  
 corpora: ita inter spiritus Angeli immobiles immobiliter heret,  
 anima

**Simile.**

**A** anima verò humana facillè mouetur, tanquam puluis vento.  
 Sed ais: Quando assensum præbeam tétationi, quid mihi mali  
 est? Audi Petrum: Aduerfarius vester diabolus tanquam leo **1. Pet. 3.**  
 rugiens circuit, quærēs quem deuoret; si annuisti, dæmoni te  
 tradidisti, deuoratus ab illo es. Consentisti peccato? dentibus  
 dæmonis, & vnguibus dilaniatus es, & in vtero eius es. Quid  
 erit obsecro in talibus esse dentibus, vnguibus, & vètre? Si tan-  
 tum fuit malum esse Ionā in ventre cæti, quid erit esse in ven-  
 tre bestię inferni? Si illa angustia eum ad Deum conuerti fe-  
 cit, quomodo tu ad Deum non clamas? Sed adhuc non de-  
 sunt, qui bestiam quærant, quæ eos deuoret, sed qui sunt hu-  
 iusmodi? Qui peccata quærūt. Dic mihi obsecro, qui hæc mo-  
 do non vides, quid senties hora mortis, cum videris animam  
 tuam, quam dæmonibus tradidisti, in eorum ore, vnguibus,  
**B** ac dentibus? Quis tam amens qui dæmonibus se tradere ve-  
 lit? **Hiere. 2.** Nunquid seruus est Israel, aut vernaculus, quare  
 factus est in prædam? Super eum rugierunt leones, & dede-  
 runt vocem suam. Quis te fecit seruum, quem Christus li-  
 berauit? Quis te leonibus tradidit? Tu ipse, cum, tétationi  
 annuisti. Vide vtrum tibi attendendum sit, ne in hoc bel-  
 lo supereris. Vide, vtrum arma tibi sumenda sint? pete er-  
 go à Deo, & ne nos inducas in tétationem, sed libera nos  
 à malo: & armis præcingere, ne te inimici imparatum in-  
 ueniant.

Sed quæ arma mihi accipienda? Vtique arma Dei, arma  
 Christi, quæ sunt Christi arma? **Cum ieiunasset, &c.** Quadragin-  
**C** ta dierum ieiunio se armat, sicut Moyfes, & Helias. Quando  
 fortissimus princeps singulare vult inire certamen, & si agno-  
 sceretur, nullus cum eo pugnare auderet propter suam illi-  
 lius fortitudinem, vt non agnoscat, aliorum arma induit.  
 Si Christus se Deum manifestè ostendisset, non auderet dæ-  
 mon ad eum accedere, quia Dominus quasi vir pugnator, om-  
 nipotens nomen eius, & cum semel cum eo contendere vo-  
 luit dæmō, ei accidit, quod Esa. 51. loquitur, Nunquid tu non  
 vulnerasti superbum, deiecisti draconem? Idèd Christus se in-  
 duit armis aliorum, ne agnosceretur, & timeretur.

Nosque simul docet ieiunio armari, vt tétationes vinca-

Primus Tom.

A a

mus.

**Simile.**

**Exod. 17.**

**Esa. 51.**

simile.

1. Pet. 3.

Rom. 6.

Basil.

Hier.

Basil.

Luc. 16.

Philip. 3.

Num. II.

Psalm. 77.

mus. Sicut enim qui castellum aliquod defendere ab inimicis illud vallantibus vult, primum omnium foras mittit proditores, si qui sunt intra castellum; alias enim dum cum externis pugnat, proditor qui intus latet, castellum inimicis tradet. Circundatus es à dæmonibus, sed illi à foris sunt, circuit querens, quem deuoret, sed intus caro est, proditor interior est. Hæc est Dalida, quæ Sansonem delicijs mulcet, vt Philistæis tradat. Hæc gladius est dæmonis, quæ nos deijcit; hæc primum domanda est, hæc ab hoste auferenda. Sicut, inquit, exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato: ita nunc exhibere arma iustitiæ in sanctificationem. Caro tua armatura fuit dæmonis, illi feruens, cum te vicit. Nunc fac arma tua eam esse contra dæmonem ieiunio, & castigatione. Quomodo verò ieiunium sit præclarum armamentum animæ, ostendit mirè Basil. sermone de ieiunio. Daniele ait, ieiunantē reueriti sunt leones, nec eum ausi sunt tangere. Tres pueros ieiunantes ignis nō tangit. Deo gratissimum ieiunium, idèd propter illud plura concedit, Moyse legem, Eliæ visionem Dei. Et quia hi singulari decorati ieiunio fuerunt, in transfiguratione cum Christo apparent, ait Hiero. contra Iouii.

Cōtra verò gula perdit omnino homines. Basil. Terret me diuitis illius exemplum in inferno sepulti, de quo malum aliud non lego, quàm, epulabatur quotidie splendide, & tantum hoc est malum, vt cum bis solùm Paulus dicat, cum lachrymis se aliquid scribere, primum hoc dicit propter hæreses Corinthi exhortas. Secundò propter eos, qui ventri inseruiunt. Multi ambulant, quos sæpè dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est. Maximè etiam terret nos illud Numero. 11. vbi Israelitæ carnes appetuere, & eas Deus illis concessit. Sed adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & tot mortui sunt, vt loco illi impositum fuerit nomen, sepulchra concupiscentiæ, quo nomine peccatum, & eius punitio significata sunt. Et licet inordinatus fuerit appetitus, non tamen rei prohibiti. Quis iudicaret tam graue esse delictum, carnes desiderare, quas multis annis non comederant? Et quale obsecro erit hoc tempore prohi-

**A** prohibitio eas comedere sine necessitate? Et licet modo non effundatur hæc ira Dei super eas comedentes, sed referuatur in ultionis diem.

Christus ergo Dominus ieiunio se armat, non quod illis indigeat armis, vt diabolus superet, solo enim verbo superare poterat eum, & Dauid, eius figura, arma Saulis fortissima abiecit. Sed vt nos doceat ieiunio, & oratione armandos, vt dæmonem vincamus, nos his armis indigemus. Est fortissimus Dux, qui posset cum hoste contendere sine armis, & illum facillimè superaret, instruit tamen debilem filium, qui in pugnam cum hoste illo processurus est, & hic filius armis indiget, vt superet. Dux ergo pater, vt eum instruat, induit se armis; & multa eum verbo, & exemplo docet, quæ in pugna agere debet: quibus tamen ille non indigeret, indiget tamen filius. Hoc Christus nobiscum modo egit, armatur Dux, vt milites armentur. Turnus in arma vocat, armis circumdatus ipse.

**B** *Accedens tentator, &c.* Tentat Deus Abraham, quid tibi potius est filius Isaac, an ego? Interfice mei causa filium. Vicit Abraham temptationem, & in sacrificium ducit Isaac. Fidelis in temptatione habitus est: reddit illi filium Isaac benedictum, & insuper innumeris promittit filios, & inter eos Christum Dominum, dicens: Quia fecisti hanc rem. Non nominat, quam rem fecerit; tanti enim æstimat obsequia nostra illi præstita, vt nomen illis se non inuenire testetur. Et in eodem pecunie genere soluit Deus cumulati, quæ pro illo dedimus. Dedisti filium, accipe filium meum; In semine tuo benedicentur, id est, in Christo filio meo, qui erit filius tuus. Efficat etiam eum patrem omnium credentium. Eodem pacto cum Christo factum est, procedit in desertum, tentatur, fidelis inuentus est, præcligit fame perire, quam Deum relinquere; non admittit inanem gloriam, nec quærit gloriam suam, sed patris: despicit regna, & omnem eorum gloriam. Dicit ergo Deum diligo super vitam, honorem, & regna. Quid dicat ad hæc pater. Dentur ei vniuersa hæc, & cumulata, ac

aucta. Despicit vitam, detur ei, & loco panis accedant Angeli, & ministrent ei Angelorum panem manna. Despicit honorem, deferatur ei summus honos, nomen quod est super omne nomen, cur omne genua flectatur. Despicit regna, detur ei potestas omnis in caelo, & in terra.

Sed & in his tribus Christi tentationibus ingenium dæmonis aduertendum est. Prius solo pane eum conatur deicere; sed cum eo non valet, maius aliquid proponit, vanam, scilicet, ostentationem, si te deiecerit è pinnaculo. Et cum hoc reiecerit Christus, proponit regna magna; sed hæc vana, ac fallaci promissione. Tam est inuidus dæmon, tam inimicus hominis, ut non solum vera bona, & æterna nolit te habere, gratiam, & gloriam, sed nec vana bona, vel breuem delectationem vellet tibi concedere. Vnde quando hanc offert tibi, non eo est, quod eam vellet dare, sed quod sine illa te non potest vincere. Vnde quando aliquo paruo proposito bono te potest decipere, magnum non proponet, quando solo pane te trahere potuerit, amplius non dabit. Ita cum Christo factum legis, simile tecum agitur. Si ergo te tenere potest in peccato sine delectatione aliqua in re exhibitâ, illud ipse curat. Vnde, illi quem fortiter in peccato tenet, peccati delectationem non concedit, sed sola cogitatione, & desiderio tenet, nec opus præstat, & quod primum ostenderat bonum, quo fruere, tollit ne fruatur. Vulgo dicitur: (remontale la çaça, que le auia ojeado.) Sic miser Prodigio non dabat siliquas, quibus vesceretur. Sicut enim piscator non piscem cibare curat, sed capere; quod si escam in hamo proponit, non id facit, ut cibet, sed ut decipiat; vnde cum piscem ceperit, primum omnium cibum ab eius ore extrahit, ne illum deglutiat: ita dæmon proposuit tibi delectationis escam, quam aliquando comedere permisit, ut hamo capiaris; sed quando captus es, tollit escam, nec permittit, ut peccati delectatione fruaris, sed sola cogitatione, ac desiderio te tenet: & si semel eam assequutus es, millies tollit à te, decipiens te solum falsis promissionibus. Sic Christo promittit orbis imperium, non ut det, sed ut falsa promissione decipiat. Vide, quam parua res pomum sit, sed nec hoc vellet frui primos nostros parentes, sed ut deciperet, hoc dedit, & insuper falsa promisit.

Philipp. 2.  
Matth. ult.

Luc. 15.  
Simile.

**A** misit; Eritis sicut Dij. En Adam ut puerum deceptum poma, & promissis mendacibus.

Inquiro ego à te, quoties tibi contigit, quod venatorio cani, qui odoratus est leporem, currit, discurrit, lassatur, & tandem inuenit nihil, solum odore perfruitus est. Sic aliquando existi de Dei domo venaturus inania, & multis diebus solo odore, & spe te dæmon traxit; & si aliquando die vno te permisit frui bono aliquo, sed millies te decipit, & solum odorem, ventumque concessit. De quo Hierem. 22. Principes tui pascunt ventum. An non hoc miserimum est, ac vanissimum homines videre, quos solo vento pascit dæmon, quasi chamaeleones? Sicut qui sequitur vmbra, & apprehendit ventum; sic qui attendit ad visa mendacia. Sicut enim est homo, qui

**B** turpiter coniungitur fœminæ, & concubiniarius est, sic sunt plures, qui solum turpibus cogitationibus coniunguntur, & cum illis concubinarij sunt. Merito dæmon seductor dicitur: vana enim promittit, non ut præstet, sed ut decipiat. Promittit per falsos Prophetas Regi Achab, Ramot Galaad, non ut impleat promissa, sed ut ibi cadat. Caue ergo tibi à seductore tanto, omnia enim eius promissa vana sunt.

Sed obijcis: Fortissimi inimici mihi sunt, quis cum tantis hostibus contendat? Respondet Paulus: Induimini Dominum nostrum Iesum Christum, qui nobis est armatura Dei. Quæ admodum processurus quis in bellum, arma sua tentat, ut videat, an fortissima sint, in quæ tanquã in signum plures ictus tormenti ferrei emittit, quod vulgo dicitur, (pone vn arnes en vn terrero, y da en el arcabuzas, ) ut experiatur, an resistere valeat inimici ictibus, cumque viderit firmissimè resistisse ictibus plurimis, secure se eo induit, & in medios se dat hostes. Induendi eramus Christo, ut in bellum procederemus: est Christus nobis armatura. (arnes trãçado.) Hodie verò ductus est, & positus quasi signum omnibus tormentis, ictibus, & machinis inferni, & fortiter resistit, nihilque mali passus est. Induere eo, & securus inter inimicos eris. Esa. 41. Ostensa fortitudine venientis Christi in mundum, ad nos conuersus ait; Ne timeas, quia ego tecum sum. Ne declines, quia ego Deus tuus confortavi te, & auxiliatus sum tibi, & suscepi te dextera iusti mei.

Simile.

Hiere. 22.

Eccles. 34.

3. Reg. 22.

Rom. 13.

Simile.

Esa. 41.

Ecce confundentur, & erubescant omnes, qui pugnant aduersum te. Erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi. Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra ferrantia; triturabis montes, & comminues, & colles quasi puluerem pones. Mira profectò Christi, & gratiæ eius fortitudo, qua talia perficere possumus.

*simile.*

Sed interim cum te videris per Christum superasse tentationes graues, illud tibi peragendum est, quod facere solent, qui optimis armis induti deuictis inimicis, ipsi armorum vincolumes procedunt; arma enim per partes deponunt, quod Hispanè dicitur (pieça por pieça.) Videntque, ac contemplantur membra sua omnia integra, seque in columes, inimicorum verò ictus in armis constitisse, in illisq; expressos, omnemque sui corporis incolumitatem armis tribuit. Hic ait, & ille ictus sine dubio me interemisset, nisi arma obstitissent. Euasisti à tentatione liber? superasti inimicum? vulneratus nõ es? Vide, quem indueris Iesum Christum: contemplare armaturam tuam, quæ te defendit; vide vulnera ei inflicta, ne tu vulnereris; si manus illasas à peccato seruasti, contemplare fossas illius in cruce manus. Ecce quo modo ictus in armis constitit: en signum vulneris, quod tu passurus esses, nisi ille pro te sustineret. Vides pedes liberos tuos, qui non declinauerunt in iniquitatis viam. Sani sunt pedes tui; sed aspice pedes armaturæ tuæ fossos; ibi steterunt ictus inimici. Caput tuum liberum, sanumque est; considera Christi caput spinis coronatum, quod te defendit. Cor tuum transfixum non est dæmonis sagittis: considera Christi transfixum pectus. Demum corpus tuum à peccato liberum est; vide vniuersum Christi corpus vulneribus foedatum. Ictus omnes illi contra te tendebant, steterunt autem in armatura tua, illa defensus es, ei gratias age.

(••)

Feria

## A FERIA Secunda post Dominicam Primam Quadrages.

*Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo. &c. Matt. 21.*



**S**PIRITVS Domini malus exagitabat Saul. *1. Reg. 16.* Reg. 16. Quæsitus est, qui ei psalleret Dauid, & leuius habebat: sed iterum vexabat eum malus spiritus, & iterum necessaria erat musica. *Aug. 12. contra Manichæos: Saul est signum humani generis à dæmone male vexati per peccatum. Quæsitus est Christus, qui psallens dæmoniū expulit è mundo. Princeps huius mundi eijcietur foras, extensa est humanitas in cruce, clauisq; cõfixa illa fuit cithara, qua psallens dæmonem expulit. Sed volutate nostra praua iterum dæmon possidet nos: necessaria iterum est musica cęlestis, vt iterum pellatur. Ad hoc Euāgelij prædicatio. Sed quæ hodierna musica? Fortissima, & terribilis, non dulciter sonans, sed horribilis tuba. Si clanget tuba in ciuitate, ait Amos: Et populus non expauescet? quoniam timore Domini recedit omnis à malo. Prouerbiorum. 26. dicit: Omnis, quia nõ est, qui hoc non moueatur. Audiens Felix gentilis Paulum de iudicio disputantem, tremefactus est, & bestia timore deterritur, quæ metu doloris à maximis abstrahitur voluptatibus. Eccl. vltimo. Finem loquendi audiat omnis homo (quia omnium auribus se ingerit doctrina hæc) eucta quæ fiunt, adducet Dominus in iudicium: timoris enim passio maximè homini dominatur. Vt ergo cum fructu tanta doctrina tractetur, opus est nobis gratia, quam petamus per Mariam.*

Hodie nuncium mundo damus, iustis quidem lætum, sed improbis triste, & austerum, & tam amarum, vt omnes eorum delicias in fel conuertat, & omnia eius solatia dissipet, scilicet, iudicium futurum, in quo omnium reddenda ratio, & omnibus digna danda retributio. Hoc frænum malorum, & bo-

**Hiere. 31.** norum consolatio. Quiescat vox tua à ploratu, est merces operis tuo. Sed durissimum visum est sanctis, iudicium tanti Dei cum homine, qui nihili ducendus est. Quod elegantissimis verbis explicat Iob. 14. Homo natus de muliere (quid fortè potest habere, qui ab infirmitate natus est?) qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos? & adducere eum tecum in iudicium? non videtur decere infinitam tuam Maiestatem, rationem ab hoc exigere. Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam? & stipulam siccam persequeris? Euzginas gladium tuum contra tam miserum? Indica mihi, cur me ita iudices? ostendas mihi quæso rationem tanti iudicij. Huic quæstioni non solum fides, sed & naturale lumen occurrit, ostendens hominem rationem reddere teneri omnium, quæ agit. Cum enim sit arbitrio liber, & relictus sit in manu consilij sui, hæc dignitas, & celsitudo eum obstringit, vt factorum redat rationem: hoc ab eo tributum exigitur, & retributio prodignitate tanta. Et hac de causa omnes nationes iudicia statuerunt, quibus iudices factorum rationem exigunt. Cum ergo Deus Rex magnus sit super omnem terram, iudicium omnium facere debet, vt cuncta humana curans; quod quia conuenienter creatura humana facere non poterat, ipsemet faciet, qui iudicat iuste, & probat renes, & corda. Vt verò de hoc loquamur iudicio, ab omnibus petenda maximè attentio.

Volens Moyse loqui Dei populo, & eos contestari de mandatorum obseruatione, quam si exhiberent, maxima præmia, sin minus maxima supplicia erant eis danda, tantam attentionem petit, vt cælum, & terram attendere velit. Audite cæli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Similem Eccl. vltimo. Finè loquendi audiat omnis homo, cuncta quæ fiunt, adducet Dominus in iudicium. Similem attentionem exoptulat Psal. Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem, qui que terrigenæ, & filij hominum, simul in vnum diues, & pauper. Sed quid nobis audiendum? Cur timebo in die mala? in die iudicij? Iniquitas calcanei mei circūdabit me. Hoc solum in iudicio timendum: peccatum scilicet, maximum malum, & tantum, vt verbis explicari non possit. Factis eo die explicabit

**A**plicabit Christus; cum non solum hominem, qui illud commisit, puniet, sed etiam cælum, terram, elementa, mixtaque euertet, stellas quasi dissipabit. Sicut facinore aliquo magno in populo patrato, non contentus, qui passus est iniuriam iudice ordinario, curiam adit, & iudicem vindicem ad illud tantummodo delictum inquirendum, & puniendum deputari petit, & ille veniens vniuersum populum commouet, omnes punit, hunc quia iuuit delinquentem, illum, quia recepit, alterum, quod non denitauerit: sic Deus Solem euertit (vt sic loquar) & Lunam, quia lucem dedere peccatori, stellas, quod eum non manifestarunt, terram, quia illum dubio recepit, omnia euertit Deus propter peccatum. Grande sine dubio malum, propter quod **B** non homo solus punitur, qui commisit, sed vniuersus mundus deletur, qui licet culpa vacet, propter hominem destruitur in poenam ipsius hominis; quia omnes creaturæ idintendunt, vt hominem puniant. Sicut enim cum Deus pro homine, quis contra eum? Si Deus pro nobis, quis contra nos? ita cum Deus qui vitam pro homine dedit, contra eum est, quis pro eo erit? Quanta mala manent peccatorem, multa proculdubio flagella peccatoris. Sed quid mirum? quæ seminauerit homo, hæc & metet. Seminasti lapides, an triticum congregabis? Seminauerunt dolorem, & spinas messuerunt. Sicut conteritur lagena figuli contritione perualida; ita vt non remaneat testa, in qua colligatur aqua, vel ignis: non dissimilis manebit peccator, cum super eum cadent cæli, elementa, & omnis creatura, & omnis denique furor Dei.

Spiritus Domini cum loquitur plus habet veritatis, quam exaggerationis, simpliciter veritatem enarrat, sine affectatione. Si Cicero diceret Transfigurationem, Resurrectionem, Ascensionem Christi, nunquam dicendi finem faceret: quod vno verbo Spiritus sanctus dicit, Resurrexit tertia die, ascendit in cælum, &c. Sed cum tam simplici locutione in omnibus soleat vti, de iudicio verò tanta exaggeratione, ac ponderatione loquitur, tam exquisitis, & inauditis verbis, vt tremorè incutiant, ac timorem: Quid faciet ipsa rei veritas, cum videbitur, tanto maior cum sit? Audi nunc Prophetas, exquisitis verbis iudicium extollentes. Esa. 13. Ululate, quia prope est dies

Simile.

Rom. 8.

Psal. 3 v.

Galat. 6.

Hiere. 12.

Esa. 30.

Esa. 13.

Domini, quia vastitas à Domino veniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, torsiones, & dolores tenebunt, quasi perturiens dolebunt. Ecce dies Domini venit crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Obtenebratus est Sol, & Luna non splendet: & visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum: & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Audi Hiere. 46. Dies ille Domini Dei exercituum, dies ultionis; utumat vindictam de inimicis suis; deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum. Audi Oseam. c. 13. Et ego ero eis quasi leona, & sicut pardus in via Assyriorum. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & consumam eos ibi quasi leo. Audi Ioel. 2. Ululate in monte sancto meo. Conturbentur omnes habitatores terræ: quia venit dies Domini, quia propè est dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis, & turbinis; ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma. Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti: nec est, qui effugiat eum: magnus dies Domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eum? Similibus verbis omnes Prophetæ de hoc die loquuntur.

Sed unde indignatio, & ultio tanta? Responde tur. Primum, ex potestate vlciscentis. Secundam, ex odio eius, in quem ultio desequit. Potestas vlciscentis probatione non eget, quata sit, est enim infinita. Odium verò peccati quantum sit, dici nò potest; quia cum odium in hanc rem nascatur ex còtrarij amore, cum se diligit infinite, peccatū sibi contrariū quāto odio prosequetur? Quod maximè ostēdit, cum ad eius plenā satisfactionem alio contētus nò fuerit, quā filij vnigeniti pretioso sanguine, tantis effuso doloribus. Qui ergo in filio peccata puniēs innocente (vbi personæ valor omnia supplebat, & minimū supplicium propter personam infinitā, infinitæ erat satisfactionis) tam acris fuit, & vindex, qualem se exhibebit in peccatoribus ea puniēs? In vilissimis seruis, in quibus personæ dignitas nulla? Et huic accedit, quod sanguis Christi nūc pro peccatoribus interpellans, & melius clamans, quā sanguis Abel, quia misericordiam

Hiere. 46.

Oseam. 13.

Ioel. 2.

Hebr. 12.

A ricordiam proclamat, tunc vindictam clamabit contra omnem peccatorem, qui eum fudit, & tantum spreuit remediū, & tantum sanguinem pollutum duxit, ut Paulus dicit. Tunc dicent peccatores, quod fratres Ioseph, En sanguis eius exquiritur. Dic ergo mihi ò peccator, hunc diem non times? tantam iram Dei non pertimescis? Hiere. 3. Audi popule stulte, non habes cor. Verè tu non habes cor, si hæc nò sentis: qui tali, tantoque strepitu, & tonitruo non excitatur, non dormit, sed mortuus est. Signum est reproborum, iudicium non timere, sicut còtra prædestinatorum, illud pauere. Qui habuerit characterem bestię, hic bibet de vino iræ Dei, quod est mistum mero Apoc. 14. Prædestinatus licet quandoque sub peccato sit, adhuc retinet characterem Christi, aliquid boni in eo reperies, aliqualem timorem Dei. Hic est Christi character. Sicut nobilis quispiam dum successu infelici est in officio infimo, adhuc nescio quid nobilitatis in vultu ipso præferret, ut dicat videns eum; non tã villis est hic, ut apparet: sic prædestinatus cum adhuc peccato seruit, multum habet boni; est misericors, timēs Deum. Sic Dauid peccator iustitiam seruat, dicens, puniendū eum, qui ouem tulit. Basil. Licet peccator, sed Dauid erat. Contra aliqui reprobi, etiam cum iusti sunt aliquando, aliquid præferunt mali. Sicut infimus de plebe licet ferico opertus sit, dices; Hic infimus de plebe est. Sic Iudas etiā cum Apostolis versans, audit; Vnus ex vobis diabolus est. Non times iudicium? characterem bestię habes. Bibes de vino iræ Dei, quod est mistum mero. Merum, mero infusum, culpa pœnæ mixta est: quis potum similem bibere poterit?

Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, er omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. En impletum illud Pro uerbiorum. 30. Nobilis in portis vir eius, quando feditur cū Senatoribus terræ. Vir Ecclesię Christus Dominus. De quo viro Pau. Despondi vos vni viro. Veniēs ad iudicium dicitur esse in portis. Moris enim fuit antiquis, in portis ciuitatis iudicia exercere, ut patet in libro Ruth, & alibi sæpè. Cum ergo in portis fuerit, id est, iudicans mundum, tunc nobilis apparebit. Hic est homo ille nobilis, qui abiit in regionē longinquā accipere sibi regnum, & reuerti ad iudicium: primo aduentu ignobilis

Hebr. 10.  
Genes. 42.

Hiere. 3.

Apoc. 14.

Simile.

2. Reg. 12.

Basil.  
Simile.

Ioan. 6.

Prouer. 30.

2. Cor. 11.

Ruth. 2.

Luc. 19.

vifus

visus est, & despectus, sed secundo illustrissimus in maiestate A  
sua. Sed quàm facile potestatem, & maiestatem ostendet? Qui,  
quod illi difficile erat, paruitatem, scilicet, & deiectione ostendit  
dere, tam exactè tamen præstitit, quod ei est facillimum, & in  
natura insitum, quomodo ostendet? Primo aduentu venit mu-  
tato habitu, & sine strepitu, vnde paucis notus est. In propria  
venit, & sui eum non receperunt. Sed quomodo reciperent su-  
perbi humilem? auari inopem? ambitiosi non quærentem glo-  
riam suam, sed patris? Sed secundo aduentu Deus noster mani-  
festè veniet, Deus noster & non silebit: nõ enim sicut ante He-  
rodem, & Pilatũ obmutescet. Primo instar faciei hominis, se-  
cundo faciei leonis fuit. Primo aduentu venit ignem peccati  
extinguere, quem vt extingueret, tantam effudit aquam in di-  
luuio, nec tamen extinctus est. Post effudit in idem aquã præ-  
dicationis Prophetarum, de qua Psal. Tenebrosa aqua in nubi-  
bus aeris, id est obscura scientia in Prophetis, ait Grego. nec ta-  
men extinctus est. Et tandem descendit ad hoc ipse, & descen-  
dit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super ter-  
ram: & ad hunc extinguendum ignem dedit aquam de cõtrina  
suã, gratiã suã: & tandem ex eius latere sanguis & aqua pro-  
fluxit. Sed sicut cum descendit aqua in vellus, descendit mol-  
liter: sic primo aduentu sine strepitu venit: sed secundo veniet  
igné accendere, vt omnes peccatores consumat. Sic videt Da-  
niel, fluuius igneus, rapidusque egrediebatur de ore Dei, Alt-  
tissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis. Primo  
aduentu veniens, vt pacem ponat, nascitur pacis tempore, &  
nuncios pacis mittens, qui pacem nuntient. Secundo horribi-  
li tuba, quia bellum indicturus mundo, quo igne, & sangui-  
ne omnia vastanda. Iob. 4. Memento belli, nec vltra addas  
loqui.

Sed ais; Quid mihi timenda hæc dies, quam non videbo,  
nec verò eius signa? Et postquam singulari iudicio in morte  
iudicatus fuero, nihil noui est in vniuersali? Respondetur hoc  
tibi à dæmone suggeri, vt à corde tuo tollat timorem diei hu-  
ius. An non hoc Prophetæ nouerunt, & sancti, quibus tamen  
tantus huius diei inerat timor? An non hoc nouerat Hiere-  
mias? qui dicit, Sedebam solus, quia cõminatione replesti me?

An

**A** An non hoc Hieronymus, in cuius auribus tuba iudicij sem-  
per resonabat? An non hoc omnes Prophetæ, & Iob, qui tre-  
mentes de hac die loquuntur. Sed quæ dies illa habet super iu-  
diciũ mortis? Primum erit terribilis aduentus Christi, eius  
ira, indignatio, & increpatio omni inferno acerbior, & durior.  
In increpatione mea desertum faciam mare, ponã flumina in  
siccum, computrescent pisces sine aqua, induam cælos tene-  
bris, & saccum ponam operimentum eorum. Quod timebat  
Psal. Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ  
tuæ. Phrasıs Hebraica hæc est, rectè que Hispanè exprimes. (de  
tu espantoso bufido.) Secundũ, illa reuelatio publica peccato-  
rum, & confusio coram vniuerso mũdo. Arguam te, & statuã  
contra faciẽ tuam, vbi ab omni mundo peccator erit exhibilan-  
dus. Duplex est peccati facies, pulchra, & deformis, attẽdis mo-  
do pulchram, delectationem, scilicet, & conuersionem ad crea-  
turam: deformem verò, quæ est Dei offensa, nõ vides nunc. Vi-  
debis tunc fediissimam feditatem. August. in confes. Posueram  
me: Domine ad scapulas meas, vt me non viderem, & tu me po-  
nebas coram facie mea, vt me videns corrigerem, vt diceretur  
de me, peccatum meum contra me est semper. Grandis miseri-  
cordia hæc, sed infelix ille, & lachrymis sanguineis deploran-  
dus, cui peccatum suum in æternum erit cõtra faciem, vt illud  
semper videre cogatur, cui dicitur; Statuam cõtra faciem tuã.  
Basil. Sicut pictor in officina sua pingit, quæ volet; sic modo  
anima intra corpus consistens, pingit ea, quæ vult, & si monstrũ  
depinxit, potest illud delinire, & melius aliquid pingere. Sed  
tunc apparebit omnis pictura, quasi altare integrum fabricasti  
per. 60. annos abominationibus, & idolorum imaginibus ple-  
nũ, quæ maximè apparebunt, & iudicabuntur propter pulcher-  
rimas aliorum imagines, quæ simul videbuntur, quæ erit im-  
munditia tua, cum coram virginum puritate cõspiciatur? Quæ  
infirmas, & imbecillitas tua, cum coram martyrum fortitu-  
dine appareat? Qualis tua vita apparebit, cum comparata fue-  
rit sanctorum vitæ? Vtique regina Austri surget in iudicio con-  
tra te. Niniuitæ te condemnabunt, tunc ergo voce præconis  
clamabitur, & omnibus ostendetur impura vita tua, & dicitur:  
Hoc iustum iudiciũ Dei contra hunc hominem, qui scelera  
sua

Iob. 1.

Psal. 49.

Gene. 6.

Psal. 17.

Grego.

Psal. 71.

Dan. 7.

Psal. 17.

Iob. 4.

Hier. 15.

Hier.

Esa. 50.

Psal. 17.

Psal. 49.

August.

Psal. 50.

Basil.

Simile.

Luc. 11.



Apoc. 18.

Iob. 31.

1. Pet. 4.

simile.

1. Cor. 13.

Mal. 3.

sua ab oculis Dei abscondere voluit, omnibus Deus modo ostendit, vt ab omnibus reputetur, qualis est, ostenditur vobis dæmonibus, vt iuxta mensuram delicti, sit & plagarum modus, & quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Ostenditur vobis hominibus, vt eum semper irrideatis, & contemnatis. Ostenditur tibi, vt semper confundaris, & oculos leuare non possis. Hæc tu non pænes? Securus es, nondum audita sententia? Attonitum te esse oporteret. Dic mihi, nosti te aliquando peccasse mortaliter? Noui, & hoc certo scio, ergo nosti te damnatum in infernum? Noui. Nosti te liberum ab hac sententia? Non noui. Quomodo ergo securus es? Necdum factum iudicium est, & tu securus es? Mente sanè carere videris, quam si haberes, tremebundus diceres; Infernus mihi paratus est, quid faciam? Quid faciam, cum surrexerit ad iudicandum Deus, Iob loquitur, & cum interrogauerit, quid respondebo ei? Doceat hæc nos Deus, & loquatur ipse in cordibus nostris. Audi væcors, iustus vix tunc saluabitur, impius, & peccator ibi parebunt? Dum vix iustus sit securus, an non dices, quando permundet aream suam, num triticum, aut palea erò? ouis, an hædus? Quando diuinus ille ignis omnium hominum confluet opera, qualia apparebunt mea? Contingit in fornace æris multum mitti, & omne in fenum, vel scoriam vertitur, & argenti, vel auri parum relinquitur. Saluus, inquit Paulus, erit, sic tamen quasi per ignem. O quot opera, quot vota, quot episcopalia insignia, quot sacerdotalia, & religiosa, quot deuota opera, & orationes igne examinata nihil esse ostendentur, sed vana omnino, & in mundi vanitatem, quæ quasi fumus quidam est, redacta. An non hoc nobis timendum? Sedebit Dominus quasi ignis conflans, & quasi herba fulorum, & sedebit conflans, & emundans argentum, & colabit filios Leui?

Tunc separabit oues ab hædis. Separati erant ab æterno in diuina prædestinatione, sed in mundo permixti erant, vt oues cum hædis, vt palea cum tritico in area, vt pisces in reti propter exercitium bonorum. Sed iam accepit ventilabrum, & permundauit aream suam, & triticum à palea separauit. Videbunt

bunt impij iustos maxima inuidia, & incredibili dolore, ac timore simul afficientur. Sap. 5. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, videntes, turbabuntur timore horribili. Ecce manus Iacob in crucem versas. En septem spicas macilentas deuorantes pingues. Modo impij bonorum societate consistunt, vt palea tritico, quia iusti pro impijs orant, sed cum triticum à palea discesserit, deseruiet palea dentibus bestiarum, & igni. Dentes bestiarum mittam in eos, nec iustus pro impio interpellabit: imò lætabitur iustus, cum viderit vindictam, & quemadmodum exercitus circundans ciuitatem, rogat ea, quæ pacis sunt, sed si pacem recipere nolunt, eam igne, sanguineque fuso vastat; ita modo sancti concionibus, orationibus, exemplis impios monent, vt Deo reconciliantur. Obsecramus pro Christo reconciliamini Deo. Si pacem recipere non vis, tunc gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus.

Separatæ ergo cum fuerint oues ab hædis, glorificatū erit corpus Christi mysticum, & purum omnino aurum apparebit, separatis zizanijs à tritico. Modo permixti sunt malis boni, nescimus, quis bonus, quisve malus: tunc separabuntur, & boni clari erunt. Augustinus in Ioan. notat illa verba Christi; Nunc clarificatus est filius hominis. Quæ verba Christus dixit, cum Iudas exisset iam è cænaculo, & soli iusti cum eo manerent: quasi dicat; iam scoria omnis recessit, purum māsit aurum. Tunc ergo omni malo separato, puritas, & claritas iustorum apparebit maximè.

Tunc dicet ijs, qui à dextris sunt, &c. De hac sententia mirabiliter Psalm. 61. Semel locutus est Deus. Duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu red des vnicique secundum opera sua. Vnicum locutus est verbū Deus: non verbosus est, sed vno verbo contentus, vel quia vnicum verbum ab æterno produxit, vel quia femel, id est, irreuocabile verbum exterius dixit, iudicium, scilicet, futurum hominum, nec est in eo, est, & non, sed est semper. Cælum enim, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Sed hoc vnicum verbum ex duplici sententia constat, iustitia, & misericordia, iustitia malis, misericordia bonis. Venite benedi-

Matth. 3.  
Sap. 5.Gene. 48.  
Gene. 41.Danie. 3.  
Simile.

2. Cor. 5.

Psalm. 149.

Augustin.  
Ioan. 12.

Psalm. 61.

Luc. 21.

Rom. 9.

benedicti, ite maledicti, quia vniciquē dabit secundum opera sua. Quod explicat Rom. 9. Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Duo vatorum genera ostendit, Vtraque apta, id est, capacia fati, sed hæc, vt misericordiam suscipiant, illa iram. In hac vita mali in animam suam mittunt peccati venenum, quo in mortem parantur æternam, & quo plura peccata, eò magis dilatantur, vt iram Dei percipere valeant maiorem. Contra iusti virtutibus se ornant, & quo maiori dilatantur charitate, eo abundantior rem parati sunt recipere misericordiam. Vtrumque vas implendum est in iudicio, sed hoc misericordia, illud ira. Hæ sunt duæ manus tenentes mirum illum Salomonis thronum. 3. Regum. 12. Sed fœlicissimi illi, qui vt vasa misericordiæ ad dexteram collocandi sunt, in quibus omnes diuitias gloriæ suæ effundet Deus, in quibus vt Paulus dicit, ostendet Deus diuitias gloriæ suæ. Sicut enim fecit Assuerus conuiuium, vt ostenderet diuitias, & gloriam regni sui: sic beatis simile exhibebit Deus conuiuium, vt suam ostendat magnitudinem. Sed qualis illa gloria, in qua ostensus est Deus immensam potentiam suam, qualis celsitudo eorum, in quorum sublimitate infinitam suam potentiam Deus declarabit? Infœlicissimi illi, qui ad sinistram collocandi, in quibus infinita Dei potestas ira, & vindicta ostendend. Cùm ostendere Deus velit, quantum potest mali inferre, quantum mali inferet?

Apo. 12.

Exod. 13.

Hoc ergo hunc diem magnum, & insignem reddet. Sic enim omnes Prophetæ vocant magnum hunc diem Domini: erit enim finis omnium temporum, & æternitatis initium. Apocalyp. 12. Iurauit Angelus per Viuentem in sæcula, quia tempus non erit amplius. Illo die incipiunt integra malorum tormenta, & bonorum præmia. Exod. 13. Mementote diei huius, in quo egressi estis ex Aegypto, & de domo seruitutis. Hoc die Israel exijt è tenebris Aegyp̄ti, & seruitute dura, quia exeunt corpora de sepulchris: & omne lamentum, & gloriam non erit, sed fugiet gemitus ab eis. Contra, hoc die Aegyp̄tij omnes pereunt descendentes in profundum, quasi lapis.

**A** lapis. Hoc die numerus bonorum completur, quem tot sæculis Deus expectauit, & propter quos, malos diu sustinuit. Hoc die omnis bonorum labor finiendus, & linea vltima dolori apponitur: Cõtra omnis malorum voluptas finitur. Hoc die iustis merendi tempus clauditur, contra peccatoribus aufertur pœnitendi remedium, vt in æternum ad Dei misericordiam iam peruenire non possint. Hunc diem perpetuò boni memorabuntur, eum benedicentes, quòd omnium bonorum eis fuerit principium. Contra mali eum memorabuntur, & maledicent, quòd omnium malorum eis extitit principium, nec vnquam Iob, & Hieremias tantum maledixere diem conceptionis, ac mali diē istum. Eisque in hac memoria continget, quod tauro exagitato virgis, qui vertitur sæpe ad viam, qua intrauit forum, & magis ibi virgis nouis configitur. Sic damnati hunc diem memorantur, magisque, ac magis eius memoria fatigantur. Dies ergo in æternum memorandus à bonis, & malis dies est magnus. 1. Esd. 3. In die restorationis templi alij gaudent, alij tristantur. Hic dies restorationis mundi hos gaudere, illos flere compellet. Hic etiam est dies, in quem tandem omnis diuina promissio respicit, in quo etiam implètur similiter omnes Dei minæ, crebræ iactantur querelæ in Dei tribunali contra peccatores loquitur Psalm. Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum; vincta sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. Quod etiam Apoc. 6. animæ clamant interfectorum: sanguis Abel clamat, clamor Sodomorum ascendit. Et de Babylone dicitur, peruenit ad cœlum iudicium eius. Omnium horum extrema sententia huic diei referuata est. Innumera etiam bona iustis promissa sunt, corpus, & animam respicientia, omnia hoc die implenda sunt. Magnus profecto dies, in quo tam magna perficienda.

Sed quæ bona in bonis, quæ mala in malis inuenta sunt, vt his mala tanta, illis bona innumera sint conferenda? Esuriui enim &c. Agust. Tomo. 10. Ser. 1. de Septuag. Vide, quantum excellit charitas, & elemosyna: hanc solam nominat Christus in iudicio, & quasi omnia iustorum bona oblitus esset, ait. Venite benedicti. Esuriui enim &c. Et quasi omnia iniquorum ma-

Primus Tom.

B b

la

Simile.

1. Esd. 3.

Psalm. 78.

Apo. 6.

Gen. 4.

Gen. 18.

August

Eccles. 3.  
Eccles. 25.  
Dan. 4.

la alia oblitus, dicit: Ite maledicti, esuriui enim, & nō dedistis mihi manducare. Horū ratio est, ait Augu. Scriptum est Eccles. 3. Si cut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Et Eccle. 25. Include eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te. Et Dani. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Ideo iustis dicitur: Venite benedicti. Quasi dicat: Difficile est: si vos iudicē, & scruter diligenter facta vestra, non inueniam, vnde vos damnem, sed ite in regnum, quia eleemosynam dedistis, nō itis quia non peccastis, sed quia vestra peccata eleemosynis redemistis. Rursus, ite maledicti. Illi quidem conscientia propria conuicti respōdere nō possunt, quia intuetur plurima crimina sua, sed quasi illis dicit, nō inde dānamini, vnde putatis, sed quia esuriui, & non dedistis mihi, &c. Si enim à peccatis vestris conuersi, illa eleemosynis redemissetis, ipsæ eleemosynæ modo liberarent vos. Nam beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Modo verò iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam. Iacō. 2. Date ergo panem terrenum, & pulsate ad cœlestem, Dominus enim panis est: Ego sum panis viuus. Eget ad te alter, eges tu ad alterum: ille ad egentem eget, fac quod circate fiat: ille in se bonorum nostrorum non eget, quia Deus, sed vt dicere posses, quod alteri amico, da mihi hoc, quia ego dedi tibi illud. Voluit Deus egere in paupere, vt illi dando repetere posses, quia Deo in paupere dedisti. Mutat qui dem pœnitentia hominem, sed nec ipsa videtur perfecta, & pro futura, si ab operibus misericordiæ fuerit sterilis. Ideo Luc. 3. facite fractus dignos pœnitentiæ. Omnis arbor, quæ nō facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Quisquis hunc fructum nō dat, pœnitentiam habet sterilem, sed quod hic fructus sit eleemosyna, continuò ostendit, nam continuò interrogatus Ioānes, quid faciemus? ait: Qui habet duas tunicas, det vnā non habenti, & qui habet escas, similiter faciat. Hoc ergo est, quod ante dixerat: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonū, excidetur, quod maledicti audituri sunt: Esuriui, & nō dedistis mihi manducare &c. Hæc Augu. vbi supra. Solos ergo istos, in iudicio filios agnoscet, qui ei similes fuerint ingenio, sed quod Christi ingenium, quæ natiua conditio? Vtique misericordia, diues dicitur in misericordia Deus, cui proprium est miseri.

Ideo,

**A** Ideo, estote misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est. Filius enim præclari præclarus, nobilis, nobilis esse debet. Sed si hoc non te mouet, & commodum solum hic intue ris, quasi mercenarius, nec merces tibi deerit misericordi. Vis salutem corporis? Cura infirmum, & accipies salutem à Domino. Non audisti: Est qui rapit aliena, & semper in egestate est, est, qui dat propria, & abundat? Vis omni infirmitati, & omni malo remedium præsentaneum? Date, & dabitur vobis. Cura mala aliorum subleuare, subleuauit Deus tua: qua mensura mē si fueritis, remetietur vobis. Hoc fuit Helisei consilium, vt debita soluerentur. Quid habes in domo? parum olei. Oleum est tibi, remedium non deerit, est tibi misericordia in alios, erit tibi misericordia, & remedium omni malo tuo. Mitte in vasa vacua, in pauperes scilicet, Deus tibi præsto erit. Ideo dicit Paulus: Pietas ad omnia utilis, promissionem habens huius vitæ, quæ nunc est, & futuræ, Audite verbum hoc, & animo retinete. Sine labore nullus in hac vita relinquendus est. Qui alienis malis affligitur, & commiseretur, fatis mali habet. Dicit Deus: Non illum oneremus laboribus proprijs, fatis habet oneris in alienis, qui alienum malum non curat, nec respicit, oneretur proprijs, vt in se sentiat, quod in alijs sentire non vult. Non est in Galeno, aut Hippocrate similis medicina infirmitati adinuenta, ac eleemosyna. Sed his qui cōmoda propria curant, paruum hucusque dedimus commodum, ad damus maius. Quod tibi interius malum est? Quo dolore, qua infirmitate affligeris? peccatis animæ, vis curari? esto misericors. Sic Dani. consilium meum tibi placeat, peccata tua eleemosynis redime, quia sicut aqua extinguit ignem: sic eleemosyna resistit peccatis. Vis non deserui à Deo, vt in peccata incidas? Eleemosyna resistit peccatis. Accipite, inquit Christus iustis, regnum. Sed quod regnum? Vtique misericordiæ: qui coronat te in misericordia, & miserationibus, & sic promittitur misericordibus. Esuriui, & dedistis mihi manducare. Sed pro tam paruo cibo tale regnum? Quis hoc crederet, ni Christus assereret? Vbi nam omnia nostra profundenda? Quod nobis aliud negotiū ineundū? aut quid vtili? cōmerciū? Quomodo nō omnia nostra huc cōferim?

Bb 2

quo-

Luc. 6.

Prouer. 11.

Matth. 7.

4. Reg. 2.

1. Tim. 4.

Danic 4.

Eccles. 3.

Psalm. 102.

Matt. 5.

Iaco. 2.  
Iaan. 6.

Eph. 2.

Eph. 2.

Grego.

quomodo nos non vendimus, vt de Paulino dicit Grego. vt tāta lucremur

Iacob. 2.

August.

Locuti sumus filijs, & mercenarijs, loquamur seruis, qui nil faciunt, nisi timore supplicij. Timor iudicij, & inferi te abstrahit à sceleribus? moueat te idem, vt misericordiam facias. Audi Iudicium sine misericordia ait Iacobus, ei qui non facit misericordiam. Et iustus illo die indiget misericordia, vt liber exeat, quid nō indigeat peccator? Aug. Vx & laudabili vitæ, si remota misericordia iudicetur. An nō vx iniustæ vitæ, si sine misericordia fuerit iudicata? Dicis, misericors est Deus. Est certè, sed misericordi. Qualis fuisi proximo, talis erit Deus tibi. Iudicium, quem damnas? immaifericordem. Inferne quem crucias? eundē.

Ambro.

Ambro. Omnis disciplina Christi misericordia est. Ne dicas: Non video pauperes. Ob hoc enim in iudicio impij damnantur, qui dicunt: Quando te vidimus egentem, & non pauimus?

Lucæ. 1.

1. Reg. 25.

Ideo quære pauperes, quos cum videris, noli pertransire, vt leuita, & sacerdos, sed esto, vt Samaritanus. Petit Dauid à Nabal cibaria, nec dare voluit, moritur continuo induratus. Dat Abigail, & sumitur in vxorem, reginaque facta est pro exiguo cibo. Sic Deus regno munerat eleemosynam. Cibasti Deum? Suscipe eius benedictionem: Venite benedicti, possidate regnū. Ecce primogeniti hæreditatem. Sic actum cum Iacob. Cibat patrem, & potat eum, & odoratus vestime ntorū ipsius fragrantia benedicit eum, & primogenitum eum constituit. Sic Christus,

Genes. 27.

Iosue. 6.

Luc. 11.

ait: Cibasti, & potasti me, redolent virtutes in te, benedicam te omni benedictione, in cœlestibus. Aristis cooperuit Raab exploratores Iosue, & liberatur à vastitate Ierico. Vis liberari à mundi interitū in iudicio? aristis pauperes operi. Hinc Christus Dominus: Quod superest, date eleemosynam, aristæ enim ex li no supersunt. Vis Deo inueniri gratus? esto misericors. Maxima in nos vsus est Deus indulgentia, vicarios sui efficiens pauperes. Augu. Serm. 26. de verbis Domini: Susceptus est Dominus tanquam hospes à Martha, Qui in sua venit, & sui eum nō receperunt, sed quotquot receperunt eum, dedit eis potestaté filios Dei fieri, adoptans seruos, & liberos faciēs, ne quis tamen vestrū forsità dicat: O beati, qui Christū suscipere in domū propria. Noli dolere, quia tēporibus natus es, quādo iā Dñm nō vi

des

A

des in carne, nō tibi abstulit ista dignatione. Cū vni inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Dedisti tua propter me, accipe me ipsum in tuum. Non ero ego minor in retribuendo, quā tu in dando, accipe integrum regnum pro exiguo cibo, & regnum tale, bonā tanta, quæ nec in cor hominis ascenderunt. Solue appetitū tuū, desideret, quantū potest, & omne hoc dabitur ei, & multò plura, multò maiora dabit, quā tu possis petere aut desiderare. Appetit⁹ tuus nascitur ex miseria tua, donaq; dabit Deus ex eius larga misericordia, quæ infinito maior est miseria nostra. Tūc ait Esai. videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuū. O tūc, respōdens nūc præsentī, tūc æternū nūc tēporali, imo instantaneo, videbis, nec loquor, quid sit, quod vi debis, quia ineffabile est. Videbis, quod hic credidisti, & sperasti, afflues omni ex parte, diues nullo indigens, mirabitur, quod tam parua re tam maximam emeris. Dilatabitur cor tuum, vt Deum suscipere possis, nisi enim lumine gloriæ dilataretur, Deum suscipere non posset. &c.

Matth. 25.

Esai. 50.

## Feria Quarta post Dominicā Primam Quadragesimæ.

*Viri Ninivite surgent in iudicio.* Matth. 12

C



Ccedunt hodie pharisæi ad Christum Dominū, & signum petunt, quod Luc. 11. ait, signum de cœlo esse, quale fuit Manna, vel solem fistere, vel retrocedere, aut ignem descendere. Christus vero grauitur eos obiurgat dicēs: Generatio praua, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signū Ionæ. Dicit eos prauos voluntate, adulteros intellectu, quia vero sponso Messia non adhærebant. Sed quomodo solum, si gnum Ionæ datum est eis, cum alia multa præstiterit? Quidam dicunt, non his datum esse signum, sed alijs, quia in aliorum vti

Luc. 11.

litat em illa facta sunt miracula. Alij dicunt, Non dabitur ei signum, scilicet, quale petunt, de cœlo scilicet, sed dabitur ei signum Ionæ, quod signum cœleste est. Sensus est: Sæpe ante petitis signum à me maximum, & dedi vobis signum mortis, & resurrectionis meæ. Ioan. secundo. idem vobis modo constituo signum. Tunc enim videbitis signa de cœlo multa, solem scilicet obscurari, monumenta aperiri, mortuos surgere, tunc eum exaltaueritis filium hominis, scietis, quia ego sum. Hoc ergo sibi volunt verba Christi, generatio praua signum de cœlo petit, sed ei hoc non conceditur, nisi in morte mea, & resurrectione. Tunc enim dabitur mundo maximum signum, & his etiam prauis dabitur cœleste signum, quale petunt, & illud Ionæ signum præcipuum est, quod semel, & bis, & tertio promisi, nec ei simile reperiri potest. En iratum Christum contra signum petentes, videmus amen à sanctis sæpe signa petita fuisse, contra quos iratus non est. Exod. quarto. Petit Moyses signa, quibus ei fides detur, & tria accipit signa. Dicunt ergo hi Christo, sicut Moyse: Data est à Deo virga, qua mirabilia operaretur, vt ostenderet se à Deo missum. Sic modo tu ostende virgam virtutis tuæ, vt credaris à Deo missus. Præterea Iudic. sexto dicenti Angelo ad Gedeonem, quod populum liberaret, respondit Gedeon: Si inueni gratiam coram te, da mihi signum, quod tu sis, qui loqueris ad me. Et datum est ei, & postea ante pugnam duo signa petijt in vellere, & rore, quæ Dominus libenser dedit. Et quarto Regū vigesimo petit Ezechias signum salutis suæ: Quod erit signum, quia Dominus me sanabit? Daturque ei in sole signum. Similia multa in scriptura sunt. Quid quod Acab signum non petenti, imò reuerti signum datur. Pete tibi signum à Dño Deo tuo &c. Et nolenti dicitur: Ecce dabit Dominus ipse vobis signum. Esa. 7. Quomodo ergo nunc irascitur petentibus signum?

Respondetur: Si manifestè videremus Deum nobis loqui, nullo signo indigeremus ad credenda ab eo proposita. Constat enim illum summam esse veritatem, sed quia id perspicue non apparet, consuevit Dominus signa dare, quibus id deprehendatur. Irascitur tamen contra proteruos, qui pluribus signis visis non credunt. Sic iratus est in Pharaonem, quod tot

visis

**A** visis signis fidem non præstiterit. Sic nunc irascitur in hos, qui plura viderant signa, & tunc perpexerant dæmoniacum à potestate dæmonis ereptum, & cum mutus esset, loquentem. Et tunc ait Matthæ. Signum quærunt. Chrysostr. Admiranter dicit Euangelista tunc, cum manifestum viderant miraculum, & cum similia multa vidissent, de quibus Dominus: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, &c. Erat iam insignis proteruia non credere. Vnde ait, Signum non dabitur ei. In quo se habet vt prudens medicus, qui pretiosam habens medicinam, si profutura sit, eam effundit, alias eam seruat. Ideo dæmoni petenti: Si filius Dei es, dic &c. nõ annuit, quia malum eius insanabile est. Sic nouit scribis, & Phariseis signa non profutura: imò nocitura. Quod enim ex signis datis colligunt, illud est, Quid faciamus, quia hic homo multa signa facit. Occidamus ergo illum. Similiter petentibus signum descensus de cruce non datur, quia non profuturum, vt ostendit Augustin. cum maiori miraculo resurrectionis non crediderint. Hinc Psalmus in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Augustinus. Salices sine fructu peccatores sunt, quia simul inutiles facti sunt, vt Psalmus ait. Hi in ciuitate Babylonis versantur, cuius sunt ciues. Sed quidam eorum in finibus sunt Babylonis, qui, scilicet, ex ignorantia, vel passione peccant, at qui ex malitia in medio eius sunt in profundo malorum, in corde Babylonis. Organa verò, & musica instrumenta sunt opera mira, & doctrina cœlestis, hæc dentur peccatoribus, sed non ijs, qui malitia peccant. His obmutescat organum. Ezechielis tertio. Eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Sic Christus cœlestem musicam dat Samaritanæ, & Magdalenæ ex infirmitate peccantibus, & Paulo, qui ignorans fecit, at coram Herode tacet, & nunc ait: Signum non dabitur ei, quia hi malitia peccant.

*Nisi signum Ionæ prophete.* Hoc signum omni peccatori datur sufficiens quemlibet conuertere, & petras etiam scindere, vt in passione factum est. Petunt Pharisei, & scribæ cœleste signum, & omnis homo diuini amoris, prouidentia: quæ signum cœleste videre cupit. Audiamus signum hoc, quod

Bb 4

amon

Ioan. 2.

Ioan. 8.

Exod. 4.

Iud. 6.

4. Reg. 20.

Esa. 7.

Exod. 10.

Chrysostr.

Ioan. 5.

Simile.

Matth. 48

Ioan. 11.

Matth. 27.

August.

Psalm. 126.

Psalm. 130.

Ezech. 38

Ioan. 4.

Luc. 7.

Matth. 27.

Esa. 55.

2. Cor. 5.

simil.

amor diuinus omnibus dedit supremum, & quo maius dari non potuit. De quo Esaias. Et erit Dominus nominatus in signum, quod non auferetur. Sed ponderemus signum hoc, quod vim quodam modo cordi infert, si bene consideretur, teste Paulo, Charitas Christi vrget nos æstimantes hoc, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est. Immensa verò Dei in nos charitas, hoc in opere apparuit, quæ verè vrget nos, quam vt explicemus, & ob oculos vestros proponamus, hoc exemplo id præstabitur. Est Regi consummatus filius, omni ornatus virtute, vnicusque eius hæres, est item Regi seruus nequam. Hic cogitauit occidere Regem, ingressuque eius aulam, Regem impetit, at Rex se incolumem seruauit, seruus verò se forsan vulnere affecit, cum Regem vulnerare vellet: morietur sine dubio seruus, vel vulnere à se inflicto, nisi curetur. Quid tam perfido faciendum seruo est, quod tantæ proditiõis supplicium? Ait Rex: Viuat seruus hic, medeantur illi. medici vniuersi. Diceremus Regi: Dignus quidem iste est supplicij acerbissimis: sed si illa inferre non vis, saltem relinque eum, moriatur vulnere à se accepto. Rex ait: Viuat omnino, & curetur. Vocantur medici, ac chirurgi, veniunt, dicuntque Regi, plura esse remedia, quibus facile salutem recuperabit. Sed Rex ait: Non solum volo vitam, sanitatemque serui, sed vt optima medicina, conuenientissimaque curetur, vt nec vulneris in eo appareat cicatrix. Sicut medici, vnica ad hoc medicina est. Et Rex, quæ nam illa. Est vtique, sed stulta, sed dictu, & cogitatu etiam indigna, & aliena: si enim filius vnicus tuus occideretur, & vniuersus eius sanguis balneo infunderetur, seruusque eo sanguine vsus, vt balneo fuerit, perfectissimè saluti restituetur. Sed hæc medicina necessaria non est, aliæ enim satis sunt, est verò hæc omnium conuenientissima, aptissimaque. Si Rex, filiusque diceret, viuat seruus, curetur, non alia quam conuenientissima hac medicina, & pater in mortem filium daret, & filius se traderet occidendum, vt seruus viueret, an non stupendus hic amor, esset? an non præ amore dementatos diceres Regem, & filium eius, qui talem medicinam seruo præstant nequam. **O inæstimabilis in nos diuina dilectio! vt seruum redimeres, filium**

Alium tradidisti. An non Christus filius, homo seruus & seruus nequam: qui cum peccauit, proditiõem excogitauit, qua Deum interficeret, eo enim peccato natura sua tendit, quod offensa in Deum est? Eo ens peccatoris dirigebatur, vt Deum transfo-deret, sed Deum non læsit, nec enim lædi poterat. **Altissimum** posuisti refugium tuum, non accedet ad te manum, sibi vulnus inflixit peccator, & vulnus lethale, excogitandi erant noui cruciatus, vt seruus hic proditor interiret. At excogitauit Deus nouas misericordias, vt viueret. Nolo, inquit, mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & uiuat. Ego veni, vt vitam habeant, & vt abundantius habeant. Multæ erant medicinæ, quibus ægrotus hic poterat saluti restitui. Potuit enim Deus offensam condonare, potuit alia etiam imperfecta satisfactiõne accepta contentus esse: sed optimo omnium modo voluit nos curari summa misericordia, summa iustitia. Quia ergo conuenientissima medicina fuit Christi mors, & sanguinis eius balneum, quod sacramenti ad hunc effectum continetur, se in mortem pro nobis tradidit. Dic obsecro, quale hoc signum amoris. An non videtur Deus dementatus amore nostri? Pulchrè philosophi antiqui dixerunt, nec Dijs concedi amare, & sapere. Verè tantus hic apparuit mundo amor, vt iudicatus sit stultitia. Prædicans, ait Paul. Christum crucifixum Iudæis scandalum, gentibus stultitiam. Nimia enim hæc charitas est. Vnde Paul. Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus: omnia fecisti in pòdere numero & mèsura Domine: sed omnem mensuram excedit passio, & amor. Plantasti Domine vineam quasi alter Noe, & tantum hausisti vinum, vt nudus iaceas in tabernaculo crucis. Hieremiæ vigesimotertio loquitur Dominus, Factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino. O homo qui signum quæris diuini in te amoris, potuisti signum simile desiderare? O vel ferreus peccator, tanto amore non leniris? tanto beneficio non frangeris? Verè tam in gens hæc charitas est, vt si Deus seruus tuus esset, & tu Rex, hoc facto te deuinxerat, vt Regem eum faceres, & tu seruus eius fieres. Dicit Iosephus primo antiquit. Malleus, & omne ferramentum non sunt audita in templo Salomonis, quia sapientia sua inuenit vermem, cuius sanguine petriæ excide-

Psalm. 118.

Ioan. 1.

1. Corin. 1.  
Ephes. 2.

Genes. 9.

Hier. 23.

Iosephus.

bantur, pro vt artifex volebat. Quando sanguis Christi, qui ait, **A** Vermis sum, & non homo, tibi applicatur, etiam si lapis sis, frangi debes: hoc enim Christi sanguine lapides excinduntur, ex quibus cœlestis illa Hierusalem ædificatur, vt ciuitas. Charitas hæc Christi vrget nos. Multo hi pleni sunt, dicunt quidã. Quid enim faciat homo Deum præ amore ebrum videns, nisi amore inebriari stultitiam Christi crucis imitari? Sic ille, nos stulti propter Christum, nos ignobiles. Aliud ergo signum nulli expectandum iam restat, vltimum enim quod dari nobis potuit, datum est in Christi morte.

Ex quibus contra nos sequitur manifestè, quod Christus subinfert. *Viri Niniue surgent in iudicio &c.* Historia mirabilis Ionæ est, quam in exemplum hodie Christus proponit, ideoq; nobis est exponenda?

Fuit Niniue opulētissima ciuitas, itinere trium dierum, Assyriorum regni caput: in eaque regnabat tunc Sardanapalus vltimus Rex Assyriorū, & qualis princeps, rectorque ciuitatis, tales & inhabitantes, in ea, fuit enim Imperator ille omni luxu deditus, perditissimusque. Primò ergo considerandum est, in gaudio esse ciuitatem illam in conuiujs, & omni denique voluptate, securam se esse putans, nullum timens inimicum, Dominus tamen aduocat prophetam, & cōtra eam sententiã mortis pronunciat, quia iniquitas in illa est. Sic monet Tobias suos ab ea exire. Scio enim, ait, quòd iniquitas eius finem dabit ei, quam diuersæ cogitationes Dei, & habitatorum Niniue, hi in omni gaudio, festisque versantur, Deus verò eos interimere cogitat. Sic enim contigit mundo, cūm aquis diluuij, ob-  
 C  
 rutus est, cūm illi securos se crederent. Sic contigit quinque ciuitatibus igne absumptis, in delicijs versabantur: Deus verò cum Angelis, & illi cum Abrahamo, de earum loquuntur desolatione. Sic ornatur Iezabel in ingressum Iesu, & ille eius meditabatur interitum. Sic Balthasar in lauto erat conuiuio, sed manus sententiam mortis in eum scribit. Gaudent ad sonitus organi, & in pūcto ad inferna descendunt, ad huc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Letatur passer viridi in arbore, dulciter canit, nec videt venientem aucupem, qui arcum tetēdit, in eoque sagittam ponit, vt illum

**Act. 2.**  
**I. Cor. 4.**

**Tob. 14.**

**Gene. 6.**

**Gene. 19.**

**3. Rex. 9.**

**Dan. 5.**

**Iob. 21.**

**Psal. 102.**

**Simile.**

**A** interimat. O miser peccator, si cūm peccato delectaris, nosse quam aduersum te sententiam diuina manus scribit: quomodo meditatur interitum tuum.

Sed diuinam clementiam in Niniue attendamus. Prophetam vocat vt eos moneat interitus sui, vt impleat illud Psalm. **Psalm. 58.** Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Quasi dicat: Arcum tetendit Deus, posuit in eo sagittas mortis, sed priusquam illas iaciat, dat significationem, vt fugiant, qui sagittandi sunt, vt abscondantur ab ira eius. Sic ad Ionam ait: Vade in Niniue, & dic ei: Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur. Sed quæ huius admonitionis, & significationis causa est? Vtique diuina misericordia, nolens nos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Audi ipsum summa misericordia loquentem Efaïæ vigesimo septimo. Indignatio non est mihi, quis dabit mihi spinam, aut veprem in prælio? gradiar super eam, succidam eam pariter an potius tenebo fortitudinem meam (Attend. Deum dubitantē. Sed misericordia victus dicit) Pacem facient mihi, facient pacem mihi. Verba sunt hæc, quæ ferreum lenire possent cor. Indignatio, ait, non est mihi, id est, natura mea non me inclinat ad irascendum, sed ad mi-

**B** ferendum. Hinc est, quod flagellum ab eo in templo compositum ex funiculis vendentium effectum fuit, ipse enim flagellum non ferebat. Et ideo in iudicio ait: Venite benedicti patris mei. Sed non dicit: Ite maledicti patris, sed maledicti, quia benedictio à Deo est, maledictio ab homine ortum habuit. Dilixit maledictionem, & veniet ei, Deus enim mortem non fecit, sed impius peccato suo illam accersiuit. Ideo ait, Indignatio non est mihi. Addit: Quis dabit mihi spinam &c. Quo loco Hieronym. ait, legendum iuxta Hebraicam veritatem: Quis faciet me durum, atque crudelem, vt vincam naturam meam. Vnde tandem ait: Volo tenere fortitudinem meam, ensemquæ concludere euaginatam, illi enim in melius mutabuntur. Nullum vnquam imparatum Deus percutit, prius admonet, diluuiū repente nō venit, sed prius per centum annos monuit mundum Noe verbis, & arcæ fabrica, & ante subuersionem Pentapolis Lot ad eos missus est, qui eis monita salutis daret.

**Psalm. 58.**

**Esaï. 27.**

**Matth. 21.**

**Matth. 25.**

**Psalm. 108.**

**Sap. 1.**

**Hiero.**

**Gene. 19.**

Amos. 3.

daret. Et nunc in Niniue Ionam mittit, & in vn̄uersum Deus A hanc legem seruauit, vt ostendit Amos. 3. Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet. Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? quia non facit Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suū ad seruos suos prophetas. Prius clangit tuba, quā inimicus adueniat. Prius per Prophetas monet excidium Hierusalem, quā adsit, quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Hoc verò in te ipso agnoscere potes, quoties te vocauit? quot terrores, minasque intentauit? Quid hoc nisi quod diximus ex Psalm. Dedisti metuentibus, &c. vt liberentur dilecti tui.

Simile.

Qui passerem occidere intendit, qui delinquentem capere, non strepitu facto procedit, sed sub silentio, vt prius capiatur, vel occidatur, quā fugere possit, qui verò vocibus, & strepitu procedit, non occidere, sed terrere vult. Sic venit Dominus ad Adam, sed quomodo? Audiuit Adam vocem Domini Dei deambulantis in paradiso, & timuit, ad quid Domine vociferaris? Vt timeat Adam, & supplex ad me veniat, ne pereat, vt fugiat, & abscondat se. Peccat Dauid, ingreditur ad eum Nathan, & ait, Morte morieris. Ad quid hoc, nisi vt timeat, & dicat, peccaui. Bene hoc præuiderat Ionas, qui cum nosset Dei ingenium, intellexit solum Deum minas intentare in Niniuen, nec ad ultionem processurum: & ideo ire noluit Niniuen. In quo similis factus est seruo, quem Dominus suus vocat, cum iratus est aduersus filium, dicitque ei: Dicit filio meo nequam, è domo mea egrediatur, in æternum non videat faciem meam; si eum offendero, interficiam eum. Dicit verò intra se seruus: Hic pater est, cumque vel minimam lachrymulam effuderit filius, continuo eius miserebitur, me verò odio persequetur filius, si ad eum hæc mandata iræ à patre deseram; nihil ergo ei dicam. Tu verò audi diuinas, quæ ad te fiunt, minas; fuge à facie arcus. Ad quem, ait, respiciam, nisi ad pauperulum, & tremementem sermones meos? Quarto Regum, vigesimo secundo. inuentus est liber legis tempore Iosia, quem cum legisset Sapham coram Rege, & audisset Rex verba libri legis Domini, scidit vestimenta sua, misit ad Holdā

Gene. 3.

2. Reg. 12.

Simile.

Esai. 66.

4. Reg. 22.

prophe-

A prophetidem, quæ ait: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me: Pro eo, quod audisti verba voluminis, & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram Domino, & fleuisti coram me, & ego audiui, ait Dominus, colligeris in pace, vt non videas mala hæc. Si ergo diuinis minis auditis cor tuum pauet, tremit, & recedit à malo, optimum tibi signum: si verò non times, non absconderis, pessimum tibi signum sit.

Timuerunt Niniuitæ, conuersi sunt, ieiunauerunt, & Deo placuerunt. Sed quomodo ieiunauerunt Niniuitæ, vt nos similiter sciamus, quo modo ieiunio nostro Deum placare possimus? Chrysol. hom. 3. ad populum Antioch. Ieiunat phariseus; sed eum præcessit non ieiunans publicanus. Ieiunauimus, ait

Chrysof.

B Israel, & non aspexisti. Ieiunant verò Niniuitæ, & misericordiā consequuntur. Ieiunij ergo legem discite, ne in incertum curras, aut aerem verberes. Ieiunium medicina est, vt verò medicina prodest, multa alia necessaria sunt: quæ si non considerentur, erit inutilis, scilicet tempus, quo sumitur medicamentum, quātitas eius, corporis dispositio, regionis natura, congruus victus quæ si non aduertas, nihil proderit medicina. Dum corpus curas, tot circumspicere debes, & non cum animam? Audi, quomodo ieiunent Niniuitæ. Ieiunant ipsi, bruta etiam eorum ieiunant, sacco induuntur, etiam bruta: sicut cum luctuosus panis te induis, & equum etiam, quo incedis, vt magnitudinem doloris ostendas. In eo verò quod bruta ieiunant, & sacco induuntur, faciunt Niniuitæ, quod prophætæ facere consueuerunt. Cum enim videbant Dei maximam irā, & inexcusabiles homines, orabant Deum proponentes ei perditionem bestiarum, quæ innocentes erant, nec Deum offenderant. Hinc in maxima fame orat propheta: Resilierunt iuuentæ apud præsepia sua, fleuerunt armenta bouum, quoniam non erant pascua, omnia iumenta terræ respexerunt ad te, quoniam exsecata sunt emissiones aquarum. Et Hier. 14. Cerui in agro pepererunt, & dereliquerunt, quoniam non erat herba, onagri in pratis subfiterunt, attraxerunt ventum sicut draco, defecerunt ipsorum oculi, quoniam non erat fœnum. Hac eadem ratione Ioel dicit: Ieiunent infantes fugentes ybera. Sed quare hi ieiunent?

Simile.

Ioel. c. 1.

Hier. 14.

quia



Iona ultim.

quia omnes viri peccatores erant, & indigni exauditione, supplicet ætas innoxia. Quod verò Deus respiciat iumenta innoxia, ne pereant, & insuper pueros infantes, patet Iona ultimo ait Dominus: Et ego non parcā Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plus quàm 120000, qui nesciunt, quid sit inter dexteram, & sinistrā, & iumenta plurima, ecce placatur Deus propter innocentes pueros, & iumenta. Sed quid amplius fecerunt Niniuitæ? Audi verba prophetæ: Vidit Deus opera eorum. Quæ opera? an ieiunia: an sacco. Neutiquam. Sed quia cōuersus est vnus quisque à via sua mala. Non ergo solum ieiunium eos eripuit, sed vitæ mutatio in melius. Non quod ieiunium cōtemnas, sed potius illud honora vitæ mutatione: vituperat ieiuniū, qui ipse dicit solum ciborum abstinentiam. Ieiunas? Ostende mihi per opera, quæ inquis opera. Si pauperem vides, vesti eum, si inimicum, reconciliare ei, si amicum, ne inuideas, si mulierem speciosam, ne concupiscas. Non os tuum solum ieiunet, sed & cor, oculus, manus, lingua, mortifica omnia membra, oculos ne videant illicita, manus ne rapiant, cor ne desideret, & sic præstabis ieiunium Deo acceptum. Audi Dominum hæc loquētem. Esai. quinquagesimo octauo. Cū conquererentur, quod eorū ieiunia Deus non aspiceret. Deus respondet: Quia à peccatis nõ ieiunatis, nunquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam, (id est certis diebus abstinere à cibis.) Nunquid contorquere quasi circulum caput suum (id est demisso vultu incedere) & sacco, & cinerem sternere. Nūquid istud vocaui ieiuniū, & diem acceptabilem Domino? Nõne hoc est magis ieiunium, quod elegi: Dissolue colligationes impietatis, frange esurienti panem tuum: sic ieiunauerunt Niniuitæ.

Simile.

Hoc viso ieiunio mutat Deus sententiam. Sed quomodo mutatur immutabilis? Respondetur. Immobile est speculū in se: mutari tamen dicitur, quia cū coram eo rides, ridet, cū ploras, plorat, quādo surgis, surgit. Speculum licet in diuersa videatur efformari, nõ tamē mutatur, tu mutaris. Sic Deus illam erga te seruat volūtatem, quam tu illi præstas, & cum sancto sanctus est, cum peruerso peruersus: vnde mutatio in te est, non in Deo, qui dicit, Ego Deus, & non mutor.

Mat. 3.

Sed

August.

A Sed dubium est, quo modo verbuni diuinum infallibile impletum est: Niniue subuertetur? Respondet optime Augustinus libro vigesimoprmo de Ciuitate capitulo vigesimoquarto. Deus non solum peccatores iratus, sed etiam miseratus euerit. Euertuntur enim peccatores duobus modis, aut sicut Sodomitæ, vt pro peccatis deleantur, aut quemadmodum Niniuite, vt ipsa hominū peccata penitendo destruantur. Factum est ergo, quod prædixit Deus: Euerfa est Niniue, quæ mala erat, & bona ædificata est, quæ non erat. Stantibus enim mœnibus, atque domibus euerfa est ciuitas in perditis moribus, & sic Domini est verbum impletū: Niniue subuertetur: non vt illi timuerunt, sed vt Deus melius ordinauit. Verte impios, ait Sapiens, & non erunt.

1st Ambrosi  
yr 1000 507  
lib. de iura

Prouer. 12

B Sed tandem consideranda est Iona mirabilis audacia, qui videns Niniue non subuerti, afflictus est afflictione magna, & iratus est, & orauit ad Dominum, & dixit: Obsecro Domine, nonne hoc est verbum meum, cū adhuc essem in terra mea, propter hoc præoccupauit vt fugerem in Tharsis, scio enim, quod tu es Deus clemens, & misericors, & ignoscens super malitia: O Mirandā, & stupendam indignationē! d' singulare audaciā! cū Deo suo cōtendit super misericordia in alios collata, quasi ipse misericordia nõ egeret. Oblitus est modo propheta sui, nõ meminit, quod homo est. Audi inauditā Dei clemētiā, qua stupeas. Deus ineffabilis maiestatis seruo suo indignati de operibus suis placido vultu rationē reddit. Putas ne inquit, bene irascēris tu? Respondet ille, bene irascor vsq; ad mortē. Quid insolētius prima facie hoc dicto? Et adhuc Dñs in sua perseveras benignitate ait: Tu doles super hedera, in qua nõ laborasti, quæ sub vna nocte creuit, & sub alia aruit, & ego nõ parcā Niniue ciuitati grādi? Quid clemēti? Est nec Rex aliquis in terra, qui tā humanū, & affabile se reddat seruis: placeatq; illi, q' serui obiurgent eū, ille verò curet eos placare, & rationē eis reddat facti sui? Quid potius mirandum nobis, de Dei benignitate, an de seruorū Dei dignitate, atque præstantiā? grandis auctoritas seruorum Dei: summam illis audaciam præstat diuinæ experientiæ bonitatis. Patris nimia benignitas filios insolentes facere solet. An non videtur insolentia Iona, quod

Esaï. 26.

quod Deum increpet? Audi aliam similem Esaï. 26. Indulxisti genti Domine, indulxisti genti, nunquid glorificatus es? In angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Quasi irridet Dominum, & eum carpit, quod indulserit, eique cõsiliũ præbet irascẽdi. An nõ insolẽtia videtur illud Exod. 32. Si dimittis dimitte. Aut dele me de libro, in quo scripsisti. Similis illa obiurgatio Abacuc. 1. Iustus quidem es Domine, sed & iusta loquar ad te. Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorẽ se? Sed num insolentia in sanctis? Absit. Non insolentia verba sunt hæc, sed mysteria profunda. Sed quæ mysteria? Duo planè. Quorum primum est: Non potuit aliter excessus amoris Dei in sanctos, familiaritasque explicari, nisi his excessibus verborum. A nulla lege amicitiaẽ voluit se liberum esse Deus. Et ideo, quemadmodum amicus potest obiurgare amicum, ita voluit Deus obiurgari ab amicis suis.

Psal. 72.

3. Reg. 21.

Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde, beati serui tui, qui astant coram te semper, quos tali dignaris honore. Attende hoc in Elia. 3. Reg. 21. Post minas intentatas Achab, ille humiliatur, & ait Dominus ad Eliam? Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Et Elias. Ha ha Domine. non morietur Achab, iam misertus es super illo, si indulgere decernis, vt quid consulis Eliam? Num in me peccauit, an in te? Ineffabilis Dei bonitas, quia ipsum legatum fecerat mortis, ne indignaretur de venia, ei rationem præbet. Quid Deo vrbanius? quid amabilius? Audi adhuc simile quid: Iratus Elias cœlum clausit. Paſcebat eum Deus per coruum: ille bene pastus populi in ediam non curabat, Deus verò curabat: & misericordia mouebatur. Ait ad eum. 3. Reg. 17. Vade in Sareptam. Præcepi ibi viduæ, vt pascat te. Sed vt quid Domine, nonne hic eum corui pascent? Vt videat terræ famem, & misericordia moueatur, oretque pro pluuiã, noluit pluuiam in terram mittere nisi Elia orã te. Tanta est Dei seruatorum authoritas apud ipsum, tantusque respectus Dei in suos.

3. Reg. 17.

Secundum verò mysterium huius Ionæ indignationis est, tantam Dei esse in peccatores clementiam, vt ad indignationẽ prouocet seruos suos. Similis fuit clementia Dauid in Asalon, quæ fecit Ioab irasci, & loqui ad Dauid. Diligis odientes te, &

odio

odio habes diligentes te. Tãta Dei misericordia in peccatores vt iusti quasi indignetur. Non audisti senioreẽ filium de agro reuertentem indignari de tanta patris misericordia in filiũ dissipatorẽ, & ideo nolentẽ domũ introire, donec ei pater rationẽ reddit obiurgatus ab eo? Non audisti murmurantes operarios aduersus patrẽ familias, quod vnã hora laborantes denario muneret? Verè tanta est in peccatores diuina misericordia, vt à pharisæis sæpe de hoc Christus carperetur. Hic peccatores recipit, & manducat cum illis, & si sciret, quæ est mulier, quæ tangit eum non id pateretur. Et verè iudicio humano nimia est misericordia. Sed verè illa conuenientissima Deo est. Sed quia non est similis tui in Dijs Domine, ita nõ est secundũ opera tua: cũ misericordia, & bonitate excedat omnem creaturam, ita operibus misericordiaẽ longè etiam superat. Vnde prouenit creature summa admiratio, quæ ijs obiurgationibus declaratur. Accedamus ergo ad misericordiam tantam, ad eam cum fiducia ad thronum gratiaẽ eius, vt misericordiam inueniamus cum Niniuitis in tempore opportuno &c.

Luc. 15.

Matth. 20.

Luc. 15.

Luc. 7.

Psal. 85.

## Feria Quinta post Dominicam Primã Quadragesimæ.

*Miserere mei fili Dauid.* Matt. 15.



Vicerat Sanson plures Philistæos, & qui fortissimos vicerat, ab infirma muliere superatur. Ita Dominica proxima vidimus Christum vniuersos demones superantem: hodie eum videmus à muliere Chananaea superatum. Magna profecto fides qua vincit Deum, sed prius ab alia muliere superatus est, ab ea plane, de qua dicitur, Cingulum tradidit Chananaeo, quo, scilicet, vestes colligeret, sibi que aptaret. Quam pulchrè Deo vestè aptauerit humanitatis, qua habitu inuentus vt homo est, quis

Iudith. 14.  
15. 16.Prou. 30.  
Phil. 2.

Primus Tom.

Cc

loqua-

Luc. 1.

loquatur? De Chanaan dicitur, magna est fides tua, de illa vero, Beata quæ credidisti, de hac, fiat tibi sicut vis, de illa, perficitur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino. Inter hæc verò à Domino ei dicta, vnum est, esse illam hominum matrem, advocatam, & omnium bonorum obtriticem. Hoc in Maria quod tidie perficitur, idè ad eam accedamus.

Bernard. ser.

De nativitate Christi.

2. Cor. 1.

Psal. 100.

Psal. 24.

Miserere mei fili David. Bernard. enarrans illud Paul. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, ait: Deus quidem non misericordiam solum præstat, sed etiam iustitiam operatur, iuxta illud Psalm. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. Et iterum: Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, per veritatem iustitiæ significatur. Dicitur tamen pater misericordiarum, non pater iustitiæ, & de eo Ecclesia ait, Deus cui proprium est misereri semper & parcere. Non verò dicit, proprium illius iustitiam exercere, quoniam cum misericordia præstat, ex seipso motuum miserendi capit, & à bonitate sua,

Rom. 11.

propter quâ præcipue misericordiam largitur. Vnde provenit illud Pau. Roma. 11. Sine pœnitentia sunt dona Dei, & vocatio, id est, nunquam Deum pœnituit, quod dona dederit homini, vel Angelo. Licet enim qui ea recipit, ingratus sit, tamen præcipua causa, propter quam Deus ea dedit, semper manet, scilicet, Dei bonitas, & ipsum operari vt Deum decet. Motuum verò iustitiam exercendi, non à se, sed à nobis ille capit, & à peccatis nostris. Semper enim peccatis exigentibus, & quasi cogentibus ultiones adhibet. Hoc ille explicat mire Esai. 27. Indignatio non est mihi, quis dabit mihi spinam, & veprem in prælium? Gradiar super eam? Succendam eam pariter? An potius te-nebo fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi. Vbi Hieronymus ait legendum iuxta Hebræa, quis faciet me durum, atque crudelem, vt vincam naturam meam, quasi enim seipsum vincere, & in alium mutare Deum cogimus, cum in nos vt irascatur, facimus. Idem explicat Esaias vigesimo octavo. Sicut in monte diuisionum stabit Dominus, sicut in valle Gabaon irascetur, vt faciat opus suum, alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Vbi Hieronymus ait: Irascetur Dominus sicut in monte illo Feracim, vbi David concidit aduersarios. Et sicut in Gabaon tempore

Esai. 27.

loquatur? De Chanaan dicitur, magna est fides tua, de illa vero, Beata quæ credidisti, de hac, fiat tibi sicut vis, de illa, perficitur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino. Inter hæc verò à Domino ei dicta, vnum est, esse illam hominum matrem, advocatam, & omnium bonorum obtriticem. Hoc in Maria quod tidie perficitur, idè ad eam accedamus.

Hieron.

Esai. 28.

loquatur? De Chanaan dicitur, magna est fides tua, de illa vero, Beata quæ credidisti, de hac, fiat tibi sicut vis, de illa, perficitur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino. Inter hæc verò à Domino ei dicta, vnum est, esse illam hominum matrem, advocatam, & omnium bonorum obtriticem. Hoc in Maria quod tidie perficitur, idè ad eam accedamus.

Micro.

Iosue.

Iosue. Opus autem hoc punitiois dicit opus alienum, & peregrinum à Deo: quia peregrinum est à Salvatore perdere, naturale verò saluare.

Ex quo colligitur quasi Deum à nobis immutari, ac peruer-ti, cum eum peccatis nostris quasi cogimus de nobis vindictam sumere, & quasi eius mutamus naturam, quasi à se egredi eum facimus. Et hac de causa Esaiæ vigesimo sexto dicitur: Egredietur Dominus, vt visitet peccata populi sui. Ex quo intelligitur locus ille difficilis Psalm. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Vbi de Deo loquitur: vt manifestè ostendit, cum subdit: Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis. Sed nū Deus peruer-ti potest? Potest quidè. Peruerrere enim significat rem in diuersum mutare, id verò efficitur, cum eum ultorem facimus, quod alienum ab eo est.

Ex hac verò diuersitate, quam diximus inter misericordiam, & iram Dei, quod illa ab intrinseco, hæc ab extrinseco procedit, illud sequitur facile Deum misericordiam præstare, citò misereri, tarde verò, ac difficilè punire, & vlcisci, vt misericordiam præstet, mane venit, vt vlciscatur, vesperi, vt misereatur velociter, vt puniat serò, & lento gradu. Vnde Psalm. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Mane misericordiam annunciat, quoniam mane eam Deus præstat, veritatem, id est, iustitiam per noctem, quia tardè illam exequitur. Et idè idem Psalm. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.

Lætitia misericordie respondet, fletus iustitiæ, significat ergo mane præstitam misericordiam, vesperi adhibitam punitio-nem. Hoc verò facilè videre licebit in præcipuis Dei ultionibus, quarum illa prior est, de qua Genesis tertio, Venit in paradysum, vt Adam puniat, sed deambulans ad auram post meridiem. Peccauit Adam mane, sed non continuo Deus venit, veniret verò, si pronus esset ad iram, & in operibus manuum suarum cõprehederet eum. Sed vespere venit, & deambulans, & loquens, eumque terrens, vt peniteat, dicens: Adam vbi es? Solent iudices, vt malefactores cõprehédât venire cõtinuo citissimè velociter nihil loquentes, ne illi fugiant, & abscondantur, at Deus ad ves-

Cc 2

peram

Esai. 26.

Psal. 17.

Psal. 95.

Psal. 29.

Genes. 3.

Simile.

peram deambulans ad auram, id est contra auram, quasi auram  
 eum detinente, ac vt moram faceret efficiente. Non sic ille ve-  
 niebat, cū vt misericordiā præstaret, venit in mundū, sed vt di-  
 cit sponsa, ecce iste venit saliens in mōtibz transiliens colles.  
 Idē verò Dei ingeniū cōspicere possumus in secunda ab eo ad-  
 hibita vltione, cū mundū aquis diluuij obruit. Diu peccata ho-  
 minū clamabāt in cœlum, & à Deo vindictā postulabāt, sustine-  
 bat verò, ac expectabat Dñs, si forte pœnitentiā agerent. Cum-  
 quē iam iustitię satis nō fieret, nisi adhibita vltione, mittit in mū-  
 dū Noe, qui diluuium annunciet centū annos ante supplicium  
 tum verbo, tum arcæ fabrica. Cumque iam gladium ē vagina  
 vellet exerere, quot verbis diuina scriptura indicat, Deum coa-  
 ctum in vindictā processisse non sponte. Gen. 6. Videns Deus  
 &c. Vbi Caiet. ait: Introducit scriptura Deū nō audientē, sed vi-  
 dentē, vt omni moda certitudo describatur. Videns, ait, Deus  
 mūdū eius nō reuereri conspectū, sed ob oculos eius tot scele-  
 ra admittere. Irritat enim iudicē, maximē scelus in eius cōspe-  
 ctu admissum. Etiā Reginā me præsentē vult opprimere in do-  
 mo mea, ait Assuerus. prouocat maximē virum q̄ ante eius ocu-  
 los vxor adultera fit. Cur nō Deū magis prouocet, quod coram  
 eius oculis indigna perpetres, quæ corā oculis vilissimi homi-  
 nis facere non auderet? Addit verò diuina scriptura plura alia,  
 quæ Deū quasi cœgerūt, vt vindictā fumeret. Vnde ait, quod  
 multa malitia hominū esset in terra. Quasi dicat: Iā peccata nō  
 ex infirmitate, aut ignorātia procedebant, sed ex malitia, & hac  
 multa. Addit præterea: Et cūcta cogitatio cordis humani intēta  
 esset ad malū omni tēpore. Vbi Chrysof. Vide, quomodo sin-  
 gula, quę dicūtur, peccatorū ostēdūt magnitudinē. Dicit enim:  
 Cūcta cogitatio, nō aliqua, sed omnis. Dicit cogitationē cordis  
 quia nō ex subreptione mala cogitabāt, sed ex omnimoda deſi-  
 beratione, id enim est, Cogitatio cordis. Intēta, ait, id est, nō for-  
 tuitò, vel casu, sed magno studio, & conatu, & hoc omni tēpo-  
 re, omni die, omni hora. Sequitur: Pœnituit eū, quod hominē  
 fecisset in terra. Aug. 15. de Ciui. ca. 25. Metaphorica loquutio  
 est. Chrysof. Pœnitet, quia talia egerunt homines, vt in Deū pœ-  
 nitentia caderet, si cadere posset. Grego. Moral. c. 24. Pœni-  
 tet, quia factū mutat, ac si voluntatē mutaret, cū tamen volūtas

Cantic. 1.

Genes. 6.  
Caieta.

Simile.  
Heser. 7.

Chrysof.

August.  
Chrysa.  
Grego.

immo

**A** immobilis daret, quod & in nobis aliquando cōtingit. Ait D.  
 Tho. 1. p. q. 19. art. 7. Cū aliquid facimus intendentes illud ta-  
 li tempore, destruere additur, & præcauens in futurum, ne, sci-  
 licet, similia agerentur. Et tandem adiungit: Tactus dolore cor-  
 dis intrinsecus. Hebræa verba sunt. Baithazeb ellibo, id est, con-  
 tristatus est in corde suo, & dolore affectus: quibus verbis sum-  
 ma Dei ostenditur misericordia. Inducitur enim Deus id agēs,  
 quod iudex, cuius filius facinus admisit morte dignum, pug-  
 nant in iudicis corde, hinc paternus amor, hinc iudicis inte-  
 gritas inflexibilis. Cumque vt iustitiæ feruiatur, omnino mor-  
 ti addicendus filius est, tandem sententiam pater profert sibi  
 molestam lachrymantibus oculis, & corde dolore transfixo.  
 Sic Deus dolore tactus dicitur, cū dicturus esset: Desebo ho-  
 minem, quem creauī à superficie terræ. Hugo de Sancto Vi-  
 ctore: Non est dolor, nisi de re amata deperdita. Vnde cū  
 amittimus rem non dilectam, dicimus: Non attigit cor meum.  
 Quotò igitur profundior est amor, tantò altius tangit dolor.  
 Cumque hic agatur de dilecti hominis amissione, magnus dol-  
 or describitur. Sic loquitur Esaiæ primo. Heu ego consola-  
 bor super hostib⁹ meis, & vindicabor de inimicis meis. Et Hie-  
 rem. octauo loquitur Deus, Super cōtritione filij populi mei,  
 contritus sum, & contristatus. Stupor obtinuit me, quasi chi-  
 rurgum resecatem filij brachium. En ergo Deum in vindictam  
 difficile prodeuntem. Sed quid opus est aliena exempla tibi  
 proponere, cū ex te ipso illud colligere valeas? Quoties tu  
 meruisti inferni pœnas? & tamen distulit Deus, expectat, nec  
 pro meritis vltionem adhibet, & tamen misericordias præstat  
 etiam immeritis. Summa ergo eius in misericordiam propen-  
 sio, facilis est Dominus ad miserendum, Deus meus misericor-  
 dia mea, facile sine dubio eam inuenies in Deo. Sed quomodo  
 eam quæremus, & inueniemus?

D. Thom.

Simile.

Hugo de Sã-  
cto Victore.

Esai. 1.  
Hier. 8.

In exemplum ad hoc proponitur nobis Chananæa, quæ mi-  
 sericordiam quæsiuit, & inuenit, nec dedignemur ab ea disce-  
 re, eamque magistrā habere: nam & ad bestias nos Deus mit-  
 tit, vt discamus sapientiam. Prouer. 6. Vade ad formicā ò piger,  
 & discè ab ea frumenta quærere, ac seruare. Attendamus nunc  
 formicam istā Chananæam, quæ nouit granum illud seruare

Prouer. 6.

Ioan. 12.  
Iob. 12.

Esai. 1.  
Hier. 8.

simile

Matth. 13.

Matth. 17.

Esai. 2.

Matth. 5.

Matth. 7.

Iob. 9.

frumēti, quod animæ nostræ cibus est, quod cadēs in terrā, de-  
dit fructū multū, Sic etiā Iob. 12. Interroga iumenta, & doce-  
būt te, illa enim benefactoribus grata sunt. Cognouit bos pos-  
sessorem suū, & asinus præsepe Dñi sui, Israel autē me non cog-  
nouit, & populus meus non intellexit. Et Hier. 8. Miluus in cœ-  
lo cognouit tēpus suum, turtur, & hirūdo, & ciconia custodie-  
runt tempus aduentus sui. Considera nunc hirundinem hanc  
Chananæam annuntiātem ver, quæ videns propinquare solem  
iustitię exit à finibus suis. Hæc ergo annuntiāuit gentibus ver  
nouum a deffe. Et tandem sicut sol radios in terram mittens,  
producit metalla in eius visceribus, quibus diuitiæ hominibus  
parantur. Sic licet iasima terra mulier hæc appareat, in eata-  
men thesauri cœlestes sunt, quos ipse Christus miratus est di-  
cens: O mulier magna est fides tua. Licet enim inceperit eius  
fides, vt granum sinapis, tamē ascendit in arborem, in qua quie-  
scere possunt aues cœli, spirituales, scilicet, homines, fides tan-  
ta quæ potuit montem transferre. Sic scriptum est, Si habuerit-  
tis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Tolle re, &  
iactare in mare, & fiet. Tanta huius mulieris fides extitit, vt po-  
tuerit transferre Christum à Iudæis, ad quos missus est ad gen-  
tes. Est autem Christus Dominus mons iste, de quo. Esai. 2. In  
nouissimis diebus erit præparatus mons domus Domini in ver-  
tice montium. Et de quo Matth. 5. Non potest ciuitas abscondi  
supra montem posita, id est Ecclesia super Christum fundata.  
Vidamus ergo nunc huius magnæ fidei ramos, in quibus nos  
quiescere possimus.

*Secessit in partes Tyri, & Sidonis: & ecce mulier à finibus illis.* C

Math. 7. ait Christum Dominum domum ingressum, & nemi-  
nem voluisse scire, sed non potuisse latere, quia magna fides  
Deum inuestigat, & inuenit tandem. Cùm Deus animam in-  
greditur, latenter intrat, neminem certò scire vult. Sic Iob. Si  
venerit ad me, non videbo eum, sed tamen omnino latere non  
potest, coniecturis enim eum a deffe cognosces. Hoc enim Dei  
aduentu renouatur cor carneum, in spirituale mutatur, cogita-  
tiones diuersæ, opera dissimilia, Deum præsentem clamant.  
Sciens ergo Chananæa a deffe Christum Dominū, eū quærit,  
videns appropinquare ad se solē iustitiæ, egreditur hirundo an-

nun-

simile

A nunciāns ver nouum. Et quemadmodum venatorius canis, ad  
quē odor leporis peruenit, huc, illucque cursitat, discurrit festi-  
nanter, sic Chananæa Christum quærit ardenter. Sed vt cum  
quærat, à finibus illis egreditur, terminos relinquit suos, no-  
bis ostendens, vt Christum inueniamus, fines relinquendos  
esse nostros. Sed qui hi fines nostri sunt? Bonorum quidem  
vnus est finis Christus Dominus, malorum verò plures sunt  
fines. Sic Paul. Licet multi Domini, multi Dij, nobis tamen  
vnus est Deus. Peccatorum plures sunt fines, honor, diui-  
tiæ, voluptas, plura sunt idola, error multiplex est, in pluribus  
errare contingit, veritas vna est, in indiuisibili consistit. Sco-  
pus vnicus est, & vnica ad illum via est recta, declinari verò,  
aut deuari multis vijs potest. Ab omni ergo aliò fine nobis  
egrediendum, vt Christum inueniamus. Ideo Exod. decimo  
B iubetur Israel egredi ex Aegypto cum omni substantia sua, vt  
nec vngula animalis in Aegypto maneat, ex omnibus, quæ ad  
Israel pertinent, vt ansa nulla ei maneat ad redeundum in Aeg-  
gyptum. Et Genesis. 12. Abraham cum omnibus suis exit de  
Ur Chaldæorum, & sponsam monet. Psalm. Obliuiscere popu-  
lum tuum, & domum patris tui. Et Iacob nihil eorum quæ ad  
se pertinent, relinquit in dōmo Laban. Et Abraham Gen. 14.  
Ex his, quæ ad Sodomam pertinent, nihil accipere voluit.  
Leuo, ait, manum meam ad Dominum Deum excelsum pos-  
sessorem cœli, & terræ, quod à filo subtegminis vsque ad cor-  
rigiam caligæ non accipiam, ex omnibus, quæ tua sunt. Sic er-  
go tibi curādum est ab omni recedere peccato, & ab omni pec-  
cati vmbra, tibi; si id præstiteris, dicetur, quod Abrahæ dictū  
C est: Ego ero merces tua magna nimis. Omnino ergo à nobis  
peccatū abijciendū est, vt Christū inueniamus. Aegyptij in suis  
Hieroglificis significabāt eū, qui omnino vitia reliquerat, depi-  
ctā scolopēdra, aut cētipe de pisce, quæ vidēs se traiecit hamū,  
curat filū rodere, ac scindere. Quod cū fecerit, deinde vt omni-  
no sit libera, & hamū extrahat, proijcit à se stomachū ipsū, & su-  
blato hamo iterum illum colligit, & tūc omnino libera manet,  
huic similis valde est, qui peccata euomit, & omnino à se tollit.

Deinde egrediēs Chananæa à finib⁹ suis nos docet nō à pecca-  
to solū recedere, sed & ab omni peccati occasiōe, est em̄ quasi

1. Corin. 8.

Exod. 10.

Genesis. 12.

Psal. 44.

Gene. 31.

Gene. 14.

Gene. 15.

Hieroglyphi-  
cum.

Gen. 19.

finis peccati occasio, quę intra limites peccati, & eius terminos cōtinetur. Audi, quid Angelii loquātur Gen. 19. Loth, Exi à ciuitate, & ne stes in omni circū regione, sed in monte saluum te fac. Regio circū circa peccati occasio est, quā fugere debes, ad eamq; dicere illud Ioel. 3. Quid mihi, & vobis Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palæstinorū? Si enim ab occasione nō recedis, nō omnino à peccato discedis, qui enim omnino discedit firmo proposito iterū non peccandi munitur. Ad hoc verò propositū pertinet occasiones fugere. Quod est illud: Si oculus tuus scandalizat te, erue eū, & projice abs te, id est, omne illud tibi est amputādū, quod te in peccatū trahit. Ideò Nazaræis nō vinū solū prohibitum est, sed omne, quod ex vua procedit, ne illud vini bibēdi occasio sit. Audi quid Abraham dicatur, simile nāque tibi quid dicitur. Eijce ancillā & filium eius, nec durum id tibi videatur, vt Abraham, non enim peccatū solū, quod Ismahele significabatur ludente cū Isaac, sed & eius mater projicienda procul est. Si enim mater relinqueretur, etiam si filius projiceretur, continuò rediret domum. Nihil ergo tibi durum sit relinquare, vt Christo perfrui possis. Sed relictis finibus suis, quid Chananæa faciat videamus.

*Clamauit ad eum dicens: Fili David, miserere mei.* Primò omnī Christum adit, vt sibi remediū quærat, innumera sunt hodie mala sine leuamine, ac remedio, quia illud non quærimus, vbi quærendum est, in Deo, scilicet. Sæpe in necessitate versaris. Sed tunc ad quem confugis? Num ad Deum? vt Psalm. De necessitatibus meis eripe me Domine. An potius similis efficeris Ochoziæ, qui oblito Deo Israel consulit Beelzebub Deum Acharon? Num sicut Saul Pythonissam consulis? Sed quis nunc illud agat, inquiris? Omnis ille qui in periculo, aut necessitate constitutus, vt liberetur Deo relicto remediū quærat peccans, vel iuramento, falso se defendit, vel furto, vt inopiæ subueniat, vel iniquo contractu, vt diuitias paret, vel vindicta, vt honorem tueatur. Audi, quid ad hos loquatur Spiritus sanctus Esaię trigésimo, Pro eo, quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumnia, & in tumultu, & innixi estis super eo, propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requiſita in muro excelso? Quoniam subito dum non speratur,

Psalm. 24.  
4. Reg. 1.  
1. Reg. 28.

Esai. 30.

**A** tur, veniet contritio eius, & comminuetur, sicut conteritur lagenæ figuli, contritione perualida, & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Audi per eundem prophetam eisdem terrentem Dominum Esaię trigésimoprimo: Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, & Dominum non requisierunt: Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet, cui præstatur auxilium, simulque omnes confumentur. Et quarto Reg. primo. Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub Deum Acharon? Quā ob rem dicit Dominus: De lectulo, super quem ascendisti, nō descendes, sed morte morieris. Et mortuus est iuxta sermonē Domini. Hinc Psalm. Si oblitus sumus nomen Dei nostri & si expandimus manum nostram ad Deum alienum, nonne Deus requiret ista? Nomen Dei obliuiscitur, qui non recordatur eum Sadai esse, misericordem, scilicet, omnia implentem. Ego sum Dominus Deus tuus: dilata os tuum, & implebo illud. O miser, cæcusquē peccator, qui peccato consentis, vt tuę succurras necessitati. Quā similis es illis, qui Barabam præelegerunt Christo derelicto. Veritur in quæstionem, in corde tuo, num Christus, aut honos sit amittendus, & tandem sententia lata Christum damnas, & iterū crucifigis, vt honos viuat. Contra hos surget in iudicio Chananæa, quæ ad Christum accedit in necessitate posita.

Alij verò non ita deperditi, vt hi, quos nunc diximus, tamē non ita, vt deberent, ad Deum accedunt, primū cum Chananæa, sed obliti nominis Dei sui, cum se vident in necessitate, ad amicos, ad substantiam, & ad tēporalia præsidia in primis veniunt, & in his fiduciam suam collocāt, & sola industria sua credunt se liberādos. Nec primò ad Deū accedunt, in eū eo sperant, ab eo remediū petunt. Ad quos sæpe Dominus loquitur, qui confidit in diuitijs suis corruet. Et Psalm. 32. Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ: fallax equus ad salutem &c. Ecce oculi Domini supertimētes eum, & in his, qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame, & Hierem. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem

brachium suum, hi etiam peccant, & errant. Cum enim Deus sit prima omnium causa, ad eum primo nobis accedendum est, & in eo omnis spes nostra collocanda: deinde ad secundas causas nos accedere oportet, ut Chanaanæ ad discipulos?

Alij verò licet primum ad Deum confugiant, tamen si continuo non exaudiantur, recedunt, nec perseveranter petunt. E contra Chanaanæ fecisse ostenditur, quæ repulsam passâ, adhuc instat, clamat, vrget, arguit, & tandem magna fide obtinet, plusquam petat. Similis huic fides Iob. dicentis, Et si occiderit me, sperabo in eum. Similis Susânæ fides, quæ etiam in re desperata speravit. Erat, ait scriptura, cor eius confidens in Domino. Similis Ionæ fides, qui in ventre ceti speravit, oravit, & exauditus est, quis speravit in eo, & confusus est? Esai. 49. Ego Dominus, super quo non confundentur, qui expectant eum. Sed ais: Non me exaudit, non attendit. Sic ille dicebat, qui ait, Sto, & non respicis, clamo, & non exaudis: mutatus es mihi in crudelium. Sic & Chanaanæ potuit dicere, ac desperare, cum non responderit ei verbum, cum tandem exprobrata fuerit, sed magna fide perseveravit, & obtinuit. Sic tibi faciendum est. Sed ad huc audi quid Chanaanæ faciat.

Clamavit, inquit Evangelista. Quid enim aliud faciat, nisi clamare, quæ tanta mala patitur? Vides te à demonibus oppugnari, innumeris tentationibus agitari, malis obrui, clama, ne cesses Psalm. Ad Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudivit me. Videt quis leonem rugientem ad se propinquare, ut discerpat, & deuoret, an non clamet ad eum, qui possit eripere? Tanquam leo rugiens circuit dæmon, quærens, quem deuoret: clamandum nobis est ad verum Sansonem, ut nos eripiat. Videt Thobias venientem piscem grandem, ut eum deuoret, clamat ad Angelum, Domine, inuadit me. Sic tibi clamandum, ne deuoreris. Quod si deuoratus es, ut Ionas in ventre ceti, inde clama ad Deum, ut eruaris, ne tibi taciturnitas extremum inferat malum Psalm. Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea. Videt Giezi Syros circumstare, & clamat ad Eliseum: Heu heu Domine mi, quid faciemus? Videt Moyses Pharaonem, & uniuersum exercitum Aegypti propinquare aduersus Israel, & clamat

ad

ad Dominum, & Dominus ait, quid clamas ad me. Sed ò Domine, qua ratione non clamet, in tanto constitutus salutis, & vite discrimine? In eodem cum nos simus, clamandum nobis est. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, clamaui, & dixi, Domine spes mea. Sed quid hic clamor significet, inquiramus. Est duplex oratio, altera tepida, altera feruens. Hæc feria oratio est, illa ridicula, hæc penetrat cælos, illa in terra manet, hæc exauditur, & obtinet, illa aliquando fit etiam in peccatum. Audi orationem Christi cum lachrymis, & clamore valido offerens exauditus est. Clamor orationem feruentem significat ex toto corde procedentem. De qua oratione scriptum est: Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. De qua Psalm. Clamaui in toto corde meo, exaudi me Dñe. Hæc oratione seruati oravit Chanaanæ, hæc nobis orandum, quæ ex meditatione procedere solet, qua mala nostra aduertimus, & pericula videmus. Sed quid clamat Chanaanæ, audiamus.

*Fili David miserere mei: Filia mea male à demonio uexatur.* Filium dicit David. Quasi dicat: Sicut David cithara sua demonem pellebat Saul vexantem: ita & tu filius eius cum sis, de demonem nunc pelle filiam meam torquentem. Vis tu è corde tuo demonem pellere, vel te tentantem, vel fortè possidentem, accipe lyram hanc Davidis, audi eum perfonantem, intuere Christum pro te crucifixum. Ibi chordæ tensæ, & extensæ sunt valde ibi nerui distensæ, ossa è suis locis diuisa. Non est dæmo adeo pessimus, qui non aufugiat illius harmoniæ sonitum. Hæc pellitur luxurie dæmon, hæc superbiæ, hæc auaritiæ: si audias musicam illam, si intuearis fide illuminatis oculis Christum humiliatum, pauperem, virumque dolorum.

Sed male inquit à dæmonio vexatur, mala quidem vexatio demonis, qua corpus, sed pessima, qua animam vexat. Hinc Paul. Tradit hominem Sathane in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die Domini. Et de Eremita sanctissimo Palladius refert, orasse Dominum, & obtinuisse, ut per sex menses vexaretur in corpore à dæmone, ut hoc videntes eum despicerent, nec ad eum venirent miraculorum gratia, ut ante veniebant, ne vel in minimo per inanem gloriam dæmon possideret animam eius, voluit corpore possideri. Similiter Paulo datur

An-

Iob. 13.  
Dan. 13.  
Ionæ. 3.  
Esai. 49.

Iob. 30.

Psalm. 119.  
Simile.

1. Pet. 3.  
Thob. 6.

Psalm. 31.  
4. Reg. 6.

Exod. 14.

Psalm. 90.  
Psalm. 141.

Heb. 5.  
Rom. 8.

Psalm. 118.

1. Reg. 16.

1. Cor. 9.  
Palladius.

2. Cor. 12. Angelus Sathanę eum colaphizans, ne reuelationibus extollatur. In eo ergo, in quo videris animam tuam à peccato possideri, in eo male à dæmonio vexaris. Clama ergo ad Deum tanto ardentius, quàm Chananæa, quantò deterius est possideri in anima, quàm in corpore. Dicque Deo tuo: Anima mea male à dæmonio vexatur. Sed expendendum est verbum illud, male vexatur. Miserrima enim captiuitas illa est, qua dæmō est Dominus, & homo seruus, cuius comparatione nulla dicenda illa captiuitas est, qua à Turca fidelis opprimitur. In hac enim manus, & pedes ligantur, in illa intellectus, & voluntas, quæ animæ vires sunt. Quid cor impij est, nisi infernus, quo male torquetur impius à dæmone? Hinc Psal. 85. orat: Libera me Domine ex inferno inferiori. Quibus verbis innuit aliū esse infernum superiorem in corde impij, inferiori valde similem, quem per similitudinē Christus ostendit in filio prodigo misero profusus. Si ergo misericordia mouemur in pauperē, in eum maximē, qui à dæmone vexatur in corpore, multo potius misereamur impij, qui maiori miseria est oppressus. Sed quid Christus Chananæa clamanti respondeat, videamus.

Non respondit ei verbum. Orem inauditā, en verbū mutū. Tu Dñe eam trahis. Dicunt enim Apostoli: Dimitte eā: ergo à te trahebatur, tu eā clamare facis, & nunc nō respōdes clamorē. Hoc Dei filētū amicos eius torquet nimis, & hoc querebatur Iob: Sto, & nō respicis, clamo ad te, & nō exaudis. Factus est aliquādo Deus, sicut homo nō audiens, & quasi mutus. Sed tacet Christus, vt illa magis clamet, & vt fides eius crescat, & magis, magisq; probetur, vult nos Deus importunos esse, orationi instare seper. Luc. 11. Saltē propter improbitatē vobis dabit. Illud que ostēdit exēplo tū amici, tū improbi iudicis, à quibus importunitas obtinet, quæ petūtur. Idēo orationi instate, orate nunquā deficiētes. Quis tam misericors, vt delectetur importunis pauperū clamorib⁹, & perpetuis? Deus verò hoc delectatur. Angelis omnia simul dedit Deus, & quid sibi petāt semper, nō habent. At homini paulatim bona concedit, vt illi semper, perpetuo quē petendum sit. Et tandem voluit fidem Chananæa crescere, & maturefcere. Sicut enim arbor primum follia, deinde flores, tandem fructum profert, & hunc paruum, qui tandem

Adem ad debitam magnitudinē, & perfectionē veniens, colligitur, sic voluit Deus Chananæa fidem crescere, vt à nobis maturatione colligeretur. Sicut ergo, qui præclarā nouit citharæ chordam, eā distendit amplius, ac amplius, vt altiozem reddat sonū, cū quē ei dicis: Vide quod si adeo eam distenderis, frangetur, ait ille: Sine me, ego noui chordam hanc præclaram esse, posseque magis distēdi: sic vt altiozem redderet Chananæa sonum, plus, ampliusque distenditur à Christo. Nouit ille fidem eius grandem, nouit non frangendam, sed perficiēdam. Simile quid contingere solet ei, qui nouit ensē præclarum sibi esse, cuius vt probitatem ostēdat, illum in circulum agit, & flectit. Quod si dicas, Vide ne ensē frangas, ille ait: Ego noui optimū esse, posseque vnde quaque flecti, etiam in perfectum circulum. Sic omnino cum Chananæa factum, cuius magnam fidem Christus cōtemplatus, vidit posse eam probari, derelinqui, exprobari, magna enim fide omnia vincere potuit. Proba me Deus, & scito cor meum, ait Psal. Probata ergo, approbataque est, nobis quē in exemplum relicta, cuius vestigijs adhærentes misericordiā inueniamus in auxilio opportuno. Docuit nos cū Deo luctari, vt Iacob, nec eū dimittere, donec benedixerit nobis. Oculi nostri ad Dñm Deum nostrū, donec misereatur nostri, &c.

## Feria Sexta post Dominicam Primam Quadragesimæ.

Est autem Hierosolymis probatica piscina, &c.  
Ioann. 5.



It filius Sunamitis patri suo quarto Regū quarto: Cum essent in agro: Caput meum doleo, caput meum doleo. Et ait pater puero: Tolle eum, & duc ad matrem suam. Sicut ergo paralyticus, qui hodie à Christo sanatur, conqueritur, se ho-

minem

simile?

simile?

Psal. 178.

Genes. 32.  
Psal. 121

4. Reg. 4.



Ecclef. 36.

minem non habere, ideoque non sanari: sic qui mulierem non habet, non sanabitur, quia ubi non est mulier ingemiscit æger. Eccli. 36. Sicut ergo æger homo indiget homine Christo, qui pater est, ita indiget Maria matre, ut gratiam obtineat.

Iaco. 1.

Peccatum in consuetudinem ductum maximè nobis & timendum, & cauendum est: cum enim consuetudo sit altera natura, supremum malum est, cum peccatum iam est naturale. De hoc intelligit D. Thom. illud Iaco. 1. Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Peccatum dicitur consummatum, quod consuetudine firmatur: peccatum verò consuetudinis dicitur mortè generare: quia licet omne lethale peccatum mortem animæ efficiat, ait D. Thom. tamen in alijs peccatoribus remanent adhuc signa vitæ, & maior spes emendæ.

D. Thom.  
Super illud.  
Iacobi.

At in peccante ex consuetudine nulla sunt signa vitæ, & est parua spes emendæ. Potentior multo est praua consuetudo, quæ inordinatus appetitus, quando enim deordinetur appetitus, manet intra hominem voluntas, quæ illi principatur, & eum frænare potest. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, licet enim voluntas ei non principetur despotico imperio, sicut cæteris membris, dominatur tamen politico, sicut Rex regno suo. Et tandem sicut cum Rex aliquid firma voluntate, ac animo præcipit, eius imperio regnum patet: sic voluntatis imperio tandem subditur appetitus, licet ei aliquo modo repugnet: malo ergo, quod est in appetitu est intra hominem remedium.

Simile.

Sed cum voluntas deprauatur consuetudine, intra hominem non manet, qui eam corrigat, est enim illa Regina, & ipsum excæcat intellectum. Contigitque homini, quod Sansoni, qui sapius ligatus, soluitur facile, rumpitque vincula, sed cum ei ablata est capitis fortitudo, misere capitur, cæcatur, & ut bestia tractatur. Consuetudine ligatur ipsa voluntas, quæ caput est hominis, inde difficile remedium adhiberi potest huiusmodi peccatori. Et adeo potens peruersa consuetudo est, ut cum peccatum sit adeo malum, ut ipsa sit malitia, efficit tamen, ut dulcissimum appareat, & magna cum delectatione committatur: sicut qui gustu infecto terram appetit, & in ea suauitatem inuenit, eam manducans, actibus enim prauis gustus deprauatur. Videas hominem peccantem ex consuetudine, in peccatum irruet, li-

Iudi. 16.

Simile.

Acet per medios hostes, & si dilectam ab eo rem dixeris in inferno esse, illuc descendet cum Orpheo, ut ea potiatur. Timèdus valde locus ille est. Si potest Aethiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Fascinat enim praua consuetudo hominem, ita ut de se dicat Augustin. eo adductum praua consuetudine, ut licet malum suum agnosceret, & Deus eum ad se traheret, dicebat tamen Deo, Domine conuerte me, sed non modo, ne delectationem meam amittam: cras voca me, non nunc. Et quem admodum qui cathenis pluribus annis vinctus est licet pedes habeat, incedere tamen non valet, simile quid hisce contingere solet, quasi obliti sunt viæ Dei, nec ambulare in ea norunt, & cum iam Deus non sit in conspectu eorum, oculos suos in ea solum, quæ mundi sunt desigunt. Sicut enim, qui ex Hispania ad Indos proficiscitur, cum primum nauigare incipit, sapius oculos in Hispaniam conuertit, à qua profectus est: cum verò plurimum itineris confecerit, nec Hispaniam iam videt, non ad eam oculos conuertit, sed potius versus Indos, quod properat, sic qui cum iustus ante fuerit, viam peccati ingreditur, sepe oculos in Deum vertit, & in vitam rectam, quam deseruit, eiusque recordatus suspirat, sed cum in peccati viam iam progressus fecerit, obliuiscitur Dei sui, & eò solum mentis oculos dirigit, quomodo amplius in peccato delectetur, assequaturque omnino bonum illud, propter quod Deum dereliquit. Quorum figura extat Genesis trigésimo quarto in Dina, quam Sichelem rapuit vi opprimens virginem. Quasi vi rapitur anima, cum primum peccato consentit: unde ait, Domine vim patior: quia cum primum in peccatum labitur, quasi per vim trahitur vehementi occasione, vel tentatione. Sed deinde ad eum modum se dæmon cum anima habet, ac Sichelem cum Dina: addit namque scriptura: Tristem què delinuit blanditijs. Post lapsum in peccatum tristis est anima, recordata boni, quod amisit: tunc facillè redit ad Deum, ut in Petro patet. Sed continuo adest dæmon, ut tristem delinuat blanditijs. Consolatur enim animam falsis blandimentis, dicens alios similiter peccare, post que futurum, ut iterum reuertatur ad Deum: nunc verò delectetur, experiaturque, quæ mundi sunt. Acquiescit iniquis persuasio-

Ierc. 13.

August.

Simile.

Simile.

Genes. 34.

Esai. 38.

nibus anima, & in peccato iam quiescit, quæres, quo pacto amplius delectetur, cumque in peccatum se amplius dederit, manet iam sicut Dina vxor Sichem nihil curans Deum, oblita omnis rectitudinis. Si ergo in peccatum lapsus es, continuo ad Deum redi, tunc enim tibi facile hoc erit, quod si in longum differas, valde difficile. Qui in publica via rem aliquam amisit, si continuo reuertatur, vt quærat, facile inuenit, si verò post multum temporis redeat, difficile. Amisisti diuinam gratiam, continuo regredere, vt quæras: quod si distuleris, difficile poteris inuenire.

Huius verò, qui longa cõsuetudine peccato detinetur, figuram hodie in paralytico habemus, qui. 38. annis infirmitate sua detētus fuit. Similis huic, dicis, sum, qui multis annis in peccato fui: est ne mihi remedium? Est Plane. Sed quod? vtiq; quod paralytico huic, qui tui imago est.

Sed primum te interrogo, quod hunc paralyticum Christus interrogauit. *Vis sanus fieri?* Irrisoria interrogatio hæc videtur, cum paralyticus sic interrogatur, *Vis sanus fieri: quis enim infirmus sanari non velit?* Infelix, miserandusque homo, qui in dubium non vertit, velle corporis sanitatem, vertit verò, an velit animæ salutem? Nunc aut certè aliquando peccatum nos pungit, nos affligit, ac contristat, tandem peccatum plaga est, vulnusque animæ, potes aliquando aliud cogitare, nec illud sentire, at tandem sentiendum tibi est, pungetque te dolor. Interrogo ergo à te, vis sanari? *Ais, vellem quidem, sed asperum mihi apparet remedium? Fieri ne potest in tam paruo pretio à te Deum haberi, & animæ tuæ salutem, vt aliquid tibi arduum sit, vt hæc recuperes? Dic obsecro, quid hoc est, quod tibi asperum apparet, vt Deum habeas? Quid te detinet, ne in Dei gratia sis? Iniuria, ais, quam accepi; parum alienæ substantiæ, quam retineo, sensualis delectatio, qua gaudeo. An non summa verecundia afficiendus es, cum hæc dicis? In hac statera Deus est, in illa verò iniuria, vel parum pecuniæ, & plus ponderis apud te hoc habet, quam Deus? Domine è cœlis mitte Angelum, qui hoc dicat, quoniam pretium tibi nullum est, & quicquid pro te habendo relinquere oporteat, nihil est, pro nihilo Deum relinquis? Verè mendaces in stateris filij hominum. Sed ais, pœ-*

*Psal. 61.*

*niten-*


**A** nitentiæ remedium asperum mihi apparet. Infirmi sumus, debiles, delicatiq; curatio nobis dura videtur, sed iam venit è celo medicus, qui facillè curet, qui leniter, & blandè. Quid enim est Christus, nisi medicus vnctus. Iam cessauerunt manus Moysi graues, lenis est noster Iacob. Quid lenius, quam, Dole, confiteri, & sanus esto? Si hac sola medicina infirmitas corporis leuaretur, infirmus esset nullus. Vis ergo sanus fieri? ait: *Hominem non habeo.* Sicut occidit Pharao pueros Israeliticos nascentes, femellas solum viuere permisit: sic à peccatoribus virilia opera dæmō abstulit, debilia aliqua relinquit, tepida desideria, orationem infirmam. *Hominem nō habent.* *Hiere.* Intuitus sum, & non erat homo. Sed quis hic homo? Vide hunc virum, & hominem etiam in mulieris mente. Eia Sufanna vel tibi peccandum est in Deum, vel cum summa infania moriendum. Angustia sunt mihi vndiq;: sed melius est mihi incidere in manus hominum, quam peccare in conspectu Dei mei. Ecce virilem animum etiam in infirma muliere. Eia anima Christi sponsa, tibi peccandum est, vel moriendum: melius mihi mori est, quam à Deo recedere. Hic animus verè virilis est. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes, qui speratis in Dño. Quod si in fragili mulierum sexu, diuina gratia virilem animum constituit, quid mirum in robustiori hominum genere illum statuat? Vide ergo illum in viris, adorate viri statuam, vel in fornacem ignis mittemini. Respondent illi, Potense est Deus, quem colimus, liberare nos, sed & si noluerit, notū sit tibi, quod statuam tuam non adoramus: veniat crux bestiæ, ignis, peccatum absit. Hic virilis animus nō est absque gratia: hominē ergo peccator non habet. Sed quomodo hominem non habes, si tu homo es, & te habes? Sed nec ego homo sum, vt eram. Comparatus est homo iumentis insipientibus. Venit nobis homo Christus, vt nos viriliter agere doceat, & sua gratia potentes reddat. Sed ais: Volo sanari; qua ratione, & via id assequi poterō? Ex ho dierno Euangelio colligetur medicinæ modus. Primò, in die festo hic sanatus à Christo Domino est.

*Erat, ait Ioannes, dies festus Iudæorum.* Ireneus lib. 2. c. 10. *Ireneus.* dicit hoc festū fuisse Pascha. Dies festus institutus est, vt Deo vaces, alijs occupationibus vitæ relictis. Vacate, & videte, quoniam

*Primus Tom.*

*Dd*

*niara*



*Hiere. 4.*

*Dan. 13.*

*Psal. 30.*

*Dan. 3.*

*Psal. 48.*

Psal. 45.

diam suauiſt eſt Dominus, ait Pſalm. Deo enim vacandum eſt. **A** Vis ergo ægræ, ac morbida animæ tuæ mederi? Primum fac tibi diem feſtū, in quo ei medearis. Sūt deperditi homines, qui animæ ſuæ mederi volūt, cū ad portas mortis appropinquaerint in die labori, & operi deſtinato, quibus ſic ſalus nō continget. Hi verò ſunt, qui alijs rebus præcipuè intēti, animæ ſalutē ſuperficie tenus operari volunt: hi eā non obtinebunt. Similes hi ſunt infirmis, qui nolunt medelæ corporis vacare, ſed cū alia agūt, vellent ſine medicamenti ſalutē corporis aſſequi, & non eā aſſequuntur. Quibus dicere ſolemus: Attende medelę corporis tui, in lecto decumbe, medicum accerſe, potiones licet amaras ſume: quod ſi nō feceris, nūquā ſanitati reſtitueris. **B** Græde, grauiffimumque negotiū eſt, in ſalutem animæ incumbere, maximè praua affectæ conſuetudine: quod ſi huic rei nō attenderis præcipuè, ab alijs te explicans negotijs, nō hoc perficies. Si ergo cuiſcunque grauiffimo negotio tempus deſtinās, quō illi ſolūm attēdas, huic maximè negotio tempus, quō ei ſolūm vaces aſignes, eſt neceſſe. In hunc ſinem dedit Deus Ignatio Societatis Ieſu fundatori exercitia ſpiritualia, à ſede Apoſtolica approbata, & multa experientia comprobata, quibus homo ſaluti animæ ſuæ per aliquot dies vacat, ab alijs expeditus. **Eſa. i.** Diſcite, ait Eſa. i. hiſce hominibus ſcleratis, benefacere: quod ſi non diſcis hanc artem, nunquam eam aſſequeris. Quot dies, vel annos forſan inſumpſiſti in aliqua ſcientia, vel arte addiſcenda? multos ais. Cū ergo ars artiū, ſcientia ſcientiarum ſit animæ iam exanimi mederi, nonne rationi conſonum eſſet, huic negotio aliquod tempus, & operam impendere? Quod ſi id non præſtiteris, minimè quod optas, aſſequeris. **C** Secundo verò, vt ſalutem aſſequeris, conſiderandum tibi eſt, quomodo eam aſſequeretur in piſcina iſta infirmus quilibet: eam enim aſſequebatur, qui poſt motionem aquæ prior deſcendiſſet in piſcinam. Hanc piſcinam extruxit Salomon, vt in ea ſacrificia laurentur, erat que apud eam in ſigne xenodochium, quō plures infirmi curabantur, & in honorem elemoſynæ, & ſacrificiorum, miraculū hoc Deus operabatur, vt Angelus aliquot diebus aquam moueret, & tunc qui prior deſcendiſſet, ſanabatur. Voluit Deus eo miraculo præſentiam ſuam

oſtende-

**A** oſtendere illi populo, eumque diſponere ad baptiſmi, & pœnitentiæ virtutem credendam; vt cū dixeris: vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluatur? reſpōdeamus: Sicut vis diuina aſiſtebat illi aquæ motæ ab Angelo: ſic aſiſtit baptiſmo, & pœnitentiæ in animæ ſalutem. Quando verò, vel qua occasione hoc miraculum cœperit, noſcitur ex Scriptura. Sed Hugo Cardin. hoc loco, & refert magiſtrum in hiſtoria id aſſerentem, dicunt, à Chriſti Incarnatione hoc cœpiſſe miraculū, ad myſterium noſtræ reparationis ſignificandū, quod peractū eſt deſcendēte magnō conſilij Angelo ad aquas noſtræ mortalitatis. Sed non vacat myſterio, quod ille ſanatur hac piſcina, qui prior in eam deſcendit: non qui potior virtute, non qui diu expectauerat, vel qui periculoſiori infirmitate grauaretur. Cū ergo in litera huius rei æquitatem inuenire non poſſimus, in ſpiritu inquirenda eſt. Ideò ſciendum eſt, quòd poſtquàm magni conſilij Angelus è cælo deſcendit, & oblata nobis eſt ſalutis noſtræ occasio per eius ſanguinem, quidam non ſegniter ſe gerunt, ſed rei penſantes magnitudinem, illud Apoſtoli. 2. Corinthiorum. 6. ſibi dictum putant: **2. Cor. 6.** Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, & hoc beneficium æſtimantes, maxima cura currunt in ſtadio, in quo vnus accipit brauium, & negotiū ſalutis ſuæ ſeridè operantur, & totis viribus in illud conantur. Hi ſanantur, ſignificanturque per eum, qui celerius currit. Alij verò, licèt credant Chriſtum deſcendiſſe de cælo in eorum ſalutem, ſegniter tamen ſaluti ſuæ intendunt; & vnde diligentia deberent cauſam ſumere, quia venit ille, vt mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operū; inde cauſam capiunt dormiendi, dicētes: Chriſtus pro me mortuus eſt. Hi ſerò ad piſcinam veniunt, ſerò ad ſacramenta currunt, & tam ſerò, vt aliquando in mortem differant pœnitentiam, & tunc bene viuere volunt, cū vivere deſinendum eſt. In quos fulminis inſtar illa ſententia iacitur Prouerbiorum. 1. Quia vocaui, & **Prou. 1.** renuiſtiſti, extendi manus meas, & non fuit, qui aſpiceret; ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cū vobis id

D d 2 quod

Auguſti

Hugo Card.  
mag. in hiſt.

2. Cor. 6.

Prou. 1.

Prou. 1.

quod timebatis, aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit; tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane confurgent, & non inuenient me, comedent ergo fructus viae suae, suisque consilijs saturabuntur. Ex quibus solutio patet difficilis quaestio: Quomodo tot infirmi adhuc sunt, postquam descendit Christus Dominus in omnium salutem? Vbi magna illa Dani. 9. promissio; Vt consummetur praeuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna? Respondetur, quia factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae, non dormientibus, sed vigilantibus. Si piscinam non ingrederis, quid proficiet descensus Angeli? Quid proderit sub gratia viuere, si gratiae remedijs non utaris? Quid proficit magnam aduenisse medicum in tui curam, si ei non obedis? Quid inuitari ad Regis nuptias, si ire reculas? Quid frumenta in Aegypto vendi, si tu negligis eo ire? Sicut enim aliud est in uniuersitate degere, aliud litteris operam dare, sic aliud est tempore legis gratiae esse, aliud gratiae uti remedijs. Si ergo Christi beneficia non consideras, si exemplum eius non intueris, si ei adherere non desideras, si diligenter huic operi non incumbas; tibi profecto Christus non venit, ad te dicere possumus, quod ad Naaman: Si fuisset Dominus meus ad Prophetam, qui est in Israel, profecto curasset eum à lepra sua. Venit Naaman, & curatus est. Tot gentes in Ecclesiam uenerunt, & sanctificate sunt, tu uero in Ecclesia es, & paralyticus es, quia segniter te habes. Viriliter ergo huic operi incumbe, & sanaberis.

Deinde audi, quid huic Christus Dominus dicat: *Tolle grabatum tuum.* Sed quod hoc est grabatum? Vtique peccatum: quod facies habet duas, alteram culpae, delectationis alteram. Cum peccatum committis, attendis faciem delectationis, & boni, quia nullus intendens in malum operatur. Cum uero de peccato tibi dolendum est, attendere debes culpam, quae malum, & onus graue est; Sicut onus graue grauatae sunt super me, ait Psalm. Cum ergo peccato delectaberis, eo ducebaris ut grabato, in eo quiescebas, & delectatione fruebaris. Sed cum poenitentes, tollis super te grabatum; quia quod prius te delectando ferebat, modo per dolorem te angit, ut onus graue. Sic sic poenit

Psalm. 37.

Dan. 9.

Hebr. 5.

Simile.

4. Reg. 5.

**A** tuit Esther, de qua. c. 14. dicitur; Omnia loca, in quibus ante laetari consueuerat, crinium laceratione compleuit. Exod. 32. Viderant Israelitae in Aegypto summum Aegyptiorum Deum Apim, scilicet, de quo Aug. de Ciuitate, & Lactan. lib. 4. dicit, sub vituli figura ab Aegyptijs coli: quae etiam Serapim, & Osirim dixerunt. Et cum in deserto essent, similem confecerunt aureum vitulum, quem colerent. Descendens uero Moyses vitulum in puluerem redegit, & eos fecit puluerem illum ebibere amarum. Peccatum tuum idolum tuum est, quod colis: oblitio Deo tuo, sed hoc idem in puluerem redactum bibit poenitens, cum de eo dolet; & sic efficitur, quod Psalm. ait: Cinerem tanquam panem manducabam. Fructus ergo dignos poenitentiae facere te oportet, ut saluti restituaris. Sic enim cum primo parente factum est, quem Sap. 10. Eduxit illum à delicto suo, sed per longam vitam poenitet. Sic dubitant Moyses, & Aaroad aquas contradictionis, sed super se onus tollunt, dum non intrant in terram promissam. Sic etiam ad Dauid dicitur; Transtulit Dominus peccatum tuum. Sed portat grabatum, cum audit; Veruntamen filius, qui natus est tibi morte morietur. Sic Num. 14: Propiciatur Deus peccatum Israel; sed promittit non eos intraturos terram promissam. Bis ergo te oportet grabatum tollere; tum de eo dolens, illudque detestans; tum etiam pro eo condigna poena satisfaciens. Grauiam namque admisisse scelera, & nulla uelle affligi poena, indignum planè est; **C** quod hi faciunt, qui pluribus grauantur peccatis, quorum illa vox est; Peccaui, & quid mihi accidit triste? Contra sancti, qui minimis onerati peccatis multa poenitentia se affixerunt.

*Practerea tolle lectum tuum.* Corpus lectus est animae, in quo anima iacet dissoluta paralyti, cum sic anima se habet, ducitur à corpore, quo illud uult, cum uero anima gratia sanatur, ducit lectum, quo illa uult. Ducebaris ergo à corpore tuo, quo illud uolebat, duciam corpus tuum, quo anima uult, in poenitentiam, scilicet, & uitae asperitates.

Sed ais: His adhibitis medicamentis sanus ero? Dubio procul. Sed obijcis; Plenus sum peccatis, & omni abominatione, quomodo ad Deum accedam? Respondeo; Deo nihil est propinquius, in his quae corpus spectant, quam ille, qui ab omnibus

Esther. 14.  
Exod. 32.  
Augusti.  
Lactan.

Psalm. 101.

Sap. 10.

Num. 20.

2. Reg. 12.

Num. 14.

Eccles. 5.

**Psalm. 90.** derelictus est, si modo ille ad Deum accedat: tibi enim derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Hoc in Scriptura diuina sapissimè nobis ostèditur. Intuere Ioseph ab omnibus derelictum in Aegypto, nulli cognitum? Hunc Deus recipit. Id ipsum in his, quæ ad animum spectant, contingit. Qui maximè solus est, qui hominem non habet, qui ab omnibus derelictus, qui grauioribus peccatis irretitus, libètius à Deo suscipitur, si ad eum velit accedere: quia cum obiectum misericordiae miseria sit, ubi maior est miseria, ibi maior impèditur misericordia. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et ratio huius manifesta est; quia cum per poenitentiam Deum placas, filius eius efficeris, & cum vulnera tua, tum habitus prauos, tum peccata Deus conspicit, vulnera filij intuetur, eoque magis misericordia mouetur, quo grauiora sunt vulnera: ac mouetur pater plura videns filij vulnera. Eadem ergo peccata, & prauus habitus, quæ Deus in te peccatore conspicit, iram prouocant, eadem verò cum ad Deum venis supplicis, misericordiam magnam exposcunt, & multa cum commiseratione à Deo cernuntur, quia filij vulnera sunt: & quæ in te peccatore aspicit, tanquam offensas sui, in te poenitente respicit, tanquam mala, & vulnera tua, quibus medendum, & miserendum est.

Maxima ergo fiducia nobis ad Christum accedendum, dicendumque cum Psalm. Eripe me de inimicis meis, Domine ad te confugi. Sicut enim cum xenodochium constructum est, ut omni infirmo in eo medeatur, accedis infirmus ad illud; & si à te queratur, quo titulo, aut ratione, an quia illa bona tua sunt? vel propinquus es eius, qui illud extruxit? non inquis, sed quia infirmus sum, & omni infirmo constructum est: quid putas Christum Dominum esse? Vtique peccatorum xenodochium. Est Christus patris misericordia, qui pater dicitur misericordiarum, quia pater est Christi. Si ergo infirmus in anima es, accede ad Christum omnia enim eius bona peccatoribus seruata sunt, tibi vniuersa eius satisfactio relicta est, tibi sanguis, tibi lachrymæ. Si delicijs te tradidisti, accede ad eius dolores, quibus ille perfoluit delicias tuas. Si superbus fuisti, accede ad eius coronam spineam, qua exoluit superbias tuas. Si duro fuisti corde, accede ad cor eius lancea vulneratum, ibi curaberis. ¶ Nec verò nobis dissidendum,

quia

**A** quia maximè peccauerimus. Imò hac ratione maiori nobis accedendum fiducia est. Ego autem semper sperabo, ait Psalm. Et adiciam super omnem laudem tuam. Id est, hoc ego adiciam super omnem laudem, quam ab omnibus alijs recipis; quod ego adhuc primus peccatorum, miserimusque; semper in te spero. Ais: Inter peccatores primus censendus, & annumerandus sum: delicta mea grauisima sunt. Hoc titulo Christus tibi maximè propitius erit, si ad eum accedas. Hac enim ratione in hunc 38. annos infirmitate habentem potius aspexit, quia omnium miserimus, libètissimè enim magnis peccatoribus adest. Magnanimi est proprius, Arist. ait, esse otiosum, cuius ratione ostendit D. Tho. quia cum circa magna occupari velit, dum illa non occurrunt, otiosus est.

**B** Magnanimus Deus noster est, magnis intendere cupit, magni verò est, desperatum hominem in via salutis excipere. Hoc libètissimè ille operatur. Sicut præcipuus medicus libèter infirmos ab alijs desperatos curat, ut eius ars manifesta sit. Cum ergo te videris gratia sanatum dic: Quia omnium pessimè eram, in me Deus potius respexit. Cum videris te in gemitibus criminibus obstructum, dic: Nunc sperabo; nunc adiciam super omnem Dei laudem; nunc ad Christum accedam, nunc ab eo misericorditer respiciam. ¶ Sed audi, quid ad salutem restitutum Christus loquatur. Noli amplius peccare. Eze. 44. Sufficiam vobis domus Israel, omnia scelera vestra, quam iusta petitio. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam. Dimitte me, ait Angelus, iustitiam cum eo Iacob; Dimitte me, o peccator, ait Dominus, satis sunt peccata præterita. Infelix homo, qui peccato semper inhiat, nec unquam lassatur in via iniquitatis, nec quiescit paululum à commixtione fermenti. Qui enim facillimè in peccata relabitur, signum profectum dat, se non omnino à peccato resiliisse: cum enim vulnus sanatum iterum recrudescit, ostendit non perfecte fuisse sanatum.

Si verò ad hoc, ut saneris, vel in peccatum iterum non labaris, aliqua tibi occurrerint factum difficilia, memor esto verborum David 2. Reg. ultimo. cum ei gratis daret Areuna, quam sacrificio Domino offerret, ait: Nequaquam ut vis, sed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo meo holocausta gratuito, ea enim offerre Domino debemus, quæ maximo pretio emantur. Cuius rei exemplum sit tibi Dominus Deus tuus, qui cum multa homini

D d 4 deducit

Psalm. 70.

Aristo. D. Thom.

Simile.

Eze. 44.

1. Pet. 4. Gene. 32.

2. Reg. ult.

dedisset sine vlllo labore, aut difficultate in creatione, voluit in reparatione dare & sanguinem, & vitam, quæ ei tam caro pretio steterunt, vt tu discas strenuè militare, licèt id difficile sit. Si enim agricola visa difficultate animum despondet, quos fructus ex terra colliget? Quid laude dignum miles faciet, qui in prælij difficiles anfractus nõ irruit? Quis in sciētiarũ studio proficiet, nisi laboribus magnis? In cura ergo, ac diligentia, in laboribusque vincēdis vita omnium artium, atque rerum est. Si verò in minimis labore, & diligentia nobis opus est, quid in magnis? quid in re omniũ maxima? Rectè Prouer. 10. Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Sed quid saluti restitutus agat, videamus.

**Inuenit eũ in templo.** Quo properauerat, vt Deo gratias ageret pro salute recepta: ne similis esset apostatis Angelis, qui suã inspiciētes pulchritudinem, sui dilectores facti sunt, nec Deo gratias retulerunt. Et de Philosophis idem Paulus ait: Nõ glorificauerunt Deum, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis. Salus, vires, & quicquid in te est, siue gratuitum, siue à natura à Deo est, cui omnium gratias referre debes. Ne similis illis sis, de quibus Iere. 5. Et non dixerunt: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiã temporaneam, & serotinam in tempore suo, plenitudinem annuæ messis custodientem nobis. Similis ergo esto sponsæ, cuius oculi dicuntur columbarum, quia illæ cum granum ore acceperint, continuò oculos in cælum leuant, quasi gratias agentes Deo cæli, pro accepto dono. Et sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ; ita oculi nostri ad Dominum, & eius manus, à quibus nobis bona cuncta proueniunt: quia omne datũ optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum, &c.

Nos tandem in anima paralytici, temporis opportunitatem non prætermittamus, sicut aquæ piscina non sanat, nisi desuper mota: sic pœnitentia non sufficit, nisi à Deo inspirata. Quã aquam licèt Deus semper moueat, vt sanetur peccator: nunc tamen hoc sacro Quadragesimali tempore, singulari auxilio Deus mouet, vt peccata deleantur: idèd nunc nobis maxime

2. Reg. 14. accedendum est. 2. Reg. 14. Videns Ioab, quòd cor Regis verum esset

Simile.

Prou. 10.

Rom. 1.

Iere. 5.

Cant. 1.  
Simile.

Psal. 122.

Iacob. 1.

**A**sum esset ad Absalon, eum reconciliare curauit. Hodie ostenditur nobis Dei cor ad nos versum, misericordia plenũ, nunc curandũ nobis præcipuè est, ei reconciliari. Vt hoc olim præstaret Israel, loquitur Dominus ad eos Iere. 2. Audite verbum Domini, quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis, vt derelinquerent me? Quæ gens mutauit Deos suos? Et certè ipsi non sunt Dij. Si ille qui vilissima idola colit, ea non reliquit, qua ratione ductus me reliquisti? Inuitat te Dominus hoc tempore, conuertimini ad me in toto corde vestro. Quotidie loquitur: Vis sanus fieri? En aqua mouetur, videntes ergo aquæ motum, accedamus, & sanabimur, saluique erimus.

Iere. 2.

## B Dominica Secunda Quadragesimæ.

*Transfiguratus est ante eos, &c. Matt. 17.*



**P**roponitur hodie nobis nouus in mũdo fructus, temporaneusq; in hyeme huius sæculi ortus, qui planè mirabilis est. Interea, quæ Christianis concionatoribus à Deo præcepta sunt, & commendata, illud præcipuum est, Esa. 12. Notas facite in populis adinventiones eius, & Psal. In adinventionibus tuis exercebor. Dionysius ait: Deus amatorie profectur nos. Et Ezech. 16. Tempus tuũ, tẽpus amantiũ. Sicut ergo vir, qui mulierem ardentissimo amore diligit, eam insequitur mille adhibitis adinventionibus, & artibus: sic gratiæ tempore, quod dicitur tempus amantiũ, vel amorũ, Deus animas nostras nimio amore profectur, easq; in sui amorè allicere conatur. Quod vt assequatur, diuersis vestibus vtitur amantiũ more: quarum vnã gloriosissimã hodie induit amictus lumine, sicut vestimento. Dominus regnauit, decorè induit, induit Dñs pulchritudine, vt oculos nostros ad se rapiat. Sic indutũ miratur Psal. Dñe Deus meus magnificatus es vehementer, confessionem, & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.

Esa. 12.

Psal.

Diony.

Ezech. 16.

Simile.

Psal. 92.

Psal. 103.

Tres præcipuas induit vestes Christus Dominus, vt oculis sponsæ totus desiderabilis appareret. Primam vestẽ induit na-

D d 5 turam

tura humanam, qua illum figuratum dicere poterimus. **A**te enim figura carebat, qui purus spiritus, & infinitus est: infiniti enim non est figura, vt Arist. ait, & figura corporis est, nō spiritus. Propter nos verò figurā induit, habitu inuētus vt homo, in ea veste pulcherrimus apparuit sponse oculis, speciosus forma præ filijs hominū, diffusa est gratia in labijs tuis, specie tua, & pulchritudine tua, &c. Ea pulchritudine inuitatur à Psal. anima, vt eum diligit: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuā, &c. Secundā verò induit vestē, cū in passione sua, vt sic loquar, defiguratus est. Esa. 53. Vidimus eū, & nō erat aspectus; mutauit tunc habitū suum Rex Israel, & ingressus est bellum. Sed quia solo amore, ac bonitate eam induit vestem, quanquā deformis, & obscura videretur, at ille pulcherrimus, optimusque apparuit, & ad se animas traxit. Vnde ait: Cū exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Sed antequam secundam hanc induat vestem, hodie tertiam induit, dum trāsfiguratur, vt ostendat illam defigurationem dignationis esse, non necessitatis, amoris, non ignominia, ac dedecoris. De quo Psalm.

Aristot.

Philip. 2.

Psalm. 44.

Esa. 53.

3. Reg. 22.

Ioh. 12.

Psalm. 88.

Quod exprobrauerunt inimici tui Domine quod exprobrauerunt commutationem Christi tui, id est, exprobrant nobis, quod Deū adoramus crucifixū, quid illis respōdebimus? Hoc utiq;, qui tūc defiguratur, hodie trāsfiguratur, qui se tūc mortale ostēdit, hodie diuinitatis certissima signa præbet; nulla verò potest passio obscurare, quē tāte maiestatis splendor illustrat. Sed iā videmus, quomodo animas nostras ad se trahat, eo quod hodie induit indumento. Cēseo id nobis hodie voluisse ostendere, quali, quantaq; gloria se priuauerit propter nos, dū in terra vixit, vt hoc nos deuinciat in sui amorē. Pro cuius intelligentia nota. Hāc gloriā corporis, quæ hodie in eo apparuit, ipsi debitā esse ab instāti conceptionis: tū quia verbo vnitum erat personaliter: tū propter animæ gloriā. Si enim ab anima in corpus redundat vel gaudiū, vel tristitia maxima, quid non redundet summa gloria? Vnde sicut mirū esset videre in hemisphærio nostro Solem, nec tamen aerem illuminatum: sic mirum est videre gloriosam animam in corpore passibili. Sicut enim à Sole naturaliter procedunt radij in aerem: ita ab anima gloriosa gloria in corpus. Sed interposita sunt peccata no-

Simile.

stra

**A**stra: quæ illud prohibuerunt, donec delerentur.

Hoc ergo supposito, duo Christo Domino præcipua debemus. Primū, mala, doloresque, quos pro nobis ille pertulit, de quibus hodie loquitur cum Elia, & Moysē. Secundum, bona, quæ pro nobis reliquit toto vitæ tempore. Sed quæ inquis, bona? Gloriam animæ, quæ inferiori portioni debebatur: gloriam immensam corporis, quam hodie ostendit. Sed quanta hæc gloria sit, quis dicendo consequi possit? Cū enim gloria corporis animæ gloriæ respondeat, & gloria animæ Christi excedat in immensum gloriam omnium beatorum simul sumptam: sic & gloria corporis Christi excedit in immensum gloriam omnium corporum beatorum, quæ erūt, & gloriam omnium Angelorum, si corpora haberent. Si ergo Christo multum debes, quia maximos pro te dolores pertulit; magis ei es deuinctus, quia tot bona pro te reliquerit, quæ maiora sunt, quàm mala, quæ pro te passus est. Quod vt valeas intelligere, finge animo, nos omnes Constantinopoli, vel in extremis terræ teneri captiuos: Regem verò Hispaniæ tanto nos amore prosequi, vt eō ipse vellet ire, vt nos redimeret abiectis vestibus, victuque vulgari. Duo tunc ei deberemus: Primū, labores itineris immēsos, quos susciperet: Secundū, quod regna sua, & omnium eorum gloriam eo tempore relinqueret, vt nos redimeret. Multum ei deberemus, quia labores, & itineris difficultates sustineret: sed multo amplius, quia gloriam regnorum reliquisset: quod maius est bonū, quàm illa sint mala.

**C** Simile in Christo Dño cōsiderandū est. Multa pro nobis passus est: sed maiora bona reliquit, quàm mala sustinuit: & ideo hac ratione maximè nos sibi deuincit. Hinc est, quod cū per Hieremiam duodecimo. quæ hominum causa fecit, ostenderet, ait: Reliqui domum meam: dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius. Primū ea extollit, quæ reliquit, & hoc semel, & iterum, deinde quæ passus fuerit, receret, quia plura reliquit, quàm sustinuit.

Ex quo nobis colligēdū est, sicut Christ⁹ pro nobis pass⁹, nos deuinxit, vt ipsius amore labores subeamus: ita pro nobis tanta bona relinquēs, vt pro eo omnia relinquamus, quauis magna.

Non

Simile

Hierc. 12.

Nondum viderat Moyses, Christum hanc gloriam reliquisse **A** re ipsa, sed figura solum, cum Dei causa multa reliquit. Quæ ostēdit Paul. Fide Moyses grandis factus, negauit se filium filia Pharaonis, maiores diuitias estimans improprium Christi thesauro Aegyptiorum. Sed hoc præstitit grādis factus, pueri enim nānijs delectantur, maiores verò rebus serijs, & magnis. Verè qui temporalibus delectatur, puer est. Vsq̄quo paruuli diligitis infantiam? Cùm verò nos viderimus Christum pro nobis tanta reliquisse, deuinctos nos putemus, vt pro eo minima relinquamus; minima enim sunt, quæ tēporalia sunt. Nescimus Dei causa relinquere nostra: quæ est, qui dicat: Ecce nos reliquimus omnia? Quam auari in retinendo? Hac de re expositulat Deus, **Hiere. 2.** Nunquid terra sterilis ego sum, aut ferotina; quare ergo dixit populus meus: **Recessimus, non veniemus vltra ad te.** Cùm agricola committit semen terræ pingui, ac fertili, quæ non sine vsura, sed multò plura reddit, quàm accepit, fructum scilicet centesimum, quàm largè disseminat, quàm sine metu frumentum manu propria à se abiicit, nouit enim sibi cū vsura reddendū. Cùm verò in agro sterili semen spargit, parè feminat, & dolens, quia terræ sterili mandat. **Mo. 2.** ergo dicit tibi Deus tuus; Num terra sterilis ego tibi sum, aut ferotina, quare ergo pro me relinquere tua dubitas? Num nō ego multiplicatū tibi tribuā frumentū tuū? Disce ergo pro Deo honorē, voluptates, diuitiasq; cōtēnere, accipies nūc centies tātū, & in futuro vitā æternā. Hęc est terra nostra, hoc prædiū præclarū, quod tibi datū est: & exēplo Christi pro te tanta relinquentis, tu etiā ipsius amore aliqua cōtēnere, ne trepida ueris. Hoc hodie ostendere tibi voluit gloriā suā manifestans. Quasi dicat; videte, ò homines, qualia pro vobis ego relinquā, quibus bonis me priuem vestri causa, vt vos similiter faciatis. **Matth. 16.** Vt verò hanc gloriam ostendat Christus Dñs suis, sicut eis promiserat, cū diceret; Sunt de hic stantibus, qui nō gustabūt mortē, donec videant filium hominis venientē in regno suo, quod Leo Papa hodie impletū asserit. **Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioānem, & duxit eos in montē excelsum seorsum, scilicet, in Thabor.** Semper Christus in montē suos ducit, in alta, in sublimia. **Psal. Mons Dei, mōs pinguis, mons in quo beneplacitū est**

Hebr. 11.

Prou. 1.

Hiere. 2.

Simile.

Matth. 16.

Leo Papa.

Psalm. 67.

**A** est Deo habitare in eo. Et **Iob:** Ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum. Nidus Christi Apostolicus est chorus, quem in arduis ponit, dum in montē euahitur. Montes excelsi ceruis. In monte Deus Abrahæ apparet; in monte legem dedit, quo nos docet in montem ire. Sic Angeli ad Loth: In monte saluum te fac. Et. 3. Reg. 19. Elias in mōtem ire iubetur, vt Deum videat. Est enim duplex modus Christianè viuendi. Primus, cū ascendere in montem quis conatur, cū perfectionem sectatur: vel licet in statu sit humiliori, in eo tamen montem quærit: multa opera perfectionis, & supererogationis præstat, cū sacramenta frequentat, orationem colit, mortificationem amplectitur, elemosynas largitur: hic in mōtem ascendit, huc nos Christus conatur ducere. Audi ascensum hunc nos monētem. **2. Pet. 1.** Fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes, nō peccabitis aliquando, sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Dei. Alij verò montem ascendere recusant, sed in campestribus morari volunt, qui, scilicet, vulgarem vitā ducere in animo habent, Deoque seruire se dicunt, sed communi hominum more, quæ supererogationis sunt, nolunt præstare, sed quæ omnino tenentur facere sub præcepto. Periculis plena hæc vita est. Hisque contingere solet, quod ijs, qui arcum habēt laxatum, chorda remissa, qui cum in scopum iaciūt sagittas, licet recto itinere eas dirigant, non in scopum, quo diriguntur perueniunt, sed multò inferius, propter arcus nō bene distenti debilitatem. Sic hi licet proponant, quæ præcepta sibi sunt, seruire, eoque dirigant vitam, & intuitum suum, sed multa non seruāt, quia natura nostra post lapsum infirma est, ac debilis. Vnde, vt in illum scopum quis perueniat, observationem, scilicet, mandatorum, oportet non in illum conari dūtaxat, sed multo altius expectare. Hoc est, quod Petrus ait loco superius citato: Sic enim non peccabitis aliquando. Cū ergo moneris multa supererogationis, & perfectionis opera præstare, non solum id consequeris, si ea opere compleueris, vt maius sit tibi in cælo gloriæ meritum, (quod Petrus dicit, abundanter ministrabitur nobis introitus in æternum regnū Dei)

Iob. 39.

Psal. 113.

Gene. 15.

Exod. 32.

Gene. 19.

3. Reg. 19.

2. Pet. 1.

Simile.



**Psal. 90.** Dei) sed etiam vt certam electionem tuam facias, vt non peccas. Tunc enim de te dicitur; Altissimum posuisti refugium tuum, non accedet ad te malum. Aeterna salus est in dubium non vocanda; sed quam in tuto collocare debes, nam & negotia saecularia grauias curas in tutissimo esse.

**Luc. 9.** Et dum oraret, ait **Luc. 9.** Transfiguratus est ante eos. Accedite ad Deum, & illuminamini. Sic enim nos transfigurari oportet, cum enim Luna Solem respicit, ab eo lumen accipit, cum vero terra interponitur, ecliptim patitur. Multorum animae similes sunt Lunae ecliptim passae: quia saecularibus negotijs lumen caeli ad se venire non patiuntur. Qui vero se soli opponit iustitiae, ab eo lumen recipit, quo transfigeretur. Sic Paulus. Nos autem reuelata facie gloriae Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, a claritate in claritatem. **Simile.** Similisque anima efficitur nubi, quae cum natura sua obscura sit, radijs tamen opposita Solis, omnia induitur lumine, & pulchritudine.

Sic ergo Christo orante transfiguratus est. *Resplenduitque facies eius sicut Sol.* Qua in re ostenditur nobis iusti in mundo adhuc tribulati transfiguratio. Sicut enim Christus in medio laborum transfigurationis gloria decoratur; sic iustus etiam hic dum laborat, consolatur: sicut contra impius in medio deliciarum confunditur, ac angitur. In medio conuiuii videt Balthasar manum eum conturbantem. Et **Psal. de Israel** ait; Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. In medio conuiuii ruit domus super filios Iob. Hinc **Propheta ad Aegyptum** vitula elegans, atque formosa Aegyptus stimulator ab aquilone veniet ei. Sicut enim vitulam in prati medio pascentem musca inde cum dolore abijcit: sic animam delicijs deditam conturbat Deus, iam tribulatione, iam cogitatione mortis. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Contra vero iustis in medio tribulationum lux fulget transfigurationis. Hoc experiebatur, qui dicebat; Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, & superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Hoc experti sunt tres illi pueri, qui in medio ignis rorem stateram fenserunt, qui eos ab igne laedi non permisit. Hoc etiam experientia iusti

noue-

**A** nouerunt; qui licet maximis afflictionibus vrgeatur, si tamen in montem ascendunt, si Deum orant, experiuntur illud; Ego reficiam vos, & illud: Ducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meae.

**Sed Christo transfigurato apparent Moyses, & Elias loquentes cum Iesu.** Quid vero loquerentur, insinuat nobis **Luc.** dicens: Dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem. Sed quid facitis Moyses, & Elias affligentes animam Christi? Permittite eum paulisper tanta frui gloria, nec illi triste passionis nuncium deferatis: quis enim Regi in lautissimo conuiuio triste ferat nuncium? Si enim musica in luctus importuna narratio; nonne luctus in conuiuio importunus quoque erit? Respondetur, imò de excessu eius loquatur, vt gloriam Christo curauent, & ipsemet Christus in colloquium miscet passionem suam, vt cumulata gloria fruatur. Sicut enim lætitiæ

**B** tempore colloquium miscet eorum, quæ maximè læta, ac desiderata sunt: ita res omnium dulcissima Christo passio est, ei desideratissima mors est; ideo de ea nunc agit. Sicut enim magna febris, siti que laboranti fontium, riuorum, aquarum que colloquium immiscet, quo ille præcipue delectatur: sic febris amoris Christus Dominus laborabat, tanto que passionis desiderio tenebatur, vt diceret; Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsque dum perficiatur? Et ideo passionem suam calicem dicebat, & potum. Sicut enim sitis maximè hominem affligit, anxium que reddit, plus quàm fames, & potus summè expetitur, atque desideratur: ita Christus summè passionem sitiebat. Et adeo vt postquam tanta fuerat passus, & postquam intrauerunt aquæ vsque ad animam eius, & aquas innumeras biberat tormentorum, adhuc tamè clamat, sitio, quia aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruet illam. Imò sicut calcis fornax vehementer accensus immissa aqua plus ardet: ita tanto ardebat desiderio passionis Christus Dominus, vt passionibus adhibitis plus sitiret. Quid aliud putas hodiernum esse splendorem, nisi ignem charitatis procedentem, qui intus latet? Hoc verò passionis desiderium maximè ostendit cap. superiore. Cum enim passionem suam Discipulis prædixisset, Petrus ad eum ait: Absit a te Domine; non

erit

erit tibi hoc. Cui Christus; Vade post me Sathana, scandalum A mihi es; non enim scis, quæ Dei sunt, sed quæ hominum, quibus verbis & flagrantissima in nos charitas, & passionis summum desiderium ostenditur. Bis enim ex mellifluo eius ore acre verbum Sathana exijt. Primò, illud dixit Dæmoni, quando illum tentauit, vt se adoraret, Matth. 4. Secundò verò nunc idè verbum in Discipulum in torquet, impedire volentem passionem, quem paulò ante beatum pronunciauerat, cuique clauis cæli concesserat, quo verbo dæmonem repulit suadentem, vt patris adoratione relicta eum adoraret: eodem repulit discipulum impedire volentem passionem, & salutem nostram. Et sicut infinitum paternæ gloriæ desiderium fecit eum tam acriter tentationem illam excipere; vt duro verbo eam repulerit; ità in homines flagrantissimus amor effecit, vt eodem verbo repelleret impedientem passionem, & salutem nostram. Mira profectò illa verba: Scandalum es mihi, quasi dicat, si turbari posses, si scandalizari, hoc solo verbo scandalizarer. Si ergo tã desiderata passio erat, meritò de ea colloquium in transfiguratione immiscet. Sed est ne tibi dulcis Christi causa passio? Omne gaudium existimate fratres, cum in varias, &c.

Sed dubium est, qua ratione illam excessum dicat. Respondetur, naturale est partem exponi pro totius conseruatione: imò & partem minorem pro maiori, vt manus pro capite. Ex quo infert D. Thom. naturale esse omni creaturæ, vt plus Deum diligat, quàm se, & se exponat omni periculo pro Deo, eiusque dignitate tuenda, quia Deus est bonum vniuersale. Omnis autem creatura se habet tanquam pars. Vnde quod se exponat creatura pro Deo, naturale est. Pro vniuersi enim bono conseruando relinquunt res naturales suas inclinationes, & loca: idèò terra, & aqua ascendunt, ne vacuum detur. Quod verò totum se exponat pro parte, Deus pro homine, hoc verè excessus est: quod filium tradat, vt seruum redimat, excessus est. Sed nec solum hic fuit in passione excessus, sed & multi alij: omne enim quod in passione est, excessus est. Amor excessit propter nimiam charitatem suam: dolor excessit in immensum omnes hominum dolores. Videte, si est dolor, sicut dolor meus, humilitas excessit, cum vermis reputatus est, & non homo,

obedi-

A obedientia excessit, dum factus est obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Nihil in passione videbis, quod excessus non sit. Sed qua ratione tanti in ea excessus? Respondetur: cum contraria contrarijs curari debeant, excedentia contraria non curantur, nisi contrariorum excessu. Excedens fuit culpa hominum in peccando, Christi passio medicina est, excedens illa esse debet. An non summus peccati excessus est, dum contra voluntatè niteris Dei? dum eum despicias? dum conculcas? Attè de, quis Deus, quis tu, & cognosces peccati excessum? excedat ergo Christi passio. An non ingens excessus Adami, cum voluit Deus fieri? Quod ei erit remedium? excessus alter. Fiat Deus homo, & homo vermis. An non nimius excessus in obedientia hominis? superbia eius? delicia eius? Sit ergo Christi passio excessus obedientiæ, humilitatis, & dolorum.

B Sed cum Moyfes, & Elias excessum loquuntur; Petus quid respondet? Respondens Petrus ait: *Domine, bonum est nobis bis esse.* Vide, quam diuersa sint cogitationes mortuorum, & viuorum. Moyfes, & Elias qui aliud sæculum viderunt, dicunt: Moriatur Christus, Petrus verò, bonum est in hoc monte nos esse. Quam diuersa iudicia nostra à iudicijs defunctorum? Illi dicunt, Quid profuit nobis superbia, diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? omnia velut vmbra transierunt: Tu verò cogitas, quomodo vanitate, & diuitijs crescas: illi, delicias abominantur, quarum causa in æternum se videt arduos. Tu dicis, non sit pratum, quod non pertransseat luxuria nostra: illi testamenta sua impleri clamitant, tu verò eorum bonis frue- ris eos oblitus, illi vana dicunt omnia, quæ in terra sunt, Petrus hic manere desiderat, dicens: Bonum est nos hic esse.

*Sed nesciebat, quid diceret.* Sed qua ratione nescit, quid dicit, quia gloria sola corporis contentus erat, & hanc in hac vita querit. O quot habet Petrus socios in hac inficitia. Tertio Reg. 3. Reg. 3. tertio. duæ erant meretrices, singulos habentes filios, altera oppressit suum dormiens, furataque alterius filium est. Cumquè Salomon diuidere hunc vellet, illa quæ mater erat, ait: Integer ei detur, quæ eum dicit suum. Duæ hæ meretrices caro, & anima sunt, ambæ meretrices, quia à Deo per peccatum discesserunt, filij earum sunt inclinationes, quæ in eis erant in Deum, &

Primus Tom.

Ee

in bo-

Philip. 2.

Matt. 4.

Iaco. 1.

D. Thom.

Ephes. 2.

Thren. 1.

Psalm. 21.

Sep. 5.

Sap. 2.

3. Reg. 3.

in bonum, & vltimum finem. Carnis inclinatio extincta omnino est, dum solum in terrena inclinatur, in emortuaque ducitur sine Dei memoria. Animæ inclinatio adhuc viuens permansit, quia etiam post lapsum, in Deum tendit vltimum finem, & gloriam appetit veram. Sed caro hunc filium animæ, hanc eius inclinationem surripere vult, & eam ducere in bona terrena, & soli appetitui bruto cōuenientia: anima verò sibi seruire vult. En rixam, litemque inter carnem, & animam. Addeunt Salomonem, qui sapientia sua terrenam sapientiam significat. Et quam ille sententiam profert? Diuidatur, inquit, filius. Hæc inclinatio animæ, quæ viuens est, diuidatur, pars eius animæ referuetur, & pars illius carni detur. Sed quomodo hoc fiet? Vtique si in hac vita, & in alia gloria quæretur. Bonum est nos hic esse. Hoc sapientia mundi iudicat, hic quærendam gloriam; insuper, & in alia vita: sed omnino fallitur, duæ enim gloriæ nulli contingunt. Si diuidere volueris, morietur: nihil enim verum, & viuum obtinebis. Quid ergo ait anima, si vis ò caro gloriam, accipe eam viuam integram, non futilem, & quæ præterit cum figura huius mundi, sed veram, & æternam in cœlis. Labora, inquit, nunc paululum, cito verò audies, quod Iacob Genesim trigesimosecundo. Quod est nomen tuum? Iacob inquit: Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Iacob ab utero matris laborare cepit: ibi luctatus est cum Esau, post exul à domo patris factus est, deinde in domo Laban multa passus, tandem cum Angelo luctatus, & ideo Iacob dicitur, id est, luctator, sed finietur hæc laborum lucta, & amplius Iacob non vocabitur, sed Israel, quod significat videns Deum. Laborandum nobis paulisper est, luctandum, sustinendum, sed venit tempus, cum non laborantes, sed Deum videtes dicamur. Sed heu in pluribus præualet caro contra spiritum, & eius filium sibi vsurpat: cuius figura extat in Iacob, & Esau, luctantur in vtero, sed tandem vincit Esau: & prior egreditur, natuque maior iudicatur, vt primogenituram obtineat. Omnia bona mundi, omnia præcipua corpus tollit, sibi que vsurpat: vniuersæ artes mundi corpori deputatæ sunt, & vniuersa ferè bona, vt illud primogenitum dicas, spiritus ve-

Genes. 32.

Genes. 25.

**A**rd posterior nascitur, tenens plantam prioris, quia quod caro calcat, spiritus amplectitur. Sed ais: Caro præualuit in me contra spiritum, primogenituram tulit, quomodo eam recuperabit spiritus? Vtique sicut Iacob, deserat spiritus Deo escam, qua libenter vescitur. Sed quæ hæc esca? Cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Collo circumdet pelles, id est, peccata confiteatur voce Iacob humili, & sic gratiam assequetur spiritus, qua sit maior carne, illamque superet.

Sed audiamus iam cœli iudicium de Christo, eiusque passione. *Hic est filius meus dilectus etc.* Quam diuersum cœli iudicium à mundi iudicio. Ait mundus: Hic est blasphemus, potator vini, Samaritanus. Pater verò ait, Hic est filius meus dilectus; iudicio vero cœli standum esse, quis dubitet? Ne ergo multum curaueris, quid de te mundus dicat, sed quid Deus. Insuper volebat Petrus, Christi passionem impedire, & in eò mote manere, sed pater ait: Hic est filius meus dilectus, & quem ego diligo, in passionem, & crucem mitto. Ego filium diligo, plusquam Petrus, & tamen eum pati volo. Sicut enim cum filio brachium est refecandum, recedere solent amici, nec spectaculo crudeli adesse volunt, misericordia moti: at pater eum diligens plus illis, adest medelæ, & brachium tenet, quoniam id filio expedit: sic hodie pater Petro ait: Ego filium diligo, & quia diligo, ei crucem do mea manu, & calicem passionis, quæ bibat, vt vel hinc discere possis, non te Deum odio prosequi, cum calicem passionis porrigit, imò pater, quem diligit filium, corripit, atque castigat.

**C** In quo mihi bene complacui. Cum pictor in quampiam imaginem omnem artem suam posuit, eam intuetur, & in ea sibi bene complacet. Sic sicut in sui similitudine expressa, pater in filio suo complacet, placent mihi alia, sed in ipso, & per ipsum, ipse verò placet mihi in se ipso, quicquid enim mihi in me placet, in ipso est, eadem enim est pulchritudo, & bonitas mea, & illius. Ideo vocatur Canticorum quinto. Dilectus ex dilecto, quia non solum ipse diligitur, sed & in ipso omnis ratio diligendi est, quicquid diligitur, propter ipsū diligi-

Ee 2 tur.

Genes. 27.  
Pfam. 30.

Ioan. 8.

Simile.

Heb. 12.

Simile.

Cantic. 5.  
Ephes. 1.

H. 1.

tur. Vnde Ephe. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo: & omnis creatura diligitur à patre in filio, quia conformis arti, quæ filius est.

Simile.

*Ipsam audite.* Ipse audiendus, quia Verbum est, quo explico omnia, quæ noui. Si vnica lectione Salomon ostentaret omnem suam sapientiam, quanta attentione auderetur. Volens ego mundum docere, misi ad illum verbum meum, quo omnia quæ scio, dixi. Creaturis explicavi mentem meam, quasi signis obscuris, sed filio meo quasi verbo omnia explanante manifeste. Audite eum, quia est verbum meum internum. Magister homo non verbum internum nobis dat, sed vocem, si autem verbum daret, attentius audiendus esset, quia loqueretur angelica lingua. Accipite ergo verbum meum internum, quod vobis ego do. Ioel. secundo. Exultate in Domino Deo vestro filiæ Sion, quia dedit vobis doctorem iustitiæ. Maximus planè iustitiæ doctor sapientia ipsa infinita. Ipsam audiamus, ei obsequamur. Anima enim quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo suo, ait Moyses de Christo Domino: Prophetam suscitabit vobis Deus, illum tanquam me audietis, vt viuere possitis in æternum, &c.

Ioel. 2.

Deut. 18.

## Feria Secunda post Domini cam Secundam Quadrag.

*Ego vado, & queretis me, & in peccato vestro moriemini, &c.* Ioann. 8.



**A** Dimpnentes, & duos corde hæc verba dicuntur. Durissima profecto sunt, terribilia, & quæ horrorem incutiunt audientibus. Asperum appareret medici dictum, quo infirmanti loquitur: Dispone domui tue, quia morieris proculdubio, &

1. Reg. 28.

non viues. Sauli hoc dictum fuit à Samuele. Et statim (ait scriptura

**A** tura) Saul cecidit porrectus in terram, extimuerat enim verba Samuelis. Sed multò asperius duriusque verbū istud est: In peccato vestro moriemini, quo animæ vita præstat corporis vitæ. In peccato viuere miserū plane est, & tremendū, deterius nāque est sic esse, quā omnino nō esse: at verò huic malo remediū est, dū vita fungeris. Sic Sapiens loquitur: Deus mortē non fecit, nec lætatur in perditione viuorū. Creauit enim, vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarū, nō est in illis medicamentū exterminij, nec inferorū regnū in terra. Expendendū verbū illud: Sanabiles fecit homines: sanitatem recuperare possunt, non est illis exterminium, & omnimoda perditio medicamentum. Curari enim illi possunt, nec inferni regnum, à quo nullus emergere potest, in terra est. In inferno redemptio nulla, in terra verò est, & copiosa, sed in peccato mori miserimū planè est, quia sine remedio, & malum infinitū est: atque adeo nullis verbis explicari, aut amplificari potest: quia est in æternū peccare, & in æternum puniri sine vlla salutis spe. In æternum à Deo separari, exulem esse à patria cœlesti, Dei inimicum perpetuo, in quem Deus pluat bellum suum, & omnes sagittas pharetræ suæ mittat. Implens illud, Et sagittas meas complebo in eis. Iniquitatem infinito odio Deus prosequitur, & ideo odio sunt Deo impius, & impietas eius. Et cum infinitæ ei sint vires, vt punire possit inimicos, & de eis vltiones sumere, nullus explicare valet, quas adhibeat vltiones. Hinc Psalm. Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? **C** Maxime ergo nobis inquirendum est, quis ille sit, in quem verba ista dicuntur, quæ fulminis instar sunt, & tonitrum magnitudinis Dei, quis ille est, cui sic peccatum adhæsit, vt nunquam se paretur ab eo, nec in morte ipsa: vt merito audiat, in peccato vestro moriemini?

Hæc verba dicta sunt à Christo Domino Pharisæis principibus, scribis doctissimis, sacerdotibus, Ecclesiæ Dei rectoribus: qui cęci erant, duces cæcorum, & in foueā inferni deciderunt. Tremendus profectò altior locus, & quo Deo propinquior, eo magis formidandus, quia cui plus datum est, plus etiā exigetur ab eo, cui verò Deus dignitatem, scientiam, prælaturamque committit, plura sine dubio præstat, & ideo plura ab eo exigentur.

Primus Tom.

Ee 3

Hinc

Sap. 1.

Iob. 20.

Deut. 32.  
Sapient. 14.

Psalm. 89.

Matth. 23.  
Luc. 12.

Sap. 6.

Psal. 142.

Conci. Trid.

August. in  
Joan. 16.  
Iere. 5.

Hinc illud. Iudicium durissimum in his, qui præsumunt, fiet. Et si omne Dei iudicium timendum est, etiam iudicium lenè, & orandum cum Psal. Non intres in iudicium cum seruo tuo: an non pertimescendum iudicium durum? an non horrorè incutit durissimum? Hinc Angelicis humeris formidandū munus prælati est, & maxima cū cautela in eo se debet gerere quisque. Sed nosse cupies, quod fuerit horum hominum peccatum, quibus dicitur, In peccato vestro moriemini? in omnibus quæ admiserunt, peccatis, mortui sunt illi: quia cū nullius peccati remissio concedatur nisi per Christum, qui eum non credit, in omni suo peccato moritur, quia nullum ei condonatur. Sed si nosse cupis præcipuum eorum peccatū, fuit in Christū nō credere, nec ei credere, neque in eum. Infidelitatis peccatum dicitur in scriptura peccatum per antonomasiā, vt ait Aug. in illud<sup>B</sup> Ioan. Arguet mundum de peccato. Hoc illi admiserunt Christum non credentes, quod illorum peccatum explicat propheta. Negauerunt, ait, Dominum, & dixerant, non est ipse, neque veniet super nos malum.

Sed adhuc inquirens, cū doctrina, & opera Christi diuina essent, & tā manifesta lux illis fuerit, vt stultus, & cæcus illa nō videre non posset, quomodo Pharisei, & Scribæ in eis scandalū inuenire potuerunt? In perfecte plano quis offendiculū inuenire potest? O hominum peruersitas, atque malitia quanta est. Quantaque humilitate, ac timore conuersari debemus, semper Dei implorantes auxilium, & ab eo quasi pendentes, cum Aug. teste, nullum peccatum admittit homo, quod non admittat alter homo, si deseratur ab eo, qui fecit hominē. Cū aliena peccata, & infirmitates audis, de tua etiā agitur causa, in id ipsum namque malum tu incidere facile potes. Vnde qui aliorum lapsus humiliter, & prudenter audit, compatitur lapsis, & sibi timet dicens, qui stat, videat, ne cadat, dicitque Deo: Cū defecerit virtus mea, Deus ne derelinquas me. Videt etiam offendiculū, in quo alter offēdit, ne ipse similiter offēdat, & decidat.

Videamus ergo, quo pacto hi pharisei in luce admodū manifesta impingere, & scandalizari potuerunt. Audi Christū Dominū hoc ostendentem: Lux venit in mundum. Summum hoc bonum, si lux venit, omnes ergo videbunt recta, omnibus cæ-

li via

livia patebit. Sed nō ita factū est, quid ergo? Dilixerūt homines magis tenebras, quā lucē. An non hoc horrendum monstrum? Quo nā pacto tenebræ præponendæ sunt lumini? Erant enim (inquit) eorū opera mala, & omnis qui male agit, odit lucē. En omnis mali radicē. Sed quo pacto voluntas excæcare potest intellectū? An non ille dux, & lux est voluntati. Adhuc voluntas mouet intellectum, & illi dominatur, & qui voluntate est praua, faciliè intellectu errat. Hoc verò in his ad quos hodie sermo nē Christus habet, facile perspicias. Venit Deus in mundū, vt viā cœli nobis ostenderet. Elegit Israel in habitationē sibi: vitā duxit perfectissimā, vitā diuinā. Doctrina eius ipsa veritas ex thesauris sapientiæ, & scientiæ Dei de præcepta. Adhuc in tam manifesta luce impegerrunt, & in meridie palpauerunt, vt cæci. Et huius rei illa est causa, quia eorum erāt mala, opera. Dilixerunt vitia, & peccata, & ideo audire noluerunt eū, qui his contrarius erat. Dilixerunt infirmitates suas, & ideo curari noluerunt, & iusto Dei iudicio ablata est ab eis veritas, quā recipe re recularunt: concessumque mendacium, quod dilixerunt, sicut cum alijs Paul. factum ostendit: Eo quod charitatem veritatis non receperunt, immisit illis Deus spiritum erroris, vt credant mendacio. Et quæ admodū excitas a somno duos infirmos, vt cre-<sup>2. Thess. 2.</sup> dicens: Euigilate, somnus namque vobis mortem affert, alter diligens vitam suam, somnum depellit, tibi que gratias agit, quod illum excitas, alter verò qui somnum diligit, irascitur tibi, quod illum excites, & si fortè lucernam eius oculis proponis, vt euigilet, illam extinguit, ne somnum impediatur: sic isti eoque tandem deuenere, vt lucem Christum sibi extinguerent in cruce, nobis lucem super candelabrum posuerunt, sibi verò interemerunt, noluerunt curari à cœlesti medico, merito audiunt: In peccato vestro moriemini.

Timendū ergo nobis maximè est, si forsan in corde nostro viderimus veritatis odium, passiones exuperantes, peccatū dominari in nobis. Sicut enim in corpore infirmitates sunt desperatæ, de quibus medicus pronūciat, nulla his medicina est: ita aliqua sunt peccata (que infirmitates sūt anime) adeo radicata, vt licet remediū, & medicina sepe eis sit, est tñ adeo difficilis, vt quasi impossibilis appareat, vt medicus dicat illud Pauli: Impos-

Ee 4

sibi e

Simile.

Hebr. 6.

fibile est eos, qui semel illuminati sunt, & gustauerunt donum A  
 celeste, & prolapsi sunt, iterum renouari ad pœnitentiam. Audi  
 comminantem diuinam sapientiam Prouerbiorum primo.  
 Inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & non in  
 uenient me: eo quod exosam habuerint disciplinam, & timo-  
 rem Domini nõ suscepserint, neque acquieuerint cõsilio meo.  
 Aliquando namque propter innumera peccata recedit Deus,  
 auertitque se ab homine, & eum indurari permittit, qui infeli-  
 cissimus hominis status est, de quo dicitur, in peccato vestro  
 moriemini. Cuius rei pauendum, ac stupendum exemplũ Pha-  
 rao, induratus auaritia est, qui decem mirabilibus summis com-  
 motus non est, & nihilo melior factus, in peccato suo mortuus  
 est, descendens in profundum, quasi lapis. Sic quorundam pec-  
 cata quasi indelebiter eis hærent: de quibus Hiere. 17. Pecca-  
 tum Iuda scriptum est stylo ferreo, vngueque adamantino, exa-  
 ratum super latitudinem cordis eorum, quasi dicat, indelebili-  
 ter scriptum est in eorum cordibus. Nam vt indelebiter scri-  
 berentur quædam verba Iob ait: Quis mihi det, vt scribatur ser-  
 mones mei stylo ferreo, plumbi lamina, vel celte sculpantur in  
 filice. Celte vulgò dicitur, sinzel, quo in lapidibus literæ scribũ-  
 tur, & dicitur celte à celando. Stylus verò ferreus fuit antiquis  
 in vsu, quo in laminis plumbeis scribebatur, & aliquãdo in cera  
 extensa per tabulam. Hic stylus ferreus vna ex parte acutus e-  
 rat, altera obtusus, & planus. Qua parte acutus erat, & tenuis,  
 scribebatur, si nimium erat acutus, litera conficiebatur delica-  
 tior, si minus litera erat grossior. Ex quo ortum habuit, vt di-  
 catur, optimus, ac malus stylus. Ex altera verò parte, cum stylus  
 esset obtusus, & planus, facile delēbatur, quod in cera scrip-  
 tum erat, ducta ea styli parte super id, quod scriptum fuerat.  
 His stylis occisus est martyr Casjanius, traditus pueris, quos in  
 schola docebat. Et hinc intelligitur difficilis locus ille quarto  
 4. Reg. 21, Regum vigesimoprimo. Extendam super Hierusalem funicu-  
 lum Samariæ. Id est: Tradam Hierusalem Regi Samariæ  
 & delebo Hierusalem, sicut deleri solent tabulæ, delens ver-  
 tam, & ducam crebrius stylum super faciem eius, quia, vt dictũ  
 est, eodem stylo verso in alteram partem delēbatur, quod scrip-  
 tum erat illius parte tenuiori. Nunc ergo ad Iocũm Hieremiam  
 expli-

A explicandum redeamus. Vt ostenderet propheta peccatum  
 Hierusalem indelebiter in corde illius esse, ait, scriptum esse  
 stylo ferreo, & adamantis cuspe, quo in alio adamante scri-  
 bi potest, quæ scriptura firmissima sine dubio esset, & indelebi-  
 lis. Ijs verò, qui peccata sic indelebilia corde retinent, dicitur.  
 In peccato vestro moriemini. Ideo ne de his simus, nolite ob-  
 durare corda vestra, & adhortamini vosmetipsos per singulos  
 dies, vt non obduretur, quis ex vobis fallacia peccati?

Ad hos induratos sic nunc loquitur Christus Dominus: E-  
 gouado, & queritis me. Hæc etiam verba dixerat Christus Do-  
 minus cap. superiore, cum ad eum comprehendendũ ministri  
 pharisæorum missi sunt. Hæc ergo verba sic sunt accipiẽda: Va-  
 ni sunt conatus vestri, quibus me cõprehendere quæritis, ni-  
 hil enim in me efficere poteritis, nisi quando ego voluero. Mi-  
 hi curæ est mors mea, ego enim in eam propria voluntate ten-  
 do. Iam verò mors mea proxima est, iam ego vado, non vestræ  
 potestatis mors mea est, sed voluntatis meæ. Ioan. 10. Potesta-  
 tem habeo ponendi animam meam, & nemo aufert eam à me.  
 Oblatus est enim, quia ipse voluit. Et vos post mortem meam  
 me quæritis, me namque reiecto quæretis, & expectabitis verũ  
 Christũ, & sic semper in errore permanebitis, atque ad eũ in  
 peccato vestro moriemini.

Theophila. Eugubinus, & Iansenius hæc verba referunt ad  
 Hierosolymæ excidium, quasi eis dicat: Ego à vobis discedo,  
 sed cõtinuò in maximas incidetis calamitates Romanis vos ob-  
 sidetibus, & tunc desiderabitis meam præsentiam, vt miraculo  
 C vos eriperem, nec me habebitis, & sic in peccato vestro morie-  
 mini. Sic verò accipiẽda hæc verba esse ostendit inferius. ca-  
 pitul. decimotertio cum discipulis loquens, ait: Filioli, adhuc  
 modicum vobiscum sum, quæritis me, & sicut dixi Iudæis, quo  
 ego vado, vos non potestis venire, & vobis dico modo. Quasi  
 dicat: Iactati persecutionibus optabitis præsentiam meam. Luc.  
 17. Venient dies, quando desiderabitis videre vnum diem filij  
 hominis, & non videbitis, pati namque vos permittam  
 multa.

Sed multum interest inter quærere, & quærere. Discipuli  
 namque qui Christo Domino adhaeserunt, cum postea abfen-

Heb. 3.

Ioan. 10.

Esa. 53.

Theophi.  
Eugubi.  
Ianse.

Ioan. 13.

Luc. 17.

**Act. 7.** tem quæsierunt, inuenerunt illum adiutorem. Ecce video cæcos apertos, ait, illorum uisus, & Iesum stantem, quasi manum dantem auxiliatrices. Hinc Ezechias orat Dominum in angustia positus dicens: Memento, quod seruiet tibi corde perfecto. Magnificæ diuinæ promissiones, quibus in tribulatione constitutus auxilium promittitur, iustis datæ sunt, qui filij sunt Dei. Hinc Psalm. Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, quoniam cognouit nomen meum, & quoniam in me sperauit, liberabo eum. Et iterum: Et erit, antequam clament ego audiam, adhuc illis clamantibus ego exaudiam. Peccatoribus uero non tanta promittitur exauditiõ: licet enim pro sua misericordia in finita, aliquando eis succurrat, non tamen ita certò. Sæpe namque ad eos dicitur: Surgant Dij vestri, & opulentur uobis, & in necessitatibus uos protegant. Et Prouerbiorum primo dicitur: Cum clamauerint ad me, non exaudiam. Sic orabat Antiochus scelestus Deum, à quo non erat misericordiam consequiturus, sic multo minor spes peccatori datur in tribulatione constituto. Hinc Daniel. quarto. Peccata tua elemosynis redime, forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Expendendum illud uerbum, forsitan. Et sic Nabucodonosor tunc liberatus nõ fuit. Sic etiam Niniuitæ dicunt: Quis scit, si conuertatur Deus, in dubium illud reuocant, & meritò inimicus in dubiũ uocat, an exaudiendus sit in tribulatione, non uerò amicus, non filius.

**Rupertus.** Secundo Rupertus ait: Quæretis me post mortem meam, me in Apostolis persequentes, & cum me ipsum in propria persona persequi non ualeritis, nomen meum persequemini, ut illud de terra deleatis, sed illud omnino non obtinebitis. Hinc Psalm. Peccator uidebit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, sed desiderium uestrum peribit, non nomen meum, & tandem quæritis me in morte uestra, nec inuenietis, & ideo in peccato uestro moriemini. Tremendum profectò uerbum in morte uitam quærere, nec tamen inuenire. Sic Esau contigit, qui quæsiuit locum pœnitentiæ, nec inuenit, quàmuis cū lachrymis requisisset eam. Quærite ergo Dominum, dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est, ne uobis contingat, quod

**A** quod uirginibus fatiis clamantibus, Domine, Domine aperi nobis, & tamen exauditæ non sunt. Hoc uerò ijs contingit, qui conuersionem suam in mortem differunt, quibus maximè congruit uerbum hoc: In peccato uestro moriemini, & quæritis me, nec inuenietis, non quod impossibile sit inueniri, sed quia de facto pauci inueniunt. Sicut enim summum fuit Iudeorum peccatum, cum Christi sanguinem fuderunt, sed tanta uis illius sanguinis est, (ait August.) ut delere sufficiat peccatum, quo effusus est, adhuc tamen de hoc peccato dicitur, In peccato uestro moriemini: sic licet dum uita fungeris, omne peccatũ tuum deleri possit, tamen, si usque ad mortem peccas, dicam tibi, In peccato tuo morieris.

Meritò addit, Quo ego uado, nos non potestis uenire. Ego quidem uiam uniuersæ carnis ingressus moriar, & uos similiter moriemini, sed dissimilis ualde erit terminus, nec enim uenietis eo, quo ego, quia uiam meam tenere non uultis. Sicut enim ego uita sum, quo tendendum est: ita & uia sum: & qui me ut uiam non tenuerit, nec assequetur ut uitam. En maximam Dei iram in filios diffidentiam. Sed quid hæc ad nos? Multum per omnem modum, ut similem ruïnã caueamus, Hæc uobis proponuntur. Prouerbiorum decimonono: Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Videamus ergo, ait Paulus, ne incidamus in id ipsum incredulitatis exemplũ. Ideo hodie si uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut illi, quibus iurauit in ira sua, quod nõ introibunt in requiem suam. Audierunt illi non ingressuros se terram promissam, & plorauerunt. **C** Multo magis mouendi, ac terrendi nos sumus audientes: Quo ego uado, uos non potestis uenire, quia cum contrariam uiam tenetis, ad eundem terminum uenire est impossibile. An non uia tua uia inferi? quomodo ergo in cælum peruenies? Fratres nolite errare, neque maledici, neque fures, neque fornicarij regnum Dei possidebunt: non enim potestis participes esse mensæ Christi, & mensæ dæmoniorum.

Sed adhuc manifesta est summa Dei misericordia, qui omnibus his uerbis utitur, ut eos ab incepta uia deterreat: nollet namq; minas has intentas opere exequi, sed eo eas proponit, ut terri à peruersa uia desistant: Sic Esaiæ 18. Ecce ego singo con

Math. 25

Aug.

Prouer. 19.  
Heb. 3.

Num. 14.

1. Cor. 6.

1. Cor. 10.

**Thren. 3.** tra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras, eo tendunt omnes Dei minæ. Hinc Hieremias. Non enim humiliavit ex corde suo, & abiicit filios hominum, non ex corde neque ex Dei ingenio, atque natura procedit ira, atque supplicium. Sed audi malorum ingenium, nihil meliores fiunt verbis tantis: sed dicunt, *Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit. Quo ego vado, vos non potestis venire?* Ministri missi ad Christum comprehendendum superiore cap. audientes hæc eadem verba, sic ea interpretati sunt: Nūquid abiturus est in dispersionem gentium, quia dicit, *Quo ego vado, vos non potestis venire?* At principes alium sensum conceperunt, dicentes: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, *Quò ego vado &c.* Sic enim seipsum interficiendo euadere poterit manus nostras, ne eum occidamus, aliter enim nos effugere non poterit, etiam si ad gentes migrauerit. Considera nunc eorum studium in Christi mortem, & supplicia, nec enim putabant, aliter Christum eos effugere posse, nisi se occidendo. Merito ad hos Christus Dominus **Matth. 12.** Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Fons cor est, riuus verò verba, corde infecto riuuli ex eo procedentes infecti sunt, venenoque pleni.

Sed adhuc vt infirmitatem eorū magis eis aperiat, simulque ostendat, quod superius dixerat, eos non posse peruenire, quò ille, adiungit, *Vos deorsum estis, ego de supernis sum, vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* Omnes quidem de terra sumus, Christus verò de cælo, iuxta illud **Ioan. 1.** Qui de terra est, de terra loquitur: qui de cælo venit, super omnes est. Sed reprobi non solum de terra sunt, sed etiam de hoc mundo. Ideo cū Christus dixisset, deorsum estis, quò etiam iustis conuenit, addidit: *Vos de hoc mundo estis: Quod peccatorum proprium est, non enim de hoc mundo iusti sunt, quia ei per affectum non conformantur.* Ideo ad eos Christus Dominus ait: **Ioan. 15.** Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, ideo odit vos mundus. Reprobi ergo de terra terreni, iusti verò, & si de terra, sed nō terreni, sed cælestes sunt. Sed considerandum nobis est, probro hominibus dari, quod de mundo hoc sint, cum tamen nihil adeò homines curent, quàm de mundo

**Rom. 12.** do esse, & huic sæculo conformari. Cū audierint illud Paul. Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini spiritu mentis vestræ. Merito adiungit Christus Dominus: *In peccatis vestris moriemini.* Signum enim reproborum est de hoc mundo esse. Vide, an in corde tuo amor mundi principatum gerat. Erit enim tibi in malum. **Zachar. 5.** Videt mulierem in amphora sedentem, in cuius ore talentum plumbi erat, & cecidit in amphoram mulier illa, quo significatum est animam quæ terrenis inhæret, in quibus consistere non debuit, si pondus amoris sæculi huius in se continet, in profundum malorum venire, & in infernum demergi. Merito ergo Christus adiungit: *Di xi vobis, quia moriemini in peccatis vestris.* Repetit iterum tremendum verbum. Sicut enim qui vno conamine non imprimat cere, ob eius duritiem, imaginem sigilli, hoc secundo conamine curat efficere, ad eum modum Christus Dominus se habet. *Si enim non credideritis, quia ego sum.* Messias, scilicet, vel ego sum, Deus vtique, hoc enim diuinitatis proprium est. Ego sum, qui sum, dixerat ille Moysi: si enim hoc credideritis, præsto vobis erit peccati remedium. Sed ais: Ego credo, quod Christus est, bene facis. Sed hanc fidem perficere cura operibus fide dignis, & charitate ipsa viuificante. Hoc enim nos **Rom. 1.** apostolus monet difficilibus illis verbis. In eo enim (Euangelio scilicet) Dei iustitia reuelatur de fide in fidem, sicut scriptum est, iustus ex fide viuuit. Quasi dicat, iustitia Christi reuelatur, ostenditurque magis, ac magis in his, qui ex fide in fidem procedunt, id est, in his, qui fidei augmentum, & perfectionem suscipiunt: hoc enim significat phrasia illa, de fide in fidem. Cui persimile est illud **Psal. 89.** Ibunt de virtute in virtutem, id est, in virtute proficient, & maiores facient progressus. Et item illud Paul. In eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, id est abundantiori claritate. Sic nunc, à fide in fidem, id est progressu factò in fide, perficiendo fidem, non enim perfecta fides est, si charitas ablit. Quando enim ait **D. Thom.** Thomas super hunc Pauli locum: Aliquis effectus à duabus causis pendet, non potest esse perfectus, nisi ambe perfectæ sint causæ. Credere verò ab intellectu, & voluntate pendet, nullus enim credit, nisi volens, vt **Augu.** Augusti. dicit. Vt ergo perfecta sit fides,



Simile:

fides, oportet voluntatem charitate perfici, intellectum verò si de. Vis nosse, quàm imperfecta fides sit in peccatore? Audi: Dicis fidenti, ne bibas hanc aquam, veneno infecta est, & adhuc bibit eam. Dicis ei: Non credis mihi? Dicis amico, ne transeas il lac, ibi namque decem inimici tui te expectant, vt interimant, & tamen postquam te audierit, transit. Dicis: Non mihi credit. Audi simile: Dicit tibi fides, mors in peccato est, & adhuc bibis iniquitatem, quasi aquam. Dicit iterum, noli peccare, in peccato namque infernus, & dæmon absconsus est, vt te percutiant: & adhuc confidis, & transilis. Verè videris non credere, fides quidem in peccatore est, sed informis imperfecta, & mortua. In his ergo ostenditur Christi iustitia, qui perfecta fide formati sunt, quia iustus ait, ex fide viuit, quasi dicat, sicut hic artifex viuit hac arte, ille alia, iustus viuit ex fide, id est, fidei operibus, & negotiatione, spiritualibusque exercitijs:

Dixerat Christus, si non credideritis, quia ego sum, dicunt ei, tu quis es, & ille *Principium, qui & loquor vobis*. Hæc verba diuersimodè explicantur propter Græcam editionem, in qua principium est in accusatiuo. Vnde Aug. sic intelligit: Credite me principium. Alij verò dicunt illud principium esse Græci aduerbiū, & sic idem significare Christum Dominum, ac si diceret, Ego sum à principio, ab æterno, quasi Deus, quod idem est, cū illo. Psal. A sæculo in seculum tu es. Sed lectio nostra vulgata sine dubio, vt iacet, tenenda est, vt respondeat Christus Dominus, sum principium, Deus verus, qui & loquor vobis, qui dignatione mea factus homo vos doceo, qui cū in diuinis verbis sim, quo pater loquitur, & iam homo factus vobis loqui dignatus sum. Ita legit, & exponit Amb. lib. 3. de fide. c. 4. & lib. 1. in Hexame. c. 2. & li. 5. de Trinitate. c. 3. Beda super hunc locum. Bernar. li. 15. de cōsideratione Glossa interlinealis. Ruper. D. Tho. & Aug. lib. 5. de Trinitate c. 13. & alibi sepe. Ex quo sequitur antiquissimos codices Græcos hanc retinuisse lectionem, sunt verò vitiiati, qui nunc aliam habent. Nec mirum cū Amb. super epistolā ad Rom. c. 5. conqueratur suo tēpore corrupta esse Græca exēplaria. Sensus ergo manifestus est. Ego sum principium, & causa rerum omniū tanquam verus Deus, qui & loquor vobis, id est, (vt Aug. ait,) qui cū tantus sim, adhuc non dedignor vobis

Aug. 8.

Psal. 92.

Ambro.

Beda.

Bernar.

Gloss.

Rapertus.

D. Thom.

Aug. 8.

**A** bis loqui, sed propter vos homo factus, doctor vester effectus sum. Quibus verbis vtramque expressit naturam, diuinam, scilicet, & humanam. Vnde idem modo significat his verbis, quod significatur Apo. 1. Qui est, & qui erat, & qui vêturus est. Qui erat, quia principium, qui est, quia loquor modo vobis, qui vêturus est, iudicare, scilicet, viuos, & mortuos: quod etiā continuo Christus expressit hoc loco. Sed expédēda nobis illa verba sunt. Qui & loquor vobis. Magnū quidē in homines collatum beneficium est illud, de quo Psal. Quid est homo, q̄ magnificas eū, aut quid apponis erga eum cor tuū? Et quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniā visitas eū? Maius adhuc beneficium illud, quod Moyse inauditū à mundi exordio ait, vt populus Deum audiret de medio ignis ad homines loquentē, & cœlestibus ipsum præceptis inbuentē, sic enim Moyse loquitur. Interroga de diebus antiquis, qui fuerūt ante te, ex die quo creauit Dñs hominē super terrā, à summo cœlo vsq; ad summū eius. Si facta est aliquādo huiuscemodi res, aut vnquā cognitū est, vt audiret populus vocē Dñi Dei loquentis de medio ignis sicut tu audisti, si tā mirabile fuit Angelū mitti, qui in Dei persona loqueretur, quale obsecro erit in nos collatum beneficium, vt naturam indueret humanam, & in terra conuersatus, nos doceret verba vitæ? Hinc infert Pau. Propterea abundantius oportet nos seruare ea, quæ audiuius. Addit verò Christus Dominus: Multa habeo de vobis, *Loqui, & iudicare*. Quasi dicat, Non solū habeo, quæ nūc dico sed multa alia possem de vobis, id est, cōtra vos loqui, & iudicare vos, sed nūc tēpus nō est iudicandi, sed saluādi. Aliquan do verò hæc loquar, & iudicabo, implebiturque illud Psal. Tūc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo cōturbabit eos, nec vnū cōtra vos habeo, quod loquar, sed multa. Sed quis peccatorē excusabit, cū eū Christus accusauerit? Frater nō redimit, redimet homo? Id est, si qui frater noster est, nos accusat, quis hominū excuset? Sed modo nō vos iudico nec cōtra vos loquor: quia qui misit me, verax est, & ego quæ audiui ab eo, loquor. Quasi dicat: Promisit ille primum me saluatorem, non iudicem, ideo modo Saluatorem solum ago, iudex postea ero. Et licet iudicium differatur, sed veniet aliquando, quia pater meus verax est, qui hoc dixit, & cœlum,

&amp; ter-

Apo. 1.

Psal. 5.

Deute. 4.

Hebra. 2.

Psal. 2.

Psal. 48.

Luc. 21.  
Act. 24.

& terra transibunt, sed verba mea non præteribunt. Voluit ergo eos Christus terrere comminatione iudicij, quo tremefactus est Felix, & quo maximè peccator terreri potest. Et nõ cognouerunt, quia patrem suum dicebat Deum, addit Ioannes. Ideò Christus subiungit, se crucifigendum ab illis, & tunc eos agnituros, quis ille sit. Cum exaltaueritis, ait, filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Tanta enim signa facta in Christi morte sunt, in resurrectione, & aduentu Spiritus sancti, vt multi à cruce reuenteretur percutientes pectora sua, & deinde multi crediderint. Et licet aliqui confiteri duritia sua Christum noluerint, signis tamen illius, & præcipuè in morte, resurrectione & Spiritus sancti aduentu factis, conuicti sunt Iesum Messiam fuisse verum. Nunc ergo non videtis, quantum sit peccatum, quod committitis me persequentes, cum peccatum omnino perpetraveritis me occidendo, tunc cognoscetis, quis ego sum, & quantum admisieritis peccatù. Hoc enim diabolus agit, peccati grauitatem non ostendit, donec opere completum sit, vt liberè peccet homo, peccatum leue dicit: vt desperet, pertrato peccato, illud aggrauat. Sic Iudæ contigisse manifestum est, qui Iesu tradito ait: Peccaui tradens sanguinem iusti. Vt autem ei, qui peccati grauitatem videt, cum tempus gratiæ, & veniæ pertransijt. Esai. 26. Videant, & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. *Non reliquit me pater solus.* (ait Christus) *quia ego quæ placita sunt ei, facio.* Impium solum relinquit Deus, quia peragit, quæ Deo non placent, ipsi regnauerunt, & non ex me. Vt eis, qui statum, officiumque sine Dei benepiacito sibi sumunt. Sed iustù maxime verba hæc consolantur: Non relinqueris solus, si Deo placita peragis. Solum Christù putauerunt esse, cum dicerent, Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite: quia non est, qui eripiat. Sed

Christus ait, Non reliquit me solum, ita etiã cum omni iusto se Deus no-  
ster habet, &c.

Matth. 27.

Esai. 26.

Osea. 8.

Psal. 68.

Feria

## A Feria Quarta post Dominicam Secundam Quadra.

*Tunc accessit mater filiorum Zebedæi, &c.*

Matth. 20.



**A**ccedit hodie mater filiorum Zebedæi, vt filijs suis dona impetret. Matrem nos habemus, quæ nostra curet, & nobis bona petat, sed quæ illa? Quando Christus Ioanni dixit: Ecce mater tua, omnibus fidelibus Maria data est in matrè, quia 1 Ioan. 19.  
**B**Ioannes vniuersæ tunc Ecclesiæ personã agebat. Tam ex corde nobis Maria mater est, ac si nos genuisset: tam confidenter ad eã accedere possumus, ac si ex vtero eius nati essemus. Fortior enim est amor, qui in Maria à magna gratia processit, quã quem natura præstare poterat. Illi me secura mente committo, ait Bern. qui possit, sciat, & velit. Mater filiorum Zebedæi nec potuit, nec sciuit, ideò audit, Nescitis quid petatis: sed Maria potest, scit, & vult, ideò obtinet semper, ad eã accedamus, &c. ¶ Mirum valde est, cum homo ad imaginè Dei efformatus sit, quàm diuersus sit à Deo suo voluntate, ordine, atq; ratione. Esai. 55. Sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Hinc Job: Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi met ipsi grauis? Sed si diuersa via Dei est à nostra via, & diuersa voluntas, vt inter se conueniãt, dubium est: quis cui cedere debeat, quis quem sequi, Deus nos, an nos Deum? Si tu ad te vis Deum, & voluntatem eius trahere, dic te Deum esse, imò supra Deum extollere. Si verò agnoscis te Deo inferiore, & eius facturam, acquiesce tu Deo, eius sequere ductum, acquiesce Deo, & pacem habeto, & per hæc habebis fructus amplissimos. Quæ vult homo? Quæ hi discipuli petunt, honorem, vtilitatem, quietem. Hæc sunt mundus ille, quem postea Ioannes illuminatus dixit: Quicquid est in mundo, &c. Et sic 1 Ioan. 3.

Primus Tom.

Ff

nunc

nunc integrum postulat mundum. Non hac procedit via Deus. Sed qua? Audi; Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur, &c. Calicem meum bibetis. Cui pulchrum videtur caelum, crucem non horreat: illa enim via est ad illud. Cui placet hereditas, placeat onus. Cui placet hereditas defuncti, placeat eius vxor relicta. Velles tu honorem, delicias, diuitias, Christus vero tibi praeparat crucem, tormenta, ignominiam, & hanc ille ingreditur viam, eamque tibi aperit, & ostendit, ut eam arripas, caro nostra ingredi recusat hanc viam, vt ostendit mater filiorum Zebedaei: sed tandem Christus concludit, nullam aliam esse in caelum viam, praeter crucem, & calicem eius. Haec Euangelij summa est.

*Assumpsit Iesus duodecim Discipulos suos secreto.* Attentos nos oportet esse ijs, quae secreto dicuntur a Christo Domino paucis, qui a discipulis ei sunt, quibus crucis mysterium exponit, summum sine dubio mysterium est crucis: id est sacramentum dicitur, quasi sacrum secretum: quod vulgo declarari non potest, quia vulgus crucem maledictionem, & augurium malum esse putat. Cum ergo eos in secreto duxisset, ait Luc. 9. dixisse: Ponite in cordibus vestris sermones istos, hoc cordibus vestris infideat, hoc imprimatur, nec unquam deleatur: licet mundus aliud opinetur, licet ille delere curet; quasi oppositum legibus, & ordinationibus suis: quia verbum crucis pereuntibus stultitia est: cum tamen in cruce summa omnium bonorum sit. Sed Domine, qua ratione, quo ordine res abiectionissima crux, scilicet, eleuanda est, & tam ignominiosa cum sit, quomodo est honori habenda? Hoc efficietur, ait Christus, cum homo Deus eam sibi assumpserit in gloriosam vestem, & die festo ea induatur, vt veste pretiosa, dicet se felicem, & exaltatum, ac glorificatum, cum veste huiusmodi induitur, & sic ab omni mortali deinceps reputabitur diuina vestis, pretioque summo digna, & vt hoc fiat: *Ecce ascendimus Hierosolymam.* Ascendimus nunc in ciuitatem illustram, vbi pascha celebrandum est, quo tempore solet omnes procedere in vestibus gloriosis. Videbitis procedere Herodem, & exercitum eius pretiosis indumentis ornatum, ciues omnes in stolis optimis, mulieres similiter ornatas praecipuis ornamentis. Et ego ornamentum producam pretiosissimum, sed cum sim nouus homo, & non de hoc mundo, alius, longaque diuersus erit ornatus meus. Omnis enim humanus ornatus licet pretiosus hominibus

appa-

A apparet, sed non Deo, & Angelis eius. Luc. 16. Quod enim hominibus altum est, abominatio est apud Deum. Qui ergo de caelo sum, ornamentis vtar caelestibus, & quae Deo, & Angelis eius in pretio habentur. Huiusmodi vero sunt, crux, clauis, flagella, spinea corona, &c. Vt hinc vos discatis, cum similibus ornamentis vos videritis ornatos Deum laudare, & ire gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni estis habiti talibus vestibus. O praclarum nuntium, poenitenti, multa patienti, afflictioque vestis Christi est vestis tua, ornatus es regio ornamento, vestitus purpura Christi. In summum honorem Pharaonis, & Astuerus induunt regis indumentis Ioseph, & Mardochaeum. Conscriptat Venus, & Cupido Euangelium, quo suos inhonestos consolentur: Epicurus aliud, quo edaces soletur: Sardanapalus aliud, quo voluptate afficiat eos, qui delicatè corpora sua nutriunt: iam enim Christus condidit Euangelium suum in solatiu afflictorum, & poenitentium. Hos hodie ducit in secretum locum, & docet horum indumentorum pretium. Vnde putas in mundo eam factam fuisse mutationem, quam sic natura auerfatur, vt cum sanctis obtuleris omnes diuitias, delicias, ac honores, ea omnia auerfentur, & relinquunt, & indui cupiant paupertate, cilicio, afflictione, & humilitate, nisi quia viderunt Christum his processisse ornamentis ornatum? pretiosa sine dubio vestis illa est, quam Deus in pretio habet, quam sancti omnes magnificiunt. Vis nosse, quam pretiosa? Quando aliquid pretiosissimum per viam publicam procedit, clamare soles, exite, procedite, vt videatis, quid nunc transeat. Sic ergo Spiritus sanctus omnes vocat homines, quin & caelestes spiritus, egredimini filij Sion, videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius. Christum ad crucem procedentem iubemur intueri his verbis; Tanta vero gloria ornatus procedebat, ait Bernardus. vt quasi princeps ornatus in desponsationem procederet gloriosus, ab omnibus expectandus. Procedite ergo Angeli, procedite animae fideles, videte principem vestrum, quam praclare cum ornent Margaritam lachrymarum, corona spinea, flagella, & crux praecipue. Procedite, qui mundi gloriam contempseritis, & videbitis, quam pulcher sit sponsus vester mundi contemptu. Procedite, qui pro eo vos flagellis caeditis, & videbitis,

ff 2 quam

Ruth. 4.

Luc. 9.

1. Cor. 1.

Luc. 16.

Genes. 41.  
Hester. 15.

Simile.

Cant. 3.

Bernard.  
Simile.

quàm præclarum ornamentū illi sint liuores, & vulnèra. Pro-  
cedite, qui ieiunatis, & videbitis, quantum eum ornet illud  
verbum, sitio. Procedite tandè omnes peccatores, ante quam  
Christus prætereat: & videte quomodo vos omnes vocat  
ad pœnitentiam, & dicit: Induimini Dòminum Iesum Chri-  
stum, induimini vestibus his pretiosis, vestibus primogeniti,  
vt illius capiatis benedictionem, vt Iacob. De his ille vestibus  
gloriatur. Esa. 61. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit  
anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, &  
indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsam decoratū  
corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Cùm sic te  
ornatum videris, gaude, ornamenta salutis sunt, ornamenta iu-  
stitiæ, monilia pretiosa, non quidem oculis hominum, sed An-  
gelorum, sed Dei. Sed ais: Non hæc apparet mundo pretiosa  
vestis, imò humilis, & abiecta. Ita sanè, quia animalis homo nò  
percipit ea, quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi. Si rusti-  
cos mūdi cōsulas, si infimos de plebe, id sentiēt. Ideò Spiritus  
sanctus non vocat in hoc spectaculum virgines oppidanæ Ie-  
rico, sed virgines Hierusalem, filias Sion: quid enim agnosceret  
de Principis veste agrestis mulier? Vocat in hoc spectaculū cæ-  
lestes ciues, & è terra animas perfectas. Indoctę enim, & incū-  
tæ animę, dicent ea cōspecta veste, quod Michol inspecto Da-  
uid: Quàm gloriosus fuit hodie Rex discooperiens se quasi  
vnus de scurris? Sed beatę mentes dicent post Dei infinitam  
pulchritudinem. Nihil pulchrius se vidisse, in quem desiderat  
Angeli prospicere, & dicent: Speciosus forma præ filijs homi-  
num, diffusa est gratia in labijs tuis. Et cùm te his indutum ve-  
stibus vident, similia de te loquuntur. Intuentur Angeli Hero-  
dem indutum auro, & gemmis, & percutiunt eum. Vt let pec-  
catorum deplorantem peccata, cilicio indutum, & gaudiū est  
in cælo coram Angelis Dei. Tam præclara vestis hæc est, vt  
vniuersum lætificet cælum.

*Sed ipsi nihil horum intellexerunt.* Manifestis verbis loquitur,  
& tamen non intelligunt. Aliquando obscurè, & in parabolis  
loquebatur eis, & cùm diceret, intellexistis hæc omnia? dicunt  
ei, etiam. Nunc verò manifestè loquitur, nec intelligunt. Non  
potest menti humanæ insidere via hæc crucis; non capit eam.

Sicut

**A** Sicut enim Rex habet inuolutas, simulatasque literas, quæ di-  
cuntur vulgò cifras, & qui illis literis viderit scriptam episto-  
lam, stultam reputabit, si vero inuolutarum literarum explica-  
tionem habet, quæ vulgò dicitur la contracifra, facile epistolā  
leget, & intelliget: sic crux est litera Dei inuoluta, amicis ve-  
rò ostendit explicationem, de quibus dicitur: Virtutem ope-  
rum suorum annunciat populo suo. Hi virtutem crucis in-  
telligentes ea lætantur, dicuntque cum Psalm. Lætati sumus  
pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.  
Omne gaudium existimate fratres, cùm in varias tētationes in-  
cideritis, scientes, quod tribulatio patientiam operatur &c. Cū  
que hoc beatus Iacobus dixisset, addit continuò: Si quis indi-  
get sapientia, postulet à Deo. Sed vt quid nunc de Sapientia  
sermo? Quasi dicat: Si vis intelligere bonum tribulationis, pe-  
te à Deo sapientiam, la contracifra dela cifra. Hinc Sapiens tri-  
bulatione exultat, stultus mæret, modo discipuli rudes non in-  
telligunt, donec veniente Spiritu sancto ibant gaudentes à cō-  
spectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu  
contumeliam pati. Sed adhuc caro nostra non intelligit, licet  
manifestis verbis sit dictum: Veniat nunc aliquis ad Christū,  
vt eum interroget, & adhuc manifestius de hac re loquatur, vt  
etiam insipiens intelligat.

*Ad hoc accedens mater filiorum Zebedæi.* Optabat hæc, vt Cy-  
ril. ait, filijs in cælū patere aditum. Huic Christus viam aperit,  
quam ille nouit: quia eam perambulauit. Nemo ascendit in cæ-  
lum, nisi qui descendit de cælo. Notat Euāgelista. Tunc accedens,  
videtur arguere discipulorum ambitionem, qui cùm au-  
didissent Magistri passionem, & deiectionem, ipsi exaltari postu-  
lant. Sed nobis aduertendum opportunè mulierem accessisse  
ad petendum, cùm, scilicet, de Christi passione sermo habitus  
esset, cū thesauri sanguinis Christi aperiuntur. Quando tu me  
moraris passionis Christi, illamq; recogitas, & patri proponis,  
tūc pete, quicquid voles. Vt petas à Rege beneficia, expectas  
tēporis opportunitatē, cùm lætus ille sit. Lætitia Christo pas-  
sio eius est, & sicut lætitiæ tēpore non solū petentibus benefi-  
cia præstas, sed etiā non petētibus, ita Christus in cruce non so-  
lū petētibus beneficia concessit: sed etiam nō petētibus. Ioanni

Primus Tom.

Ff 3

matrem

Genes. 37.  
Esa. 61.

1. Cor. 2.

Reg. 6.

Psalm. 44.

Act. 3.

Luc. 15.

Matt. 13.

Psalm. 110.

Psalm. 89.

Iaco. 1.

Act. 5.

Cyrilus.

Ioan. 3.

Ioan. 19.

**Matt. 27.** matrē donat, licet non petat. Pro crucifigentibus orat, & latro **A**  
 ni minimū petenti maximū concedit, & cum in prædicatione  
 postulasset fidē, vt miracula ederet, in passione illa præstat fide  
 nō expectata. Sanat auriculā Malchi non credentis: orat pro  
 persequentibus, & non credentibus, nec etiam veniam volen-  
 tibus. Opportuno ergo tempore mulier hæc accedit, cum de  
 passione actum sit.

**Greg.** *Sed accedit mater.* Greg. 2. Moral. c. 6. ait: Mirabilis est mod⁹  
 loquendi scripturæ, dū quod dicere intendit, vnico verbo de-  
 clarare solet, loco, vel tempore, vel officio exposito. Verbi gra-  
 tia, vt Iudæ productionē exprimat Ioānes, ait: Et nox erat, quia in  
 opus tenebrarū prodibat. Quādo tres Mariæ processerunt, vt  
 eū vngerent in sepulchro, ait: Adhuc tenebræ erāt, quia adhuc  
 in carū mentibus erat caligo. Et iterū idem Ioannes, cum eum  
 circumdederunt Iudæi, ait: Et hyems erat. Similiter nominibus **B**  
 id explicare solet. Iob. 1. Affuit inter illos etiā Sathā, id est, cō-  
 trarius. Expectāda ergo est grādis aliqua tētatio, & aduersitas.  
 Simile est regnū cælōrū homini Regi, qui fecit nuptias filio  
 suo. Vocat eū Regē, ppter potentiā sumā, hominē, quia huma-  
 nus, & misericors. Cū verò intraret, vt puniret, ait: Intrauit au-  
 tē Rex, quia vltionem exhibiturus. Ita nūc accessit mater: tota  
 mater, solo affectu materno ducta, nihil aliud nūc erat, quā  
 mater, nihil agebat nisi matrē, quādo iuit, vt vngeret Christū.  
**Ioan. 20.** Vocat eā nomine suo Mariā Salome; modo nō sic, sed mater,  
 tota mater erat: Nihil curabat nisi filios. Disce ergo non solum  
 mater esse, vel pater, sed sic esto filijs mater, vel pater, vt sis etiā  
 frater fratrū, propinquus, propinqui, amicus amicorum. Non **C**  
**Rom. 13.** enim solis filijs natus es, sed omnibus. Reddite omnibus debi-  
 tum, cui tributum, tributum; cum vectigal, vectigal.

Hæc verò mulier nunc solum mater erat, & ab Eua hæredi-  
 tario iure acceperat, vt filijs terrena, ac caduca quæreret. Inor-  
 dinatus parentum amor efficit, vt sic filijs terrena provideant,  
 vt ipsi amittant æterna. An non insignis inscitia, vt filium diui-  
 tem relinquant, peccata quibus in æternum damneris, admitte-  
 re? Cū matri Neronis diceretur, si filius tuus imperauerit, oc-  
 cidet te, respondit: Occidat, dum imperet. Quot adinuentio-  
 nes quærit Rebecca, vt filius eius benedictionem assequatur,

cq

**A** eo vsq; procedit, vt dicat: In me sit fili mi ista maledictio: & tu  
 maledictionē æternā sustinere vis, vt filius tuus diues euadat?  
 Sola terrena filio quæris? Aeterna ei non quæres? Verè in-  
 durantur hi ad filios suos tanquam struthio. Filia populi mei  
 crudelis vt struthio; quæ, vt dicit Iob, relinquit oua sua in ter-  
 ra, & abit. Operta oua arena relinquit: cui similes sunt paren-  
 tes, qui filios temporalibus diuitijs obruunt, spiritualia eis  
 non curantes. Quòd si caduca solum filio relinquere desi-  
 deras, hoc tibi certum sit, vt illius, ac commodius filio tuo fo-  
 re, etiam vt terrena hæc peritura habeat, si tu iustus sis, eique  
 benedicas, quā si plenam auro domum male parto relique-  
 ris. Hoc manifestum est in Iacob, qui in baculo suo Iorda-  
 nem transiit, & diues remeauit, quia patris iusti benedictio-  
 nem secum asportauit. Psalmus. Beatus vir, qui timet Domi-  
 num: potens in terra erit semen eius. Generatio rectorum be-  
 nedicetur, id est, maximis bonis cumulabitur. Vis ampliā sub-  
 stantiam filio relinquere? esto tu iustus, & benedic filio tuo,  
 & benedictio tua firmabit domum illius.

*Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Volens Di-  
 scipulos allicere ad calicem bibendum, summam dulcedinem  
 eius exposuit, dum dicit, se bibiturū primum. Et verè si fideles  
 Deo essemus, hæc ratio satis erat, vt eum libenter biberemus:  
 quoniā ipse prior bibit illū pro nobis. Sed vt dicit Sapiēs: Mul-  
 ti misericordes vocātur, virū autē fidelē quis inueniet? Nō est  
 filius, nō seruus, qui sic infideliter agat cum patre, aut Dño, ac  
 nos agimus cum Deo? Vis istud agnoscere? dico tibi, noli pec-  
 care, etiā si vita tibi profundēda sit, vt peccatū nō committas.  
 Sed ais: Peccare volo: interrogo te, qua fiducia peccas? Ais,  
 Deus optimus est; diligit me, veniā mihi præstabit, hæc ne ra-  
 tio est, vt pecces? Et quādo hoc futurū certò nosset, interro-  
 go te, vbi fidelitas? vbi honor Christiani? Agit ne sic mulier cū  
 viro? filius cū patre? seruus cū Dño? Dic vxori tuæ, vt sic tecū  
 agat. Dicis vxori: Esto casta; dicat illa, bene: Non hoc mihi cu-  
 ræ est, noui enim, quòd tu bonus es, diligis me, & si adul-  
 tera fuero, ignosces mihi. Et si hoc itā verum esset, placeret  
 ne tibi vxoris dictum? Vbi honor mulieris bonæ? vbi fide-  
 litas? Satisne tibi esse videtur, quod adultera sis, & virō

Ff 4 recon-

Genes. 27.

Thren. 4.  
Iob. 39.Gene. 28. 32.  
Psalm. 111.

Prou. 20.

Simile,

reconciliata? Est ne minister quispiam, qui sic cum Rege suo agat? Dicis ministro Regis: Vide ne proditorem in Regem moliaris. Respondet ille: Rex optimus est, diligit me, veniam mihi dabit, etiam si proditor fuerim. O vilissime hominum! O verè homo sine honore! Vbi fidelitas, quam Regi debes? Hæc maculam proditoris incurrere vis? Vilissime Christiane fidelis infidelis, & sine honore, quomodo peccas? quomodo Deo viro tuo adulter es? quomodo Deo Regi tuo infidelis es? Ais: ignoscet mihi Deus. Sit ita, quod ignoscat, sed vbi fidelitas? vbi honos? Satis tibi esse videtur, si Christianus sis reconciliatus? Proditor venia donatus? An non melius multò tibi esset, si diceres, nunquam proditor fui? Simili nunc in causa versamur, si fideles Dei ministri essemus. Satis nobis hoc verbo dictum est, quem ego bibiturus sum, ut calicem huc sitiamus. Ille pro te bibit, non tu bibes ob illius amorem? Est ne fidelis miles Regis, qui videt eum ingredi prælium; decertare cum hostibus, & ipse recedit, solum Regem relinquit, & in ludum properat?

Smile.

2. Reg. 11.

Audi, quod Vrias ait: Arca Dei est in papilionibus, & Dominus meus Ioab, & ego domi manebo? Quàm aliter illa, quæ ait: Dilectus meus mihi, & ego illi. Bernar. In nullo alio potest homo Deo suo eisdem respondere verbis, nisi in dilectione, & calice bibendo. Dat tibi dona Deus, non potes illi tu quicquam dare. Non accipiam de domo tua vitulos. Beatificat te Deus; non potes illum beatificare: sed in dilectione, & passione potes. Diligit te Deus, potes eum diligere: passus est pro te, potes pro illo pati? Hic vicem rependere potes, & quasi par pari referre Deo tuo?

1. Pet. 4.

Sed si iustis calix bibendus est, peccatoribus calix non erit? Absit. Audi. 1. Pet. 4. Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? Si iustis calix est tribulationis, quomodo effugiet impius? Hiere. 25. Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, & bibent, & turbabuntur, & insanient. Si dixerint, nolumus bibere, dic eis; Bibentes bibetis, quia, ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum, ego incipio affligere: & vos quasi innocentes, & immunes eritis? Non eritis immunes. Hæc dicit Dominus exercituum

Deus

**A** Deus Israel: Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, & nolite confurgere à facie gladij, quem ego mittam inter vos. Si amicos affligit, inimicos non affliget? Esa. 32. Super humum populi mei ascendent spinæ, & vepres, quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? Sed terrent verba Psal. 74. Calix in manu Domini vini meri, plenus misto, & inclinabit ex hoc, in hoc: veruntamen fæx eius non est exinanita. Bibent omnes peccatores terræ. Pro dictione meri in Hebræo habetur verbum quod rubescere, aut turbare significat. Vnde quidam transferunt, vini turbulentij, alij vini rubri, & meracis, quod non est aqua dilutum. Vbi dicit Psal. Plenus misto septuaginta, pro misto non vsi sunt verbo, quod miscere significat, sed posuerunt verbum, quod significat propinare, & in calicè potionem infundere. Et notat Foreirus in illud Esa. 5. Ad miscendum ebrietatem, illud, miscendum est infundendum è supernis vinum in vas. Ideò vertit ad infundendum siceram. Cum ergo dicitur in Psal. 74. Misto, est substantiuum, & significat non mixtionem, sed infusionem in vas. Et sic sensus est: Est in manu Domini calix plenus infusione vini meri, id est, potetis ad inebriandum. Et verbum miscere sæpe significat propinare, ut apud Iuuenalè: nescit tot millibus emptus, Pauperibus miscere puer. Sic etiam alius: qui raptus ab alite sacra, Miscet amatori pocula grata suo. Et sic intelligitur illud Apoc. 14. Hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius. Sensus est: Hic bibet de vino mero iræ Dei, quod mistum est, id est, infusum in calice iræ ipsius. Et Apoc. 18. In poculo, quo miscuit, miscete illi duplum, id est, Infundite, & propinate. Et Prouer. 9. Miscuit vinum, id est, infudit, & propinauit. Et Esa. 19. Dominus miscuit in medio eius, spiritum vertiginis. Cum verò dicitur Esa. 1. Vinum tuum mixtum est aqua, aliud verbum ponitur. Significat ergo Psal. In manu Domini infusum calicem esse vino mero, quo potat omnes homines. Sed peccatoribus fæx calicis referuatur. Iustis tribulatio datur, quæ licet grauis sit, adhuc tamè vinum est; quia semper Deus consolationem præbet, qua facillè toleretur: at peccatoribus datur fæx calicis. Terribilis, tremèdaque sententia: Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit; tantum date ei tormentam

Esa. 32.

Psal. 74.

Foreirus

Esa. 5.

Apoc. 14.

Apoc. 18.

Prou. 9.

Esa. 19.

Esa. 1.

Apoc. 18.

Ff 5

mentam

mentum & luctū. Vide quē calicem filio tribuit, & inde tuum A colliges. Pater æterne, tā dirus filio tuo calix? Nō ille peccauit, nec bibendo, nec cibo, aut tufu male conſumpſit, & diſperdidit ſubſtantia. Solū fideiuſſor eſt, ne ab eo exigas vniuerſum debitum: aliquid ei condona. Non ſic, ait: ſed ſoluat, pluſquam debet, bibat calicem iræ meæ; vt ſciant omnes, quia ſi in ligno viridi hæc ſiunt, in arido quid fiet? Si iuſti tribulantur, quanta manet peccatores ira, & calamitas? Fax tandem calicis Dei. Pſal. Pluet ſuper peccatores laqueos ignis. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.

Matth. 27.

Pſalm. 10.

Non eſt meum dare vobis. Sed quomodo non eſt tuum dare?

Matt. 20.

Chryſoſt.

Non tu iudex viuorū, & mortuorū? Non tu procurator, cui dicitur; redde illis mercedem? Reſpondet Chryſoſtomus: Chriſti quidem eſt dare, ſed non ſic dare, vt modo rogatus eſt facere. Pro meritis enim daturus eſt, reddens vnicuique ſecundū opera ſua; ſecundum proprium laborem, non interceſſione, aut conſanguinitatis iure. Qua in re Chriſtus loquitur ad eum modum, quo Rex, qui nobilibus regni ſui propoſuiſſet adamātem pretioſiſſimū, mercedem ei, qui melius ſe exercuiſſet in regijs torneamentis. Si tunc accederet quiſpiam ad eum petēs ſibi dari adamantē, vel iure conſanguinitatis, vel amicitia, diceret ei Rex: Non eſt meum ſic dare tibi; iā enim lapis hic edito meo propoſitus eſt ei, qui optimū ſpecimen dederit gloriæ militaris. Sic ergo omnis locus manſionis cæleſtis, omnis gloriæ thronus proponitur, vt merces viriliter certanti. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Dextera verò, & ſi-

Simile.

1. Tim. 2.

niſtra Chriſti, qui præcipui loci habentur in cælo, & præcipue coronæ, propoſitæ ſunt optimè certantibus; his paratæ ſunt à patre cæleſti; non ergo concedendæ ſunt vel interceſſione, vel alio titulo, aut iure. Nullus coram Deo titulus, nullum ius eſt, niſi quod virtus, meritumq; præſtat. Ideo calicem Chriſti bibe. Si enim focij fuerimus paſſionū, erimus & cōſolationis. Duæ ſunt hæreditates Chriſti, reſpondētes duabus naturis, & duab⁹ generationib⁹ eius. Altera diuinæ, qua ex patre genitus, & hæc eſt gloria æterna. Altera humanæ, qua ex matre natus eſt, & hæc eſt crux, calix paſſionis, in vtraque hæreditate nos ſocios eſſe vult. Si ei volum⁹ eſſe cohæredes in ijs, quæ hæredita-

2. Cor. 1.

uit à

A uit à patre: ſimus etiā in ijs, quæ à matre. Si tamē cōpatimur, ait Pau. vt conglorificemur. Cuius rei figuram Dauid expreſſit, qui puer inunctus eſt in Regem in domo patris: ſed regni poſſeſſionem non eſt aſſequutus, donec Saul vita excederet, imò multis eſt perſecutionibus agitatus, & probatus, & tādē per multas tribulationes fidelis inuentus, regni coronam adeptus eſt. Sic omnino tecū agitur: cū baptiſmi aqua ablutus fuiſti, inunctus eſ in cæli Regē, ſed illius tibi poſſeſſio nō cōceditur, donec per multas probatus tribulationes fidelis inueniaris, & dignus Deo: quoniā Deus tētāuit eos, & inuenit dignos ſe. Sicut aurū in fornace probauit electos Dñs. Habes quidē à baptiſmo ius ad regnū: ſed vt illud ingrediaris, audi: Calicem B quidē meū bibetis, hac via, & ratione mihi chari eritis. An non inſcius, & ignorans, qui Regis domū ingreditur, vt ei famuletur, nec curat noſſe, quid Regi gratū ſit, quomodo ei placere poſſit? An non inſcius, qui regnum ingreditur, nec illius regnū iura, leges, & cōſuetudines noſſe curat? Ego ait Chriſt⁹, veni in mundū, vt multa patiar, nō vt delecter. Hæc meorū cura eſſe debet, hac via mihi eritis chari. Hier. 22. Viuo ego, dicit Dominus, quia ſi fuerit Ieconias annulus in manu dextera mea, inde euellam eum, & dabo te in manu quærentium animam tuam, ne glorieris vnquam de re alia corā Deo, quam de eius imitatione. Nihil aliud illi placet: quod ſi id nō præſtas, euellet te etiam de manu, licet illi alijs rationibus ſis coniunctiſſimus. C Vis noſſe ingenium Regis, cui obſequeris? vis noſſe leges regni, quod intras? Audite omnes, qui delicijs, diuitijs, & honoribus vos tradidiſtis: Non eſt meum dare vobis. Sed Domine, quomodo tuum non eſt dare, cū dicas: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra? & Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo? Meum quidem eſt dare; ſed quibus Pater deſtinauit; ſed quibus ille parauit? Patientibus vtique. Ideo poteſtis bibere calicem: ijs enim dare poſſum, his quibus calix datur, vt Beniamino Gene. 44. cui ignorātī ſcyphus datur. Eſt enim tribulatio Dei donum, quod non agnoſcimus, nec meremur. Philip. 1. Vobis datum eſt, non ſolum vt in eum credatis, ſed etiā, vt pro illo patiarnini. Gratia Dei hæc magna, ſicut cōtra ira Dei eſt, te delicijs tradere, & deſiderijs cordis tui. Beniamino dilecto

Rom. 8.

Sap. 3.

Hier. 22.

Matt. ult.

Ioan. 5.

Gene. 44.

Philip. 1.

Luc. 23.

dilecto calix datur. Signū diuini amoris tribulatio est; ex quo A  
tandē illud collige, quod Christus suis dixit: Ego dispono vo-  
bis regnum, sicut disposuit mihi pater: mihi verò disposuit per  
passionis calicem, similiter ego illud vobis dispono, &c.

## Feria Quinta post Domini- cam Secundam Quadra.

*Homo quidam erat diues, & induebatur purpura,  
& bysso, & epulabatur quotidie splendide, &c.*

Luc. 16.

Orig. Leuit.  
ii. 9.

Reponuntur nobis in Euāgelio duo homines,  
diues, & mendicus, in quibus duæ familiæ Chri-  
sti, & diaboli significantur. Orig. in illud Leuit.  
de duobus hircis, altero in sacrificium oblato: al-  
tero libero dimisso, ait: Duæ sunt familiæ, Chri-  
sti, & diaboli. Quarum altera sacrificatur passionibus, & tribu-  
lationibus, vt sit hostia sancta Deo placens; & hanc ad familiā  
Lazarus pertinet. Altera libera sibi, suisque voluptatibus di-  
mittitur; & ad hanc diues epulo pertinebat.

Luc. 16.

In his verò apparet diuersitas iudicij diuini ab humano; &  
quia quod altum est hominibus, abominatio est apud Deum;  
contra quod hominibus despicabile, à Deo in pretio habe-  
tur. Ad cuius intelligentiam Duo homines proponuntur,  
diues epulo, omni temporali felicitate ornatus, diuitijs, glo-  
ria, familia, nobilitate, & Lazarus his omnibus destitutus.  
Nec verò quasi parabola hæc sunt accipienda: verè enim hi  
homines extitere paulò ante Christi tempora, vt testatur  
Euthymius. Euthymius ex Hebræorum traditione dicentium diuitem  
istum dictum fuisse Ninensis. Hic humano iudicio scēlix  
erat, nec diuitijs abutebatur, sed eas insumebat in his, in qui-  
bus eas nunc omnes ferè diuites consumunt, in vestibus  
pretiosis, & ampla suppellectili, in cibis delicatis, lautisque  
conui-

Euthymius.

A conuiuijs. Contra verò Lazarus summa opprimebatur pauper  
rate, vt vel micæ desideraret diuitis, nec acciperet, & vlceribus  
plenus esset.

Pensemus ergo, atque expendamus nunc duos hos homi-  
nes iudicio humano, & scrutemur, quam de his sententiā mēs  
hominum proferat, & sine dubio beatum dicet diuitem. Sic  
loquitur Psalm. Beatum dixerunt populū, cui hæc sunt. Quæ  
verò sint hæc, paulò ante dixerat enumerans temporalem feli-  
citatem. Contra verò Lazarus miserimum iudicabit. Sed ho-  
dierno Euangelio declaratur longè diuersum diuinum iudi-  
cium, & quod mendaces in stateris filij hominum sunt. Et li-  
cet hoc iudicium nunc occultum nobis sit, tamen in iudicio  
vniuersali palam omnibus fiet, sicut ait Psal. Existimabam, vt

Psalm. 143.

Psalm. 61.

Psalm. 72.

B cognoscerem hoc: labor est ante me, donec intrem in sanctua-  
rium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. In die nouissima  
hæc apertè videbimus: & tunc summa rei huius admiratio  
nos tenebit, videntes omnia, quæ mūdus magni fecit, depres-  
sa: contra in sublime posita ea, quæ hic nulla esse videbantur.  
Sed quia multū nostra interest, hæc nunc nosse, Christus hoc  
exemplo de his nunc nos admonet. Et vt hæc vestris subijciā  
oculis, hoc vtat exemplo. Duo chronographi vnum conficere  
curant historiarum librum, titulum eundē ei dant, titulus ve-  
rò hic est: Magnalia mundi, summa facinora hominum, egre-  
gia facta fortium. Alter ergo hoc titulo libro appposito, primū  
explicat imperium Chaldeorum in Babylonia, cui Nembrot  
C gigas originem dedit, ac initium: Babylonem describit turrim  
eius immensam, muros eius, & hortos eorum penfiles, & om-  
nia mira illius ciuitatis. Deinde bella, quibus Assyrij mundum  
subegerunt vniuersum, diuitias Regum, voluptates, & reliqua  
quæ imperium illud in cælum vsque euexerunt. Deinde verò  
descenderet ad Persarum, Medorumque imperium, eiusque  
Xerxes, Artaxerxes, ac Darios describeret, eorū exercitus mil-  
le millium, eorum diuitias, glorias, delicias. Deinde Græcorū  
imperium in Alexandro, & successorum regna, scribēdo pro-  
sequeretur. De quo Machab. 1. Pertransijt vsque ad fines ter-  
ræ, & accepit spolia multitudinis gentiū, & siluit terra in con-  
spectu eius. Deinde Romanorum imperium ferreum omnia  
commi-

Simile.

Mach. 1.



ominuens, Cæsares omnes, duces, consules, patritios, eorum  
 bella, triumphos, gloriam, diuitias, ac delicias. Deinde vero ad  
 minora regna descendens, Turcarum imperium, Hispanorū,  
 Gallorum, Britannorum, Arabum regna exponeret, eorum-  
 que diuitias, & gloriam. Satis titulo libri sui fecisse videretur,  
 postquam hæc omnia in librum collegisset. Hæc enim magna-  
 lia mundi videntur, hæc mirabilia eius, hæc excelsa illius. Si  
 verò alter in libro, cuius titulus est magnalia mundi describe-  
 ret, voluntarios pauperes, eos qui circuierunt in melotis, & in  
 pellibus caprinis egentes, angustiatos, afflictos, qui purgamen-  
 ta huius mundi visi sunt, & omnium peripsema: si eorum egre-  
 gia facta numerans, ostenderet frequentiam sacramentorum,  
 ieiunia, cilicia, verberationes, risui, contemptiūque esset liber  
 iste mundi iudicio. Sed iudicium Dei expectemus, quod vlti-  
 ma die coram vniuerso mundo proferet, librum illum primū,  
 & omnia, quæ in illo continentur, ac magnalia apparent, in lu-  
 cem edet, dicetque ea omnia nihil esse, nec minimam gloriā  
 pro eis omnibus se daturum, sed quod altum apparuit homini-  
 bus, abominationem esse Deo. Contra verò secundum librum  
 magnificet, illius gesta, dicet præclara facinora, & pro mini-  
 mo eorum seipsum in æternum dabit in mercedem. Cùm er-  
 go tunc mūdus videat omnino Babylonem deiectam, audiatque;  
 Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & omnia sculptilia  
 eius, videatque pretiosa mundi à Deo reputari stercora, con-  
 tra verò vilia reputari magna, obstupescet, & dicet illud Sap. C

Apoc. 14

Sap. 5.

Psalm. 75.

Iob. 5.

Gregor.

Sed magni refert, nostraque interest, si continuo verum iu-  
 dicium de his omnibus iudicemus, nec illud in vltimum diem  
 differamus, quādo etiam impij velint, nolint, rectè iudicabūt.  
 Hinc Iob ait: Vidi impiū firma radice, & maledixi statim pul-  
 chritudini eius. Quo loco Greg. expendit verbum illud, sta-  
 tim. Carnales quippè mentes dum vident elatum, & diuitem,  
 illum magnificiunt: sed cum vidēt eius interitum, iudicio mu-

tato

**A**tato dicunt: Ecce quā nihil est omne, quod altum est mun-  
 do. Sed iustorum mens statim maledicit pulchritudini impij.  
 Etenim dum in culmine est, & dum splendet; implet illud:  
 Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meū eris; & sic fit ne-  
 gotiator quærens bonas margaritas, non fallaces, ac perituras.  
 Nolite ergo secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium  
 iudicate. Vt ergo hoc nunc iustum iudicium proferamus, in-  
 signe exemplū in Euangelio proponitur nobis Diuitis, & La-  
 zari. Cui per simile memorię prodidit D. Ioa. Damas. in histo-  
 ria Iosaphat. Cū ait, Iosaphat Rex exciperet fideles pauperes è  
 deserto veniētes, quo se absconderāt, vt fidē seruarent, prouol-  
 uebat se ad eorū pedes, quos lauabat, & osculabatur. De hac ve-  
 rò re eū reprehēdit familiaris ei minister, Rex verò vt eum ad-  
 moneret, duas accepit thecas, alteram pretiosam, quam immū-  
 dis, & vilibus rebus compleuit: alteram vilem, quam pretio-  
 sissimis rebus inclusis ornauit. Ambas clausit, vt nihil appare-  
 ret eorum, quæ intus latebāt; dixitque seruo suo: Quam ex his  
 thecis eligis tibi? Ille elegit exterius pretiosam. Cui Rex male  
 elegisti. A pertisque thecis illud manifestum apparuit, quod la-  
 tebat; viditque ille, male se iudicasse. Cui Rex, In hunc modū  
 diuites, potentesque sæculi exterius pretiosi apparent, intus  
 verò pleni sunt abominatione, & spurcitia. Contra verò hi pau-  
 peres exterius quidem viles; interius omni thesauro cælesti or-  
 nati sunt. Hi ergo magnificandi sunt, non illi; hi à me hono-  
 randi. Hoc verò Christus Dominus hodierno Euangelio ex-  
 plicat. Quid enim diues indutus purpura est, nisi pretiosa ex-  
 terius theca, intus plena omni nequitia, ideoque in infernum  
 trusa? Quid pauper Lazarus nisi vilis exterius theca, intus ple-  
 na omni cælesti thesauro, & idē in Abrahæ sinum delata? Iā  
 hæc videamus in Euangelio descripta mire.

Et primò proponitur Diues exterius, interius pauper, Ho-  
 mo quidam erat diues. Multam coaceruauerat substantiam, simi-  
 lis factus vrsō, qui vna die deuorat mel totum, quod apes vno  
 anno conficiunt. Sic auarus diues vna die colligit omnem sub-  
 stantiam, quam toto anno plures agricolæ elaborant, sibi que  
 omnia seruat. De quo Hiero. 2. In alis tuis inuētus est sanguis  
 animarum pauperum, & innocentum; nō in fossis inueni eos;

Ecce,

Iere. 17.  
Matt. 13.Damas.  
Similes

Simile.

Hier. 2.

Ecce, ego iudicio contendam tecum, eo quod eorum sudores, & sanguinem ebiberis. Diues tandem cum esset, iniustus erat: miraculi enim loco esset habendum, si diues esset, & iustus. Sic loquitur Sapiens: Beatus diues, qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunie thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in uita sua. Non unum mirabile facit diues iustus, sed mirabilia plura. Sunt namque diuitiarum, & deliciarum spinarum uerbum suffocantes, ut non referat fructum. Hinc Hier. 22. Loquutus sum ad te in abundantia tua, & dixisti: Non audiam.

Sed animaduertit Grego. nomine proprio insigniri hoc Euangelio pauperem Lazarum, non uero diuitem, aliter namque Deus, aliter homo respicitur. Homo nomen diuitis inquit, Deus nomen pauperis. Vides diuitem, potentem, quæris, quo nomine compellatur: hoc uero de paupere non interrogas. Deus uero contra, quia honorabile nomen pauperum coram illo: coram te honorabile est nomen diuitis, coram Deo uero nomen pauperis. Secundò, nomen non habet diues in Euangelio, quia in libro uitæ scriptus non erat, nomen in eo non habebat. Psal. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Et iterum: Deleantur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur. In terra hi scribunt nomina sua, curantes in ea perpetuum, & æternum nomen. Recedentes à te in terra scribentur.

Et Psal. 48. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Sic illi Gene. 11. Venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum. Contra iustus Lazarus nomen habet in Euangelio, quia scriptus in libro uitæ est. In manibus meis scripsi te. Apoc. 3. Qui uicerit, uestietur uerimentis albis; & non delebo nomen eius de libro uitæ. Luc. 10. Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cælis. Scripti ergo sunt iusti in libro uitæ. Primum in ipsa diuinitate, cum ab æterno prædestinati fuerunt, nomine proprio eo in libro quisque iustus scriptus est. Exod. 33. Noui te ex nomine. Deinde in corde Christi scripti sunt, dum pro illis efficaciter obtulit sacrificium patri. Hoc est illud: In manibus meis scripsi te. Qui numerat multitudinem stellarum, id est, iustorum, & omnibus eis nomina uocat. Sic Exod. 18. & Sap. 18. In

ueste

A ueste poteris sacerdotali totus erat orbis terrarum, & parietum magnalia. Coram Deo nomen non habere, est nihil esse in conspectu eius, & sic iniustus coram Deo non est. Habere uero coram Deo nomen est, in pretio ei esse. Sic ergo iustus, & iniustus contingit iuxta illud Psal. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, quantumuis diues, & magnus, timentes autem Dominum glorificat, licet pauperes, & miseri sint, ut Lazarus. Sic etiam ille loquitur, quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erant ignobiles.

Et tandem curat nimium peccator nomen suum in terra celebrari, ideo etiam de terra delet Deus nomen eius. Exod. 17. Destruam memoriam Amalec super terram. Miris artibus curant homines impij nomen suum æternitati mædare, sed Deus illud obliuioni tradi facit. Quondam uilis homo nomine Herostratus, ut nominis sui memoriam posteritati relinqueret, templum Dianæ Ephesinæ incendit, sed à magistratibus iustum est, ut nemo eum nominaret, ut obliuioni penitus traderetur. Hoc Dei iudicio quotidie fieri uidemus, dum ignorantur plurima nomina iniustorum, qui celebrari in terra nomina sua uoluerunt. Hac ratione huius diuitis nomen non dicitur. Contra uero iusti non curantes nomen suum celebrari, imò se abscondentes æternitati nomina sua dederunt. Sic Eccles. 49. de Iosia dicitur, In omni ore quasi mel indulcorabitur eius memoria, & ut musica in conuiuio uini. Et Abrahæ dicitur Gen. 12. Magnificabo nomen tuum in terra. Sic Lazari nomen magnificatum est. Sed pergamus ut diuitis mores uideamus.

Induebatur purpura, & bysso, & epulabatur &c. Indumetorum nimius cultus ut uicium à Christo Dño notatur. Homo cinis est, & puluis, sed operire se uult auro, & purpura. Contra arca testamenti aurea, & pretiosa operiebatur sacco, & cilicio. Exod. 26. & Heb. 11, de sanctis loquitur Paulus. Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis. Caueda Christiano sunt pretiosa, & noua indumentorum genera. Sopho. 1. Visitatione super principes, & super filios Regis, & super omnes, qui induti sunt ueste peregrina, & uisitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limem in die illa. Ostendant uestes hominis uanitate. Eccle. 19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis

Primus Tom.

Gg

minis

Eccles. 31.

Luc. 8.

Hier. 22.

Grego.

Psal. 71.

Psal. 15.

Psal. 68.

Hier. 17.

Psal. 48.

Gene. 11.

Apoc. 3.

Luc. 10.

Exod. 33.

Iere. 49.

Psal. 146.

Exod. 18.

Sap. 18.

Psal. 147.

1. Reg. 02.

Exod. 17.

Eccles. 49.

Gene. 12.

Exod. 26.

Hebr. 11.

Sopho. 1.

Eccles. 19.

4. Reg. 1.

minis enuntiant de illo 4. Reg. 1. Enunciavit Ochozias Eliam a ex vestitu aspero. Sic enunciant vestes vanum, & incontinentem, cum preciosæ, & molles sunt.

Phil. 3.  
Simile.  
Rom. 8.

*Insuper epulabatur splendide quotidie.* Abominanda idololatria, qua venter colitur. Philip. 3. Quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Tributum soluis, cum corpori escam das, à quo tributo aliquando libereris, vt dicitur Rom. 8. Liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei: tunc enim corpus viuet vt Angelus sine cibo, & potu. Sicut ergo solués tributum, solum per soluit, quod omnino debet, quod necessarium est: sic tibi cibus sumendus. Curam ergo carnis ne feceritis in desiderijs. Rom. 13.

Rom. 13.

Grego.  
Simile.  
Psalm. 6.

13. Solum necessitati accurrendum, non desiderio. Nobis miseris contingit, quod infirmis, ait Greg. Affectat infirmus, quæ sibi sunt noxia, horret, quæ proficua, & medicamina. Vulnerati in naturalibus peccato mansimus, & infirmi. Hinc clamat Psalm. Sana me Domine, quoniam infirmus sum. Hinc crucem, & tribulationem salutiferam odimus, voluptates amplectimur noxias, verè deliciosa vita periculis, & peccatis plena est: de quo alibi multa. Hanc describit Ezechiel. 36. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium, & manum egeno, & pauperi non porrigebant. Hanc eandem iniquitatem describit Christus Dominus in hoc diuite. De priore parte huius iniquitatis vidimus, sed de crudelitate iam videamus, qua erga Lazarum vsus est.

Ezech. 36.

Psalm. 36.  
Ambro.

Et erat quidam medicus nomine Lazarus. Cum hic Lazarus iustus fuerit, & in sinum Abrahe deportatus, dubium est, quomodo medicus fuerit? Id enim aduersum videtur, eo quod dicitur in Psalm. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Quis verò derelictus, nisi Lazarus? Respondet Ambr. super illum locum Psalm. Iustus à creatore nunquam derelinquitur, licet à creaturis derelinquatur, quia vt Psalm. ait. Tibi derelictus est pauper, orphana tu eris adiutor. Et iterum: pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. Nec verò dicendus est derelictus, qui à Deo protegatur, licet ab omni creatura relinquatur. Sicut contra derelictus ille est, qui à Deo deseritur, licet ab omni creatura protegatur.

Hinc

A Hinc Exod. 33. loquitur Dominus ad Moysen: Vade, ascende de loco isto tu, & populus tuus in terram, quam iuravi Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam, & mittam præcursores tui Angelum, non enim ascendam tecum, quia populus dure cervicis est. Audiensque populus sermonem hunc pessimum luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. Et paulò inferius: Et ait Moyses, Si tu non ipse precedas, ne educas nos de loco isto, in quo enim scire poterimus, ego, & populus tuus inueni se nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis? Et ait Dominus ad Moysen, & verbum istud, quod locutus es, faciam. Existimabat Moyses, & vniuersus Israel se derelictos omnino, eos Deo deserente. Sed nunc non vobis satis est, quod Angelus precedat vos? quod sexceta milliavirorum estis: quod Moyses vobis dux? Nihil hæc omnia sunt, Deo à vobis recedente. Cum enim omnis creatura sit veluti aquæ ductus, & canalis, per quem diuinum auxilium ad nos venit, si fons exiccatus est, quid proficiet canales? Sic contra si Deus aliquem protegit, licet ab omnibus deseratur, non eum derelictum dixeris. Ne ergo putes Lazarum destitutum, nomine namque suo se protectum ostendit factis. Lazarus enim, vt Aug. & Chrysol. dicunt, significat, adiutus: licet enim ab omni sit creatura derelictus, à Deo tamen exceptus fuit. Et ad hoc significandum hodierna die lecta est epistola ex Hieronymo. Benedictus homo, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit tanquam lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec vnquam desinet facere fructum.

August.  
Chrysol.  
Hier. 17.

C Sed dubitas, qua ratione permittit Deus aliquando à creaturis derelinqui eum, qui à se derelictus non est? Multæ rei huius rationes reddi possunt, quarum illa prior sit, vt in iusto virtus perficiatur per patientiam, quæ opus perfectum habet, vt Iacobus ait. Sicut enim vt fructus arboris maturus, perfectusque sit indiget iam humiditate, nunc vero siccitate, sic, vt virtus in nobis perfecta sit, iam aduersis, iam prosperis iuuamur, aduersitas verò, & derelictio illa bene compensatur iustis, vt ostendit Esai. 60. Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, & non erat, qui per te transiret, ponam te in superbia seculorum, & gaudium in generatione, & generationem. Hoc planè in Lazaro ostenditur. Pro

Iacob. 1.  
Simile.

Esai. 60.

ed quod fuit proiectus, portatur ab Angelis, pro vlceribus, & mendicitate consolatur, & fatiatur in sinu Abrahæ. Hic terminus est tribulationum iusti.

Huic verò rationi secundam addamus. Ideò permisit Deus Lazarum derelinqui à Diuite, vt sæculo illi, & nobis etiam exemplum esset patientiæ. Patientia vobis necessaria est, vt reportemus, promissiones. Quia verò exemplum mouet maximè, illustraria, ac præclara patientiæ exempla ob oculos mudi Deus proposuit, quibus disceret patienter mala tolerare. Sic de Sancto Thobia dicitur. Hæc autè tentationem ideo permisit Deus ei, vt posteris daretur exemplum patientiæ. Sic & Sancti Iob, his exemplis nos monet Iacobus patientes esse. Sufferentiam, ait, Iob, audistis, & finem Domini vidistis. Similia Indies nobis affert patientiæ, ac tolerantia exempla, vt leuius minora mala nostra feramus, videntes aliorum labores per maximos. Pauperes? infirmitate aliqua vexaris? improprio afficeris? tolera fortiter, videns alios maiora tolerare.

Adhuc tamen humana ratio non quiescit, dum videt hunc pauperem iustum, illum iniustum diuitem, nec satis iustum Deum agnoscit hac distributione. Nec verò iniustitia in Deo est, nec deordinatio in eius operibus, sed in humana ratione, cui contingit, quod phrænetico, aut infano, cui apparet omnia quæ videt volutari, & nulla in sede morari, illa verò turbatio, nõ in rebus ipsis est, sed in eius capite, atque iudicio. Eadè ratione opera diuina sumo ordine disposita, ac stabilita sunt, quod si aliud tibi apparet, deliras, & mète turbaris. Si ergo ratione, & ordine huius nosse vis, hæc planè est. Alios pauperes, alios verò diuites esse Deus constituit, vt illi humilitate, & patientia, hi elemosyna, & benignitate salui essent. Nec pauper queri potest contra Deum quod illi male consuluerit. Satis enim ei consuluit præcipiēs diuiti, vt eum pascat: quod si ille nõ præstet, nõ Dni culpa est, sed iniqui diuitis, qui malus est dispensator. Quemadmodum, cum in vno lecto duo decumbunt, quorum alter vniuersa stragula ad se rapit, & socium frigori expositum relinquit, conqueri non potest hic contra hospitem, qui sufficiens lectum dedit, sed de socio, qui stragula rapuit: ita planè Deus noster dat omnibus abundanter, aperit manum suam, impletque omne animal benedictione,

atione, nihil necessariū nõ prouidit. Si tamè superbus diues, & avarus sibi rapiat, quod in pauperes erogadū fuit, eius est crimè nõ Dei. Si pauper indumèto caret, si supellectili, non hoc est, quod Deus hæc nõ prouiderit, prouidit namq; sed quod tu rapis, plura habens vestimèta, superflua supellectilem. Esto tu contentus necessarijs tibi, & reliqua pauperibus largire, & videbis nullum indigere, Deumque omnibus sufficienter prouidisse.

Alijs præterea de causis constituit Deus pauperes esse. Cū vt diuitiæ in pretio nõ haberentur, cū videamus plures iustos eas nõ esse adeptos, cõtra iniquos illas possidere abundanter. Non enim potest magnū esse bonū, quod inimicis Deus elargitur, & negat amicis. Tū verò in pauperum bonū, qui inopia curantur, sicut egrotus inedia cõficitur, vt sanetur. Sicut enim pinus baresceret, & penitus periret, nisi quotannis rami superflui ab ea amputarètur, illa enim luxuries spiritus eius vitales obturaret, & occluderet, sicque pinus perderetur: sic prorsus diuitiæ animam oppilant, aded vt multi in conscientijs suis periclitarentur, si bona temporalia pro animi sui libidine haberent. Illa ergo inutilia eis Deus non concedit, ne intereant. Sicut ergo penas tollis aui, ne euolet, & à te recedat, sic à te abstulit Deus diuitias, ne superbia pereas, & efferaris.

Sed iam diuersum exitū Lazari, & diuitis videamus. Factum est autem, ait Christus Dominus, ut moreretur Lazarus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ: mortuus est autem Diues, & sepultus est in inferno. En manus Iacob commutatas Gen. 49. posita dextera super minorem, læua super maiorem. Exiguo namque conceditur misericordia, vt ait Sapiens, potentes autè potenter tormenta patientur. Quæ diuersum iudicium Dei ab hominū iudicio, nunc apparet, quæ diuerso ordine procedatur in sæculo veturo, ac in præsentī, in Diuite, & Lazaro manifestum est. Sicut enim in diuersis hemispherijs diuersa sunt astra borealia, diuersa Elicæ, & Cynosure, super quibus machina cœli volutat: sic prorsus in præsentī sæculo Elicæ diuitiæ sunt, in alio sæculo virtus Cynosura est. Pulchrè Chryl. Homi. 2. de Lazaro ait, diuitias, & paupertatē vite huius nihil aliud esse, quàm laruas, & personas in scena. Ascendunt diuites mudi huius theatrum, vt Regū, & principū personas agant, Lazarus, & mēdici vt laruas teneat

Thob. 2.

Iaco. 5.

Simile.

Simile.

Simile.  
Simile.

Genes. 49.

Simile.

Chrysol.

Simile.

pauperū. At cum homines à scena huius mundi egressi fuerint, & per mortem detracta illis fuerint personę theatrales, tunc demum apparebit, qualis quisque sit. Et quemadmodum in scena plerique Regum, & diuitum personam induunt, qui ea deposita agnoscuntur infimi esse de plebe: sic post mortem plurimi, qui hic videbatur principes, ac magnates, nihil omnino esse apparebunt. Manifestè hoc conspici licet in hoc diuite, qui cum egressus de theatro huius vitę, suam personam deposui flet, visus est omnium miserrimus, & tam pauper, ut nec aquę guttā in sua haberet potestate. Similisque factus est mulo regio diuitias multas deportanti, ex quibus nihil ei tandem manet nisi plura vlcera, quę ex tanto onere contraxit.

Mirè profectò, & iustissimè vniuersa contraponit Christus Dñs. Diues qui varijs delicijs utebatur, nunc in pluribus est tormentis, qui olim iacentem Lazarum quasi in alto positus despiciebat; nunc sublimè aspicit in sinu Abrahę, seuerò despectum, qui olim tanta affluebat copia, nunc tanta opprimatur inopia, ut gutta aquę ei nō sit, qui linguę nimium indulserat, diuersis epulis, & despectu Lazari, nunc in ea maximè torqueatur. Ut impleatur illud Sap. 11. Per quę quis peccauit, per hęc & puni-  
 tur, qui micas negauit, guttā aquę nō recipiat. Implerumque in hoc diuite est illud Eze. 31. de Assur dictum: In die, quādo descendit ad inferos, induxi luctum, operui eum abyssò, & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas. Quasi dicat, omnes delicias eius abstuli, nec ei reliqui, vel aqua parua guttā. En etiā impletū illud Psal. Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam cum intierit, non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius. Illud, non sumet omnia, sic accipiendum est, nihil sumet, ex his, quę ante habuerat, nec aquę guttam.

Similiter verò Lazaro omnia inuerso ordine proponuntur, impleturque in eo illud Psa. quoniam nō in finē obliuio erit pauperis patiētia pauperis nō peribit in finē. Et iterū illud: Quātas ostēdisti mihi tribulationes multas, & malas, & cōuersus uiuificasti me, & de abyssis terre iterū reduxisti me. Qui iacebat ad ignuā diuitis, deportat in sinū Abrahę, & deportatur ab Angelis qui hominibus despectui fuit, cōsolatur, qui ante cruciabatur.

Sed

**S**ed hęc omnia nobis proposita sunt, ait Chryso. ut ea detestemur, atque fugiamus, quę in illo diuite fuit proposita, pretiosę vestes, epulę festiuę, & manum egeno & pauperi non porrigere, diuitias seruare ac recondere. De his enim, qui hunc imitantur diuitem dicitur Abacuc. 2. Vę qui congrega-  
 auaritiā malā domui suę, ut sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Celebre omnibus fuit Hesiodi dictum: Ne male lucreris, mala lucra æqualia damnis. Sic etiā Eccl. 29. Qui ædificat domum suā impedijs alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Quasi dicat: Sicut ædificium cōstructum hyeme nō stat, sic domus auaritia cōstructa à Deo destruetur. Pro eo, quasi qui colligit lapides in hyeme, Gręca exēplaria in editione Cōplutensi habent, quasi qui cōgregat sibi lapides ad tumulum sepulchri sui, quasi immineat ei continuo mors in eadomo, quā construit, quę illi cito sepulchrum erit. Nidum qui de altum sibi, & filijs suis constituunt, & sic putant se à malo liberandos, sed nō sic erit, quia ut dicitur Abdia. 1. Si exaltatus fueris, ut aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum inde de traham te, dicit Dominus. Cauenda ergo nobis auaritia, cauenda de delicię, & immisericordia.

Contra verò pauperis Lazari patientia proponitur nobis in exēplum, ut eam imitemur, nec contenti simus eā aspicere, ac laudibus extollere. Quod hodie multi faciunt, de quibus Chrysofostomus ait: Similes mihi apparēt fideles huius tēporis antiquis Romanis, qui in circum veniebāt, aut in theatrum, ut gladiatores mutuò digladiātes cōspicerēt, & illorum fortitudinē laudabāt, qui se strenuè gerebāt, illi verò descēdere in pugnā nolebāt, sed solum ex alto eā cōspiciebant. Sic nos mira sanctorum gesta, eorumque passiones videmus, loquimur, ac laudamus, & veneramur, nec tamen volumus imitari. Imitari ergo non pigeat, quod celebrare delectat. Audisti Lazari inopiā, ac mendicitatē, vlcera, passiones, patientiā. Hęc tibi in cælum via est, hanc cape, illi namq; qui in beata patria digniores sunt reliquis, venerunt, ait Ioannes, de magna tribulatione. Lazarus recepit multa mala in vita sua, tu ergo libenter susline, quę tibi incommoda sunt, patienter age: sic enim tibi deueniendum est ad sinum Abrahę.

Gg 4

Feria

# Feria Sexta post Dominicā Secundam Quadrages.

*Malos male perdet, &c. Matt. 21.*



Reponitur hodie nobis in Euangelio summum Dei iudicium ira plenum, & ultio seuerissima earum omnium, quas in terra exercuit. Sed quæ ista? Reprobatio utique Synagogæ, derelictio eius. Cum enim ante fuisset Dei populus electus, vinea

Deute. 32.

electa, Iacob funiculus hæreditatis eius, sorte accepit sibi hunc populum, quot musicis instrumentis illi in templo canebant. **B**

Psal. 79.

lud Vineam de Aegypto transtulisti &c. & non fecit ta

Psal. 147.

liter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, & Notus

Psal. 75.

in Iudæa Deus, in Israel magnū nomen eius: adhuc tamen è do

mo sua illos eiecit per mille quingentos, & amplius annos, dere

liquit omnino eos. Et cum quotidie in Synagogas conueniāt,

eiulantes, petentesq; à Deo remediū, non est eis exauditio, sed

cælum factū est eis æneum. Tremendū profectò iudiciū Dei.

Psal. 118.

Bene Psal. A iudicijs enim tuis timui, aliquādo solā domū Eli

1. Reg. 3.

abiecit à se, & ait 1. Reg. 3. Ecce ego facio verbū in Israel, quod

qui audierit, tinnit ambæ aures eius. Quomodo non tinniāt

aures audita reprobatione Israel?

Tam graue verò supplicium hoc est, vt oportuerit eosdē pu

niendos in se ipsos sententiam ferre, vt hoc facto iustificetur

Deus in sermonibus suis. Proponit ergo hodie causam omnē

in manibus Iudæorum, vt illi sententiā ferant, quam in se ipsos

Iob. 9.

proferunt, quo apparet quā sit iusta. Sic ait Iob: Si voluero

1. Reg. 12.

me iustificare, os meum condemnabit me. Sic etiam 1. Reg. 12.

Nathan proponit Dauidi causam illius in parabola, & ipse in

se ipsum sententiam profert. Sic hodie Christus facit, proponit

Dan. 5.

Synagogæ causam eius, & rationes, quas ab illa exegit Deus, &

quomodo appensus ille populus in statera inuentus est minus

habens.

Videa-

**A** Videamus ergo illorum causam, vt inde in nostram descen-  
damus. Plantauit, inquit, homo vineam electam in optimo,  
pinguique solo: sepe circumdedit eam, torcular, & turrim con-  
struxit, & omnia denique vineæ necessaria prouidit. Conduxit  
eam prælatis, & tam illi, quā vinea ipsa in curia sua nullum  
Dei fructum reddiderunt, sed vt in plurimum folijs exteriorū  
ceremoniarum contenti erant, vt significatum est in ficulnea,  
cui Christus maledixit, misit Prophetas, qui fructum exigant,  
illi eos occiderunt. Quis hic patiens esset? Videres continuo con-  
tentionem exortam inter Domini bonitatem, & illorū malitiā,

Matt. 21.

**B** ille plures mittit seruos, illi plures occidunt. Quid ergo Domi-  
ne iam faciendum restat? Dicam hoc, quod facere cogito, nol-  
lem hos perire, licet improbi sint, doleo eorum vicem. Est mi-  
hi filius hæres speciosus, sapiens, optimus, cuius solus aspectus  
reuerentiam excitat, tā nobilis, vt solum propter ipsum, omnia  
ei danda sint, quæ ille petat, licet ei aliā non deberentur. Volo  
ad eos mittere hunc filium, forsan illum verebuntur: videntef-  
quē filiū meū omni bono ornatū, & simul misericordiā meam,  
resipiscent, & dabunt, quos debent redditus. Sed vide Domi-  
ne, quid dicas. Ais enim, verebuntur forsitan. Vt quid in dubiū  
obijcere vis filiū tuum? si forte occiderint, quid facies? O infini-  
ta bonitas Dei nostri, Cum nō forte esset tibi, sed certò nosses  
occidendū filium tuum, adhuc sic Deus dilexit mundū, vt fi-  
liū suum vnigenitum daret. Mittit ergo filiū, & maiori benefi-  
cio maior eorum ingratitudo respondit. Occidunt illū, quid er-  
go cum his agendum est, quæ de illis sumenda supplicia?

Ioan. 3.

**C** Causa peracta, atque perfectò litium volumine in eorū ma-  
nibus ponitur, vt sententiam proferant. Illi in se ipsos eā ferunt  
dicentes: Malos malè perdet, & vineam suā locabit alijs. Confir-  
mat verò eam sententiā Christus dicens: Auferetur à vobis re-  
gnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, ablata est ab  
eis Ecclesia, & diuina scriptura, quæ illis est in tenebras. Sic Psa. **Psal. 68.**  
Dederunt in escam meā fel &c. Cum dixisset Christi mortem  
ab eis curatam, subiungit: Fiat mensa eorum coram ipsis in la-  
queum, id est, scriptura in deceptionem, obscurentur oculi eo-  
rum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Hoc sup-  
plicio dignus est, qui diuinis misericordijs abutitur.

Gg 5

Sed

Sed ais: Iustissima Dei sententia hæc fuit, sed quid ad nos hæc spectant? Multum per omnem modum: non enim solum ablatum est à Iudæis regnum Dei, sed à multis, qui in fide Christi gloriabantur, sicut & nos. Vbi iam fides Aegypti, & Scythiæ: vbi tales erant monachi, vt propter eos confiteri diceret Hieronymus? Vbi fides Africæ, vbi Augustinus, & innumeri floruerunt episcopi: Vbi Græcorum lides? vbi fides Germaniæ, Angliæ, & Franciæ? Quis ante hos annos illis prædicaret, date fructum, reddite prouetus, ut transferatur à vobis regnum Dei? Irrideretur profecto, qui hæc eis annuntiaret, & tamé videmus ablatam ab eis fidem, an non simile nobis timendum, si in simili culpa fuerimus? Hoc habet pessimum humana in firmitas, vt Dei misericordia, & beneficijs negligens reddatur. Sicut nauta prospero flate véto, sed cū ingruit tépeftas, tūc curat, & negligentiā à se repellit. Audi ergo, an tibi timédū sit. **Rō. 11.**

**11.** Vide bonitatē, & seueritatē Dei: seueritatē in eos, qui ceciderunt, bonitatē in te, si permanferis in bonitate, alioquin, & tu ex cideris. Tremendus est locus ille Hierē. 7. Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum illud, & dic: Audite verbū Dñi, & bonas facite vias vestras: & nolite confidere in verbis mendacij dicentes, Templū Domini, téplum Dñi est. Ite ad locū meū in Silo, vbi habitauit nomē meum à principio, & videte, quæ ferim ei propter malitiā populi mei Israel. In Silo habitauerat Dei arca, sed inde recessit, & gentibus tradita Silo est. Sic ergo cū viderimus primā Dei domū Synagogā repulsam à Deo, timeamus, & caueamus, & bonas faciamus vias nostras, Ideo **Hebr. 9.** Festinemus igitur ingredi in illam requiē, ne in id ipsū quis incidat incredulitatis exemplum. Ratio enim vrgentissima contra nos est. Si illi repulsi sunt, qui minoribus misericordijs ingrati fuerunt: quid nobis restat sperandum, si maioribus acceptis ingrati fuerimus?

Sed quæ sūt misericordiæ Christi Ecclesię collatæ, & vnicuique nostrū? Cū omnia in figura Iudæis cōtigerint, misericordie eis cōcessæ, figuræ fuerūt earū, quæ nobis sunt collatæ, quæ in Euāgelio videbimus: illis quidē figurę fuere, nobis veritates.

Prior illa est, *Homo plantauit vineam.* Sua manu Ecclesiam plātauit, quæ vinea est, & quisque fidelis eius vitis est. Vt hæc vinea

plāta-

**A**plātare, è cœlis in terrā descendit. Psal. Respice vineā istā, & perfice eā, quā plātauit dextera tua: opus manū mearū est tu, hæreditas mea Israel. Singulari dilectione solet quis prosequi vineā, & arbores, quas manu propria plātauit, ad eas sæpe oculos dirigit, sæpe eas visitat, velletque maximè proficere. Hinc noluit Deus quenquā in bellū proficisci, qui vineā plātaffet, & fructū illius nō comedisset. Præcipuas Dei amor in hanc vineā suā, & desiderium eximium fructus ex ea colligēdi, ostenditur in maxima illius custodia. Satis homo se fecisse putat, vt vineā custodiat, si custodē cōstituat super locū, terminumque, in quo vinea eius est. Sed qui vni vineæ custodē præponeret, nimium eum diligeret, nimium eius fructus desideraret. Sed eo Deus amore hanc vineā prosequitur, ita cupide fructus eius desiderat, vt vnicuique vitæ custodē Angelū designauerit, & insuper filiū suū misit, vt vineā hanc coleret, sanguine irrigaret, fructus colligeret: etiā si in eo opere moriēdū ei esset. Sūmus vineæ hic amor est. Tibi ergo maximè cōsiderādū est primū in te collatū beneficiū, quod vitis est in hac plātatavineā, in optimo omnium loco, in terravberi. Esai. 5. Cātabo dilectō meo cāticū patruelis mei vineę suę. Id est, cātabo Christo Cāticū, quod patruus meus vineæ suę cātare solebat. Vineā facta est dilectō meo, in cornu filio olei. Per cornu significatur locus eminēs, sicut cornu eminet in animalibus. Per filiū olei significatur sūma vbertas. Talis erat promissaterra mōtuosa, alta, vberrima. Posuit, plātauitque De⁹ in Ecclesia, quæ terra est alta, & pinguis, est mōs preparat⁹ in vertice mōtiū, terra fluens lac, & mel, super quā, vt super promissā

**C**terrā semper aperti sunt oculi Dei, vt det ei pluuiā volūtariam, quā segregauit Deus hereditati suę. Hac ratione dicit eā vineā electā, vineā Sore Esai. 5. Dicunt Hebræi Sore vites esse producetes vvas, quæ nō marcescūt, qđ propriū est Christianæ Ecclesiæ, cuius fructus proprius est corona immarcescibilis, vt dicitur. 1. Pet. 1. Vide vineā electā, & vineā Sore. Ioā. Ego vos elegi, (ecce vineā electā) & posui vos, (id est plātaui vt vites) vt eatis, (radices mittatis), & fructū afferatis, & fruct⁹ vester maneat, id est, sit perpetu⁹ immarcescibilis. Quid verò mirū talē esse vineā, in qua Chr⁹ Dñs factus est vitis, fact⁹ propago, & plāta eius, fact⁹ suppositū humanę nature, & vitis vera, ex qua omnes alię vi-

tes:

Psalm. 75

Deut. 20

Esai. 56

Esai. 22

Psalm. 67

Esai. 5

1. Pet. 1.

Ioan. 15

Ioan. 15

Hiero.

Simile.

Rom. 11.

Hiero. 7.

Hebr. 9.

tes, vim participant, quasi palmites eius. Iure ergo exigitur à te fructus, cum in hac Ecclesia plantatus sis, quando tu natus es, & in Ecclesia renatus, Innumeri nati sunt inter Turcas, & barbaros, & te elegit Deus, vt in Ecclesia esses. Si verò illos damnabit Deus, quia fructum non reddiderunt, etiam cum inter infideles plantati sint, qua excusatione tu obtegendus es, si in Ecclesia fructum nō referas? Si adeo iratus Deus est contra eos, qui in lege veteri fructum non retulerunt, cum solum eis dederit infirma, vacua, & egena elementa, quid non irascatur in eos, qui habent sacramenta gratia plena, nec eis proficiūt. Propter abundantiam diuinæ gratiæ in lege euangelica dandæ, Sepe dictū erat per prophetas: Florebit solitudo, & germinabit, in hac ergo tanta gratiæ copia te non proficere, inexcusabile piaculū est.

Secunda verò ad idē ratio subiūgitur, cū ait. *Sepe circumdedit ei.* Et meritò, quia vt dicitur Eccl. 35. vbi nō est seps, diripitur possessio. Significatur sepe primò diuina protectio. De qua Psal. Mōtes in circuitu eius, & Dñs in circuitu populi sui. Olim fuit Deus murus Synagoge, sed antemurale fuerunt homines, nūc verò Christus vtrūque est. Esa. Saluator ponetur in ea, murus, & antemurale, secundū naturā diuinā murus, secundū humanā, antemurale, in quod omnia tormēta inimicorum irruerūt. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei celi comorabitur. Dicit Dño, susceptor me⁹. Adhibet etiā Deus custodiā Angelorū, & principū, qui tanquā seps quēdā vineā tegunt. Secūdo hac sepe significatur diuina lex, qua ille vineā circumdat suā, ad hoc enim ille in mūdū venit. Vnde Esa. 58. *Vo-*  
*caberis edificator sepium, auertēs semitas iniquitatis. sed quę sunt*  
*hęc iniquitatis semitę quas Christus abstulit? Audi: Sicut enim*  
*cū vinea sepe circumdata est, pars verò sepis diruitur, illac ingre-*  
*diuntur vineam viatores, & fiunt semitę, quibus omnino per-*  
*ditur vinea, idē vineę Dominus sepem optimam, integram-*  
*quē ædificat, vt nulla ex parte aditus patere possit in vineam, &*  
*sic semitę illę delentur: sic Christus Dominus in prima, longis-*  
*simaque concione ostendit se ædificatorem sepium, auertentē*  
*semitas iniquitatis, implentem, quę legi antiquę deerant, tollē-*  
*tem semitas, quas pharisei, & scribę iniquę fecerant. Fecerāt in*  
*sepe aditū, dicētes: Dilige amicū, odi inimicū. Diruerāt legis*  
*par-*

Esa. 35. 41.  
 Et alibi sep.

Eccles. 35.

Psal. 124.

Esa. 26.

Psal. 90.

Esa. 58.

Matth. 5.

A partem, implet Dominus, quod ab eis fuerat dirutum, dicens, Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. Diruerāt etiā aliam partem, dicentes, posse hominem irasci, & verba mala dicere, implet hęc Christus iram prohibens, & verbum contumelię. Erat alia pars legis diruta in libello repudij, illud etiam tulit Christus, non venit legem soluere, sed adimplere vacua legis, omnia clausa reliquit, ne veniat peregrinus, & vineam intrans, efficiat semitam iniquitatis. Peregrinus hic peccatū est, quia alienum à natura rationali, est ille peregrinus, de quo 2. Reg. 11. qui diuertit in domum diuitis, propter quem occidit ouem pauperis. Caue ab hoc peregrino. Nolite peregrinari in seruore, qui ad tentationem vobis fit. Hęc seps integra à te cōseruanda est, caue ne dissipes eam, quia vt Sapiens ait, Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber, & plagę eius nō est sanitas. B Peccatum coluber est. Quasi à facie colubri fuge peccatū, ait Sapiens. Ingreditur blandē, sed in nouissimo mordebit vt coluber, cui sanitas non est nisi à Deo. Sicut ergo seps est custodia vineę, quę si integra seruetur, vinea non læditur, ea artem ablata omnes vineam intrant, ac deuantant: sic diuina lex tibi murus, & munimen est contra omnia mala. Eccles. 15. Si conseruaeris ea, conserua bunt te. Deut. 28. Si audieris vocem Domini Dei tui, venient super te omnes benedictiones istę &c. Diruta verò hac sepe facti sunt Israelitę in prædam omnibus, vt patet ex libris Iudicum, & Regū. Hinc scite Achior Holopherni dixit: Nunc ergo mi Domine perquire, si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum. Ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentię tuę. Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersę terrę. Ita vero vt Achior dixit, factum est. Tibi verò simile accidet: omnia tua mala inde proueniunt, quod legem Dei tui nō seruas. Priusquam humiliarer, ego deliqui, propterea eloquium tuum custodiui, & maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Ea ergo lege à Christo accepta maximē deuinēti sumus, vt eam custodiamus, eaque seruata conseruabimur.

*Posuit in ea torcular. Hęc tertia in nos collata misericordia*  
*Torcu-*

2. Reg. 11.

1. Pet. 4.

Eccles. 10.

Eccles. 21.

Eccles. 15.

Deut. 28.

Iud.

Regum.

Iudith. 5.

Psal. 118.



Torcular improbis non placet, sed optimum eorum, quæ in vinea sunt, illud est. Crux, & pœnitentia torcular est, omnem bonum hic Deus posuit. In torcular nobis sine dubio veniendum est, vel in illud, quod est in Ecclesia, vel in aliud durius, imò durissimū, quod est in alia vita, in quo Deus in ira sua calcet, relinquitque calcatos vt vinatia vuarum. Audi ipsum loquentem: Calcaui eos in ira mea, & conculcaui eos in furore meo, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea. Hæc verba loquitur Christus reuertens à iudicio. Sunt plures iuvenes quasi botri pulchri inter folia delectationum, nec ad pœnitentiæ torcular venire volunt. Quid de eis faciendum? Quomodo in die iræ tractandi à Deo sunt? Audi, quæ in alijs facta sunt, vt respicias. Ornabat capillos Absalon, & magni pendebat. Sed vide, quomodo erga eum Deus se habeat, è quercu capillis eū suspēdit, vbi ter læcea transfuerberatus misere occubuit. Amos dicit, optimates Samariæ optimo delibutos vnguento esse, ne caloris vim sentirent, eos tamen à Domino mittendos in cacabos plūbi igni feruentes. Nabucdonosor qui superbia, & delicijs efferebatur, ad bestias mittitur tanquā bestia. Caue, ne incidas in torcular illud, in quo calcatur quisque in omnimodam suam destructionem, relinquiturque, vt vinatia vuarum. De quo loquitur Amos. 3. Diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciūt ad Deos alienos, & diligunt vinacia vuarum. Dæmones, & homines peruersos ad inferna damnatos, quos colebant, nuncupat vinatia vuarum. Sicut enim vua calcata, & expresso liquore manent vinacia, quæ homini profunt nihil, solis porcis, vel igni referuantur, tales dæmones, & homines scelestissimi, qui in idolis colebantur, sunt, quos Deus in inferno calcavit, ex quibus nihil vtilitatis percipere possunt cultores eorum. Tu ergo ingrediere torcular pœnitentiæ, ne in illud excidas durissimum. Nisi enim pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Quod si dura, & aspera tibi hæc videtur, considera duriora esse tormenta alterius vitæ. Sanctissimus Beda in historia Anglica capitulo decimotertio narrat, fuisse in Anglia virum Richelme nomine, qui defunctus nocte fuit, & sindone inuolutus in crastinū sepeliendus. Mane verò facto reuixit, & in tres partes substantiam diuisit suam, vnā vxori dedit, alteram filijs, alteram sibi

fer.

Aseruans in pauperes erogauit, asperimamque vitam agere cepit. Multi ad eum veniebant, desiderantes scire, quæ in alia vita vidisset. Ille verò tacebat. Sed Rex Manfredus eam aduocauit, & ea de re interrogauit eum. Cui ille dixit: Cūm vita excessissem, alijs oculis cæpi intueri, & iuuenem pulcherrimum mihi astare vidi, qui manu me tenens, duxit in speluncam, Per quam ingressus vidi tandem maximam planitiem, in qua plures erant animæ igne ardentes, quæ inde in niuem iactabantur, vbi frigore concretæ continuè erant, inde in ignem deijciebantur, inde in niuem, vocibusque maximis clamabant: Misericordia, misericordia. Interrogauī ductorem meum, an esset locus ille infernus, dixitque mihi, nequaquam. Duxitque me per specum terribilem, vidique horribilem locum factore plenum, igne ardentem, & innumeras in eo animas igne ardentes, & innumeris tormentis misere pereūtes. Reduxit me custos meus in corpus: ego verò decreui, ne illuc ducar, asperissima pœnitentia vti, quod & præstabat. Inter alia mittebat se in fluuium gelidum, ibique stabat, donec certum Psalmorum numerum expleret, cumque ei diceretur: Vide, multam ibi esse frigiditatem, ille respondebat, frigidiora ego vidi. Pertres & quatuor dies cibo abstinebat, & alijs vacabat summis asperitatibus. Cūmque ei diceretur: Multa hæc asperitas est, aiebat ille: Asperiora ego vidi. Et sic sanctissimè vitam finiuit, & omnes qui eum audiebant, religioni se addicebant. Torcular verò Ecclesiæ concessum facilius multò est, quàm quod priscis datum est, facit enim cōfessio ex attrito contritum, quo summe iuuamur, dum penitentiæ defectus suppletur.

Et edificauit turrim. Hiero. Hic edificauit turrim, haud dubium quin templum, de quo dicitur Michææ 4. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, vsque ad te veniet, & veniet potestas prima, regnum filiæ Hierusalem, nunc quare mærore contraheris. Nunquid Rex non est tibi, aut cōsiliarius tuus perijt, quia comprehendit te dolor, sicut parturientem? Dicit templū turrim gregis, quia eo ser in anno omnes Iudæi conueniebant, & quia ad templum confugiabant, vt ad turrim firmā. Dicitur nebulosa, quia culmen illius nubes tangebatur. Dicitur filia Sion

quia

Hieron.  
Michæ. 4.

Esaï. 63.

2. Reg. 18.

Amos. 6.

Dan. 4.

Amos. 3.

Simile.

Luc. 3.

Beda.

quia prope montem Sion erat. Dicit ad hoc templum venturam gloriam primam iterum. Gloria prima fuit, cum Deus apparuit in hoc templo promittens exauditionem orantibus in eo. Ea gloria iterum redibit in illud templum, Christo illud intrante, & regno eius. Sed quam turrim in Ecclesia habeamus, quis nam dicet? Vna erat antiquis turris, vnicum templum, sed iam innumera pro foribus tibi templa sunt, & in eorum quoque inuenies Christum Dominum, vt tibi auxilietur. Ad nos ergo respicit Michæas dicens: Nunc, cum Christus tibi preesto est, quare mærore contraheris? Nunquid Rex non est tibi? nunquid consiliarius deest tibi? Ad quid Christus in sacramento est, nisi, vt ad eum accedas, vbi te expectat, vt te audiat, tibi consulat, tibi innumera bona præstet. Tu verò hac tanta misericordia non vteris, ad templum sæpe non venis, à Christo auxiliū non petis. Maxima ratio fructificandi illa est, quod hæc turris nobis relicta sit, quo confugiamus in omni necessitate nostra, in omni angustia & c.

Præter has, quas diximus rationes, est nobis alia, vt fructum reddamus, quod hūc à nobis petierit Deus sapissimè, plurimis ad hoc misis seruis. Et tandem venit ad hoc in mundum filius eius hæres, vt sanctificaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Sed ais: Ad vniuersum mundum venit Christus, vt fructus petat, sed ad me vnū, quādo venit? Respondeo, nōne aliquando postquam alijs atq; alijs inspirationibus te Deus commouere voluit, tandem in mentem illabitur cogitatio ista, Deus pro me descendit à cælis, & eum ego offendo? Pro me ille tanta passus est, & ego illi non seruiam? Dilexit me vsque ad mortem, ego non diligam eum? Pedes eius clauis pro me confixi sunt, & pedibus ego curram contra eum? Manus eius pro me clauis affixæ, & meæ offendent illum? Cū tanta pro me fecerit, nihil ego pro illo faciam? Quid ei respondebo in die iudicij, & rationis? Cū hæc cogitatio cor tuum intrat, tunc pater mittit ad te filium suum, vt à te obtineat, quod alij nuntij mortis, iudicij, & inferni obtinere non valuerunt. Cū hæc cogitatio cor tuum perculerit, flecte genua ante Christū, concede ei omnia, quæ petit: gratias ei age, quoniam venit ad te. Et quia ille petit, nihil ei deneges, id enim esset summa ingratitudo.

**A** titudo. Vltimus nuntius filius est: ille vim cordi nostro inferre debet.

Sed quæro abs te, cū tot rationibus conuictus fructum vberimum ferre debueris, quem nam dedisti, quem retulisti fructum? In Ecclesia plantatus es vberi, sepe circumdatus custodia Dei, & legis eius: torcular pœnitentiæ datum est tibi: turris templi concessa, vbi Christus ad quem accedas: exegit à te Deus fructus per seruos suos, & per filium suum: quomodo profecisti his beneficijs, vt non à te auferatur regnum Dei? Si dicis: Profeci in peius, peccata, & peccata cumulaui: vna mea, vna fellis, & botri amarissimi, fel draconum vinum meum: vinea animæ meæ, quam excolere debui, vinea est fimi

Deut. 32.

**B** lis vineæ stulti: de qua Prouer. 6. Per vineam stulti transiui, & ecce totum repleuerant spinæ, & vrticæ, sollicitus in his quæ mundi, negligens in his quæ Dei? Hiccine fidelis hominis fructus? hoc expectari debuit post tot beneficia? An non meritò Deus dicit: Expectaui, vt faceret vvas, & fecit labruscas? Sed quos fructus ais referre debui? Sanè fructus spiritus, qui sunt charitas, gaudium, pax, & c. A qualibet arbore fructus peti fecundum speciem suam. Homo arbor est, fructū referat secundum speciem suam, secundum rationem: virtus autem est fructus eiusmodi. Omnis arbor, quæ non facit hunc fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Mutuabitur peccator, & non soluet, ait Psalm. Explicat verò Hieronymus: Habet à Deo mutuata intellectum, & voluntatem, & omnia bona: nec tamen soluit, quem debet fructum. Cōtra iustus fructum suū dabit in tempore suo.

Prou. 6.

Galat. 5.  
Simile.Matt. 7.  
Psalm. 36.  
Hierony.

Psalm. 1.

Sed quod supplicium eius, qui fructum non refert? Vtique malos male perdet, & vineam suam locabit alijs, & c. Sed quomodo qui omnia benefacit, potest male castigare, & malè perdere? Respōdetur primò, est dicendū modus, cū quis grauiter castigat est, male castigatus est. Vltio vero illa, qua quis à Deo derelinquitur, & fidei lumine priuatur, & in peccati supplicium alia etiā admittere crimina permittitur, ea inquā vltio grauissima est: idè mala dicitur, & malè perdi, qui sic castigatur.

Secundo dico, quando Deus aliquē punit, si in correctionem id fiat, bene castigat, quia in bonum puniti supplicium

simile.

illud sumit: atque aded optimū, atque proficuū putandum est. **A**  
 Sed cū in æternam illius damnationem suppliciu tendit, tunc  
 male perdit; quia in malum eius qui punitur, vergit. Solet qui  
 se superiorem in ludo agnoscit, principio aliquid perdere, vt  
 postea multū lucretur. Hic dici potest bene perdere, quia ex  
 leui iactura magnum commodū, & vtilitatem reportat; si verò  
 initio perdit, vt semper perdat, ille male perdit. Quando ali-  
 quem Deus temporalis punitione afficit, vt in se redeat, & sal-  
 uus sit, vt Dauid, Ezechiā, Manassem tunc bene perdit. Et præ-  
 terea cū etiam in spiritualibus castigat, permittēs eos in pec-  
 cata incidere, sed bonum maius expectat; vt, scilicet, postea  
 ad se reuersi, maiori humilitate sint. Hæc perditio bona est,  
 quia in bonū tendit. Talis Magdalenz, Pauli, & Dauidis, & Pe-  
 tri ruina. Sed cū perditur Iudas, & vt dicitur in hodierno Euā-  
 gelio, Pharisei; vt in æternū perditū maneant, tunc malos ma-  
 le perdit, quos nunquam iterū lucratur. De quo loquitur Psal.  
**B**  
**Psalm. 43.** Vendidisti populum tuum, sine pretio, & nō fuit multitu-  
 do in commutationibus eorum. Quando peccauit Petrus, &  
 Paulus quasi venditi dæmoni videbantur: sed non sine pretio.  
 Imò venditus est Petrus superbus, vt redderetur Deo Petrus  
 humilis: Paulus puer, vt redderetur vir, ignorans vt reddere-  
 tur sapiens. Sed Iudas venditus est sine pretio, quia nihil Deo  
 redditum est. Hoc significat illud: Nō fuit multitudo in com-  
 mutationibus eorum, id est, nullum fuit lucrum, dum illi dati  
 sunt, tunc male dicuntur venditi, male perditū. Timendū profe-  
 ctō verbum, malos male perdet: sed hoc digni sunt supplicio,  
 qui ingrati sunt diuinis beneficijs. Vide male perditos eos, de  
**C**  
**Psalm. 2.** Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figu-  
 li confringes eos. Quando vas argenteum frangitur, potes  
 melius vas restaurare ex argenti fragmentis: sed si vas figuli  
 conteritur, refici non potest. Sic ille, qui in æternum damnan-  
 dus perditur, de quo Esa. 30. Erit vobis iniquitas hæc sicut in-  
 interruptio cadens, & requisita in muro excelso: quoniam subi-  
 tō dum non speratur, veniet contritio eius, & comminuetur,  
 sicut conteritur lagena figuli contritione perualida, & non  
 inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur ignicu-  
 lus de incendio, aut hauriatur parua aquæ de fouea, quia  
 ad

**Psalm. 2.**  
 simile.

**Esa. 30.**

**A** ad nihilum valet vltra. Discamus ergo beneficijs in nos col-  
 latis bene vti, ne tanquam ab ingratis auferatur regnum Dei  
 &c.

## Dominica Tertia Quadra.

*Erat Iesus eiiciens demonium, & illud erat mu-  
 tum, &c. LUC. 11.*

**B**

Eccatorem à dæmonio possideri vniuersa cla-  
 mat Scriptura Apoc. 14. Cecidit, cecidit Babilō  
 illa magna, & facta est habitatio dæmoniorum, &  
 custodia omnis spiritus immundi, & odibilis: exit  
 enim à peccatore spiritus disciplinæ, qui effugiet  
 fictum, & corripietur à superueniente iniquitate, & intrat in  
 eum spiritus nequam. Sicut de Saul dicit Scriptura: Recessit  
 spiritus Dñi à Saul. Et exagitabat eum spiritus nequam. **1. Reg. 16.**  
**1. Reg. 16.** Spiritus diuinus animæ assis-  
 tens, innumera eibona  
 confert. Si enim spiritus humanus, & aliæ formæ corporeæ in-  
 hærentes materiæ vili, & quæ serè nihil est, tantam in ea ef-  
 ficiunt pulchritudinem, quid faciet spiritus diuinus, in fini-  
 tus in bonitate, assis-  
 tens animæ per gratiam? Verè veniunt  
**C** cum eo bona cuncta. Sed spiritus nequam animam intrans,  
 illam reddit miseriam: quod ostendit verbum illud, exa-  
 gitabat. Cū enim sit inimicissimus, & intra hominem,  
 quæ mala non faciat? O summa peccatoris cæcitas? Videre  
 à longè dæmonem non auderes: simul cum eo incedere  
 trepidares: si te amplecteretur, horreres: quid erit tam  
 intimum tibi esse, vt animam tuam possideat? Tam vene-  
 nosus est regulus, & alij serpentes, vt etiam à longè aspi-  
 cientes, occidant: quid illi efficerent, si intra corpus tuum  
 essent? Quid verò mali non efficiet serpens ille antiquus  
 commorans intra animam tuam? Audi diaboli virus. Aba-  
 cuc tertio. Egredietur diabolus ante pedes eius, aspexit,  
 & dissoluit gentes, solus diaboli aspectus, sufficit dissoluere:

Apoc. 14.

Sap. 1.

1. Reg. 16.

simile.

Abac. 3.

Hh 2

gentes

Simile,

gentes, si solo visu sic inficit, quid non faciet contactu? Iustissimè verò homo traditur huic tantæ deuastationi, ut qui à Deo recedit, & diabolo se tradit, summam experiatur miseriam. Si Rex aliquem adoptaret in filium, & eum nutrirer, & exaltaret, ut principem, ille verò à Rege recedens Aethiopsis se seruū faceret, ubi summa cum miseria degeret, iustissimè Rex eum sineret misere viuere, cum sibi tā malè cōsulerit. Similis huic peccator est, quem in filium Deus adoptauerat, ille verò Deū dereliquit factorem suum, & ad dæmonem diuertit, ut eius seruus sit.

Sed mala, quæ in anima dæmon efficit, expressa nobis sunt in malis corporeis, quæ in hoc homine dæmon operabatur: excæcauerat enim hominem hunc, & mutum reddiderat. Et illud, ait, erat mutum. Solus enim peccator mutus est inter omnes creaturas. Omnis creatura lingua prædita est, qua Deū laudat, ei obsequitur, ipsum loquitur, & prædicat. Sic ait Sapiens: Hoc quod continet omnia, scientiā, habet vocis. Id est, mūdus vniuersus loqui nouit, laudatque factorem suum, & cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum: & pueri tres in camino ignis omnes inuitāt creaturas, ut cum eis Deum laudent: solus peccator inter eas mutus est: hic solus Deum non laudat: quia non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui descendunt in infernum, sed nos qui uiuimus, benedicimus Domino. Hoc enim peccatum efficit, ut quod in Dei laudem, & obsequium vertendū erat, fiat in eius offensam, & ignominiam. Sed ut exemplo cognoscere valeas, quàm sit mutus peccator, intueri libet primum peccatorem Adam, omnino mutum redditū. Quod præclare aduertit Rupertus in Gene. libr. 2. c. 39. Conspice ingritudinē parētum nostrorum; vide mutos in laude tanti benefactoris, & confidera mutum eorum silentium. Inspirauit Deus in faciem Adæ spiraculum vitæ: Vidit se hominem vndique perfectum, exterius, interiusque à Deo ornatum: nec tamen ei gratias agit. Ducit eum in paradysum; traditque ei speciosam, & voluptatis plenam domum: adhuc Adam tacet, mutus est. Vniuersa ad eum ducit animalia, ei que ut principi subijcit: adhuc tamē nihil loquitur, gratias non agit, sed silētium colit. Dat illi adiutorium simile

Sap. 1.

Psalm. 18.

Dan. 3.

Psalm. 113.

Rupertus.  
Gene. 20.

A simile sibi, quo speciem propagare possit; tam Deus curat omnia, quæ ad eum pertinent, ac pater curat comoda filij: nec tamen gratias agit, nec aliquid quod laudem Dei resonet, eloquitur, nec vllum dilectionis, aut gratiæ verbum in ore ipsius fuisse, Scriptura testatur. Qui ergo sic mutus est, non mirum, quod ad peccatum exterius veniat, quia non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, putantes se Deos esse posse. Sic ergo in mala omnia Adam venit: sic & tu in innumera peccata, quia mutus es, quia tantum oblitus benefactorem; ei gratias agere recusas. Obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis. Vide, quot in te Deus contulerit beneficia; & tamen ea oblitus es, quasi nihil receperis; gratias non agis, mutus es. Inde procedit, ut ipsis Dei beneficijs illum offendas, summa vsus ingratitude, arma faciens in Deū ipsa dona, quæ tibi ille concessit. Hanc verò interiorem ingritudinem, & superbiam Adæ, quæ præcessit exterius peccatum, indicat Scriptura initio cap. 3. Genes. ut notat Rupertus, cū ait: Sed & serpens erat callidior. Nō simpliciter dicit serpens erat callidior: sed addit: sed &, quæ est coniunctio, qua significatur malū incepisse ante exteriorem comestionem. Prius enim diabolus hominem infecit interius superbia, & ingratitude, & inde exterius tentatus tam facile cecidit: prius cōtaminatus ingratitude, inde contaminatus est cibo vetito. Et sic sensus illius, sed & serpens est, in tanta gloria homo constitutus, ingratus Deo inuentus est, superbus, & arrogans, Deo gratias nō reddens, sed sibi placens, & tunc bene sequitur, & coniūgit, sed & serpens erat callidior, &c. Estque sensus, per semetipsum corruptit interius diabolus hominem, & non solum per semetipsum intus, sed & per serpentem circumuenit exterius.

Secundò, illud erat mutum, &c. Matt. asserit esse etiā cæcū. Sed qua ratione illum excæcauerat, & mutum reddiderat, utique ut securè possideret. Inter Deum, & dæmonem est concertatio; vter hominem possideat, & quando alter illum possidet, omnino non relinquit; nisi vi pellatur. Quando decreuisti Deo adherere, venit Deus ad te, ut maneat omnino in te, nec vnquam exire vellet à te. Ad eum veniemus, & man-

Primus Tom.

Hh 3

sionem

Psalm. 77.

Genes. 3.

Matth. 12.

**10m. 14.** sionem apud eum faciemus. Non exhibit, nisi vi expellas. Si te A  
solicitat dæmon, vt eum admittas, & Deum eijcias, continuò  
videbis plures conscientia morfus, quid nam illi sunt? Certè  
nihil aliud, quam Deum nolle egredi à te; velle se continere  
intra te: nolle loco cedere. Quod si tandem vi illum expellas,  
non longè recedit, sed proximus tibi manet, vt si volueris, con-  
tinuò illum recipias. Sicut cum fenestram Soli claudis, ibi Sol  
**Simile.** manet, vt iterum intret, si aperias. Eze. 10. & 11. Egrediebatur  
**Exc. 10. 11.** gloria Dei, & stetit in introitu portæ domus Domini orienta-  
lis, & ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, stetitque su-  
pra montem, qui est ad orientem vrbs. Paulatim Dominus  
abibat; iamque in porta substitit: deinde in medio ciuitatis, &  
**Chrysof.** post in monte: si fortè quis spiam detineret illum, non enim vo-  
luntate, sed quasi necessitate discedebat. Chry. Non vna die  
diluuium venit, & tulit omnes, sed quadraginta diebus: iam  
aqua pedes operiebat, iam genua, iam renes, vt daret eis locum  
pœnitentiæ. Simili ratione dæmō, cūm hominem ingreditur,  
curat se omnino munire, ne pellatur; vt verò se muniat, fores  
occludit, oculos, scilicet, & aures. Verè peccator similis factus  
est statua: oculos habet, & non videt; aures, & nō audit. Quan-  
**Mar. 9.** do pater attulit dæmoniacum filium ad Christum, vt dæmo-  
nium pelleret, quem discipuli non potuerant eijcere: recessit  
tandem Christi iussu, sed discerpens puerum, quia exire om-  
**Mat. 8.** nino nolebat. Hinc alibi clamant dæmones; Iesu Nazarene cur  
**Luc. 11.** venisti ante tempus, torquere nos? Et nunc assumit alios septē  
spiritus nequiores se, & ingressi habitant securius in domo, à  
qua fuerant expulsi. Sed in primis curat dæmon os claudere,  
ne peccatum confitearis: confessio enim peccati necessaria  
est, vt ei adhibeatur remedium. Idèò Adam peccator à Deo  
**Genes. 3.** quæritur, vt peccatum confiteatur, & indulgentiam accipiat:  
sed ille abscondere voluit, vt homo peccatum suum. Eadem  
**Genes. 4.** de causa interrogatur Cain, Vbi est Abel frater tuus? Summa  
Dei dignatio, quod tam nefarium hominem suo colloquio  
dignatur, cūm nos soleamus etiam fratres nostros colloquio  
mutuo priuare facili de causa. Respondet Cain, Nescio. Si-  
milis huic impudentia illius est, qui negat in confessione  
peccatum. Putasne Deum latere posse peccatum tuum? Sed  
Deus

**A** Deus ad confessionem adhuc eum vrget, dicens: Quid feci-  
sti? Hoc exemplo edoctus Lamech Genesis Quarto peccatum  
suum confitetur, vocatisque vxoribus ait: Audite vocem meā  
Genes. 4.  
vxores Lamech: auiscultate sermonem meum: Quoniam oc-  
cidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem  
meum, septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò  
Septuagies septies. Confessionem suam veram ostendit, dum  
acceptat pœnam peccato meritam. Vidit Cain à Deo dere-  
lictum, quod peccatum noluerit confiteri; idèò peccatum  
suum confitetur; quia vt Prouerb. 28. dicitur: Qui abscondit  
Prou. 28.  
scelera sua non dirigitur; qui autem confessus fuerit, & reli-  
querit ea, misericordiam consequetur. Et Esa. 43. Dic tu prior  
Esa. 43.  
**B** iniquitates tuas, vt iustificeris. Meritò ait, prior, id est, ante-  
quam ab alio accuseris; nam damnati, vt patet Sapien. 5. Pec-  
cata confitentur; sed non priores, iam enim à dæmone coram  
Sap. 5.  
diuino iudicio fuerant accusati. Tu ergo prior confitere: nam  
vt dicit. 1. Ioannis. 1. Si quis peccata sua fuerit confessus fidelis  
1. Ioan. 1.  
Deus, vt remittat.  
Expulso dæmone quid Pharisei dicant, audiamus. In Eccl.  
zebub principis dæmoniorum. Beelzebub Deus erat aquarum, &  
in eo idolo putabāt Iudæi esse principem dæmoniorum, idèò  
ad eum consulendum misit Ochozias. 4. Reg. 1. Sed qui nam  
4. Reg. 1.  
hoc dixerint, ostendit Matth. 12. dicens principes & Phari-  
sæos eos fuisse, qui maximè Christo debuerunt adhærere:  
Matth. 12.  
**C** hi primi ab eo resiliunt. Difficile profectò est peruersum prin-  
cipem doctorem, magistrumque conuerti. Hinc Iudi. Primo.  
Iudi. 1.  
Abijt ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cha-  
riatsepher, id est, ciuitas literarum. Dixitque Caleb: Qui per-  
cussit Chariatsepher, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiam  
meam vxorem. Excellens proponitur præmium vincenti ciui-  
tatem literarū, quia difficile id munus est: sed mirandū, id ma-  
ximè, qui populo debuerunt persuadere, vt Christo crede-  
rent: hi auertunt à Christo. Ad primum sonitum tubarum  
principes accedere debebant secundum legem, hi verò nec  
ad postremū. Sacerdotes arcam asportantes præcedunt, & sic  
Iordanè trāsēūt ipsi, & vniuersa multitudo, cessante, & persistē-  
te fluuio, quo signatur teneri principes, & sacerdotes exēpio  
te. fluuio, quo signatur teneri principes, & sacerdotes exēpio

*simile.**Est her. 1.*

fuo viam alijs aperire. Sunt enim superiores veluti primū mobile rapiens orbis inferiores contra proprium motum. Hinc Esther. 1. Non solum Regem læsit Regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes, qui sunt in cunctis prouincijs Regis Assueri. Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnunt viros suos, & dicant: Rex Assuerus iussit, vt Regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit. Atque hoc exemplo omnes principum coniuges parui pendunt imperia maritorum, vnde Regis iusta est indignatio, quia detestandum facinus principis peccatum, superioris prauum exemplum.

*Prover. 18.*

*Videns cogitationes eorum.* Traducit eorum cogitationes, vt quamuis stulti sint, recipiant verba sapientiæ. Sic dicit Sapiens: Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius. Sed isti nec sic recipiunt verba Christi. Vel sic fortè accipienda verba illa sunt, nisi dixeris, quæ versantur in corde eius, id est, quæ ille vult audire. Sed Christi Domini expendamus rationes, quibus eos conuincit.

*Iud. 15.**simile.*

*Omne regnum in se diuisum, desolabitur.* Mirum profectò dæmones esse inter se coniunctos, nec vnquam diuisos: voluntate enim inter se maximè diuisi sunt: mutuo se odio prosequentes, sed in opere expugnationis hominum, & obscurandi diuinam gloriam, maximè sunt inter se colligati, nec vnquam diuiduntur; aliàs eorum regnum non staret. Sunt dæmones similes vulpibus Sampsonis Iud. 15. solis caudis colligatis, vt segetes incendant, cum capitibus, & voluntate sint omnino disuncti, sola enim intentione nocendi conueniunt. Qua in re videre licet, quanto sint in Deum odio, & in nos miseros, cum inter se inimicitias componant, vt nos perdāt. Quantum esset inimici in te odium, qui vt tibi damnum inferat, cum alio sibi inimicissimo amicitiam pacisceretur, vt simul te ambo lædāt. Vide, qua voluntate in te sit dæmon, quem tu miser sequeris. Dicit tibi quispiam, fidis in eo, qui est inimicus; caue tibi ab illo, fabricat enim tibi mala. Tu nō credis, sed si fortè id tibi manifestè ostenditur, habes ne fidem illi amplius? Quem sequeris miser peccator? cui credis? Caue tibi à dæmone pestifero, fabricat

*A fabricat enim tibi mala, vt inducat super te subsannationē.* Vis illud manifesta ratione agnoscere? Attende, cū inimici sint ad inuicē dæmones, tamē vt tibi aduersentur, adumnatur, & cōiūgūtur. Hinc etiā aliud nobis colligédū est: Si hoc solū quod est Deum offendere, & homines perdere, sic, deuinxit dæmones, vt nunquam ab inuicem discedant: nonne maior deberet ratio nos vrgere, vt vnum inter nos simus diuina gloria tuenda, & mutua nostri conseruatio? Sine dubio omne regnū in se diuisum desolabitur; & omnis domus diuisa peribit. Osee. 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Gene. 11. Diuisis linguis cessat turris ædificium: & tunc mundus peribit, cū surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. Luc. 21. Sine pace enim stare non possumus. Esa. 3. Tumultuabitur puer contra senem, ignobilis cōtra nobilem: ruit Hierusalem, & Iudas concidit. Interrogat Grego. Nazian. qui consistere potuerit arca Noe in tanto diluuiō? & respondet, id effectum vnione, & pace eorum, qui intra arcam erāt. Et ratio manifesta interitus eorū, qui inter se diuisi sunt, illa est, quod cum inter se diuiduntur, à Deo etiam separantur: non enim potest homo à proximo separari, quin à Deo separetur. Sicut enim dicunt Mathematici, in sphaera est centrum, in quo omnes lineæ iunguntur: impossibile verò est vnā lineam ab alia separari, nisi etiam separetur à centro: ita in Christo, vt in centro omnes iungimur per charitatem; velle verò discedere à proximo, est recedere à centro, qui dicit: Diligo Deum, & fratrem odit, mendax est, ait Ioan. Si enim fratrem, quem vides, non diligis; quomodo Deum, quem non vides, diliges? Et quo plus accedis ad Christum, eo plus accedis ad proximum: & è conuerso, quo magis appropias proximo, propinquior es Christo. Hinc beatus Dorotheus doctrina sexta: Ne proximum iudicemus, ait, Circulum fingite mundum esse, centrum autem circuli Deum: lineas autem à circulo in medium deductas, vias credite varias, negotiationesque mortalium. Quò magis penetrant sancti viri ad interiora, vt Deo appropient per rationem ingressus, eò magis appropiant Deo, & sibi ipsis, quantoque sibi ipsis, tantò & Deo, & quanto viciniores fiunt Deo, tanto & sibi ipsis, quātoque sibi ipsis, tāto & Deo. Considerate item

*Eccles. 11.**Osee. 10.  
Gene. 11.**Luc. 21.  
Esa. 3.  
Nazian.**simile.**1. Ioan. 4.**Dorotheus.*

recessum, & oblongationem, cum, scilicet, recedunt à Deo, & ad exteriora se effundunt: quanto magis à Deo recedunt, tanto & à se ipsis, & quanto à se ipsis abfunt, tanto à Deo. Hæc est enim charitatis vis, & natura: quod enim magis à Dei dilectione recedimus, eò à proximi amore distamus: quãtò Dei amoris adhæremus, tantò & proximi: quantoque & proximo, tanto & Deo. Hæc diuus Dorotheus. Sicut ergo volentes domos, aut palatia construere, primò student in imo supra petram, vel super stabile solum fundamenta locare, & post modum reliquas ædificiorum partes suis locis, & temporibus ordinare, quatenus firmato fundamento cætera ædificanda seruentur: quale etenim fuerit cuiusque rei fundamentum, talis erit eiusdem perseverantia, & latus. Hoc in materialibus, hoc in secularibus, humanisque negotijs contingit, nec minus in spiritualibus iudicandum est. Proinde quicumque in congregationibus militantium Christo cupiunt absque sui detrimento, & proximorum scandalo, fratrum, & domesticorum habere confortia, prius veræ charitatis conentur in se ipsis fundamenta iactare, atque demum poterunt, seruatis congruis modis, & temporibus vtiliter conuersari. Hæc Laurentius Iustinianus de disciplina, & perfectione monastica. c. 22. quia, vt Paul. ait, In charitate radicati, & fundati, &c.

Simile

Laurentius  
Iustinianus.

Ephes. 3.

Elos. Alber.

Iosephus.

Alia Christus vtitur ratione. *Filij vestri in quo eijciunt.* Filios eorum dicit, primo Apostolos, & discipulos Christi, qui in eius nomine dæmonia eijciebant, quos tamen magos non dicebant, vt Christum dicunt. Vel secundò filios eorum vocat exorcistas Iudæorum, vt glossa, & Alber. dicunt. Hi exorcistæ vtebantur prius ad dæmones pellendos exorcismis, quos composituit Salomon, vt Iosephus author est. Sed videntes hos exorcismos nihil iam proficere, & Christi discipulos in eius nomine dæmonia pellere, ipsi similiter in Christi nomine dæmonia expellebant, nec tamen magi reputabantur.

Postquàm Christus Dominus ostendit non in Beelzebub à se eijci dæmonia, nunc ostendit vi diuina à se superatos dæmones esse, atque à Deo pelli. *Cum fortis armatus custodit atrium suum.* Quomodo dæmonem superauerit, & regnum eius euerterit, nunc ostendit exemplo. Multis nominibus diuina Scriptura

**A**ptura celebrat, effert, & extollit humani generis redemptionem: ex quibus præcipuum est nomen illud, victoria à Christo obtenta contra dæmonem, & Christus victor, & triumphator dicitur, & dæmon victus, & expoliatus. Apocalypsis. 5. *Apoc. 5.* & 6. Vicit leo de Tribu Iuda, & exiuit vincens, vt vinceret. & ad Colossen. 1. Est insignis locus hanc explicans victoriam, ostendens vincentem, victum & spolia: ait enim, Expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in se ipso, expolians, id est, cum spoliasset (vt ex Græco constat, vbi ponitur participium præteriti temporis) dæmones potestate, ac dominio suo, traduxit confidenter, id est, duxit homines à peccato in gratiam, à potestate dæmonis in regnū suū, à gratia in cælestē patriā. Vel traduxit, ait eo loco Diuus Thomas, id est, extra duxit, id est, expulit dæmones ab homine palam triumphans, id est, manifestè, ac in omnium oculis ostendit dæmones victos à se. Ponitur ibi verbum Græcum significans ostensionem, quam faciunt victores, ac triumphatores eorum spoliatorum, quæ in bello cœperunt, vt Romæ moris erat; & hoc in se ipso propria, scilicet, virtute. Et hoc est, quod nunc Christus ait: Cum fortis armatus, &c. De qua re optimè Esa. 4. Cum promississet Deus eruendum mundum è diaboli potestate, proponit dubium, nunquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit à robusto saluum esse poterit? Quia hæc dicit Dominus: Equidem & captiuitas à forti tolletur, & quod captum fuerit à robusto saluabitur, & vt hoc efficeret, inuitabat illum, vt in mundum veniret Esaia. Quinquagesimo primo. *Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini. Consurge sicut in diebus antiquis. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Quasi dicat: Tu qui initio expulisti dæmonem ex arce cæli, expolians illum loco cælesti, iterum similiter perforce, spolians illum loco, quem tenet in terra.*

Apoc. 5.

6.

Colos. 1.

D. Thom.

Esa. 4.

Esa. 51.]

Sed quomodo vicerit, ac expolauerit dæmonem, videndum restat. Tituli quibus dæmon hominem victum, & feruum possidebat, duo erant. Primus diuina sententia infallibilis non est in illo, est & non, sed est, in illo est, ait Paulus.

Deus

Colof. 2.

2. Pet. 2.

Colof. 2.

Simile.

Hier. 17.

Simila.

Math. 5.

Deus verò in peccati pœnâ hominem permisit diabolicæ po-  
testati; & sic acquisiuit contra nos dæmon chirographum de-  
creti, quod erat contrarium nobis, vt dicitur ad Colof. 2. Et  
meritò ille relictus à Deo est, qui Deum dereliquit, & dæmoni  
adharere voluit. Secundus titulus erat volûtaria hominis sub-  
iectio, qua dæmoni se subdidit per peccatum: Qui facit pecca-  
tum, seruus est peccati: & à quo quis superatus est, eius & ser-  
uus est: quia cum homo à Deo relictus sit in manu consilij  
sui, vt de se ageret, pro vt liberet, potuit homo se tradere, cui  
voluit.

Veniens ergo Christus in mundum, vt nos eriperet de po-  
testate tenebrarum, primum titulum dæmoni abstulit meritis  
suis, & gratia. Vnde dicitur ad Colof. 2. Donans nobis omnia  
delicta, delens, quod aduersum nos erat chirographum decre-  
ti, quod erat contrariû nobis: & ipsum tulit de medio, affigens  
illud cruci. Vt verò intelligas, quid sit hoc chirographum de-  
creti, exemplo patebit. Sicut in debiti memoriâ, & pignus cer-  
tum chirographû scribis, & nomen subscribis tuû, sic per pec-  
catum constituitur homo debitor æternæ pœnæ, & permanet  
contra illum chirographum publicû, quo hoc debitû constat,  
scilicet, peccatû in memoria, & conscientia hominis ipsum ac-  
cusans, & in Dei memoria, & dæmonû ad supplicîû. Si verò ho-  
mo hoc aduerteret, dū peccat, nô tã facîle peccatû admitteret,  
cum enim peccas, chirographum manu tua subscriptum das,  
quo te ipsum deuincis, vt æternas pœnas in inferno susti-  
neas, de quo chirographo dicitur Hier. 17. Peccatû Iuda scri-  
ptum est stylo ferreo, vngueq̃ue adamantino, exaratum in ta-  
bula cordis vestri, & in cornibus ararum vestrarum, indelibi-  
liter scriptum esse significat. Vidisti aliquando deperditum  
homuncionem, qui hinc, & inde plurimam mutuo accipit pe-  
cuniam, multisq̃ue oneratur debitis, nec vnquam soluere cu-  
rat; eò tandem venit, vt mittatur in carcerem, nec inde vnquã  
exire possit. Similis huic est peccator, qui multis peccato-  
rû debitis oneratur, nec soluere curat per pœnitentiam, tandẽ  
in inferni carcerem truditur, eiq̃ue contingit illud: Amen di-  
co tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadran-  
tẽ: nec ei suffragari potest, vt è carcere illo exeat, vel nobilitas,  
vel

**A** vel sacerdotium, nec vlla alia causa. Sed omnia ista chirogra-  
pha damnationis nostræ deleuit Christus Dominus sanguine  
suo. Et ipsum tulit de medio, id est, de rerum natura, ait Diuus  
Thom. Sicut soluto debito rumpitur chirographum.

D. Thom.

Sed relinquitur adhuc secundus titulus dæmoni, qui est  
aliud armorum genus, quo nos tenet, scilicet, volûtas nostra.  
Licet enim Christus nos liberauerit, non tamen nobis id pro-  
derit, si nos adhuc serui manere volumus. Præcipiebatur Deu.  
15. vt Septimo anno serui omnes in libertatem assererentur.  
Si verò quis diceret, adhuc seruus esse volo Domini mei, ma-  
nebat seruus in sempiternum: in cuius signû auris eius perfo-  
rabatur. Hoc titulo multi nunc serui dæmonis sunt. Venit an-  
nus Iubilei, annus libertatis, per Christum nobis datæ: eripuit  
nos ille de potestate tenebrarum: sed si nos adhuc captiui esse  
volumus, erimus perpetui serui. Sed obsecro, quis captiuus so-  
luto pretio redemptionis adhuc seruus manere vult? maxime  
si captiuus est magni Regis filius, & ab inimicis miserè tracta-  
tur? Iere. 2. Nûquid seruus est Israel, aut vernaculû: quare ergo  
factus est in prædam? Super eum rugierunt leones, & dederunt  
vocem suam. Ad hos loquitur Baruc. 3. Quid est Israel, quod  
in terra inimicorum es, inueterasti in terra aliena: coinquina-  
tus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in infer-  
num: dereliquisti fontem sapientiæ: nam si in via Dei ambulas-  
ses, habitasses vtiq̃ue in pace super terram. Disce, vbi sit prudẽ-  
tia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vt scias simul, vbi sit longi-  
turnitas vitæ, & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax.

Deut. 15.

Iere. 2.

Baruc. 3.

**C** Hunc titulum perpetuò curat Christus auferre dæmoni,  
curans omnibus modis voluntatem nostram auertere à diabo-  
li seruitute: quod notatur illo verbo. *Erat Iesus eiiciens dæmo-  
nium.* Erat, est præteritum imperfectum, quia nunquam ab hoc  
opere cessat. Quod princeps ingressus regnum, primum effi-  
cit, est à tyranni seruitute ciues abducere, & in libertatem eos  
vindicare. Veniens Christus in mundum, quid agit? Illud pla-  
nè quod ait Ioannes, venit filius hominis, vt dissoluat opera  
diaboli. Sole adueniente fugiunt nocturnæ aues, & fera ani-  
malia. Ortus est Sol, & cõgregati sunt, & in cubilibus suis col-  
locabuntur. Ponitur ante Christum homo dæmoniacus, cæcus,  
mutus,

Simile.

I. Ioan. 3.

Psalm. 102.



*simile.* mutus, & vt quidã dicunt, etiam surdus. Meritò ante Christũ A  
hic sũstitur. Solent peritissimi medici infirmos optare ab alijs  
*simile.* desperatos, vt in eorũ curatione ipsi maximè glorificètur. So-  
*simile.* lent strenui Duces desiderare aduersariorũ fortitudinẽ, vt ea  
ratione se fortissimos ostendant, cum eos superauerint. Solet  
sapiētissimus Doctor argumenta aduersariorũ fortia optare,  
vt in eorũ solutione se peritissimũ ostendat. En medice cele-  
Matt. 9. stis infirmũ omni ex parte desperatũ, vt tu qui ais: Nõ est opus  
Iob. 40. valentibus medicus, sed male habentibus, in eius salute glori-  
Psal. 24. ficeris. En strenue Dux sortè armatũ custodientẽ atriuũ suum,  
tam fortem, vt non sit ei potestas similis in terra, vt tu, de quo  
scriptũ est: Propter nomen tuũ Dux mihi eris, ostendas, quia  
fortior illo superuenisti. En sciētia patris, difficile negotium, B  
quod expedire non valet, nisi ille, in quo sunt omnes thesauri  
sapientiã, & sciētia Dei. Si dæmoniacus est, tu es cithara Da-  
uid, qua dæmon pellitur. Si mutus est, tu es verbũ patris, quod  
aperis os mutorum, & linguas infantiuũ facis disertas. Si cæcus  
Ioan. 9. est, tu es lux mundi, qui illuminas omnem hominem venien-  
Ioan. 1. tem in hunc mundũ. Hac certè Christus quærit, vt in re diffi-  
cili ostendat, quia Dei virtus est, & Dei sapiētia. Si magnis pec-  
catis, & vinculis teneris, accede ad Christũ, hoc est, medicũ  
honorare, ab eo sperare salutem, etiã in desperato morbo. Ne  
Iere. 8. ergo diffidas, tibi enim dicitur Ier. 8. Nunquid resina non est  
in Galaad? aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obdu-  
cta cicatrix filia populi mei? Vbi litera alia habet: Quare ergo C  
non ascendit sanitas plebi meã? Nunquid non potentius meri-  
tum, & gratia Christi omni peccato? Qui diffidit, Christũ &  
eius gratiam non nouit. Legem gratia, in qua versantur, igno-  
rant. Quid enim est lex gratia, nisi lex, in qua facile vincitur  
omne peccatum? Quid enim aliud sonant verba illa. Esa. 4.  
Erũt praua in directa, & aspera in vias planas, quod enim aspe-  
rum natura est, gratia planũ efficit. Ad te loquitur Deus Esa.  
Esa. 41. 41. Metimeas, quia ego tecũ sum: ne declines, quia ego Deus.  
tuus confortauit te, & auxiliatus sum tibi, & suscepi te dextera  
iusti mei. Ecce confundetur, & erubescet omnes, qui pugnat  
aduersum te, erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contra-  
dicunt tibi, &c.

Feria

## A Feria Secunda post Domini cam Tertiam Quadra.

*Quanta audiuius facta in Capharnaum; sic &  
hic in patria tua, &c.* Luc. 4.



Stenditur Euangelio nobis hodie proposito, di-  
uina bona hominibus tribui diuino beneplacito,  
atque dispositione, nõ verò humana ratione, aut  
consilio, meritoque Paulum asserere: Quis cog-  
nouit sensum Domini, aut quis cõsiliarius eius  
B fuit? Quasi dicat, non hominum consilij, aut ratione Deus  
ducitur, vt misericordiam præstet, vt Reges terræ duci solent,  
vt beneficia conferant. Audi nunc consilium Nazarenorum.  
Fecisti, aiunt, multa mirabilia in Capharnaum, quæ Patria tua  
non erat: in Nazareth ergo plura exhibe; patria hæc tua est: hic  
educatus es, plura ei conferas, oportet. Sed quid Christus Do-  
minus ad hæc respondeat, videamus. Plures viduę erant in Is-  
rael patria Eliã, nec ad vllam earum diuertit, sed ad eam, quæ  
extera erat, in Sarepta, scilicet, Sidoniorũ. Insuper plures erãt  
leprosi tempore Elisæi, & nullum eorũ ille mūdauit, nisi Naa-  
man Syrum. Non ergo ego deuinctus sum patriã meã, benefi-  
cia mea præstabo, cui mihi placuerit. Iã gētiũ vocationẽ desi-  
gnat, relicta spretaq; Synagoga: quæ se repudiari, nõ sustinēs,  
C eũ præcipitare conatur. Sed frustra iacitur rete ante oculos  
pennatorum: & idcõ ipse transiens per medium illorũ ibat. Prou. 1.  
Hæc Euangelij summa est. Sed quid nobis hæc innuant, at-  
tendamus. Multos habent imitatores Nazareni, & qui nam  
hi? Illi profecto, qui dicunt: In Ecclesia Christi sum, bap-  
tismum suscepi, Deum colo, ciuis sum Hierusalem, quæ in ter-  
ra est. Ciuis ergo ero supernæ Hierusalem: mihi sine dubio  
æternam præstabit Christus Dominus hæreditatem, quia  
conciuis eius sum, domesticus eius, membrum eius. Sed quid  
proderit fratres mei, si fidem dicat se quis habere, opera  
verò non habeat, num fides poterit saluare illum? & si enim  
pecca-

Iacob. 2.

Eccle. 15.

Ioan. 8.

Psalm. 17.

Psalm. 14.

Psalm. 30.

Psalm.

Matt. 5.

Psalm. 124.

Matt. 25.

Rom. 2.

Mar. 6.

peccatores aliqua ratione filij Dei dicantur: sed filij sunt infideles proditores, qui ad eod ius quod in Dei hæreditate habebant, amiserunt. Hinc Sapiens, non enim concupiscit multitudinẽ filiorum infidelium, & inutilium, qua ratione non iam eos filios suos dicit, sed diaboli. Vos ex patre diabolo estis, filios eos dicit alienos. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Mentiti, ait, sunt mihi, & in malitia & peccatis inueterati sunt. Declinauerunt à via mea, in vias suas, ideo iam non filij mei sunt. Nec enim fides satis est, licet à proavis accepta sit, nisi opera adsint. Audi Prophetam: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, qui loquitur veritatem in corde suo, nec fecit proximo suo malum, &c. His omnibus oportet illum ornari, qui cælum ingressurus est, qui in ciuem conscribendus cælestis Hierusalẽ. Si ergo in Ecclesia Dei vides te esse: Deo gratias age, cum Psalmista: Benedictus Dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Verè ciuitas munita Ecclesia est, ciuitas super montem posita. Angelis demãdata, vt ab illis custodiatur, & à Domino ipso protecta, montes in circuitu eius & Dominus in circuitu populi sui, ait Psalmus: Fide factus est ciuis huius ciuitatis, & hoc non ex te, donum enim Dei est. Sed ne putes hoc tibi satis esse ad salutem: in ea nanque sunt prudentes & fatuæ virgines, ea est sagena congregans bonos & malos pisces, area frumentum & paleas continens, domus magna, in qua vasa sunt in honorem, & vasa in contumeliã, grex ouium & hircorum. Curandum ergo tibi est, vt ouis sis, vas in honorem, triticum, piscis bonus, virgo prudens, oleum seruans: sic nanque salus æterna tibi continget.

Sed quid nam deerat Nazaræis, vt eis mira Christi opera denegentur. Sine dubio obex eis erat maximus, cum Marcus dicat, Non poterat ibi virtutem aliquam facere, nisi quia paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem eorum. In Nazareth eximium illud miraculum factum erat, Verbum, scilicet, caro factum, in Nazareth nutritus Christus Dominus, Nazaræus dictus, & nunc ibi miracula

**A**cula facere non potest. Tritum est Philosophis axioma, Actus actiuorum sunt in patiente disposito: Semper enim materiæ dispositio requiritur, vt agens in illam agat. Vt ergo Deus in nobis mirabilia sua efficiat, dispositionem quærit, quæ si non adsit, non operatur. Dicunt multi: Non adest mihi gratia Dei, vt maxima præstem: dicam verò ego cum Paulo: Non tu disponeris, vt gratiam accipias. Tu ergo gratiæ dees, non gratia tibi. Hinc ille; Considerantes ne quis desit gratiæ Dei. Nazaræi ergo gratiæ obicem ponebant. Primò incredulitatem, quæ ad eod erat magna, vt eam Christus Dominus miraretur. Sicut enim fidem Centurionis miratus est, & propter eam ei concessit serui vitam: sic horum infidelitatem miratus, ob eam miracula non concedit. Deinde inuidia manifesta eos laborasse Christus ostendit, cum ait: Quanta audiuius facta in Capharnaum, &c. Hoc verò vitium charitati opponitur, & indignum reddit diuina misericordia eum, qui dolet, eam proximo conferri. Eorum etiam superbam & arrogãtem mentem, iramque aspidum in fine huius Euangelij ostendit Lucas, dicens, ductum ab eis Christum in supercilium montis, vt eum præcipitarent, eo quod illos corripuerit. Quo pestilentem mentem aperiuunt, iuxta illud: Non amat pestilens eum, qui se corripit. Et Amos. 5. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectã abominati sunt.

**C** Fidem verò præcipuè exigebat Christus Dominus ab his, quibus miracula præstabat. Et illa sæpe numero fidei tribuebat, dicens: Fides tua te saluam fecit: &, sicut credidisti fiat tibi. Fides enim magna, qua de Christo credimus Deum verum esse, & certius id tenemus, quam si oculis cerneremus: & fides insuper, qua ei fidimus, & in eum speramus, & securi sumus de eius in nos dilectione, ac prouida cura, vt dicamus illud Psalmi: In pace in id ipsum dormiam & requiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me: illum nobis summe deuincit, facitque vt nostris succurrat necessitatibus. Hinc ad Mariam Elizabeth: Beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. Hęc verò fides magna licet sine charitate, aliquando esse possit, præsertim tamen reperiri solet in his, qui præcipua dilectione Christum

Hebr. 10.

Matth. 9.

Prou. 15.

Amos. 5.

Psalm. 4.

Luc. 1.

prosequuntur. Charitas nanque id præstat miro quodam modo, vt & amici dictis credamus, illique fidamus, & tuò res nostras committamus, ab eoque auxilium speremus, cui cor nostrum omnino tradidimus. Quia vero hac fide magna, & spe firma caremus, mirabilia multa non experimar, quæ sancti experti sunt, Deo eis in necessitatibus subueniente. Gregor. 3. Dialogorum. c. 32. de Sanctulo memoriæ prodidit, hac vna voce: In manu Dei sum, securum fuisse inter Longobardos hostes crudelissimos, diaconumque coegisse, vt fugeret: cum ob eâ causam ei omnino moriendû esset. Sed creptus à Dño mirabiliter est: obriguit enim manus carnificis. Quis enim sperauit in eo, & consulus est? Hac profectò magna fide prædita fuit mulier Sareptana, ad quâ diuertit Elias, quæ prophetæ verbis fidè adhibés, credit nõ defuturâ farinam & oleû, & hac fide primû Eliæ panem præstitit. Eadem fide Naamâ Elisæi præcepto in Iordane septies mersus, mudatus fuit. Nazarenis verò hæc defuit fides. Qua ratione miracula Christi Dñi experti non sunt. Imò nec miracula potuisse ibi patrare Marcus dicit. Non quod Dño Iesu potètia nõ fuerit: sed illorû incapacitas his verbis significatur. Vel cû dicit, non poterat, sic accipiendum est, Non erat consentaneû: quemadmodum dicitur: Non possunt filij sponsi ieiunare, quandiu cum illis est sponsus.

Nunc verò te interrogo, qua nã fide præditus sis erga Christû? Num Nazareus imiteris, an viduâ & Naamâ? Credis firmiter Christo Dño? Speras in eû? Quoties audisti: Quarite primû regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiciètur vobis? Et illud Psalmi: Spera in Dño & fac bonitatè, & pasceris in diuitijs eius. Et illud. Honora Dñm de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarû da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt? An hævanæ & aniles fabulæ sunt? An potius primæ veritatis verba fidelissima? His fidem adhibes? Verbo Domini inniteris? Si id præstares, quam aliter te haberes, ac habes? Quis nunc erecto fidenti; animo est diuina fulcitus spe, ac ille, qui in thecæ conditos habet nummos, aut frumentum in horreo? Audi ergo Elaiam monentem: Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris, & non est lumen

**A** lumen ei? Speret in nomine Domini, & innitatur iuper Deum suum. Expendendum est verbum illud, Innitatur super Deum suum. Innixus ille diuitijs, stat animo, sta tu innixus super Deum tuum. Hæc præstiterat vidua illa, ad quam missus Elias est, feceratque quod Paulus monet viduas facere, vidua, quæ vere vidua est, & desolata speret in Domino, & instet orationibus, & obsecrationibus nocte & die, credit Eliæ, eum paui: & quia sperauit in Domino, confusa nõ est. Sed audi nunc prauorum ingenium, in necessitate constitutus dicit: Egeo nummis, non est mihi cibus, quid ergo disponis? Quare te indigentia subuenies? Hic ait, furto surripiam, ille vero vsura acquiram; illa pudicitiam vendam. Vos omnes nunc vrgeo, interrogoque, Credisne Deum tibi esse? Nesti apud omnes thesauros esse? Speras in iniquitate, & non in Deo tuo? An non stupefenda incredulitas tua, sicut & Nazæorum? Ideò non potest miracula facere, vt tibi accurrat, nec enim consentaneum est, vt fidem non habenti ea præstentur. Quod si fidem haberes, vt granum sinapis: si diceres, In Deum non peccabo, imò in eo sperabo, ei obsequar, eius iussis obtemperabo; sine dubio experireris eius mirabilem misericordiam super te magnam. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, protegã eum, quoniam cognouit nomen meum, sed quod nomen tuû Deus meus, vt cognoscamus illud? Nomen Dei primum Sadaï fuit, quod significat omnia satians, omnia implens. Nomè posterius Iesus est, hominum liberator ab omni malo. Ille verò nomen Dei cognoscit, qui in omni necessitate ad eum accedit, & in eo omnem spem suam collocat.

Deinde diximus Nazarenos inuidia laborasse: quã aperient dicentes: Quãta audiuius facta in Capharnaû. Dolebãt quod Capharnaû poriretur gratia illa miraculorû, inuidus nollet in alijs Dei beneficia videre; vnde inuidia opponitur charitati, quæ omniũ virtutũ pulcherrima est. Hæc demonè impulsit, vt primos parètes perimeret, quia inuidia diaboli mors introiuit in orbè terrarû. Hęc impulsit Cain, vt fratrem occideret: hæc fratres Ioseph, vt illũ vederet: hæc Saul, vt persequeret Dauid: hæc Iudeos vt Christũ perderet. Disce ergo ex hoc loco, nõ tibi affuturum cæleste auxilium, si alienis bonis inuideas.

1. Tim. 5.

Psal. 90.

Gene. 1.

Sap. 2.

Gene. 4.

Gene. 37.

1. Reg. 18.

Greg.

Mat. 2.

Mat. 14.  
Psalm. 36.  
Prou. 3.

Esa. 50.

Longè ab hac peste fuerunt vidua illa, & Naaman. Illa quidem quia non solum de alienis bonis non dolebat. Imò larga misericordia sua pauperibus communicabat, vt patet, cù Elià primùm panem tribuit. Deinde sibi minimum seruat. Idem in Naaman videre licet, à quo cum peteret Giezi talentù, & mutatorias vestes nomine Elisei, ille coegit eum, duplum accipere, quam petierat. Digni ergo effecti sunt diuinis muneribus, illi, qui sua tam large tribuebant indigentibus. Multa, & præclara, de hac re Chrysofomus, homilia, 53. ad populum. Quo plura, ait, Deo dederis, plus te diligit: quibus maiora debet, plus tribuit amoris & gratiæ. Libèter intuetur Deus eum, cui dedit aliquid: sed libentius eum respicit, à quo accepit. Nec ita tu delectaris, cum multos habes, & vides debitores: ac Deus cum multos videt creditores, & cum aliquem videt, cui nihil debet, eum fugit, & auersatur, cum verò intuetur eum, cui aliquid debet, continuo ad eum accurrit. Omnia ergo tibi facièda sunt, vt Deum habeas debitorem. Nunc verò huiusce rei tempus est. Nunc enim esurit, nunc sitit, nunc nudus est in pauperibus. Cum verò hæc elapsa vita fuerit, tui non indigebit: & nunc indigere vult propter te. Cibari à te vult, vt tecibet, indui, vt te induat, & non habens opus petijt à te, quia tuà quærit vtilitatem, propterea in vili habitu petens, si obolum tribuas, non auersatur, neque si spreueris, recedit, sed ad te rursum accedit, quia vehementer tuam desiderat salutem. Pecuniam ergo contemne, ne contemnaris, vt diues sis, tua largiter dà, vt colligas, disperge. Quod si hoc tibi nouum apparet, seminantem animaduerte, qui non posset plura colligere, si quæ habet pauca, non dispergeret. Semina ergo in benedictionibus, vt de benedictionibus & metas.

*Simile.*

*Chrysofo.*

Sed causaris: Filij mihi sunt. Audi Chrysofomum homilia 68. ad populum: Quid accusas filios tuos? Non in causa sunt, sed auaritia. Plures filios habebat Abraham, & in vias exibat, vt peregrinos exciperet. Filius erat viduæ Sareptanæ, & cum pugillum tantum farinæ haberet sibi & filio, ex ea primùm panem dedit Eliæ. Sed ais, multa bona filijs relinquere vellem. Optime dixisti. Sed hoc feceris, si Deum illis patrem & tutorem reliqueris: si etiam Deum ipsis debitorem feceris: hoc verò

*efficies.*

**A** efficies, bene de pauperibus merendo. Sicut enim quando vindictam de inimico sumere non vis, propter Deum; Deus ipse vindictam sumit, & melius quam tu sumpsisse, cum verò ipse vindicari vis, Deus non te vindicabit: sic in proposito si filiorum nimiam curam gerere volueris, Deus eorum curam non geret. Si verò ei illos commendatos relinquis, erit eis pater, eorùq; miserebitur, & sic filijs innumeros reliquisti thesauros. Ne ergo cures, quomodo filios diuites, sed quomodo virtute præditos relinquis. Deum ergo eis debitorem relinque: hoc illis chirographum trade, quod illis maximo erit emolumento.

**B** Sed ais: Non ego filijs thesaurizo, sed mihi. Hoc ipsum ego te rogo, thesauriza tibi ipsi, non alteri. Et cum dico: da pauperi, tibi vt thesaurizes, dico: Dum pecunias habes, non eas tibi habes, securæ tibi non sunt. Si pauperi dedisti, iam dicere potes te eas secure possidere: quia nec fur, nec verò mors eas à te poterit auferre. In manu pueri est panis placenta, circumdant eum canes, vt eam rapiant: vt secure puero seruetur, eam patri dat, recedunt canes, & statim puero redditur, cum canes abacti sunt. Sicut canes appropinquant puero, dum placenta habet: sic demones diuitibus insiliunt, & multa alia, quæ canibus assimulantur, tum homines, tum feræ passiones: gula, luxuria, ludus. De quo optime Abacuc: Væ ei, qui multiplicat nō sua, vsquequo & aggrauat contra se densum lutum? Nunquid non crepente consurgent, qui mordeant te, & suscitabuntur, lacerantes te, & eris in rapinam eis? En sicut canes circumdant puerum, obsonia gestantem: sic diuitem multi circumdant, vt eum lacerent. Da ergo Deo diuitias tuas, vt securæ tibi sint, & recedent à te demones.

*Simile.*

*Abac. 2.*

Obsecro quid in iudicio respondebis, sic te Deo vrgētis. Quando à te petebatur eleemosyna, credidisti nē, eā mihi dari, an non? credidisti me tibi eam redditurum, an non? Si non credis, fidelis non es: fidem negasti, Euangelio non credis. Si credis, an non stultus, & stultissimus es? Si Deo non reddas, offendis forte aliquem cui pecunias des, & libenter das: si lucrum inde tibi est, si ad vsuras das; audi ergo: Feneratur Dōmī nō, qui miseretur pauperis: dic miser cui diuitias tuas tradis? nū

*Proh. 19.*

reddituro tibi? Quid tibi venter reddet, cui tantum nunc das? Corruptione utique, quid inanis gloria? liuorem utique, & inuidiam. Quid auaritia? cura & sollicitudine. Quid intemperantia? gehennam, & venenosum vermem, & his das substantiam tuam? Hi sunt diuitum debitores; qui eis reddet innumera mala in hac vita, & in aeterna, & Christo Domino dare non vis, qui tibi promittit vitam aeternam? Qua fronte ei respondebis; cum te arguens, dicet: Mihi dare noluisti, & meretrici dedisti? diabolo donasti? Sed ais: reddet quidem mihi Christus Dominus, sed post multum temporis in alia vita, Audi, non solum reddet in alia vita; sed & nunc centuplum, nunc in praesenti saeculo: pietas namque ad omnia valet, promissionem habens huius vitae, quae nunc est, & futurae. Cum in usus pecunias das, placet tibi in longum tempus eas dare: sic enim maius est lucrum. Quando ergo Christus Dominus nunc nihil redderet, sed in aeternam seruaret vitam, tibi hoc commodum esset, ac utile: sed quia his, quae nunc vides, nimium affectus es, etiam nunc merces copiosa tibi promittitur, nunc centuplum datur. Hoc videre licet in Petro, quid ille reliquit? Et tamen orbis imperium ei concessum est, & omnes ad eius pedes ponebant pretia eorum, quae vendebantur. Sed ais, ille Petrus erat. Sed ego dico, non illi soli dictum est centuplum ei dandum. Sed omnis, qui reliquit domum. Sed Petrum relinquamus, & in viduam Sareptanam oculos conuertamus, placentiam dedit panis, accepit vero in longum tempus indeficiens frumentum & oleum. Haec Chrysolostomus.

Demum Nazarenorum superbia consideranda est, qua indigni redditi sunt diuinis muneribus, ea enim illi quasi ipsis debita reputabant, se ipsos magnificiebant, corripientem sustinere non valuerunt, eum tandem precipitare voluerunt. Superbus se aliquid esse putat, cum nihil sit: imo se magnam reputat, & cui omnis honor debeat. Unde si ab alio se despici, aut corripiri viderit, sustinere non potest: adeo ut in Deum ipsum insurgat, si eum velit humiliare: ut hodie patet cum Christum precipitare volunt. Hinc Iob 15. de superbo loquens ait: Tetendit aduersus eum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus. Corripientem enim sustinere non valet superbus, quoniam ut dicit Iob. 11. Vir vanus

A in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri, se liberum natum putat. Atque adeo si quis eum subijcere, & corripere voluerit, non patitur, sed in eum armatur, eumque perdere vult, a quo corripitur. Hinc Plutarchus in Moralibus: Sicut cum aegrotus datur amara potio, solet postea execrari vas ipsum, in quo ei data potio est: ita superbi non correctionem tantum odiant, sed & corripientem, eumque persequuntur. Audi diuini Spiritus in huiusmodi homines sententiam: Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur.

Haec vero animi elatio maximum est impedimentum, ne diuina ad nos veniat munera: Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, ut Petrus ait. Aliquando hac laborauit superbia Naaman, cum indignans recedebat, eo quod Eliseus ad eum non processerit, sed per ministrum madaffet, ut in Iordane lauaretur, nec ea infatus superbia, Dei gratiam assequeretur. Deinde vero se humilians, percepit, & integre valetudini restitutus est. Sed inquis, qua ratione ductus Eliseus, tanto principi ad se venienti non occurrit? Respondetur primo, ut prophetiae dignitatem seruaret, in qua diuinae maiestatis virtus elucebat. Ideo namque Regum legati, quia Regis personam induunt, ampliore maiestatem ostendunt. Et simul ostendit Propheta externarum rerum pompam, apud Deum, imo & apud se, nihil esse, licet eam maxime suspiciant homines. Hinc idem Propheta videri se, & teneri a Sunamitide passus est, imo & in eius venit domum, ut filium suscitaret. Sic & Elias qui superbum Regem dure increpauit, in paupercula viua domum diuertit. Et Christus Dominus, ut notat Gregorius, licet rogatus, in domum Reguli non abiit; & tamen in domum Centurionis venire dignatus est: qua ratione ad eum dictum est: Non respicis personam hominum. Nec enim Deus diuitias, & pompam externam considerat, sed merita, atque virtutes. Externa namque bona, bona non sunt, nec bonum reddunt ea possidentem.

Secundo vero id Prophetam praestitisse, arbitrator: ut superbum Naaman humiliaret, dignumque redderet diuina gratia, quae solis humilibus confertur, superba namque ille

Plutar.  
Simile.

Prou. 29.

1. Pet. 5.

4. Reg. 4.  
3. Reg. 18.  
3. Reg. 17.  
Grego.  
Math. 22.

Mat. 19.

1. Tim. 4.

Act. 7.

Mat. 19.

Iob. 15.

Iob. 11.

Iob. 11.

ostentatione aduentarat, multò stipatus comitatu, superba cogitatione, dicēs intra se, vt postea ille explicuit: Magni ducendus ego sum ab Eliseo, egredietur ad me, & ponet manus suas super me, & inuocabit nomen Dei sui. Dum verò ille hac superbia inflatus erat, diuinis muneribus aditum præcluserat. Vt ergo humiliter de se sentiret, atque modestè, eum non curat Eliseus, eum non reueretur, vt intelligat, se omni honore & reuerentia indignum, seque deiciat, & humiliatus mereatur Dei dona participare. Cur enim Saul electus in Regem, cur etiam è regno deturbatus? Quia humilis constitutus Rex est. Sic ad eum Propheta: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Superbia verò illum deiecit. Vnde subditur: Quare ergo contempsisti verbum Domini? Cõtemnere superbię proprium est. Hinc Dauid didicit se humiliare, qui ait: Ludam & vilior fiam ante Dominum, qui elegit me, potius quam patrem tuum: & ero humilis in oculis meis, & sic gloriosior apparebo. Præclarus ludus humilitas, qua homo cum Deo contendens ludit, homo se deicit, Deus eum exaltat. Contra ambo conantur, sed vincet tandem Deus. Hic ludus est, quo Deus cum paruulis ludit. Sicut olim lusit Iosephus cum Benjamin, minimo dilectissimoque fratre, què quasi furem principio humiliavit, ligauit, & cepit: sed ludum illum esse, ostendit continuò, eum agnoscens fratrem, ample xatusque eum, & super omnes fratres collocans, & plurima ei donans. Est enim humilis vallis frumento abundans, iuxta illud Psalms: Et valles abundabunt frumento, vallis in quã aquæ montium defluunt. Audi verò in quem finem tandem superbi deueniant, miro illo Nabuchodonosoris exemplo. Deambulabat Nabuchodonosor in aula Babylonis, & ait: Nõne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificauit in domũ regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? En superbum iactantem se in diuitijs, & fortitudine sua. Sed audi mirabile inauditumque supplicium. Cumque sermo adhuc esset in ore Regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eijicient te, & cum bestijs & feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes. Quæ verba enarrans Gregorius. 5. Moralium

**A** c. 6. ait: Quia elatione cogitationis se super homines extulerat, ipsum, què cum hominibus communem habuit sensum, amisit. Meritò Thobias ad filium: Superbiam in tuo sensu, aut in tuo verbo, nunquam dominari permittas.

Tobi. 4.

**B** Despexit ergo ac spreuit Eliseus Naaman, vt se ille humiliaret, sicque sanitatem assequeretur. Et licet principio despici molestè tulerit, postea autem libenti animo tulit, paruipendit: quis Iordanis se abluit, vt Elisei præceptum impleret, & in huius humilitatis testimonium, dixit Eliseo, cum ab eo discederet: Obsecro concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum, de terra, nõ enim faciet seruus tuus holocaustum, aut victimam Dijs alienis, nisi Domino. Obsecrationibus multis curauerat, obtinere ab Eliseo, vt donaria ab eo acciperet. Cumque Eliseus id omnino recusasset, subiungit: Si aliquid à me accipere non vis, saltem aliquid eorũ, quæ tua sunt, mihi concede. Sed quid sibi dari Naamã petat, videamus: vtique duas terræ illius sportas. Cum verò eas sibi dono dari ab Eliseo petat, innuit terrã illam petitam ab eo esse, quæ Elisei erat, atque adeò è domo eius voluit terram sibi accipere, quã Propheta pedibus calcauerat: & hoc sibi quasi sanctũ quid, & omniveneratione dignum elegit, vt illi esset quasi reliquia quædam Elisei, quam exoscularetur, adoraret, & super caput tolleret. Forfan etiam, vt glossa ait, ex ea terra voluit altare vero Deo erigere in domo sua, in quo Deum Israel adoraret, eique sacrificia offerret. Oratorium ergo in domo sua construere decreuit. Sed, 6 Naamã, quid tecum defers ex Israel, infimam terram? Est id quod Eliseus calcit, super caput tuum constituendum est: illud osculaberis? id reuerberis? Considerandũ planè est, ac stupendum, quo se dimiserit, atque deiecit Naaman quondam superbus, nec verò id adeò mirandum. Vidit enim aquas Iordanis eum mundasse, non quod ex se ad id muneris vim haberent, sed quod Propheta verbis suis illas in hoc opus designasset. Inde verò intellexit, terram, quam Propheta calcauerat, illi fore salutiferam, tum corpori, tum etiam animæ.

Sed cum Christum Dominum præcipitare vellent Nazaræi, Ille transiens per medium illorum ibat. Nondum venerat



Glossa

1. Reg. 15.

1. Reg. 6.

Gent. 44.

Psalms. 64.

Dan. 4.

Gregor.

hora eius, nec locus passionis ipsius Nazareth erat, nec præcipitio, sed cruce mortem appetiturus, idè qui passus est, se à ciuitate eijci, noluit præcipitari, sed transiens per medium eorum ibat, diuinam virtutem ostendens, & dignam se vim. Trãsiuit enim per medium eorum ipsis cernentibus, nec valentibus contra eum quippiam, cum inter eos pertrãfisset, vel quãmentes eorum mutauit, vel obstupescit, vt dicit Bèda. Vel quia eis vires ademit, & maiestaté tantam ostèdit, vt nil illo contra eum auderent, sicut cum ad eum capiendũ uenerunt, uerbo maiestatis eos prostrauit. Hoc uerò magis conuenit, quam dicere ipsum inuisibilem se eis præbuisse.

Hoc uero factò multa nos Christus Dominus docuit. Primum recedere Deum ab homine per peccatum. Sic Numero 12. rum duodecimo, arguit Dominus Aaron, & Mariam, contra Moysen murmurantes, & continuò subiugit, Iratusque contra eos abiit, nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum. Summum hoc & tremendum supplicium, Deum recedere ab anima. Nam, vt Propheta loquitur, Væ eis, cum recessero ab eis. Et has ille minas intentat, cum ait: Ecce, relinquetur domus uèstra deserta. Caue ergo, in Deum peccare, ne recedat à te, & te derelinquat. Secundum docet, iram declinare, & dare locum iræ, vt Paulus monet. Hoc uerò præstabis, si fugeris ac declinaueris ab eis, qui summa ira incèti sunt, nec ignem igni admoueris, iram iræ. Quemadmodum enim à leone fugiendum, & à tigride, ità ab irato. Nec hoc putes dedecus esse; est enim præcipuus tibi honos. Vnde Sapiens ait: Honor est homini, qui separat se à contentiõibus. Si enim prudentia tibi esset, facile contentiones vitare posses, dum priuquam in discrimen magnum adducaris, recedere nosti uerbis compositis, &c.

(..)

Feria

## Feria Quarta post Dominicam Tertiam Quadra.

*Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum  
&c. Matt. 15. Esa. 29.*

**S**emper hæreses in extrema deuiarunt, ueritas uerò Catholica regia uia est: idè qua scriptum est: Non declinabimus ad dexteram, nec ad sinistrã, sed media regia uia gradiemur. In hac ergo regia uia fuerunt extremæ hæreses. Prima Pharisæorum, antiqua quidem, sed quæ multos hodie imitatores habet. Pharisæi cultum exteriorem Deo dabant: interiorem non item. Secunda Lutheranorum, dicentium nihil ad rem pertinere cultum hunc exteriorem, sed interiorem solum esse Deo tribuendum. Catholica uerò doctrina asserit utrumque cultum Deo exhibendum, ut qui conditor est interioris, & exterioris hominis, ab utroque tributum accipiat: præcipuum tamè locum interiorem tenere cultum docet, sicut præcipuum hominis anima est. Pharisæi exteriora tantum Deo dant: inde tot eis ablationes, phylacteria, & omnis denique ceremonia: sed interiora non curant, idè Deo non placent. Obtulit sacrificium Cain, ei tamen dicitur Gene. 4. secundum Hieronymi, Gregorij, & Isidori translationem: Si rectè obtulisti, sed nõ rectè diuisti, peccasti. Hæc uerba sancti prædicti legunt, ubi nos legimus, Nõne si benè egeris, recipies, &c. Vide ibi glossam. Rectè obtulit, qui de fructibus terræ obtulit, sed non rectè diuisti, quia cor separauit ab oblatione, quod Deo non obtulit, idè peccauit. Abel uerò plurimã obtulit hostiam, secundum Paulum; non plurimam quantitate, sed quia cor obtulit simul cum gregibus; non illud diuisti ab oblatione, idè Deo placuit. Pharisæus ergo ille est, qui exteriora solum offert: Cain imitatur, qui malè diuisti. Idè à Christo dicitur Pharisæi sepulchra dealba-

Num. 23

Deut. 20

Mat. 23

Mat. 23

Mat. 23

Gene. 4

Hiero.

Gregor.

Isidorus.

Glossa.

Hebr. 11

Mat. 23

dealba-

**Matth. 23.** dealbata, exterius pulchra, intus plena osibus; & omni spurcitia Matth. 23. Similes homines falsi, quæ exterius veræ moneta præstant imaginem, interius verò aurichalcum sunt. Similes mulieri adulteræ; quæ exterius viro suo obsequitur, sed interius alterum diligit. Quomodo hæc exteriori obsequio viro placeat, qui nouit interius alium ab ea diligere? Hi tandè Deo linguam dant, cor diabolo, quod tamen maximè Deus petebat, de quibus Psalm. Dillexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei: cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius. Quod contra facere nos mōnet Hebr. 10: Accedamus ad Deum cum corde vero in plenitudine fidei. Sicut enim corpus anima recedente mortuum quid est: sic exteriora sine internis. Nō est ergo malum Deo in exterioribus obsequi; sed malum est interiora diuidere, ac separare, & solis exterioribus contentum esse.

Hunc verò errorem pharisaicum in moribus nunc imitantur, qui cæremonijs exterioribus sic occupantur; vt earum spiritum reiecerint; & qui circa exteriores virtutes omnino versantur, nihil curantes interiores. Quos dicit Beda, similes hortulano, qui cum viderit arborem folijs abundante, contentus est, nihil curans, quod fructum afferat. Sed interrogas, qui sunt hi? Respondeo: Sicut vna est natura humana, & eam sequuntur similes hominum affectus; sic similia peccata: secundum illud Salomonis; Quid est, quod est? id quod fuit. Sicut ergo comædiæ Plauti, & Terentij eadem modo sunt, quæ fuerunt; sed modo à diuersis hominibus aguntur; non ergo comædiæ mutantur, sed personæ: sic eadem modo vitia, quæ antiquis; sed diuersis induuntur personis. Qui ergo modo Pharisaorum personam suscipiunt? Certè illi, qui ieiunant, qui recitant, qui choris assistunt, qui exterius compositi sunt; sed si interiora consulas, vel omnino corde perditum sunt, vel saltem hæc exteriora sine vilo interiori spiritu, atque affectu peragunt. Sed in choro Deum ore laudant, corde vero ibi non adfunt, sed tantum vt distributiones sibi succurrant. In throno Salomonis duæ erant manus, illum sustentantes: sed propitiatoriuus Chérubim operum erat. Cum factum peragis, cum diuino officio assistis, propitiatoriuus portas, alas Chérubim

**A** rubim extende, intellectum, & voluntatem in Deum leuia; & sic postea poteris manum extendere ad temporalem distributionem, & retributionem, vt thronum tuum tanquam Salomon sustentare valeas. Cum superpellicea induis, significas, cor candore virtutis album: cor ergo album coram Deo sit, & eris simplex, & rectus corde, vt Iob. Cum corpus humilias, cor similiter deijce, dicens cum Manasse: Flecto genua cordis mei. Cum ad Euāgelium surgis, quid te putas agere, nisi quod famulus à te vocatus, qui tibi capite discooperto astat, vt tibi obtemperet præcipienti? Hoc ergo animo surgere debes, vt Deo obsequaris in his, quæ audieris eum præcipere; & denique omni operi externo cor adhibe, spiritu omnia perficiens, vt viuentia sint opera tua, Deoque placita. Quod si id nō prestes, Pharisaus es, & ad te dicitur Osee. 7. Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuersatur: comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Sicut enim panis subcinericius, qui non reuersatur, hac parte coctus est, illa verò crudus: sic qui exterioribus solum incumbit, exterius Dei est: sed interiora longè ab eo sunt, cruda sunt. Ex quo sequitur: Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit, quia robur eius quod est interiorius, abstulit dæmō; solum corticem dereliquit, massam verò abstulit, quod ille ignoras non proficis in virtute. Sicut enim formica quod sub terra abscondit frumētum granum, ne pereat, & renascatur, corrodit interius, & cortice derelicto, nō fructificat: ita curauit dæmon, vt interiora à te submoueat, spiritum à te procul abijciat, vt exterioribus tuis proficias nihil. Quæ verò præcipua putare debes, sine dubio interiora sunt: sicut præcipuū hominis anima est; quod & Aristoteles agnouit, dicens: Si dii humana curant, vt verisimile est, ea curare, certum est, ijs potius delectari, quæ potiora sunt, ipsisque simillima, intellectu, scilicet, & voluntate hominis, ac perinde ille eis maximè placebit, qui hæc excoluerit. Cura ergo primum cor tuum ornare diuina charitate, fide, & spe, deuotione, humilitate, hæc enim præcipua sunt.

Sed Lutheranorū errori etiā facilè occurremus, qui exteriora reijciunt omnino: exterior cultus omnino necessarius est. Primò, quia in se bonus, & Deo debitus, vt corpus fateatur,

Beda.

Simile.

Eccles. 1.

3. Regum.

Exo. 35. 37.

Iob. 1.

1. Paral. 37.

Simile.

Osee. 7.

Simile.

Simile.

Aristo.



1. 7. 22. 28. 32. tur, se Deo subditum. Vnde ad exteriorum Dei laudem nos sapere hortatur diuina Scriptura, & à mundi initio exterioribus sacrificijs Deum cæli homines sunt professi, vt ab Abel vsque hodie constat, & sacramenta, quibus diuinam gratiam participamus, in externis signis sensibilibus sunt instituta. Secundò, propter internum cultum conseruandum, qui maximè conseruatur externis cæremonijs: sicut cortex arboris illam conseruat, & folia fructus, sic exterioribus interiora conseruantur: naturale namque nobis est, ab exterioribus ad interiora procedere. Et tãdem sicut accidentia maximum præstant decorem substantiæ, eamque conseruant: sic exteriora decorem interioribus præstant, & conseruationem, & pars etiam iustitiæ, & virtutis sunt. Tertio, propter aliorum ædificationem, Angeli Angelis conceptus suos exprimunt, sed nos non sic; spiritus nostri sunt inuisibiles hominibus, idè exteriora necessaria sunt, vt luceat lux vestra coram hominibus, vt glorificent patrem vestram, qui in cælis est.

Matth. 5. 32.

Hac verò in re illud nobis præcipue considerandum est, quod cum maxima præmia Dei cultoribus promissa sint, in his rebus præcipue cultum suum constituit, & hominis perfectionem posuit, quæ inuito mihi nullus adinire potest, & in quibus omnis homo potest alterum æquare, nec alicui sit excusatio, quod ea non potuerit facile præstare. Si enim in ieiunio perfectio præcipue sita esset, quid infirmi facerent? si in elemosyna, quid pauperes? si in cantu, quid infirmo capite? Nunc verò præcipuum meritum, maxima perfectio tua in dilectione Dei, & proximi, in cordis puritate, in humilitate, in spe viuam Deum, in fide viuam collocata sunt. In his omnes æquales sumus: hoc omnis præstare potest: circa hæc nullam relinquitur excusatio cuiquam. Hæc præstare potes in omni statu, omni loco, omni tempore. Vt hoc Dominus significaret. Exod. trigesimo præcepit, numerari omnes à viginti annis, & supra, & ab omnibus accipi in sumptus sanctuarij dimidium solum. Diues, inquit, non addet ad dimidium sicli, nec pauper minuet, quia cum pecunia illa esset testimonium religionis offerentium, in eo omnis homo æqualis est. Nulla ergo homini relinquitur excusatio: hæc enim interiora

omni præ-

A mo præstare potest, & facile.

Illi ergo qui solum exteriora curabant, accedunt ad Christum Dominum ab Hierosolymis, ad hoc illi venerunt à Hierosalem in Capharnaum, vt dicant: *Non lauari Christi Discipulos manus, cum panem manducant.* Vide malorum ingenium: aliena considerare, non sua, minima aliorum peccata maxima putare, sua negligere, alienos defectus non ipsis dicere, ad quos pertinent, sed alijs. Cum eis videbatur Christus peccare, non ei dicunt, sed Discipulis: *Quare, aiunt, cum peccatoribus manducat, & bibit magister vester? Cum Discipuli peccant, magistro dicunt, Quare Discipuli tui transgrediuntur, &c. Mihi defectus tuos dicunt, tibi meos.*

B Cum aliquem videris tecum murmurare alienos, sine dubio cum à te prodierit, & ad alium diuerterit, tuos loquitur. Similes agasonibus, qui hinc illo ferrum portant, illinc huc vinum, ad te aliena, ad alios tua: & cum festucam in alio viderint, trabem in oculo suo non considerant. Israel viam agebat lumine columnæ illustratus: Pharaon, & sui in tenebris ambulabant, nube tecti columnæ, & cum se non viderent, Israelitas tamen videbant. Hinc Sapiens: *Stultus illudet peccatum, id est, loquetur, interpretabitur, disabit. En peccatum quod loquuntur. Quis enim cum sciret ab Hierosolymis aduenisse Scribas, & Phariseos, non putaret aliquid magni ab eis adduci? Ecce omne quod deferunt, Non lauant manus, &c.*

C Sed mirandum valde, quam acriter Christus Dominus fecerat suorum persecutores, & oblatratores, vnde ait: *Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras?* En Christum, quasi vrsam raptis catulis, quasi gallinam in rapientem pullos. Summa Dei in suos cura, & pro eis decertare nonuit acriter. Hiere. secundo. Sanctus Israel de numero primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum, delinquent, mala venient super eos. Cum interrogaret Moyses Deum: *Si dixerint filij Israel, quod est nomen Dei, quid dicam eis?* Ait, *Qui est, misit me ad vos. Est ne tibi aliud nomen præter Ico-ua, quod tibi dixisti?* Addit, *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob: hoc nomen mihi est in æternam.* O summe,

& ado-

Simile.

Simile.

Simile.

Exod. 30.

Matth. 9.

Simile.

Exod. 14.

Prou. 14.

Simile.

Hiere. 2.

Exod. 3.

& adbrande Deus! simul cum nomine essentia tuæ ineffabili. Alii, ponis nomen seruorum tuorum. In eadem linea ponit nomen essentia suæ, & esse amicum seruorum suorum, & eis beneficere. Id enim est Deus Abraham, Deus Isaac, &c. Dicunt Eliæ serui Regis: Serue Dei, Rex præcepit, vt descendas. Quo modo, inquit, me vocatis Dei seruum, & indignè tractatis? Si Eliam diceretis, nil mali actum esset, nunc autem quia seruum Dei me dixistis, & indignè tractastis; vt sciatis, quantum sit Dei esse seruum, & quanti habendus sit, qui ei adhæret, ignis de cælo descendat, & deuoret vos, vt discatis non despiciendum Dei seruum, licet vilibus indutus sit. Cùm verò Eliam sub nomine Eliæ increparet Achab, nõ descendit ignis super eum, vt nunc; vt sciat mûdus, quia, qui

**Zachs. 2.** vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Magna irascitur Deus ira in eos, qui iustos persequuntur, vt ostendit in Cain, Iezabel, Aegyptijs, & tandem ait per Hieremiam loco citato: delinquent, id est, in me peccant. Et Psalmo trigesimo quarto. Qui oderunt iustum delinquent. Hoc summum est malum, hoc præcipuè fugiendum. Sed quanta ira Deus moueatur in eos, qui iustos persequuntur, ostendit Esaias quinquagesimo septimo. Super quem iurastis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? Nunquid non vos: filij scelesti, semen mendax? Pro suis respondet Deus: Quis accusabit aduersus electos Dei. Deus qui iustificat, quis est, qui condemnet? Quis videret obsecro curam, ac sollicitudinè Aman in Mardocheum, Saul in Dauid, fratrum in Iosephum, iam eos perditos putaret: sed contra accidit, iuxta illud Psalmi, Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Mirum illud, quod aliqui Doctores aduertunt: Occiditur Christus in Hierusalem, nec destruitur, sed cum discipuli eius persecutiones patiuntur, tunc funditus euertitur; licet ob Christi Domini mortem præcipuè vastata sit. Secùdum eo facto ostèdit Dominus, facilius suã, quam suorum persecutionem, aliquo modo ferre se posse: sic nunc acriter pro suis respondet.

*Quare et vos transgredimini mādātū Dei propter traditiones uestras. Quasi dicat: Si Dei zelo ad hoc moueremini prius defectus vestros*

**A** vestros emendaretis maximos, quod tamen non facitis. Quibus verbis maximè inuehitur in vsus, & leges mundi contrarias Euangelio, & in eos, qui illas sequuntur. Vnde exemplū huius Christus ponit in eo, qui soluit quartum mandatum de honore parentum propter suam traditionem. In mundo verò nunquā tot vsus Euāgelio cōtrarij, fuere ac hodie, nec tot qui illos sequuntur. Plato. 8. de legibus libro ait: Nulla lex tam efficax in reipublicæ bonum, ac ædificationem, quā opinio diffusa in populum, & in ciuium animos, quod res aliqua mala, & vituperio digna est, quia hac opinione vt fræno multi continentur facile, & cohibentur à malo. E contrario initium totius mali est opinio, qua malum reputatur honorificum, & honore dignū. De qua re elegantissimè Cyprianus in epistola ad Donatum, ostendens, quantum præualeat opinio praua, ait: Esse iam inter nocentes innoxiam crimen est, malos quisquis non imitatur, offendit. Sic ait Holofernes: Fœdū est apud Assyrios, si fœmina irrideat virum, agendo, vt immunis ab eo transeat. Addit Cyprianus: Consenserunt iura peccatis, & capit esse licitū, quod publicū est, cū leges regulæ esse debent morū, mores regulæ legum sunt. Sed interrogas: Qui sunt huiusmodi abusus in mundo? Respōdeo, innumeros esse, in vindicta, superbia, arrogantia, inquirēdis locis altioribus, in ludo, in vestitu, esu, cibo, potu, & in omni statu, officioq; hominum inuenies zizania plurima à demone disseminata. Cōsidera statum tuum, & iuxta Euāgelij regulas eum metire, sicut Angelus calamo dimetiebatur, Dei domū, & statim aduerte innumeros excessus, qui propter hominum traditiones irreperunt, diuersos, imò contrarios ijs, qui in scriptura diuina, & sanctis traduntur. An nõ in Ecclesia sticis cultus nimius vestium, & serica omnia zizania sunt? An nõ ciborum apparatus, nimium argētum in vasis, panni in parietibus, clamant omnia illa pauperum esse? Non licet ea mittere in carbonā, quia pretium sanguinis sunt? An nõ bona ecclesiastica pretium sunt sanguinis Christi, & à fidelibus in eleemosynā data in victum pauperū? In mulieribus disseminata zizania quis eloquatur? Audi 1. Tim. 2. Similiter mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornates se, nõ in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mu-

1. Pet. 3.

lieres promittentes pietatem, per opera bona. Et 1. Pet. 3. **Quartum** non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumentum vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo in interiorum corruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Traditiones ergo hominum sunt mulierum capillatura, ornamenta pretiosa, & aurum gemarum, traditiones, sunt mulierum otiositas, quae circumdant domos, & suas fere non attendunt, sed mutuis colloquijs, & visitationibus maximum anni tempus insumunt & labori eas non attendere, fufum non capere, telas non facere, semitas domus non considerare, & angulos vniuersae domus non conspiciere, sed in stratis sedere, quasi sculptilia essent, & etiam ut in templo tota die sint, domus curam non habentes, quibus finito sacro dicitur, ite, missa est, ite in domos, curate, quae officij vestri sunt. In nobilium statu quis zizania disseminata enumerare valeat? A pueritia educantur delicatè, qui in bellicos labores enutriendi erant. Omnia eis plena blanditijs ministrantur. Dum crescunt, continuo edocentur se in multo habere pretio, alios despiciere, defectum natalium aliorum agnoscere, continuo ludis, luxurijs, comestationibus indulgere, & insuper semper debitis oneratos esse, quia cum eis dederit Deus centum, illi mille insumere volunt. Ex quo fit, ait Chrysostomus, ut nec hoc mundo fruantur, nec vero eterno. Hoc, quia debitis onerati miseram degunt vitam, seruicia aeterni creditorum: aeterno vero, quia cum elemosyna essent saluandi, hanc elargiri non possunt. Insuper leges duelli continuo ediscunt, legibus Christi contrarias: eas super Dei legem colunt. Et iam de iam nobilium est morum, corruptione esse perditissimos, libere per domos alienas vagari, debita non soluere, nec ministris stipendia reddere, opprimere subditos, eos bonis expoliare, fidei iussores suos esse, cogentes, quid haec omnia nisi zizania? In ciuibus vero zizania quis enumeret, nobilibus praecipuis comparari volunt, mensam lautam, sicut illi, habere, domum similiter ornata, in coniugijs non aequalis sibi sortem, sed excellentiorem cupientes. In minoribus vero inuenies ludos, quasi in principibus, comestationes, ebrietates, impudicitias, in iuuenibus omnem iussum, in puellis libros inhonestos, cantus deliciarum, colloquia praua. In gradibus odia, deceptiones, detractiones. In mercatoribus mille decipiendi artes, omnia denique plena malis. Non est veritas,

non

Non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum mendacium, furtum, inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Si vero scholasticorum mala enumerare quis velit, an sufficiet? In honesta plurima, quae dici nequeunt, pudet enim, vel cogitare, in domibus suspectis habitare, ludis vacare, non literis. En zizania, en hominum traditiones, quibus Dei lex violatur.

Nunc ergo ab his omnibus interrogo: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones, vestras? Qua ratione hi abusus tantum hodie valuerunt? An quia honesti sunt? Non utique: quia contra charitatem, humilitatem, sobrietatem. A Dei sapientia Dei lex processit. A demone abusus hi, hinc colliges diuersitate horum. An, quia factu faciliores? Nequaquam, quanto enim difficilius est, factum ostendere: quam humilitatem. Recte dicunt, ambulamus vias difficiles. Psal. 58. Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, peperit iniquitatem. Sed incongrue videtur loqui, dum prius dicit, parturit iniustitiam, quam, concepit dolorem. An non prius conceptio parturitione? Respondet Basilus ibi: Prius dicitur, parturit, quam, concepiat, quia qui rebus mundi se tradit, qui vana eius deliramenta sectatur, ut ea sibi acquirat, initio parturit, quia afflictione magna ut parturiens afficitur: deinde concepit dolorem, & tandem parit iniquitatem. An quia dulciora? Nequaquam quia in peccato malo conscientia torquet, in virtute securamens iuge coniuiuium 1. Reg. 25. cum Dauid vellet se vlcisci, Abigail ait, Non erit tibi hoc in singultum, aut in scrupulum, quod ipse vltus fueris. Est ergo vltio insuavis, scrupulus, & singultus. An quia utiliora? Non utique, neque enim animam, neque salutem, nec substantiam profunt. Quare ergo? Quia plures hanc viam tenent, ne de paucis sim, dices, sed more pecudum, qua vna earum coepit. Ceter tenere, omnes sequuntur. Sed, o stulte, hac solum ratione ab ea via tibi declinandum esset, multorum enim via pessima est, paucorum vero recta. Quod Pythagoras agnouit, qui inter symbola dixit: Per viam publicam ne incesseris. Quod Hieronymus Hiero. explicat: ne vulgi sequaris errorem.

Sed inquiris. Quid faciam, cum inter tot laqueos sim. Primum hoc agnosce, quod dixisti inter laqueos, scilicet, te versari. Eccle. 9. communionem mortis scito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis. Super quae verba

KK 2

mire

Osee. 4.

Prouer.

Psal. 58.

Basil.

1. Reg. 25.

Simile.

Matth. 7.

Pythagoras

Eccle. 9.

Chryf.

mire Chryf. Hom. 15. ad popul. Anti. Ille verò legit, agnosce-  
quod in medio laqueorum transis, & super propugnaculis vr-  
biù ambulas. Optimum, ait, verbum, & maxime memoria reti-  
nendum. Nò dicit, aspice, sed agnosce. Et quare dixit, agnosce?  
Obubratus est laqueus, nò facile aspicias, idè agnosce. Oculis  
fidei tibi opus est: nã in his quæ supra diximus, aliqua apparenti  
ratione se videntur treri homines. Sed agnosce laqueum ibi esse;  
multa tibi opus est agnitione, & diligenti scrutatione. Sicut e-  
nim pueri in terra laqueos, sic diabolus vitæ voluptatibus, & oc-  
cupationibus peccata circumtexuit. Sed tu agnosce pericu-  
tans diligenter, & si lucrù occurrerit, ne lucrù aspicias solum, sed  
scrutare diligenter, ne forte mors, & peccatù intra lucrum sit ab-  
scòditum, & si videris, refuge. Rursum cù delectatio occurre-  
rit, ne eã solum aspicias: sed ne forte iniquitas aliqua in profun-  
do abumbrata sit, diligenter còsidera, & si videris, resili, siue con-  
sular quispiã, siue aduletur, siue obsequatur, siue honores polli-  
ceatur, omnia circumspecte, ne fortè aliquod ibi sit anime tuæ pe-  
riculum. Si enim duo essent laquei, facile declinares, sed Salo-  
mò ait: In medio laqueorum pertransis, omnia plena laqueis.  
Non dixit, iuxta laqueos pertransis, sed, in medio laqueorum,  
vtrinque, nobis voragines, vtrinque doli. Processisti in forum,  
vidisti inimicum, ira exarsisti, vidisti amicum laudem eòsequen-  
tem, inuidisti, vidisti pauperem, contempsisti, diuitem, inuidi-  
sti, mulierè, & captus es, in omnibus laquei sunt. Ideo agnosce,  
oculos aperi, in domo laquei, inter amicos laquei, in platea la-  
quei, in via laquei sunt.

Simile.

Sed quomodo laqueos declinabo? Surfum, ait Chryf. ascen-  
de. Auis dum superiora petit, à laqueis est libera: & quemad-  
modum qui in superno monte est, parua iudicat inferiora: sic  
qui in fastigio est virtutis: Vides te infirmum, vt à tot laqueis li-  
bereris? Fuge laqueos. Refert Metaphrastes cù Arsenius in sæ-  
culari vita esset, orasse Deum, vt à laqueis eum liberaret, & au-  
diuit vocem dicentem sibi: Arseni, fuge tumultus, & salutem  
assequeris. Hoc fecit castus Ioseph sollicitatus ab Hera, fugit  
etiam pallio relicto: relinque sæculum, vade in desertum, reli-  
gionem pete. Sed ais, hoc ego non possum, vel statu meo me-  
cogente, vel voluntate mea renuente. Adhuc declinare la-  
queos

Metaphra.

Gene. 39.

Aqueos vales, quasi adeps separatus à carne. Sic David à filiis  
Israel. Vide quæ super hoc habes Domi. secunda post Epipha-  
niam.

Eccles. 47.

In medio mari ambulauit Israel, quasi super terram firmam,  
sed hoc fecit vrès ventus, quem Dominus prius misit, & Moy-  
si virga. Spiritum rectum à Deo pete, & virgam Dei sequere, te  
ducentem, & tecum recogita esse te in domo eorum, qui mète  
carent, teque eos ducere, ac regere debere, non verò te ab illis.  
Sit tibi dux diuina lex, consilium meum iustificationes tuæ.  
Quod si alij te irriserint, irride tu illos: illi enim stulti sunt. Hoc  
nomine peccatores in scriptura censentur. Cù ergo tibi inter  
seculares, ac vanos conuersandù est, manifeste ostende omni-  
bus te Dei esse, nò mudi. Dic palà: Ego Dei sum. Sicut enim in  
factionibus, cùm aliquis medius est, quæque factio eum ad se tra-  
here curat, cum verò omnino in hanc factionem transit, altera nò  
sperat, se quippiam cum eo profuturã, atque ad eum relin-  
quit: sic Christiani, qui Deo, & mundo placere volunt, multum  
à mundo expugnantur. Si verò in Dei factionem manifeste tran-  
seant, non audet mundus eos impetere. Haz estado y honra del  
seruicio de Dios: quod nobilibus præcipuè necessariù est. Hoc  
fecit nobilissimus Mathathias. 1. Machab. 2. dicens. Et si omnes  
gentes Regi Antiocho obediant, ego & filij mei obediemus le-  
gi patrum nostrorum. Et exclamauit Mathathias voce magna in  
ciuitate dicens. Omnis qui zelum habet legis statuens testamè-  
tum exeat post me. Hoc in maximo pretio Deus habuit, & per  
eum, & filios direxit salutem in Israel. Hoc etiam fecit Psal. Lo-  
quebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non còfun-  
debar. Solent principum filij ex matre ignota, & vili geniti pa-  
tris iactare genus, matris verò abscondere, quia illud illustre,  
hoc obscurum est. Quomodo ergo tu non iactabis diuinam fi-  
liationem, & hoc maximum decus, & honorem putabis, Dei fi-  
lium apparere?

Exod. 14.

Psal. 118.

Simile.

1. Mach. 2.

Psalm. 118.

Simile.

Sine causa colunt me docentes doctrinas etc. Horrendum ver-  
bum, Sine causa colis me? Cùm diu quis seruiert, cùm longis-  
simam peregerit nauigationem, cùm multis operibus insuda-  
uerit, si audit, In vacuum laborasti, in vanum cucurristi, aerem  
verberasti, nullam à me recipies laborum mercedem: timen-

dum profecto verbum. Sed quomodo verbum hoc asperum non audiemus. Duo tibi attendenda sunt.

Primū ante omnia diuina imple mandata: secus omnia quæ feceris, vana sunt. Quidam sunt, qui nullo modo aliquā assumpam deuotionem relinquunt. Certo die ieiunant, certas orationes recitant, & similia aliqua omnino peragunt, sed diuinū præceptum facillè transgrediuntur. Sine causa sic Deum colis, bene agis, cum bonum operaris, sed potissimum debes implere præcepta, priusquam ea, quæ consilij sunt. Hæc enim oportuit facere, & illa non omittere. Quod si omnia feceris, & diuinum transgrediaris præceptum, in vacuum laboras, & similis effice ris ei, qui summo labore thesaurum effodit, & continuo in mare proijcit. Omnia enim bona tua sine charitate nihil sunt, ut Paul. ait, Licet magna videantur.

Secundo tibi curandum est, vt exteriora quæ egeris, spiritu condias, charitate incendas, ne vanæ cortices sint coram Deo, similes operibus pharisæorum, quæ Deus proijciet in vultum tuum. Sic loquitur Mala. 2. Si nolueritis audire, & nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo, ecce ego proijciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum, & assumet vos secum. Id est, brachium, quod sacerdoti reseruabatur, proijciam, licet videretur sanctissimum, & stercus ventriculi, quod etiam vobis dabatur, mittā in facies vestras. Vel stercus dicitur solemnitatum exterior obseruantia festorum: sicut stercus pomorum dicitur cortices, qui à pomis tolluntur, vt comedantur, sic solemnitatum cortex, exteriorque cultus dicitur stercus. Exteriora enim sola si Deo dentur, stercus ille reputat, quia solum cortices fructuū illi dantur, quæ in vultum nostrum ille proijciet, dicens: Sine causa sic colis me: ego enim exteriora in interiora ordinaui, quæ cum mihi non dantur, sine causa exteriora dantur, stercus solum mihi datur.

Non quod intrat per os, coinquinat hominem: sed quæ procedunt à corde, hæc sunt, quæ coinquinant hominē. Hæc turbis conuocatis dicit, non pharisæis, quia, vt dicitur Proue. 3. Abominabilis est Domino omnis illusor, & cū simplicibus sermocinatio eius. Ex his verò Christi verbis ostenditur nihil hominem inspicere

præter

**A** præter peccatum, reliqua omnia extrinseca sunt, nec illum laedūt, solum peccatum vilē, & abiectum reddit hominem. Ad Titum. 1. Coinquinatis, & immundis nihil est mūdum, sed poluta sunt mens, & eorum conscientia. Psal. 9. Non est Deus in conspectu eius, in quinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Nihil illustrem reddit hominem, nisi virtus, nil despectū nisi peccatum, quia nihil est bonum hominis, vt homo est, nisi virtus, nec malum hominis, vt homo est nisi peccatum, cætera homini conueniunt, non vt homo, sed diuersa ratione. Et hæc fuit sententia Philosophorum, etiam ethnicorum. Inquinatur homo vetita edens, sicut Adam, non propter cibum, sed propter inobedientiam, & gulam. Nec cibi prohibentur, quia coinquinant, sed vt caro mortificetur, & secernatur fidelis ab infidelis. Peccatum ergo coinquinat hominem, & eum maculat macula tanta, vt nihil sit in terra, quo macula illa deleri possit. Sicut enim oleum effusum nomen, scilicet, Christi in corde credentium nullo martyrio, nulla adinventione hominum auferri potuit, ita peccatum infigitur in corde impij, illud coinquinans, nec vlla humana arte deleri potest. Dediti maculam in gloriā tuam dicitur Salomoni, quis hanc lauabit maculam? Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borit, maculata es in iniquitate tua, nullum remedium maculæ tantæ à terra est. Sed ne que Angelus id valet præstare. Solus Christi sanguis melius clamsquam Abel, sufficit hanc abluere maculam: Solum Christi manus eam lauant. Ad hoc opus exiuit sanguis, & aqua à Christi latere, vt lauacrum esset peccatoribus. Hinc Paul.

**C** Quanto magis sanguis Christi, qui semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiendum Deo. viuenti. An non grauissima macula illa, cui nullum est aliud medicamentum, nisi Christi sanguis? Ex grauissima medicina morbi tui æstima quantitatem, & semel mundatus caue, ne iterum inquineris. Laui, ait sponsa, pedes meos, quomodo iterū inquinabo illos? Expoliavi me tunica mea veteri, quomodo iterū induam eam? Forte offendit bestia aliquo in loco, & in luto quasi submersa inhesit nunquam illac amplius transire vult, sed declinat, aliamque viam quarit. Dicse, o homo vel à bestia, & co vbi semel cadēs

Ad Tit. 1.

Psal. 9.

Eccles. 47.  
Hier. 2.

Ioan. 19.

Heb. 9.

Cantic. 5.

Simile.

1. Cor. 13.

Simile.

1. Cor. 13.

Mala. 2.

1. Cor. 13.

Proue. 3.

inquinatus es, iterum ne redeas. Quàm vilis nimium facta es iterans vias tuas, ab Aegypto confunderis, imò & à bestia, quæ declinat à loco, in quo periculum passa est.

## Feria Quinta post Dominicam Tertiam Quadrages.

*Surgens Iesus de Synagoga intrauit in domum Simonis: socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, &c.* Luc. 4.



Xiens Christus à Synagoga post prædicationem, & miracula, ingreditur domum Simonis, vt cibum summat, quia nullum voluit habere in terra proprium domicilium. Luc. 9. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Domum verò alienam electurus, pauperem elegit, non diuitem, aut amplam. Iacob. secundo. Nonne pauperes elegit Deus, diuites in fide? Voluit hoc beneficio Petrum sibi diuincire magis, vt Chrysostom. ait Hom. 28. in Matth. Duplex verò ei contulit beneficium. Primum in eius domum diuertere, quod tantum est, vt de eo Centurio dixerit Matth. 8. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Et Abraham Genes. decimo octauo ait, Si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum &c. Et quasi maximè præstet diligenti se Ioan. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Secundum fuit, eius socrum sanare, quæ tenebatur magnis febribus. Deinde verò plures curauit infirmos, singulis manus imponens.

Sed hæc duo beneficia, quæ in nos quotidie confert, expendamus, & æqual lance pensemus. Primum illud sit, quod ad nostram diuertit domum, in nobis habitat. Quam ingens

hoc

A hoc sit beneficium, ostendit Salomon dicens: Ergo ne credibile est, quod Deus habitet in terra cum hominibus? Si cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificauit? An non ingens illa bonitas, quæ ait: Delicia mea esse cum filiis hominum? Verè sicut cū Dei maiestas in templum ingressa est, impleuit gloria Domini illud; sic omnino cum per gratiam Deus hominis cor intrat, tunc cælesti impletur gloria, tunc diuitijs gratiæ abundat: quia gloria, & diuitiæ in domo eius, vt Psal. ait. Et cura hæc ita se habeant, ille stat ad ostium pulsans, roganque nos, nec ei aperire volumus. Audi dicentem Apoc. 3. Ego sto ad ostium, & pulso: si quis mihi aperuerit, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Et in Cant. Aperi mihi foror mea, quia caput meum plenum est rore. Quoties obsecro ianuam cordis tui pulsauit hæc dicēs? B quoties te vocauit? tu verò clausam habes ianuam cordis tui. Merito aliquando audies tibi dici illud Matth. 25. Et clausa est ianua, quia tu fores prius Deo occlusisti, quia vocauit, & renuistis, extendi manus meas, & non fuit, qui aspiceret, ego quoque in interitu vestro ridebo.

Hoc etiam beneficium diuertendi in domum nostram, aliud etiam significat, quod quotidie excipimus, non tamen agnoscimus, nec, vt decet in pretio habemus. Hoc verò est, cū pauper in domum tuam venit, Christus ad te diuertit, summa hæc tibi gratia est. Putas te in pauperem magnum conferre beneficiū, si ei eleemosynam das, reuera tamen ille multò maius confert tibi, eam recipiens. Audi Paulum id dicentem ad Roman. 15. Obsecro, vt adiuuetis me in orationibus vestris, vt obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierusalem. Sanctis dixerat se deportare eleemosynas fidelium ex Achaia in Hierusalem, petit ergo orationes fieri, vt sancti qui sunt in Hierusalem, hanc velint excipere eleemosynam. Quo colligitur plus efficere eum, qui eleemosynam recipit, quàm qui largitur. Sicut tertio Regum decimo septimo plus contulit Elias viduæ, ad eam diuertens, quàm ab ea receperit. Summum Dei beneficium in te est, quod velit in paupere ad te venire, & à te petere cibum, aut vestem. Si tu modo scires hoc donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere, da mihi cibum, sine dubio dares largire

KK 5

&amp; p

**Joan. 12.** & petijſtes ab eo, paſci, & ditari in anima cœleſtibus bonis: Cùm ergo Chriſtus dixit: Pauperes ſemper habebitis vobifcũ, & poteſtis, cùm volueritis benefacere, beneficium nobis contulit maximum, ſimile ei, quod nunc in Petrum confert, eius domum ingreſſus.

**Simile.** Sed iam alterum expendamus, quod etiam confert ei, cuius domum ingreditur: illud verò eſt animam liberare à magnis febribus. Febris à phyſicis definitur: Febris eſt calor extraneus in corde inflammatus, per venas, & arterias, ac ſanguinem procedens in totum corpus, ad impedimentum operationum, & nocuum ſubſtantiæ. Febris verò ſpiritalis contingit in nobis ex immoderato calore appetitus, qui voluntatem male inflammat, eam à rectitudine dimouens. Calor ille extraneus eſt, à voluntate, & à ratione omnino alienus, efficitque, vt male fe habeat voluntas. Calor ordinatus viuificat: inordinatus, febris eſt, & occidit hominem. Vis videre ordinatum calorem? Audi dicentem: Ordinauit in me charitatem. Ordinata charitas ordinatus calor eſt. Cùm primo loco Deum diligis, ſecundo loco animam tuam, tertio animam proximi, quarto corpus proprium, quinto corpus proximi ordinatum calorem habens, ſanus, vales, bene eſt tibi: ſi deordinatur hic amor, febris eſt. Agnoſcitur febris corporis in deordinato motu pulſus, ac veloci. Sic febris animæ, & inordinatus eius amor in operibus facile dignoſcitur, nimius temporalium amor in ſollicitudine nimia, vt vel ſubſtantiã, vel honorem obtineas. Sed quemadmodum febris non eſt cenſenda, donec noxius humor cor occupet, ac inficiat, ſic febris animæ, peccatumque lethale non incurritur, donec voluntas hominis inficiatur, cùm ea inquinatur, tunc peccatum admittitur. Modum verò, quo hæc febris ſpiritalis incurritur, explicatur Iacobi primo. Vniſuiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & ille ctus, deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum cum conſummatũ fuerit, generat mortem. En peſtiferam febrim. Sed conſideratione digna eſt febricitantis ſitis maxima. Aquã expetit, eam cogitat, eam expoſtulat, bibit, & continuo videt ſibi noxiam eſſe. Quid ergo faciendum? euomat illam. Conſidera auarum nimium pecuniæ cupidum, congregat non ſua,

**Simile.** bibit,

**A** bibit, quæ proximi aqua eſt, deinde infirmatur grauiter in corpore. Teſtamentum conficit, in quo ſubſtantiã alienã, quã ebiberat, euomit, dicens: Tali, ac tali hæc, & hæc reſtituantur, illi, & illi hæc, & illa perſoluantur. Quid hæc ſunt, niſi vomitu releuari? Hæc plane oſtendit nobis Iob. 20. Cùm dulces fuerit, in ore eius malum, abſcondit illud ſub lingua ſua. Panis eius in vtero eius vertetur in fel aſpidum intrinſecus, diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. Ebibis nimio calore iam ſubſtantiã alienã, iam honorem, iam delicias, caue miſer à potu, venenum hoc tibi eſt. Propinat tibi Babylonica meretrix venenum, quod te interimat, & quod euomere citò curabis.

Quid quod febricitans nulla ratione quieſcere valet, modo in hoc latus cubat, nec quieſcit, modò in aliud, & nec ſic quieſcere valet, cauſaturque aliquando lectum, vel cubiculum, vel tempus, nec tamen hæc in cauſa ſunt, ſed febris, quæ eum vrget, nec quieſcere ſinit. Ad hunc prorsus modum febrim laborant ſæculi huius amatores, nullibi quieſcere valent, iam in hac re affectum ſuũ collocant, iam in illi, nec vllibi quieſcunt, quia in vero fine ſuo Deo non innituntur, qui ſolus pax animæ eſt. Hinc eis contingit illud prophetæ: Non eſt pax impijs, dicit Dominus. Hinc eis euenit illud Horatij in initio ſermonis, vt nullus ſua ſorte contentus viuat, ſed quiſque alterius laudet ſortem, quam ſibi forte na ctus ſit, adhuc quieſcere non poteſt, quia cor impij, quaſi mare ſeruens, quod quieſcere non poteſt. Non lectus in cauſa eſt, non ſtatus, ſed febris: febrim tolle, & inuenietis requiem animabus veſtris, & tunc pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, erit in vobis.

Sed adhuc expendendum eſt, hanc mulierem non vnica laborare febrim, ſed pluribus. Tenebatur, inquit, magnis febribus. Sicut enim in corpore eſt vna febris, & ſimplex, quæ ex vno humore, vnaque inflammatione procedit, vt quartana ex melancholia, tertiana ex cholera: aliquando verò multiplex eſt febris, & duplicata, quando, ſcilicet, ex pluribus humoribus plures ſequuntur inflammationes, ita prorsus in animæ febrim philoſophandũ eſt. Aliquãdo enim vna paſſione

anima

anima laborat, vno vitio, vel ira, vel avaritia, vel luxuria, A  
& tunc est simplex febris, facilius curatur, nec adeo vexat infirmum aliquando verò pluribus passionibus anima inordinate mouetur, & tunc laborare dicitur magnis febribus, difficilis tunc curatio est, & vexatio infirmi maxima. Cui persimilis est tempestas maris cum contrarij venti simul in nauim irruunt, periculosum omnino, & quod vincere solet nauæ sapientiam. Cum enim ventus vnicus contrarius est, facilius remedium adhiberi solet. Cum noxius humor solum corrigendus in infirmo est, facilius admittit curationem. At si duo contrarij sunt excedentes humores, dum vnum leuas, alium excedere facis, huic proficis, illum lædis, grauissima profectò animæ infirmitas illa est, nimiumque hominem vexat, cum pluribus vitijis exagitur, dissecatur tunc homo, aliud namque superbia expetit, aliud avaritia, diuersum luxuria, diuersum inuidia. Superbia expetit fastum, pompam, avaritia oppositum desiderat. Si duobus Dominis seruire nemo potest, qui inserviendum est multis tyrannis, multis prædonibus? De quo miræ Bernard. in declamatione super illud: Ecce nos reliquimus omnia. Hi, (inquit), repudiauerunt suauē iugum Christi, quod vnum est, emerunt verò sibi quinque iuga bouum, & illa deportant, efficiturque in illis illud: Eoquod non seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque læticia propter rerum omnium abundantiam: seruiēs inimico tuo, quem immittet Dominus super te in fame, & siti, in frigore, & nuditate, & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat. Quia Deo seruire noluisti, qui Dominus vnus est, seruiēs varijs desiderijs, cupiditatibus pluribus, quæ te perdant. An non merito optimoque iure iumentis comparatur, qui quinque iuga emit, cum ipsis iumentis conuincaur stolidior, quia quod illis natura est, huic culpa? Illi natura sub sensu sunt, tu verò culpa tua illi subderis. Sed quid iuga subiisse causamur, arguamus magis emisse, quod est extremæ dementiæ, dignus est enim mercenarius mercede sua, nam vt mercedem pro opere tribuat, inauditum. Hoc verò in peccatore effectum ostendit Ezechiele. 16. sub typo mulieris fornicariæ. Omnibus, inquit, meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes

cua-

A cunctis amatoribus tuis, & dona dabis eis, vt intrarent ad te ad fornicandum. Factumque est in te contra consuetudinem mulierem in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio. In eo enim, quod dedisti mercedes, & non accepisti, factum est in te contrarium. Simile quid in eo, qui iuga bouum emit, effectum est. Quid enim iuga bouum emit, cui gratis iugum Christi offertur? Et hoc iugum est hominis, & non solum gratis offertur, sed & magna promittitur remuneratio portanti. Quid ergo miser pro iugo bouum distrahis animam tuam, qui iugum Christi suscipiens, emere poteris regnum Dei? Sine iugo esse non potes, quia homo natus ad laborem. Et Eccles. quadragesimo. Graue iugum super filios Adam, vtique qui sequuntur eum, nam Christum sequentibus suauē. Qua ergo ratione graue eligis, non suauē? quinque, non vnum. Ecce duplicatam febrem, ecce tenetur anima tua magnis febribus, & multis.

B Est ne huic medicina? Est vtique, veniat Christus in domum eius, stans super eam imperet febribus, & discedent. In hoc Christus Dominus in mundum venit, vt homines captiuos redimeret, nec solum eos patri reconciliaret, sed, & à misera erueret seruitute, à passionibus liberaret, & à tyrannide appetitus. Hoc significat Esai. 9. Letabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quado diuidunt spolia. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Ecce iugum demonum, ac appetitus superatum, en virgam, qua nobis dominabatur caro, depositam, en sceptrum dominantium superatum. Hinc Paul. Rom. 7. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum. Vis ergo liberari? Vis subijcere exactores tuos? Si veritas vos liberauerit, verè liberi eritis. Hæc est libertas toties prædicata, in qua vocati sumus. Vt eam assequaris, Christum Dominum in domum tuam recipe, eius gratia te muni, ora eum, vt stet super te, vt super focrum Simonis, & superior eris omnibus inimicis tuis, irridebisque eos, vt ostendit Esai. 14. Vbi cum aduentum Messie prædixisset manifestus illis verbis, prope est, vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur, miserebitur enim Dominus Iacob, paucis interiectis verbis subdit: Et erit



erit in die illa, cum requiem dederit tibi Deus, à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura, qua ante seruisti, sumes parabolam istam contra Regem Babylonis, & dices. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Cõtriuuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cedentem populos in indignatione plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, & persequentem crudeliter. Si ergo volueris Christo adhærere, si ille super te steterit, facile liber, saluusque poteris esse.

Sed hæc salus à Christo Dño in nos prouenit, cum ille stat super nos, cum tangit manu sua. Sic enim in fine euangelij dicitur, singulis manus imponens, curabat eos. Et Matth. 8. ait: Texit manu foerus Simonis, & sanata est. Et licet aliquando solo verbo ægros sanaret, sapissime tamen tactu manus mirabilia operatus est, vt nobis significaret, omnia bona spiritualia in nos venire per contactum diuinæ manus, & gratiæ, vocatione ipsius, auxilioque eius. Priusquam Isaac Iacob benedicat, ditas eum rore cœli, & pinguedine terræ, ait, Accede huc, & tãgam te fili mi. Nulla enim spiritualis benedictio in nos descendit, nisi tangaris diuina manu.

Sed illud mirandum est valde, cum tanti nostra referat à diuina tangi manu, nos tamen hunc contactum perhorremus, ac fugimus, ac si nobis maximo nocumento futurus esset. Quoties in corde tuo cogitatio fuit, vitam in melius mutandi, mores perditos corrigendi? Quid hoc obsecro est, nisi extendere Deum, & mittere manu suam ad te, vellequẽ te tangere? Audi sponsam? Ille misit manu suam per foramen, & venter meus contremuit ad contactum eius. Tu verò recedis, resistis, ac fugis, nec aperire vis ostium sponso animæ tuæ, Dei misericordis, ac benigni manus fugis? Non iam dura manus eius, vt olim. Non nobis sunt manus Moyfi graues, sed tenes Christi Domini. Non iam manus, quæ Ozam percussit, quæ Philistæos demolitus est. Non descendit vt olim in fulgore, & tonitruo, sed apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei. Iam non ignem spirat, sed virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Si venit ille ad te, vt vitam tribuat, vt sanitatem restituat, vt lucem cæco præstet, quomodo fugis.

Matth. 8.

Genes. 27.

Cantic. 7.

2. Reg. 5.

1. Reg. 7.

Exod. 19.

Ad tit. 3.

**A** Sed adhuc prudentia carnis timet Dei manum, dicens: Nõ adeo lenis est manus Dei, vt contactus illius non sit pertimendus. Si enim tangi me permitto, alienum æs restituere me oportet, occasionem relinquere, vitam in melius mutare, à multis me abstinere, quæ placent. Do tibi quod dicis, ita sit, dolorem aliquem incutit contactus diuinæ manus. Sed te interrogo, si vulnus tibi est, non pateris chirurgi manu te curantem, non pateris acum eius vulnus resarcientem, ac consuentem? Si ægrotus es, accusas medicum, quod pharmacum tibi det licet amarum sit? Si plaga tibi tumens est, an non toleras cauterium ignis, vt sanitati restituaris? Cum ergo in anima infirmus sis, cum vulnus, & plaga tumens in te sit, quid accusas Christi manu te curantem, & incusas eum, quod carnem putridam malarum affectio num tollat? quod dolorem aliquem incutiat? Expecta paulisper, & sanitati restitueris, & summa afficeris lætitia. Postquam enim ille in vulnera tua infuderit vinum mordens, doloremquẽ incutiens, infundet etiam tanquam Samaritanus oleum consolationis, post hyemis frigus, ver veniet floridum dulcedinis. Non audisti illud Dei ingenium: Dominus mortificat, & viuificat? Pœnitentia moritur homo vetus: sed nouus homo dulcedine cœlesti viuificatur. Sic exponit Gregorius illud Iob. Et videbit faciem eius in iubilo, vbi de hac re multa dicit. Fugit Elias Iezabelem, & vt Deum videat in sibilo auræ tenuis, præcedit prius spiritus grandis, & fortis conterens petras, & post ignem commotio: sed tandem Dominus pertransijt in spiritu auræ tenuis. Fugis, ò homo Iezabelem, sensualem, scilicet, appetitum? Noli videre continuo spiritum auræ tenuis, prius enim venit ad te timor petras conterens, vt duritiem cordis tui frangat, & tremor in te irruet, cum videas te in peccato esse, & in æternas damnatum pœnas: deinde ignis, quo videris ardere, quod Deum offenderis, dicisquẽ: Mereor innumeratas inferni pœnas. Veniet postea spiritus auræ tenuis, quo consolatione afficiar. Veniet spiritus dulcedo, similis vento verno perflanti hortos, qui miro odore, ac suauitate florum respirat, ac recreat, ille verò est spiritus paraclytus, mira dulcedine mæstos replens. Tunc impletur illud: Beati qui lugent, quoniam

similia.

Luc. 10.

1. Reg. 2.

Grego.

Iob. 33.

3. Reg. 19.

**Matth. 5.** nam ipsi consolabuntur. Et illud: Dexterâ eius amplexabitur me. Tunc enim eleuat Deus animam deiectam, & eam amplexatur, tristemque delinit blanditijs. Tunc potat illam aquis salutaribus, aquis omni melle dulcioribus, de quibus scriptum est: **Cantic. 2.** Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Es nunc timore frigidus? veniet ignis amoris, quo ardeas. **Maestitia afficeris? aliquando audies: Date siceram mærentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo. Bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & laborum suorum non recordentur amplius. An non hoc Iosepho contigit, qui eductus de carcere est, & cum primum natus ei filius est, ait: Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum in terra paupertatis meæ? Hoc est quod ait 1. Pet. 1. Credentes autem exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum. Præmiserat verò Petrus: Modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus. Tristitia quidem primo adest, sed modicum nunc est, & tristitia vestra vertetur in gaudium, quod nemo tolleret à vobis.**

Uidimus salutem à Christo concessam socru Petri contactu suo, sed expendendum nobis est verbum illud Euangelij. **Et rogauerunt illum pro ea.** Hi, qui orauerunt Christum, sancti Apostoli fuerunt. Si magnis peccatis superatus es, nec facile speras te curandum, orationes iustorum pete, quæ te maxime iuuabunt. Multum valet, ait Iacobus, oratio iusti apud Deum. Vis nosse, quantum valeat, etiam in peccati remissionem: vide orationem Moyfi, & attende, quantum apud Deum valuerit. **Dimisit populo suo peccatum ingens nimis.** Sic etiam **Gen. 20.** oras Abraham pro Abimelec, veniam ei obtinet. Et **Iob. 43.** pro amicis orans, exauditur. Quo docemur pro peccatore orare, vt à peccato liberetur. Hinc Ioannes: Si quis viderit fratrem suum peccare peccatum, & nõ ad mortem, oret pro eo, & dabitur vita peccanti peccatum nõ ad mortem. De quo alibi multa. Orat verò Apostoli pro Petri socru, & feruenter orant, illud enim est rogare, importune petere, sic enim pauperum negotia nobis agenda sunt. Serio pro eis rogare debemus, non oscitanter. Principum verò familiares non sic, sed suas causas enixe tractant, pro eis rogant, & importuni sunt: pauperum verò si eis

com-

**A** commendantur, vel omnino obliuiscuntur, vel vix loquuntur, mentiunturque pauperibus, dicentes illos hæc, & hæc egisse, cum nihil fecerint.

Sed videndum restat, quid hæc mulier fecerit sanitati restituta. Hoc Euangelista ostendit dicens: Et surgens ministrabat illis: quibus verbis diuina medici potètia, & mulieris huius gratitudo ostenditur. Christi quidem potestas in eo, quod perfectam sanitatem in momento restituit, quod naturales causæ efficere non valent. Licet enim febrem tollant, sed debilitatem nõ continuo adimunt, sed paulatim. Christus verò sic infirmam sanauit mulierem, vt continuo surgens ministraret illis: mira profecto sanitas, mira curatio. Ad hunc verò modum aliquando Deus animam ita perfectè sua gratia sanat, vt in momento perficiat, & integræ valetudini reddat. Sic Magdalenam, quæ multum dilexit. Sic Paulum dicentem, Domine, quid me vis facere? Sic Matthæum surgentem, & eum sequentem, & conuiuiparantem. Sic Zachæum, qui dimidium bonorum continuo pauperibus tribuit, sanauit. Sed sanitas ista mira plane est. Aliquando verò Deus animam curat ad eum modum, quo medicina corpus, paulatim, scilicet, & quasi per gradus quosdam sanitatem integram tribuens, à peccato quidem, & febris animæ liberans hominem: sed qui adhuc infirmus manet, & debilis, marcidus, & egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, vt necesse ei sit clamare cum **Psal. sexto. Miserere mei Deus; quoniam infirmus sum: sana animam meam, quia peccaui tibi.** Si ergo te videris aliquando per diuinam gratiam sic sanitati restitutum, vt integra sis valetudine, facile què omne virtutis opus præstare, vt surgas continuo cum socru Si monis, vt Christo ministres, gratias Christo age, qui mira operatus est in te, dicque cum **Psal. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius, qui sanat omnes infirmitates tuas: qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia, & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Quomodo distat ortus ab occidente, sic longè fecit à nobis iniquitates nostras.**

Si verò adhuc gratia Christi accepta te videris debilem, at-

Primus Tom.

L1

què

**Matth. 7.**  
**Act. 9.**  
**Luc. 10.**

**Psal. 6.****Psal. 102.**

que infirmum, nec integra præditum valetudine, ne animū de-  
spondeas, ne mireris, si adhuc vigent motus inordinati, si diffi-  
cile præstas, quæ virtutis sunt, non idèò perditum te credas.  
Peccatum exuisti, febris abscessit, sed manet debilitas à peccato  
relicta. Paulatim proficies in melius: tu stationem tuam ne de-  
seras: securatio cessare faciet peccatum. Illud tibi curandum est  
pro animæ integra valetudine agere, quod ille peragit, qui nūc  
à lecto è graui morbo furgit. Hic enim à multis abstinet, cibus  
vitur salubrioribus, & paulatim integræ redditur saluti. Ad eū  
modum tu omnem occasionem peccati fuge: bonis operibus,  
ac studiosis incumbes sacramenta frequenta, pijs orationes, &  
meditationes cole, paulatim proficies in melius, & perfectæ re-  
stitueris valetudini.

Simile.

Sed iam mulieris huius gratum animum contemplemur.  
Et continuo surgens ministrabat illis. Accepit à Christo sanitatem  
eam continuo ei præbet, illi ministrans, & meritò. Nam vt Pau-  
loquitur: Quis plantat vineam, & de fructu eius non com-  
edit? Infirmus fuisti, salutem à Christo accepisti? eam ei restitue,  
illi ministrans, vt enim ei ministrares, tibi reddita est. Simili ve-  
rò modo tibi philosophandum est in omnibus alijs bonis, quæ  
Deus tibi dono dedit, ne de illis tu censearis, De quibus Osee  
secundo dicitur. Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentū,  
& vinum, & oleum, & argentum multiplicauit ei, & aurum, quæ  
fecerunt Baal. Idcirco conuertar, & sumam frumentum  
meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & libe-  
rabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam  
eius, & nunc reuelabo stultitiam eius. Quibus verbis ostendit  
Dominus, sæpe à nobis Dei iusto iudicio auferri bona multa,  
quia illis non vtimur in Dei gloriam, & obsequium, sed potius  
in offensam. Si ergo omnia bona à Deo accepisse te fateris, illis  
omnibus ei inferuire cura, ne glorieris contra Dominum, qua-  
si ab eo non acceperis.

Cum vero socrus Simonis saluti reddita fuit, continuo sub-  
iungit Euangelista: Omnes qui habebant infirmos. varijs lan-  
guoribus, ducebant illos ad Iesum. At ille singulis manus im-  
ponens, curabat eos. Quo monemur ducere omnem infirmū  
in anima ad Iesum, & ad illum nos accedere, vt salutem conse-

qua-

quamur, cum viderimus per ipsum plurimos saluti restitutos. **Simile.**  
Audis aduenisse in ciuitatem medicum, qui aliquam infirmitatem  
facile curat, accedis ad illum continuo, si illa vexaris infirmitate.  
Aduenit è cælo medicus, qui animabus salutem præstat: ad illum omnes  
accedamus, quando infirmi sumus. Licet corporibus etiam medellam  
adhibuerit primo aduentu Christus Dominus, tamen præcipue, vt  
animis mederetur, aduenit. Euangelium eius virtus Dei est in salutem  
omni credenti, vt Paul. inquit. Ecclesia eius xenodochium est, in quo  
omni peccatori salus, & medicina promittitur. Accedant ergo omnes  
infirmi, omnibus namque salus paratur. Nec verò solum tu accedas,  
oportet, sed & alios duc ad Christum, vt eis medeatur, qui audit,  
dicat: Veni, nec vnquam impedimento sis ei, qui ad Christum accedere vult. Sicut Salomon: Nolite  
prohibere benefacere eum, qui potest: hoc enim indignè Christus  
tulit, prohibere, scilicet, quem piam ad eum accedentem. Sicut ergo  
quondam in tabernaculo sic connecti inter se cortinas voluit, vt  
cortina cortinæ adhereret, vt vna alteram secū duceret: sic nos  
mutua charitate cōiuncti, fratres ad Christum Dominum nostrum  
ducere debemus, vt eius gratia salui fiant. **Rom. 1.**  
**Apo. 22.**  
**Prouer. 3.**  
**Exo. 26. 36.**

## Feria Sexta post Dominicā Tertiam Quadrages.

Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic super  
fontem, &c. Ioann. 4.



**Enes. 29.** cum ad similem puteum venisset Iacob fatigatus ex itinere, vidit ibi pastores cū gregibus suis sitientibus. Ad quos Iacob ait, Date potum gregibus. Qui dixerunt: Non possumus, do-

L 1 3

E 2

nec omnes congregentur pastores. De est autem nunc Rachel. <sup>A</sup> nam gregem patris sui illa pascebat. Qua adueniente, amouit Jacob lapidem, & adaquauit gregem eius. Euangelium puteus est aquæ uiuæ, non est autem Ecclesiæ vsus, vt ex eo ea hauriatur aqua, donec accedat Rachel, donec Mariæ intercessio imploretur, vt aqua uiua gratiæ nobis detur. Maria enim est virga illa de radice Iesse, qua percussa petra largissimas dat aquas sicientibus, Num. vigesimo. Petra Christus est, ait Paul. gratiæ aquas largiens, sed accedat primum. virga Maria, illas petens &c.

Num. 20.

1. Cor. 10.

Psal. 138.

Dan. 2.

Eccles. 9.

Exo. 19.

Ephes. 3.

simile.

1. Ioan. 9.

Eccles. 11.

Mirabilia, ait Psal. opera tua, & anima mea cognoscet nimis. An non mirabile, quod infinita Christi maiestas tam familiariter cum vilissima scemina loquatur? Exceptis, aiunt sapientes Babylonis, Dijs, quorum non est cum hominibus cōuersatio. <sup>B</sup> Nunc verò Deus noster conuersatur cum fornicaria muliere: de qua dicitur: Omnis mulier fornicaria, quasi stercus in via à prætereuntibus conculcabitur. Angelus Christi maiestatem repræsentans Exod. 19. audiri non poterat à populo Israel. Nunc verò ipsemet Christus auditur ab infima muliere. Nec verò solum cum ea loquitur, sed ei manifeste aperit altissimum incarnationis mysterium, quod erat secretum secretorū Dei, quod Paul. dicit, sacramentum absconditum à sæculis in Deo, quod principibus, & potestatibus in cælestibus innotuit per Ecclesiam. Hoc hodie mulieri gētili, peccatrici, de infima plebe aperit tam clarè, vt nulli clarius. Dicit enim ei. Ego sum, qui loquor tecum. Hoc Dei ingenium est, respicere ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destruat, quia in his eleuādis quæ nō sunt, splēdet magis diuina eius bonitas, & gratia. Simile huic sol peragit, qui aduētū suo obscura elemēta illustrat, lucida verò vt lunam, & stellas obscurat. Quod se fecisse in mūdo Christus testatur Ioa. 9. Ego in iudiciū veni in mūdum, vt qui non vidēt, videant, & qui vident, cæci fiant. Attende hodie Samaritanam factam videntem, & Euangelistam, vt verus deprehendatur, qui dicit, facile est in oculis Domini subito honestare pauperem. Videamus hanc in Euangelio, quod per omnia dulcissimum est.

oportebat, ait, transire per mediam Samariam. Nomen est regionis, quod accepit à ciuitate Samaria dicta, quam edificauit

<sup>A</sup> uit Amri Rex Israel tertio Regu. decimosexto. Venit in ciuitatem Sichar quæ est Sichem, vbi stuprata est Dina Genesis trigesimo quarto. quæ erat præcipua ciuitas Samaritanorum secū dum Iosephum. *Iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo.* De quo Genesis quadragesimo octauo vbi Iacob ait, Do tibi partem vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Qui locus est difficilis. Hiero. in quæstionibus Hebraicis legit. Et ego dedi tibi Sichimam præcipuam supra fratres tuos, & dicitur modo Neapolis, gladium verò, & arcum dicit iustitiam, per quam meruit liberari à periculo sibi imminente propter mortem Sichem, & Emor. Timuit enim, ne vicini eum opprimerent, quod Deus non permisit. Hanc ergo illi tribuit partem sine aliqua sorte. Ideo ibi sepultus est Ioseph, & eius mausolæū hodie ibi cernitur Eusebius ait. <sup>B</sup> Quod patris est, filiorum dicitur, & è contra, idè Sichimitarum occisionem sibi adscribit. Idem ait Chryso. vbi verò dicit, in gladio, & arcu meo, Chaldaica more suo diffcilium enodatrix locorū legit, quam tuli de manu Amorrhæi, oratione mea, & deprecatione mea, non enim legitur pugnasse Iacob, sed arma eius orationes fuere. Christus ergo dum ibi sedet, memoria versat prodicionem Simeon, & Leui in Sichem, qui captus amore Dinæ, ei desponsatur, eius legi subijcitur circumcisus, & simulata pace ab eis occiditur, quod figura fuit prodicionis in Christum perpetratæ. Ille enim dilexit naturam humanam, & ei desponsatus est in incarnatione, factus sub lege eius: Iudæi verò paterne prodicionis hæredes, & maioris adhuc prodicionis autores, quā <sup>C</sup> Simeon, & Leui contra Christum consilium inierunt, & mortem eum addixerunt. De quo consilio Gen. 49. Simeon, & Leui vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non intret anima mea, quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Quid enim Christus Dominus est, nisi murus noster. Sic Esa. Saluator ponetur in ea murus, & antimurale. Sicut enim murus ciuitatis proditores intus existētes defendit, & cū nihil ille mali meruerit, machinis bellicis, & tormentis quatitur: sic loquitur Christus: omnes fluctus tuos induxisti super me, vt humanum genus nō periret. Hæc ibi Christus cogitaret.

3. Reg. 16.  
Gene. 34.  
Iosephus.  
Gene. 48.

Hieron.

Eusebius.  
Chryso.

Gen. 49.

Esa. 26.  
simile.

Psal. 87.

Genes. 29.

Erat ibi fons Jacob. Amantis, scilicet, qui pro Rachele 14. annis inferuivit: & videntur ei dies pauci. Sed modo aliud nomen accipiet fons, diciturque fons Iesu amantis animas nostras, & pro eis laborantis, & fatigati ex longo pro eis itinere. Notatur ergo locus in æternam memoriam, in quo Christus fatigatus misericordiæ viscera aperit peccatrici. Mos fuit antiquis patribus loca signare, in quibus eis Deus apparebat, & titulos, ac altaria ibi erigere. Sic Gen. vigesimo octavo. Iacob ait: Vocabitur domus Dei, & porta cæli, & erexit lapidem in titulum, effundens oleum desuper. Quasi dicat: Hic mihi Deus apparuit. Sit hoc æternæ memoriæ mandatum: quod cum ego exul essem, baculo meo tantum innitens, vel potius Deo, cui me consideram, Deus mihi apparuit, & de terra dura cœleste mihi contulit lectum, & Angelos plures ad me misit, ut mea curarent, ut inde appareat, ditiores, & beatiores esse seruum Dei in dura humo cubantem, quam principes in lectis aureis decumbentes, huius rei, & diuini in me collati beneficii iugis sit memoria

Genes. 32.

ideo vngatur, & sanctificetur locus iste. Idem etiam Iacob signauit locum, in quo Deus ad eum misit Angelorum exercitum, qui eum à fratre defenderent, dicens, Castra Dei sunt hæc, quia memoria æterna dignum est, quod Deus suis assistat, non permittens virgam peccatorum super sortem iustorum. Similiter Abraham, & Isaac altaria erexere in locis, quibus à Deo visitati sunt. Sic etiam modo signatur locus, quo Christus Samaritanæ loquitur, & eam conuertit, ut inde etiam intelligas à Deo signata esse loca, in quibus tibi beneficia contulit, ut si ingratus inueniaris, loca ipsa contra te testimonium perhibeant. Pari etiam ratione signata sunt loca, in quibus in Deum peccas. Sic

Exod. 17.

Exod. 17. dubitante populo, & murmurante pro aqua, signatur locus ille, diciturque tentatio. Et locus alter dictus est sepulchra concupiscentiæ, ubi carnes appetuere, & tempore iudicij

Numer. 11.

loca ista, in quibus Deum offendisti, contra te clamabunt. Tu quidem post tergum proijcis peccata tua, eorum oblitus, non

Psalm. 49.

tamen Deus, qui ait. Existimasti inique, quod ero tui similis? Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Statuet verò contra faciem nostram, dicens: Tali loco ad te misi misericordiam meam, tali lecto infirmanti ad fui, tali loco me offendisti. Sic in

auaros

A auaros, & maxima construentes superba ædificia, dicitur Abacuc. 2. Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, ut sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Cogitasti confusionem domui tuæ, & peccauit anima tua: quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. Clamabunt enim lapides ædificiorum superbiorum contra eos, qui pauperibus non subuenerunt, ut lapides polirent, & ligna etiam respondebunt lapidibus, similiter contra hominem clamantia. Signatur ergo locus, in quo Samaritana conuertitur. Sic tu signa tempus, & locum, quo à Deo vocatus es. Exod. 14. Mementote diei huius, in qua egressi estis ex Ægypto, & memoria perpetua tene, ne ingratus sis, Deus enim eius oblitus non est.

B Fatigatus ex itinere. Fatigatur, ut verum se ostendat hominem. August. Non frustra fatigatur, per quem fatigati recreantur: non frustra fatigatur, quo deserente fatigamur, quo presentem te firmamur. Suscepit omnia infirma nostra, ut fortitudinem suam nobis daret. Inuenimus enim in scriptura Christum aliquando fortē, aliquando infirmū. Fortitudo Christi te creauit, infirmitas Christi te recreauit, fortitudo Christi effecit, ut esses quod non eras, infirmitas Christi fecit, ut quod erat, non periret. Sicut ergo tollitur costa ab Adamo, & repletur caro pro ea, sic Christo datur caro infirma, nobis fortitudo eius, & inde factum est, ut paueret ille mortem, quam martyres contēperunt.

C Hinc hodie fatigatur, iusti verò volabunt, & nō deficient, current, & nō laborabunt, ut Esai. ait. Præterea in hac fatigatione summum nobis ostendit amorem, quo non solum nobis compassus est, sed etiam nobiscum fatigatus, & quasi infirmatus. Sicut enim amantissima mater non solum filio infirmanti compatitur, sed & quodammodo cum eo infirmatur, sic Christus. Hinc Matt. 23. gallinæ se confert, quia gallina super omnia animalia pullis infirmis sic compatitur, ut cum illis infirmetur? Quod si Paul. loquitur, Quis infirmatur, & ego non infirmor? quanto potius Christus Dominus fatigabitur cum fatigatis. Summus esset amici amor, cum sic compateretur amico, ut idem prorsus cum illo pateretur, eosdē dolores, eadē mala. Hoc autem vnus, solusque Christus fecit, qui tanto nos persecutus

LI 4

amore

Hebræ. 2.

amore est, vt eadem nobiscum pateretur, debuit per omnia fra-  
tribus assimilari, vt misericors fieret. Hoc autem facto nos se-  
curos reddidit, nihil mali esse, quod horreamus in malis pœ-  
næ. Sicut enim videns infirmus amarum potum, timet, ne ali-  
quid adfit veneni, quod noceat, cum viderit medicum prægu-  
stare, nihil quæ ei nocere, imò prodesse, iam securus accipit cali-  
cem, nihil timens periculi: sic calix in manu Domini vini meri  
plenus misto, gustatur ab ipso tam profundè, vt nos secure bi-  
bamus, videntes ei non nocuisse, imò profecisse. Heb. 2. vide-  
mus Iesum propter passionem mortis gloria, & honore coro-  
natum. Deponamus ergo horrorem, quem circa passiones ha-  
bemus, quasi aliquid contineant veneni, credamusque quod si  
foci passionum fuerimus, erimus & cōsolationis. Ideò ille præ-  
gustauit, ac prælibauit, vt omnino securi essemus?

Simile.

Psal. 74.

Heb. 2.

2. Cor. 1.

Simile.

Esai. 43.

Prouer. 3.

Hiere. 31.

Simile.

Simile.

Præterea fatigatur, quia similis Christus est homini, qui in  
curiam venit, vt aliquam litem perficiat, cum quæ plus tempo-  
ris in negotio posuerit, quàm putarat, & cum nunc in aduoca-  
to inueniendo, nunc in accersendo scriba, nunc in consiliario  
adeundo variè crucietur, tandem ait: Fatigatus sum hoc nego-  
tio. Sic Christus Dominus è cœlo in terram descendit, vt litem  
componeret inter Deum, & homines, & cum ad Iudeos primū  
venisset, nihil cum eis agebat, fatigabatur nimium. Veruntamē  
ait, Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisi mihi laborē in  
iniquitatibus tuis. Quod in nobis sæpe etiā contingit, lassitudi-  
ne enim Deū premimus, & eū laborare facimus in vijs nostris.  
Sæpe enim ad nos venit per inspirationes, sæpe domus ianuam  
pullat, nec ei aperimus, sed nec audimus, fatigatur tot itineri-  
bus. Ait Salomon: Ne dicas amico tuo, reuertere, cū statim po-  
sis dare. Potes Deo continuo præbere cōsensum, quid differis?  
quid Deum lassas? Vt quequo delicias dissolueris filia vaga?

Venit mulier Samaritana. Nouit ad aquam venturam ibi expe-  
ctat eam, en la parada, vt vulgo dicitur. Sicut venator, ibi tende-  
re retia solet, quo venturas nouit eas, quas capere desiderat, fe-  
ras. Sed mirè hic splendet diuina bonitas. Chananæam fugit,  
cum eam illa insequatur. Samaritanæ se ingerit non rogatus,  
imò rogās, quod maioris est misericordiæ. Sicut enim princeps  
domesticis suis dat cibaria, & stipendia promissa, sed aliquādo  
pro

Apro sua liberalitate alicui dono dat ingentem auri copiā, nec al-  
teri facit iniuriam: hoc cum Samaritana hodie facit, ei se ad  
aquas offerens, quasi Moyse filia Pharaonis, & quasi procura-  
tor Abrahæ Rebeccæ Gene, 24. quam ad aquas ornat monili-  
bus. Loquitur ergo ille ad eam.

Mulier da mihi bibere. Præoccupat eos, qui se concupiscunt,  
vt se illis prior ostendat. Petit à te Deus opera non vt sibi ca-  
piat, sed vt tibi reddat, quasi creditor cum scœnore, cumulata,  
vt reddat gratiam pro gratia. Petit à te ieiunium, & eleemofy-  
nam, vt gratia sua illa efficiat immensi valoris, & tibi reddat, &  
cum opera hæc sint dona eius, efficit merita nostra, vt nobis ex  
iustitia donet præmium. Petit ergo, vt nobis det, sicut solet spō-  
sus à sponsa petere anulum, vt ei apponat pretiosum lapillū,  
& ei reddat. Non enim Deus proficit bonis nostris, sed nos.  
B Quid enim prodest Deo, si iustus fueris, aut quid ei conferes,  
si immaculata fuerit vita tua? Iob ait.

Da, inquit, mihi bibere. Sitit præcipuè salutē spiritualem Sa-  
maritanæ, de qua cum sermo incidisset, nec verbum de alia siti  
fecit, & cum ei offerrent discipuli cibum, ad eos ait: Ego cibum  
habeo manducare, quem vos nescitis. Sitis ergo eius illa est,  
qua vult omnes homines saluos fieri, vnde refrigerium eius cō-  
uersio est Samaritanæ. Si enim de dæmone Iob. 40. dicitur: Fi-  
duciam habet, quod Iordanis influat in os eius. Tanta ardet si-  
ti, vt homines etiā iustos ebibat significatos in Iordane. Quid  
mirum, sitiat Christus omnem hominem, etiam peccatorē, vt si  
ibi veniat? Hæc eius sitis adhuc ei in cœlo inest. Quid enim tot  
C eius à te uocationes petūt, nisi da mihi bibere? Quis ergo Chri-  
sto sitienti, & potum exigenti, illum negauit. Hoc clamauit in  
cruce, sitio, hoc modo clamat è cœlo, ex hoc damnaturus est  
impios in iudicio. Sitiui, & non dedistis mihi bibere. Vt duces  
probaret suos Dauid. 2. Reg. 23. ait, Sitio aquam Bethlehem. Et  
continuo tres eorum irrumpunt per medios hostes, eique po-  
tum desideratum deferunt. Modo sitit noster Dauid conuer-  
sionē nostram, irrumpamus per medios hostes, omnes vinca-  
mus difficultates, vt ei pareamus. In hoc ait Eliezer Genes. 24.  
agnoscam, quæ sit futura sponsa Isaac, cui petiero potum, & il-  
la libèter dedit. In hoc agnosces ò, anima, an futura sis Christi

Exod. 27.  
Gene. 24.†

Sap. 6.

Simile.

Iob. 22.

Iob. 40.

Iohn. 19.

Matth. 25.  
2. Reg. 23.

Genes. 24.

sponsa, si potum petenti tibi libenter das. Mirum profecto, quod refrigeretur Christus conuersione nostra, quod gaudeat, certe non ille solum, sed & vniuersum cœlum: quia gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente. Tua ergo conuersione lætificata Christum, & vniuersum cœlum. Fac eis diem festum. Prouer. 25. Aqua frigida animæ sitienti, & nūcius bonus de terra longinqua, qui conuertitur ad Deum, aquam frigidam Christo dat: nūcius est de terra longinqua veniens, ad quam prædigerus profectus fuerat. Da ergo mihi bibere.

*Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi.* Id est, donum, quod Deus mundo dedit: cum Deus sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret? Vel donum hoc, quod me inuenieris, quod me tibi nunc offeram. Sicut si Rex venatum profectus, & in venatione perditur, veniret ad domum agricolæ, & ab eo peteret cibum, rectè diceret: Si scires felicem tuam sortem, & quis est, qui à te parua petit, dedisses vtique, & magna ab eo peteres: sic loquitur Christus Samaritanæ, ad quam diuertebat Rex Regum, & parum ab ea petebat, volens ei magnum prestare, aquam, scilicet, viuam. O si scires homo donum Dei, & quis est, qui accedit ad cor tuum, petens à te conuersionem, dedisses vtique: qui enim dicit se nosse Deum, & mandata eius non obseruat, mendax est. Et si scires, cum ad ianuam tuam pauper stat, & petit aquam, vel cibum, quis est, qui dicit tibi, da mihi elemosynam, quia Christus in paupere petit, sine dubio daret, vt maxima reciperes, ille petit, qui ait: Quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis. Et Esai. 51 hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium. Si ergo scires, quis est, qui hæc à te petit, si nosset Dei maiestatem, quam tremunt potestates, si nosset Dei diuitias, quas tibi potest retribuere, si nosset, quæ sortes tuæ sint in manu eius, vel gloriæ, vel damnationis æternæ, sine dubio ei consentiret, à quo tanta bona pendunt, ei sine dubio placeres. Emphasim magnam habet verbum illud, si scires. Deus de cœlo respexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum, & Lucæ decimonono. Si cognouisses & tu, & vtinam saperent, ac intelligerent donum Dei, id est, ea quæ mundo vniuerso, & nūcius tibi libentissimè offert. Si modo ego è curia venirem, & ad pau-

Luce. 15.

Prouer. 25.

Luc. 15.

Ioan. 3.

Simile.

I. Ioan. 2.

Matth. 25.

Esai. 51.

Psalm. 13.

Luc. 19.

Deut. 32.

Simile.

Aperem quemquam, & mandatum Regis deferrem, quo continetur, velle Regem illum in filium adoptare, filiam ei coniugem dare, regni herede instituire, an nõ rectè ad eum dicerem. O si nosset pauper, donum Regis, & qualè ad te legationem defera? quomodo gauderes? quomodo dilatares cor tuum? Ad hoc verò Christus è cœlo ad nos venit, qui idè legatus dicitur missus ad gentes. Audi legationem eius. Ad Gala. 4. Misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Et iterum ille ait, Nolite timere pusillus grex, complacuit patri dare vobis regnum. Verè nescimus hoc donum. Si enim hoc probe nosset, quomodo temporalia curares? quomodo vel tristis esse posses, tanto audito nuncio?

Sed quid Samaritana respõdeat, audiamus. Nunquid tu maior es patre nostro Iacob. Patrem dicit, non origine, sed religione: qui dedit nobis hunc puteum, ex quo ille bibit, & filij, ac pecora. Carnalis, & assueta carnalibus, aliam aquam cogitare non valet, quàm illam, quia animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Apparet ei alias delectationes non esse quam carnis, quod si eas relinquat, nullas alias restare credit. Sed gustate, & videte, quam suavis est Dominus, & quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Putat Naaman nihil habere amplius aquas Iordanis, quàm aquas Syriæ, sed dum eas experitur, sententiam mutat. Delectatio cœlestis mirum in modum excedit terrenam, cœlestis enim est. Cum hortum, vel frumentum rigas aquis irriguis, non sic proficit, ac cum aqua cœlesti irrigatur. Ità nulla corporis delectatio impinguat animam, ac eam reficit, ac spiritualis. Ideo Psalm. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Hanc aquam ignorat Samaritana, inde ait: Nunquid tu &c. Filij eius ait, & pecora hanc aquam biberunt. Vel inde colligere potuit, non eam in pretio habendam, cum sit communis hominibus, & brutis, quid enim maius habet homo sensualis, quo careat brutus? Et hoc tibi magnum videtur, quo bruta abundant? O homo verè de generasti à Deo, & nimis deprimeris cogitatione tua. Te verè depressisti, comparaste iumentis. Queram? ergo nos

Gala. 4.

Luce. 12.

I. Cor. 2.

Psalm. 33.

Psalm. 30.

4. Reg. 5.

Simile.

Psalm. 62.

fra.

**Ge 12. 26.** Fratres hanc aquã viuã, effodiamus, donec inueniamus **Gene. 26.** Effodit Isaac puteos, quos ei obstruunt Philistæi, donec perfeuerans inuenit puteum, qui dictus est latitudo, tantas reduns dans aquas, vt obstrui non potuerit. Sicut fodiens puteum, aquam viuam quærit, sic qui considerat cœlestia, quasi fodit, vt aquam cœli reperiat. Obstruit dæmon, & impedire te curat temporalibus curis, obstruens, quod fodisti, sed tu ne cessaueris ab opere tuo, donec inuenias aquam viuam, & puteum, qui dicitur latitudo, qui est perfecta charitas: cuius tot sunt redundantes aquæ, vt obstrui à dæmone non possit. Vt dicere possis: Quis nos separabit à charitate Christi? Quasi dicat: **Rom. 8.** Quid horum poterit diuinæ charitatis fontem exiccare? Certus sum, quod neq; mors, neque vita, nec creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quia ex perfecta charitate promanant aquæ illæ, quæ fluunt impetu de Libano **Cant. 4.** Et tunc fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, & tunc eris quasi hortus irriguus, cuius non deficient aquæ.

**Cantic. 4.**  
**Psal. 45.**  
**Esai. 58.**  
**Genes. 21.** Omnis, qui biberit ex hac aqua, sit: et iterum. Egressa Agar de Domo Abrahamæ **Genes. 21.** cum panibus, & vtre aquæ, errabat in solitudine, & deficiente aqua, quia vtre portabat, non fontem, moriebatur Ismahel præ siti. Sed aperuit oculos eius Deus, quæ videns puteum aquæ, abiit, & impleuit vtre, deditq; puero bibere. A Dei domo discedens anima, & errans, aquam portat consolationis alicuius, sed deficit hæc consolatio, & præ siti moritur appetitus. O si Deus aperiret oculos nostros, vt videremus aquam viuam, & fons indeficiens nobis esset. Putasti nunquã finiendam consolationem, quam à creatura capis. Ait ille: Cũ vxorẽ duxero, felicẽ vitã agam. Alter dicit: Cũ tale munus, dignitatemq; obtinuerõ, felix ero. Peruenisti eò quo desiderasti, & consolatio nõ suppetit, vt putaras. Vnde hoc? Aquã mortuã habuisti: vtre tantum aquæ habes, non fontem: non aquam viuam. Pete à Deo, aperiat tibi oculos, vt aquam inuenias viuam. Hoc petebat Moyses **Numer. 20.** Aperi eis thesaurum aquæ viuæ, vt satiati, cesset murmuratio eorum.

· Multa sunt mala in hac mundi aqua. Primum illud est, quod in Euangelio notatur, cũ ait: Puteus altus est, & difficile aqua hauriri potest, parũ aquæ est, & multi eam cõcupiscunt, tuo-

Atuoque si impediunt, nec facile eam assequi poteris. Tibique si eam quæseris, continget, quod seruo illi Amalechitæ, qui **1. Reg. 30.** in via defecit, & triduo non comedit, nec bibit, vnde morti proximus erat. Ambulauimus, aiunt, vias difficiles. Labor est seruo Dei viam in cœlum agenti, sed diuersus multum à labore peccatoris. Laborat Elias, adeo vt peteret animæ suæ, vt moreretur. Sed dormit sub iunipero, & venit è cœlo Angelus, qui eum refecit pane, & aqua, quo sic confortatus est, vt **40. dies** vitam egerit, donec Deum videret. Sic iustus tribulatus sub cruce, quiescit. Requiescite, ait, sub arbore, ibiviso Christo quiescit, confortaturque refectione cœlesti. Vis hoc experimento agnoscere? Audi Paulum dicentem, supra modum grauati sumus, ita vt tæderet nos etiam viuere. Vis videre refectionem? secundo **Corint. primo.** Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt. En fontem illi cõcessum, quo se, & alios consolari possit. Sicut Sanfoni post victoriam inimicorum fons datur in refrigeriũ. Non sic cum peccatore agitur, sed in via derelinquitur, nõ est qui eum reficiat: derelinquit eum mundus, sicut Amalechites seruũ suum. Duo latrones in cruce sunt, alter lætus, quia Christo proximus, quia audiuit: Hodie mecum eris in paradiso: alter mærens, & desperatus, hi iustum, & impiũ tribulatos ostendunt. Hoc ergo primum malum est aquarum Samariæ, quod puteus altus est, difficile hauries, à Deo verò facile obtinebis aquam viuam. Postulet à Deo, qui dat omnibus abundanter, & non improperat: non enim minuitur hæc aqua, ex eo quod multis detur: non se impediunt iusti, sicut in mudo, imo se iuuant.

Secundum verò malum est, quod puteus est Samaritanorum. Si delectari in mundo vis, peccator eris. Iuxta aquas has milites sunt Iephte, trucidantes Ephraeos, id est, abundantes, qui illac transire volunt. Et quemadmodum Holofernes milites posuit iuxta fontes Bethuliæ, vt occiderent eos, qui aquam vellent haurire, sic dæmones in delicijs latent, vt interimant eos, qui ad eas accedunt. Nouit dæmon ad delectationes om-



- nes tendere, ibi retia sua ille tendit. Ideo 1. Ioan. 2. Nolite diligere mundum, nec ea, quæ in mundo sunt: quia si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Hac ratione præcepit Deus Gedeoni eos reijcere milites, qui ad aquas quasi bruta se projiciebant. Esa. 5. Væ qui confurgitis mane ad ebrietatē secandā, & potandum vsque ad vesperam, tympanum, & tibia, & lyra in conuiujs vestris. Vbi Hiero. ait: Harmonia illa significat mundi delectationes, quibus proximus est Dei despectus. Vt patet Dani. 3. cum audiebatur harmonia omnis generis musicorum, tunc omnes adorabant statuam. Væ vobis, qui ridetis, quoniā flebitis. Caue à delectatione terrena: aqua mortifera tibi est, quā dæmon veneno infecit, vt te interimat. Sed obijcis, aliqui fuerunt in mundo diuites, magni, & vitam duxere felicem, & tamen Deo grati exitere. Caue adhuc periculum, quia maximum est. Magno cum periculo ad Dauid aqua cisternæ Bethlehemi allata est, quam ille bibere noluit, sed libauit eam Domino. Sic tu hanc bibere aquam fuge, licet aliqui sine peccato eā epotauerint. Leui. decimo. Nazarei vinum non bibebant, nec aliquid quod eos posset inebriare, id est, delectationem mundi: sed quā obsecro stultus ille esset, qui vt sitim extinguat, aquam biberet veneno infectam? Hæc delectationes sunt Nili aquæ, in qua plures crocodili, qui accedentes interimunt. Ideo Aegyptij canes nullibi in flumine consistunt, vt aquam bibant, sed cum parum hauserint aquæ, continuo recedunt. Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Hoc Sifaræ lac, quo obdormit in interitum. Hæc aquam biberunt Sodomitæ, & perierunt: Salomon, & dedit maculam in gloriam suam: mundus vniuersus & aquis diluuij perijt. Et tandem qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Eccl. 26. Sicut viator sitiens ad omnem fontem os aperiet, & ex omni aqua proxima bibet: non enim sitim extinguit, sed auget. Quære ergo à Christo aquam viuam: ille est fons hortorum, puteus aquarum viuentium: illam facile habere poteris. Qui sitit, veniat ad me, & bibat. Illa mundat animam. Ezec. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Iustus lignum est plantatum secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Hunc aperit ille puteum propter Rachel, id est,

**A** id est, in consideratione diuinorum. Haurietis aquas ibi in gaudio de fontibus Saluatoris. In his aquis videbis decorticatas virgas, quibus diuersos concipias fetus. Hic videbis Christi multiplikes virtutes, quas imiteris.

Et nunc quem habes, non est tuus. Vide signū electionis huius mulieris. Audit Christi increpationem, & ea proficit. Prouer. 15. 15. Stultus irridet disciplinam patris sui, qui autem custodit increpationem, altior fiet. Et paulo inferius addit: Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientium commorabitur, qui abiicit disciplinam, despicit animam suam, qui autē acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Hæc, quæ dicta sunt in electis videre licet. Peccat Dauid, & increpatur à Nathan. Et iterum ab alio vidente, & continuo compungitur, & dicit: Peccavi. Ezechias similiter ab Esaia correctus est. Licet quisquam

**B** maximus sit peccator, si increpationem non reijcit, salutis signum habet. Ponderat & merito Hiero. Illud Amos. 3. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israel, eruitur enim is, qui auriculam habet ad audiendum, licet deuoratus videatur à leone. Contra verò reproborum signum est, nolle increpari. Sic Cain increpationem reiecit Dei. Sic Saul increpationem Samuelis. Prouer. 12. Qui odit increpationes, insipiens est, & Prouer. 15. Doctrina mala deserentium viam vitæ. Qui increpationes odit, morietur, laborant isti infirmitate, quæ dicitur: Noli me tangere, de qua alibi, de quibus dicitur: Tange montes, & fumigabunt. Inter hos merito numerantur filij Heli, qui increpationem patris non susceperunt, & in bello misere perierunt. Samaritana verò

Christi audita increpatione hydriam relinquit, ad ciuitatem currit: Apostola Christi efficitur: Samaritana ad Christum ducit, se corripuit, & alios docuit, &c.

Dom.

# Dñica Quarta Quadragesi.

Abiit Iesus trans mare, &c. Ioann. 6.



**N**ter alia plura, quæ dæmon mendacij parens, falso hominibus persuadere studuit, illud potissimum est, virtutem omnino inspidam esse, asperamque nimium, viam verò vitiorum dulcissimam, & omni plenam voluptate, vt sic à virtutis via homines deterreantur, & in voluptatis viam declinent. Sicut qui ab ingressu, & habitatione alicuius regionis alios vellet deterrefere, vt in aliam abduceret, illam diceret asperam, horridam, aridam: hanc verò vberem, pulchram, & delicijs plenâ: sic cum optio data esset Loth, ait scriptura, Eleuatis oculis vidit omnem regionē Iordanis, quæ irrigabatur sicut paradisus Dei, & sicut Aegyptus venientibus in Segor, & eam elegit. Hanc insignem salutatem dæmon illis persuasit, de quibus Machab. 1. In illis diebus exierunt ex Israel viri iniqui, & suaserunt multis dicentes: Eamus, & disponamus testamentum cum gētibus, quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et illi, qui loquuntur per Hier. 44. Ex eo autem tēpore, quo cessauimus sacrificare Reginæ cœli (erat hæc Venus) indigemus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus. Hoc idem omni peccatori suadet dæmon, quem vitij detinet, quod sic delectari se credat, & si virtutis viam non amplectitur, non eò est, quod honestior, & vtilior nō sit, sed quod credit delectabilem non esse. Hac verò persuasione adhibita facile dæmon hominē tenet. Tanta enim est in delectationem hominum propensio, vt quamuis hoc bonum infimum sit, nescio, qua ratione maximè nos trahit, ad eò vt autor natura delectationem apposuerit operibus alioqui necessarijs, ne negligentur. Est enim delectatio esca, qua trahimur, & inescamur. Hac etiã ratione à perfectionis via plurimos dæmon deterret, suadens illam iniucundam, inspidam, & asperam. Sed hæc insignis est fallitas. Quod vt Christus ostendat, hodie se sequentibus conuiuium,

Simile

Genes. 13.

Machab. 1.

Hiere. 44.

**A**uiuium parat, quo saturentur; vt noueris non tibi delectationem defuturam, si Christum sequi volueris. Et rationes id manifestè docent. Primò, per virtutem Deum possides, qui est vniuersale bonum; nullum ergo tibi deesse potest. Venerunt, inquit, mihi omnia bona pariter cum illa, scilicet, cum diuina Sapientia. Vnde sicut vnus Sol diem efficit clarū, lætum, omnes vero stellæ noctem tenebrosam, ac tristem: sic Deus solus cum ab homine possidetur, diem ei præstabit: omnis verò creatura, si ad sit, nocte duntaxat, Deus enim Sol est, & omnis creatura stella parua. Tanta verò in Deo delectatio est, ac dulcedo, vt cum eam sancti degustauerint, nec omnino eam capere possint, intrant in gaudium Domini sui, quasi in illo mari enatantes pisces. Et adhuc tâta est diuina dulcedo, vt nisi Deus illa frueretur, ac ipse eam exhauriret, exhausta nullo modo maneret, esto omnis creatura ipsius particeps fuisset. Non ergo deesse potest delectatio Deum possidenti. Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.

Sap. 7.

Simile.

Matt. 25.

Psal. 33.

Secundò id manifestè ostenditur, quoniam prouidentia Dei circa supernaturalia, & gratuita, multò maior est, quàm circa naturalia, quia supernaturalis vita multò est excellentior, atque ad eò præstantiori indiget prouidentia. Vnde ad naturalem conseruandam vitam, dedit panem, & vinum, ad supernaturalem corpus suum, & sanguinem: naturalia vno verbo contulit, supernaturalia tot laboribus, sanguine, ac vita propria. **C**um ergo vt naturales operationes non deserantur, delectationes adhibuerit maximas, cum virtutis opera præcipue ille à nobis præstari desideret, & circa hæc tantò maior sit eius prouidentia, sine dubio in his posuit delectationes maximas, ac præcipuas, ne à nobis despicerentur. Hinc Psalm. ait: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. In huius verò rationis confirmationē, illud addi potest, si homo ad eò dulcis, ac suauis omnibus esset, vt bestias domus suæ vellet suauitate, ac delicijs perfrui, seruos suos nimium velit delectari, numquid hic homo filijs dilectissimis delectationes negabit? Qui seruis, & brutis suauis est, in suauis filijs esse poterit? Meritò sapiens ait: O quam suauis est Domine spiritus tuus in omnibus, qui vt dulcedinem tuam in filios

Psal. 30.

Simile.

Sap. 12.

Primus Tom. Mm demon-

demonstrares, brutis delectationes concessisti; peccatoribus A  
seruis eas non negasti, quomodo filijs non concedes? Inuitat  
Ioseph omnes fratres suos, etiã proditores, sed Benjamin, qui  
eum non vendidit, quinque partibus superiorem facit. Gene.  
43. Hoc significare Christus voluit conuiuio hodie exhibito,  
quod per Esa. 65. dicitur: Ecce serui mei comedent, & vos estu  
rietis: ecce serui mei bibēt, & vos sitietis: ecce serui mei lætabū  
tur, & vos confundemini: ecce serui mei laudabunt præ exul  
tatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ con  
tritione spiritus ululabitis: & dimittetis nomen vestrum in iu  
rumentum electis meis, vt iurent: Talia mihi faciat Deus, qua  
lia illi peccatori. Et Psalm. Iusti epulentur, & exultent in con  
spectu Dei, & delectētur in lætitiã; & Vox exultationis, & sa  
lutis in tabernaculis iustorum. Quod si rationibus non ac  
quiescis, illud interroga ab his, qui viam iustitiæ perambulant,  
& expertis crede. Dan. 1. Dixit Daniel ad Malassar; Tenta nos  
obsecro seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina  
ad vescendum, & aqua ad bibendum, & contemplare vultus  
nostros, & vultus puerorum, qui vescūtur cibo regio, & sicut  
videris, facies cum seruis tuis. Post dies autem decem appa  
runt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus  
pueris, qui vescabantur cibo regio. Hoc sine dubio tibi con  
tinget, si Deo adhærere volueris, perquire hoc quod audisti  
à iustis, perfectisque viris, dicentque illud Psalm. Melior est  
dies vna in atrijs tuis super millia; & Venite, & audite, & narra  
bo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Si er  
go vidēs amicum diuitem breui effectum, interrogas, quibus  
negotijs ditior factus es, & audiens, ijs incumbis, vt diues eua  
das; nunc ergo audi; Gustauit, & vidit, quoniam bona est nego  
tatio eius: in opere ipsius modicum laborabis, & citò eēs de  
generationibus illius.

Vt hæc Christus ostendat, hodie conuiuium se sequenti  
bus parat. Sed vt illud exhibeat: *Abijt trans mare Galilee. & se  
quebatur eum multitudo magna.* Mare sua amaritudine pœnitentiam  
significat. Primum quod Israel egrediēs ex Aegypto of  
fendit, mare est, quod pertransendum fuit, quo omnes pe  
reunt Aegyptij. Primum peccatori peragenda pœnitentia est,

qua

A qua vniuersa peccata pereunt. Psalm. In mari via tua, & magna Psalm. 76.  
est velut mare contritio tua. Hoc mare pertransiuit Petrus, cū Thien. 2.  
fleuit amare. Magdalena cum lachrymis cœpit rigare pedes Matt. 27.  
eius, & David cū ait, Lachrymis meis stratum meum riga  
bo. Et Iob, Antequam comedam, suspiro, & quasi inundantes Luc. 7.  
aquæ sic rugitus mei. Et sponsa laudatur: Oculi tui sicut pisci  
næ in Hesebon. Hoc etiam significauit Elias, dum ligna con  
cidit, sacrificium composuit, & postea ter aquam misit, vniuer  
sa aqua implens. In his aquis mundatur lepra Naaman. Oratio  
nem pulchram, nobisque maximè conuenientem profundit  
Augusti. in Soliloquijs, petens à Deo vim maximam lachry  
marum, vt fatietur lachrymis, vt stratū irriget eis, vt mare fiat  
lachrymarum, vt omnino abluat peccatorum fordes. Digna  
Christiano oratio hæc, peccatorique conueniens, vt non vna  
ei sit lachryma, sed dicat: Quis dabit capiti meo aquam, & ocu  
lis meis fontem lachrymarum, vt deficiat in dolore vita mea,  
& anni mei in gemitibus. Hierc. 7.  
Psalm. 39.

Sed obijcis mihi: Nunc dicebas maximè inesse delectatio  
nem virtuti, & statim dicis: Amarum mihi mare pertransen  
dum, an non hæc inter se aduersantur? Absit. Imò ex hoc faci  
lè colliges summam virtutis dulcedinem, cū lachrymæ istæ  
amaræ dulces sint. Sic eas sancti dicunt dulces lachrymas. Nō  
hoc mihi credas, sed tibi, deplora peccata tua. In mari hec sit  
via tua, & semitæ tuæ in aquis tuis. Satiare lachrymis, & conti  
nuò conspice cor tuū, videbisque illud lætitiæ plenum, quiet  
tum, tranquillum, cæleste. Confer cor tuum, cum plorasti pec  
cata, cum eodē corde, cum delicijs te tradidisti; & videbis mul  
tò melius se habere lachrymis, quàm voluptate, & è lachry  
mis emergere lætum, cantansque Deo canticum nouum: sicut  
Israel, cū exiuit mare Rubrum, decantauit: Cantemus Do  
mino gloriosè. Et ex hoc collige, quanta sit dulcedo virtutis,  
cū amarum illius dulcius sit omni dulcedine vitiorum. In  
grederis nouam regionem, proponiturque tibi primum cibus  
amarus illius, & gustans illum, ais: Dulciior hic cibus est om  
nibus cibus dulcissimis, quos gustauit, inde colligeres: Dulces  
tibi regionis huius, quā dulces erunt, si amarus sic dulcescit? Si  
quod amarum virtutis est, tãta insita dulcedo est, qualis ob

M m 2 secre

Genes. 45.  
Esa. 65.

Psalm. 67.  
Psalm. 17.

Dan. 1.

Psalm. 83.  
Psalm. 65.  
Simile.

Prouer. 31.  
Eccle. 6.

Exod. 13.

Exod. 14.

Simile.

secro suauitas inerit in his, quæ dulcia virtutis sunt.

*Cum subleuasset oculos.* Dulciores, quam vlla mater habeat. *Fœlix tu, si quando Deus oculos subleuat, te inuenit occupatum in his, quæ Dei sunt: tunc enim respiciet sine dubio te, vt multa tibi bona conferat. Si vero te occupari videat in peccatis, quid faciat? Ad Hiere. 7. loquitur: Nonne vides, quid isti faciunt in plateis Hierusalem? Filij colligunt ligna, patres succendunt ignem, mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ cœli? Veneri, scilicet. Quomodo ego beneficia conferam populo, qui talia agit? Dominus ergo de cœlo respexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requirēs Deum. Auferte ergo malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite peruerse agere, discite bene facere, & venite, & arguite me, dicit Dominus. Si te vidisset Dominus mare cum Christo transfretantem, peccata plorantem, vtique miserus tui, magna tibi bona contulisset. Nonne vidisti, ait Elię, Achab humiliatum coram me? Propterea, quia fleuisti coram me, dicitur Iosifæ, & ego vidi, ait Dominus, non inducam mala in diebus tuis, sed bona, videbo, & miserebor.*

*Dixit ad Philippum: Vnde ememus panes. Hoc dixit tentans eum.* En curat eos, qui eum sequuntur, sed quomodo tentans eum? Videtur enim hoc esse contra illud Iaco. 1. Nemo cum tentatur, dicat: Quoniam à Deo tentatur, Deus enim intētator malorum est, Deus enim neminem tentat. Respondetur: Duplex est tentatio. Alia inducens ad malum, & hæc Dei esse non potest, vt Iacobus ait; sed vt ille ait, vnusquisque tentatur à concupiscentia sua, abstractus, & illectus; & dæmon dicitur is, qui tentat, & tentator; & omnis, qui nos ad malum inducit, dæmonis officium exercet, tentans nos. Alia est tentatio in bonum, quæ est probare hominem, vt sibi, vel alijs innotescat, quid in eo sit ad ædificationem. Aliter enim inimicus te percutere conatur, dum cum eo contendis, quia id in malum tuum est. Aliter verò, qui docet te ad prælium, qui gladium cōtra te vibrat, ac mittit, non vt feriat, sed vt videat, an bene te protegas, quod si feceris, edoctus maneat, & tu, & alij, qui te conspiciunt; sin minus, vt videas inscitiam tuam, discasque in posterum te protegere ab ictu. Hoc secundo modo tentat Deus, & sic dicitur,

tenta-

**A** tentauit Deus Abrahā, vt eius obediētia omnibus esset nota. *Genes. 17.* Sic tentauit Iob. Et denique tanquam aurum in fornace, probauit electos Dominus; quoniā Deus tētauit eos, & inuenit eos dignos se. Sic Deute. 8. Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dñs Deus tuus. 40. annis per desertū, vt affligeret te, atque tētaret, & nota fieret, quæ in animo tuo versabant, vtrū custodires mandata illius, an nō. Sicut lapide probatur aurū, & argentū, an verū sit: sic tētatione homo. Vnde Psal. Proba me Deus, & tenta me. Sic tentatus Abrahā, inuētus est fidelis: nos verò sæpe probati aurichalcū inuenimur, nō aurū. Sic Philippus inuētus est modicā fidem habēs. Est Deus noster magnus, & magnā de se fidē haberi vult, sicut habuit Abrahā, qui in spe contra spē credidit, qui idē nobis proponitur in exemplar. Philippus verò corde ait illud psal. Nūquid poterit Deus parare mensam in deserto? ¶ Sed qua in re Philippus tētatur? In hac certē, vtrū ex acceptis, ac visis Christi misericordijs, ac miraculis sciat sperare similia. Pij enim ex his, quæ acceperūt à Deo beneficijs, erudiuntur, vt alia sperēt. Sic Abrahā *Genes. 24.* cū Eliezer mitteret, vt sponsam filio quæreret, & ille de rei exitu dubitaret, fretus Abrahā Dei beneficijs, nutantē seruum his verbis confirmat; Dñs cœli, & terræ, qui eduxit me de domo patris mei, & dixit mihi: Semini tuo dabo terram hanc, ipse mittet Angelum suū tecum, & accipies inde uxorem filio meo. Et Psal. Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi, quoniā Dñs suscepit me. Cū verò verba præteriti tēporis apud Hebræos significant etiā futurū, alij vertunt: Ego cubabo, & dormiam, meque excitabo, quoniā Dñs sustentat me. Dicebat hoc Psal. Cū fugiebat Absalonem. Quasi diceret, non me excitabit Absalon, sed ego, nō idē nō dormiā, quia ille me insequitur. Sed vnde hoc nosti? Vnde tanta tibi securitas? Quoniā tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa. Id est, quoniam expertus sum, te liberaſſe me de manu Saulis, confido, ab Absalone me liberabis. Sic in Psal. Attendite popule meus, exhortatur ad diuina implenda mandata, dicens: Narrantes laudes Dñi, & virtutes eius, & mirabilia eius, quæ fecit, vt ponant in Deo spem suam, & nō obliuiscantur operum Dei. Sed infirmi in fide erant Discipuli. Ideò *Matt. 15.* eos reprehendit sollicitos,

Primus Tom.

M m 3 quod

Hiere. 7.

Psal. 13.

Esa. 1.

3. Reg. 21.

4. Reg. 21.

Iaco. 1.

Simile.

Simile.

Psal. 25.

Rom. 4.

Psal. 77.

Genes. 24.

Psal. 3.

Psal. 77.

quod panes non sumpserint, quid cogitatis inter vos modica fidei, quia panes non habetis, non recordamini quinque panum, & quinque millium hominum, & quot cophinos tulistis? Neque septem panum, & quatuor millium hominum, & quot sportas sumpseritis? Ex quo monemur ex antiquis Dei beneficijs nosse spem in eo habere. In tribulatione es? in necessitate? in tentatione? firmam spei anchoram tene. Sed qua ais, ratione innitar? Hac maxima. Cogita tecum, Deus me de nihilo condidit, animam, & corpus dedit, in Ecclesia posuit, fidem, gratiam, sacramenta concessit, pro me homo factus est, pro me crucem subiit, quid à tanta bonitate non sperabo? Qui maiora præstitit, quomodo minor negabit? Qui tanto suo labore necessitatibus meis adfuit, quomodo nunc periculo meo deerit, B cui solo nutu accurrere potest? Sed videor mihi quasi fabulã vobis dixisse, quis enim erecto, & fidenti animo est in aduersis, cum sola spe in Deum fulcitur, sine alijs adminiculis? Sed quod summè mirandũ est, illud est, quod cũ huius spei solatio tam firmus destituti in aduersis; sed vt peccamus, hac spe maximè vtimur. Et ad hoc solum magnificamus diuinam misericordiam, quam angustamus, vt in necessitate speremus. Audi rem mirabilem: Indiges centum aureis nummis, non speras eos à Deo te accepturum, si iustus fueris, & furaris eos, speras à Deo veniam peccati, & peccati veniam speras, à quo non speras nummos, quid infanitus? Interroga ab vsuario quid furaris? Respondet; Est mihi necessitas, Deus ignoscet mihi. Stulte, si Deum ad eò misericordem dicis, vt tibi inimico gratiam, C & veniam tribuat, cur non magis fides, tibi daturum nummos necessarios, si iustus fueris, & ab eo petieris? Misericordie Deũ facis ad ignoscendum, & crudelem ad subueniendum inopia tua? Si tanta tibi apparet Dei misericordia, vt rem pretiosissimã ab eo speres, qualis gratia, & gloria est, quomodo vilissimã nõ speras? Misericordiam Dei iactas, vt liberè pecces, & nõ vt ei fidens, ei seruias? Audi Psal. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere. Quomodo tibi erit prosperum, quod iniquè agis, cum sine Deo nihil sit prosperum? Quid aliud agis, quàm Deo veluti scabello pedum vt, vt id pertingere valeas, quod concupiscis. In Deo ergo fide, & dic: In pace in id-

ipsum

ipsum dormiam, & requiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

Accipit panem, & gratias agens. Saturantur omnes, & colliguntur duodecim cophini fragmentorum. Qua in re multa nobis consideranda sunt. Primum illud sit, quanta misericordia Deus subueniat necessitati illi, quam quis incurrit, vt Christum sequatur. Sequuntur hi Christum; in necessitate sunt, ad Christum res hæc spectat, eis ille cibum præstat. Videt se Sufanna in summo discrimine, eo quod noluerit Deum offendere. Erat verò cor eius fidens in Domino. Ad Deum hæc causa pertinet, eam ille liberat per Daniele. Similis fuit causa Ioseph in carcerem traditi, quia peruersæ sceminæ noluerit assentiri, à Deo liberatur, adiutor Deus est in omni tribulatione; siue eam naturali necessitate incurramus, siue etiam in eum peccantes, in eam inciderimus. Vt manifestum fuit in Iona, cui etiam inobedienti in tribulatione adfuit, eumque eripuit, quamuis peccans, & à Deo fugiens in periculum, & discrimen adductus fuerat. Maximè verò accurrit ei, qui Dei causa tribulatur. Hinc Psalmus. Propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis, exurge Domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum. Nec id tantum bonitas infinita Dei præstat; sed & omnis homo probus, cum videt aliquem tribulari sui causa, ei accurrit, vt Iosue Gabaonitis, quanto potius Deus noster. Felix ergo tribulatio, quam incurris, ne Deum offendas; ad Deum hæc pertinet, ille tibi aderit proculdubio.

Secundũ hac in re considerandũ est, quomodo multiplicentur panes in Christi manibus: quomodo substantia crescat, cum in elemosynam datur. Sic vidua Eliæ dat parum panis, & ei multiplicatur in victum. Hinc Paul. Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens huius vitæ, quæ nũc est, & futuræ, ideo misericordia oliuæ comparatur, quæ semper viridis est, & folia retinet etiam in hyeme. Sic enim misericors hoc tempore, & futuro accipit retributionem, folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet, semper prosperabuntur. Hinc Prouerbiorum tertio: Honora Dominum de substantia tua, & implebuntur horrea tua saturitate, & torcularia vino redun-

Mm 4

dabunt,

Psal. 61.

Simile.

Psal. 4.

Dan. 13.

Gene. 39.

Iona. 2.

Psal. 43.

Iosue. 1.

3. Reg. 17.

1. Tim. 4.

Simile.

Psal. 1.

Prou. 3.

**Prou. 11.** dabunt, & Prou. 11. Alij diuidunt propria, & ditiores fruct, alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Hoc ergo sit tibi consilium: Filium non habes, Deus tibi filij loco sit. Pauperes sint tibi filij, Deum cogita filium, & quod filijs eras relicurus, pauperibus da: sic Deus hæres erit bonorum tuorum. Esto in Deum diues. Sed ais: Filij mihi sunt. Adde filijs tuis alterum filium, Deum, scilicet, & quod alteri filio daturus esses, Deo da in pauperibus. Et confide, quod filius hic non te faciet pauperem, sed diuitem. Et tandem quemadmodum sunt arbores, quæ in imensum crescunt, nec vllum fructum dant, & hæ igni sunt aptæ: sunt verò aliæ fructiferæ, quæ augmento suo modum ponunt, & continuò vt parum excreuerunt, fructificant alijs: sic omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, quia augmento suo semper student, sibi solum crescunt. Huiusmodi diues ille erat, qui loquitur in Euangelio: Habes anima mea in annos plurimos, epulare, & gaude. Omnia animæ suæ reseruabat, ideò maiora horrea conficere studebat. Cõtra verò facit, qui diues esse vult in bonis operibus, qui sibi necessarijs contentus est, reliqua pauperibus largiẽs. Hic in Deum diues est, alij diuites mundo sunt; similes Nabal Carmelo, qui ait. 1. Reg. 25. Quis est Dauid, aut quis filius Isai? Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonforibus meis, & dabo viris, quos nescio, vnde sint? Hæc loquitur, qui de mundo est, qui diues in mundum est, nescio ego Christum, quis est pauper, vt deus ei cibum? Cui ergo seruas illum? Tõforibus, inquit, meis. Quis tonfor tuus? Ludus, muliercula, vanitas: hi sunt tonfores tui, hi tondent te; his seruas substantiam tuam, non Deo. Contra ille faciebat princeps, de quo Raphael Volaterranus lib. 3. suæ Geographiæ, quem interrogauerunt legati aliorum principum, an ei essent venatorij canes, respondit, esse sibi plurimos; ostendit verò eis multitudinem pauperum discubentium in domo sua, & ait: Hi sunt canes, quibus gloriam me venaturum spero.

Tertium verò hac in re expendendum est, Christum panes diuidere, & Discipulis tradere, illi verò turbis. Hic panis doctrina est cælestis, de qua dicitur: Cibabit eum pane vitæ, & intellectus. Cuique verò pro statuum diuersitate pars huius panis distri-

**A** distribuenda est. Aliter enim admonendi sunt hi, aliter illi, vt Greg. in Pastoralis effecit. Sollicitè autem cura te ipsum probabile exhibere Deo. (ait Paulus discipulo) operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis. Verbum Græcum, quod ibi ponitur, significat rectè diuidentem verbum veritatis. Audi Paulum hoc præstantem ad Titum. 2. Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam; senes, vt sobrij sint, pudici, prudentes. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes, bene docentes Adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, subditas viris. Iuuenes, vt sobrij sint. Seruos dominis subditos esse, non contradicentes, **B** non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus. Sic etiam Baptista Ioannes panem diuidebat, cum diceret militibus: Contenti estote stipendijs vestris; neminem concutiatis. Publicanis: Neminè defraudetis. Diuitibus: Qui habet duas tunicas, det vnã non habenti. Vis ergo partem panis tibi fumere? Vide, quæ statum tuum deceant, vide, quæ tibi maximè necessaria sunt, & illa ex concione decerpe.

Sed vltimò in hoc Christi conuiuio illud considerandum est, Eucharistiam significare. Audi initium Missæ: Lætare Hierusalem. Non Babylonem inuitat ad gaudium, sed Hierusalè: non peccatores, sed iustos. Sed quomodo ad gaudium tam citò inuitamur? An non paulò ante dicebat nobis; **C** Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, sletu, & planctu? Hoc est diuinum ingenium velle continuo lætificare plorantes. Sed quia esse non potest perfecta omnino, ac cumulata lætitia sine conuiuio, conuiuium Christus eis parat, quod Eucharistiam significat. Ab hoc enim miraculo panis sumpsit Christus occasionem de Eucharistia agendi, & ideò se quærentibus ait: Operamini, non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Et continuo addit; Caro mea verè est cibus.

Sed quomodo tanto conuiuio digni erimus? qua præparatione ornabimur? Aristotelis doctrina est: Actus actiuorum sunt in patiente disposito. Sed taceat nunc Philosophia, & illud dicat Dauid. 1. Paralypome. 29, Grande opus est, sed non

M m s homi-

Gregor.  
2. Tim. 2.

Tit. 2.

Luc. 3.

Aristo.  
2. Paral. 2.

homini præparatur habitatio, sed Deo. Grandis exigitur do-  
mus Deo tanto; sed dæmon hanc præparationem iam exagge-  
rat, vt te deterreat à communionem: iam facilem reddit, vt non  
dijudices. Corpus Domini. Doctrina ergo vera est: duplex est  
præparatio, alia necessaria, alia conuenientior, & copiosior. Ne-  
cessaria est illa, quam Paulus explicat dicens: Probet autem se-  
ipsum homo, & sic de pane illo edat. Sed ais: Cibus comedendus  
probandus est, non homo comedens. Pincerna cibum probat  
comedendum, non dominum qui esurus est; hic verò dicitur,  
Probet se, qui comesturus est. Ratio est, quia in hoc conuiui-  
o, licet tu Deum comedas, sed magis te Deus manducat.  
Non tu me vertes in te, sed ego te vertam in me, ait Augusti-  
no; ideo tu probandus es, non Deus. Sicut enim tu mutas ci-  
bum in te, sic in Eucharistiæ conuiuio mutandus tu es in Christum,  
non Christus in te. Sed quomodo me probabo? Respondet Con-  
cil. Trid. Bene confitere. Hoc ergo tecum primum delibera,  
vt numeris omnibus absolutam facias confessionem. Hoc est mare  
cum Christo transire, priusquam cibum capias. Solet esse quis-  
piam malis humoribus plenus, nec medela vlla proficit. Dicunt  
medici: In mare, & illud ingredi, & illa fluctuum agitatione  
commouebuntur humores, & purgationem facies saluiferam.  
Sic tibi ad mare pœnitentiæ eundum est, vbi purgationem  
facies delictorum. Audi Psalmum hoc dicentem: Ascendunt vsque  
ad cælos, descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis  
tabescebat. Vt rectè confitearis, hoc mare ingredi, ascende  
vsque ad cælos, videns Deum tibi iratum, iudicium eius  
tremendum, gloriam, quam amisisti. Descende ad Abyssos:  
confidera sepulchrum, mortem, infernum, & tunc anima tua  
tabescet, & rectè confiteberis: euomes ore peccata, & bene  
tibi erit?

Sed est adhuc alia dispositio copiosior, atque perfectior,  
cum, scilicet, non solum à peccato liber accedis, sed considera-  
tione diuinæ bonitatis inflammatus, Christum esuris vehe-  
menter. Anima esuriens cibo sumendo aptissima est. Conside-  
ra, quis Deus tuus sit: quoniam totus est desiderabilis, totus  
bonitas, totus dulcedo. Quando inter homines conuersatus  
est, accedebat ad eum cæcus, Domine, dic, vt videam, & ille,  
respice.

I. Cor. 11.

Conci. Trid.

Simile.

Psalm. 106.

A respice. Alter, leprosus sum, & ille, mundare. Alter, paralyticus  
sum, & ille, ambula. Omnibus benefecit, omnibus bonus  
est. Idem nunc Christus Dominus est, eadem misericordia, &  
bonitate præditus. Accede ergo ad eum illectus tanta bonitate:  
quasi si accederes ad eius latus in cruce, vt sanguinem lam-  
beres: quasi puer ad vbera matris, vt lac sugat. Chrysof. Solent  
matres filios tradere alijs nutriendos; Christus verò non sic,  
sed pectore suo nos aluit. Aliæ matres parum lactis filio dant,  
Christus vniuersum sanguinem. Quis talem consideras amorem,  
non amet, non flammescat, & accedat ardenti amore? &c.

Chrysof.

## B FERIA SECUNDA POST DOMINICAM QUARTAM QUADRA.

*Zelus domus tuæ comedit me.* Psalm. 89.

Ioannis. 2.



Elus amoris effectus est, vt ostendit D. Tho. 1. 2. q. 28. art. 4. ex Dionysio. c. 4. de Diuin. nomi. vbi ait: Deus appellatur zelotes, propter nimium amorem, quem habet ad existentia. Procedit verò zelus ex intensione amoris, ait D. Thom. quia quan-

D. Thom.  
Dionys.

to aliqua virtus intensus tendit in aliquid, fortius repellit omne  
ne contrarium, vel repugnans. Cum igitur amor sit quidam  
motus in amatū, vt August. dicit: Intensus amor quærit excludere  
omne id, quod sibi repugnat. Aliter verò hoc cōtingit in amore  
amicitiæ, & aliter in amore concupiscētiæ; qui intensè  
aliquid cōcupiscit, mouetur cōtra omne illud, quod repugnat  
cōsecutioni, vel fruitioni quietæ eius, quæ diligitur. Et hoc  
modo viri zelant vxores, sic etiā qui quærent excellentiam, mouentur  
contra eos, qui excellere videntur, quasi impediētes excellentiam  
eorum. Et iste est zelus inuidiæ, de quo dicitur Psalmo. 36. Noli  
æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.  
Amor autem amicitiæ quærit bonum amici; vnde quando est intensus,  
facit hominem moueri cōtra

August.

Psalm. 36

omne

omne illud, quod repugnat bono amici. Et secundum hoc aliquis dicitur zelare pro amico, quādo si qua dicuntur, vel sunt contra bonū amici, homo repellere studet. Et per hūc etiā modū aliquis dicitur zelare pro Deo, quādo ea, quę sunt cōtra honorē, vel volūtātē Dei, repellere secūdū posse, conatur, secū illud 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum pro Dño exercituū. Et Ioa. 2. in illud: Zelus dom' tuę comedit me, dicit glos. Aug. in Ioa. quod bono zelo comedit, qui quālibet praua quę viderit, corrigere fatagit; si nequit, tolerat, & gemit. Hęc D. Tho. ubi supra.

Ex qua doctrina primū colligitur Deū erga nos duplici moueri zelo, vel emulatione, quod idē est. Primū nos ille sibi diligit, quasi amore cōcupiscētīę: cū tamē illi nos nihil boni cōferre possim: adhuc tamē quasi nos illi aliquid vtilitatis tribuimus, erga nos mouetur zelo, quasi marit' erga vxorē suā: atque adēd cū nos videt affici rebus alijs pręter ipsum, zelare nos dicit. Hinc Iaco. 4. Adulteri nescitis, quia amicitia hui' mūdi inimica est Deo? An putatis, quia inaniter Scriptura dicat, ad inuidiā cōcupiscit spirit', qui habitat in vobis? Etenim Spiritus sanctus nos diligit zelo, emulatione, & vt itā loquar, inuidia, omnino sustinere nō valēs nos ab alio possideri, nec amorem nostrū aliō, quā in ipsum tēdere: adeoq; ei durū est, si hoc viderit, vt durius dicat esse inferno. Hinc spōsus; Fortis est vt mors dilectio; dura sicut infernus æmulatio. Mirū in modū res ista diuinā commēdat misericordiā, ac dilectiōē. Quid namq; nos zelas Deus noster? Quid boni, quid lucri, aut delectationis ex nobis capere potes, vt nos zeles? Sed adhuc maximo in nos pro sua bonitate zelo mouetur, adēd vt quasi summū, & inauditum supplicium minetur ipse per Ezechielem: Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius, eo quod prouocasti me in omnibus his. Sic se Deus noster cum sceleratis hominibus gerere solet; de quibus per Psalm. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis.

Secundò verò mouetur Deus zelo pro nobis, sicut parens pro filio, & amans pro amato, cū videt dilectum ab alio duriter tractari. Hinc cū Niniue vastationē Nahum dicere vellet, ait: Deus æmul' & vlciscens Dominus, & habēs furorē.

Et

**A** Et Ioa. 2. Zelatus est Dominus terram suam. Quia ergo Nahu- hum Deum iratum voluit ostendere Afsyrijs, causam aperit, quia zelator, & æmulator est: idēd vehementer in vos irascitur, quia in eius populum crudeles extitistis, & in eius calamitate rabiem vestram satiastis. Simile est illud Zachar. 1. Zelatus sum Hierusalem, & Sion zelo magno, & ira magna ego irascor super gentes opulentas: quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiuerunt in malum. Et Esa. 10. de eisdem Afsyrijs, plusquā Dominus voluerat in Iudæos sauientibus, & suis viribus victoriam superbe tribuentibus: Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacē mittam eum, & contra populū furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculationem, quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitritur, & cor eius non itā æstimabit; sed ad contendendum erit cor eius, & ad interneccionem gentium non paucarum. Ijs verò omnibus ostenditur Dei in suos singularis dilectio, & iræ in eorum persecutores. Ideo quę maxime cauendum est à perrecutione bonorum, quia, vt ipse testatur: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.

De Dei erga nos zelo diximus satis; nunc de zelo nostro erga Deum dicendum restat; de quo hodie dicitur: Zelus domus tuę comedit me. Cū enim duplici in Deum amore, ac dilectione feramur, duplici etiam zelo moueri possumus. Nobis diligimus Deum amore concupiscentię, atque adēd omnia illa odio, ac ira prosequi tenemur, quę nobis impedimento sunt, ne tantum bonum assequamur, & eo fruamur. Hoc zelo nobis illud efficiendū, quod Christus monet: Si manus tua, aut pes tuus scādalizat te, abscinde eum, & proijce abs te, &c. Quasi dicat: Quidquid tibi est impedimento, quominus Deo inhæreas, tollendum, & procul reiiciendum est à te. Et in hoc sensu verba Christi accipienda sunt: Qui non odit patrem, & matrem, adhuc & animam suam, non potest meus esse Discipulus.

Sed quia Deum amore amicitię diligimus, zelo alio mouendi sumus in omnem Dei offensam, atque iniuriam, vt eam sustinere non possimus: sed maximo afficiamur dolore eam

viden-

3. Reg. 19.  
Ioa. 2.  
August.

Iacob. 4.

Cant. 8.

Ezech. 16.

Psalm.

Nahum. 1.

Ioa. 2.

Zachar. 1.

Esa. 10.

Zachar. 2.

Matth. 18.

Luc. 12.



simile.

videntes, & quantum in nobis fuerit, illam vitare curemus. Si **A** nec tuum quidem canē male tractari pateris, quomodo æquo animo feres, Deum inhonorari, & iniuria affici? Audi zelantem Psalmistam: Vidi præuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt; & tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei, nihil enim filius ferre potest, quod sit contra honorē patris. Hic verò zelus in Christo maximus fuit, ut potè à summa in patrem profectus charitate, hic eum comedisse dicitur: nā eum corrosit, eius cor vulneravit, & corpus ipsum extenuavit. Quantus nanq; Christo Dño dolor fuerit, patris videre offensas, nulla lingua sufficeret enarrare. Aliquando suspiciens in cælū, ingemuit, sanans surdū, & mutum; sed gemitus ille significauit perpetuū animæ ipsius gemitum, & suspirium, quod diuinitatis cælum offensum, & iniurijs affectum vidit. Hoc zelo ut regni peccatū destrueret, seipsum morti libenter tradidit, & in hunc finem sanguinē copiose fudit, nihil quē sibi durum, & acerbum putauit, dummodo patris vitaret offensam: & hunc putauit sibi omnem fructū esse, si tolleretur, auferretque peccatum, quod ut secum crucifigeret, se cruci permisit, affigi. Et hic nobis imitandus zelus est; ac summopere curandum, ut peccata tum nostra, tum aliena vitemus; quis enim filius est, qui honorem patris nō curat? qui offensam genitoris non detestetur, & auersetur?

Nume. 25.

Hoc zelo accensus Phinees est, qui coeuntes gladio transfigens, castitati populū reddidit, & iram Dei iratus placauit, ut **Greg.** ait homil. 16. in Eze. Hoc zelo accensus Mathathias cum **C** videret Iudæum idolis sacrificantem, doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundū iudicium legis; & insiliens, trucidauit illum super aram, & zelatus est legem.

Ex hoc etiā zelo ardētī illud effectū est in Christo Dño, ut etiā violari ea, quæ patris sui essent, æquo animo ferre nō posset. Hinc verò templi prophanationē sustinere non valens, flagellum facit ex funiculis, & mēsas subuertit, & quasi immodestē, & furiose (si sic loqui licet) rē agit zelo patris cōmotus. Licet namq; Christus turbatus nō sit, qui non passiones, sed præpassiones habuit, in se tamē nobis exprimit zeli naturā; de qua **Greg.** ait, mentē quidē turbare, sed quia à charitate proficiscit;

cōtatis.

**A** cōtinuè ipsam clariore reddere. Atq; adeo & similis collyrio est, quod cū oculis fuerit admotū, eos quidē tunc turbat, & visum impedit, sed continuè clariores reddit, ac perspicaciores. **simile.**

Quid verò indignum in templo suo viderit, ut sic fuerit cōmotus, videamus; utique emētes, vendentes, numularios, qui nummos commutabant lucri causa, & ad vsuras etiam dabant, vidit ergo in templo suo auaritiæ idolum, hoc verò etiā sacerdotes patiebantur, ut suis commodis deseruirent, & sacrificiorum copia esset; & quia idolum auaritiæ in cordibus suis habebant. illud esse in templi vestibulo patiebantur. Audi **Ezechie. 8.** Adduxit me in Hierusalem in visione Dei, iuxta ostiū interius, quod respiciebat Aquilonē, ubi erat statutum idolum Zeli ad prouocandam æmulationem: & ecce ibi gloria Dei Israel.

Eze. 8.

**B** Super quē locum Hiero. ait: Statua Baal in templo posita erat, quā dicit idolum Zeli, quia ad æmulationem, & zelū Dominum prouocabat. En hodie gloria Dñi, Christus Dominus templum ingreditur, vidensque in illo idolum auaritiæ, zelo permotus illud demolitur. Nam qui consensus Christo, & Beliali templo Dei, & idolo? Auaritiā verò idololatriā sepe Scriptura appellat, de quo alibi: hanc verò in templo esse prorsus indignum est, ac detestandum. Huc verò respicere idolum illud zeli, quod Ezechiel vidit, ostendit versio Septuaginta interpretum, quam Hieronymus refert. Quæ sic habet: Vbi erat statua possidentis: quasi his verbis auarus notetur, qui omnia sibi congregare, & possidere cupit.

Hiero.

**C** Quo etiā factō Christus Dominus docet, quā in reuerentia templum habendum est, & quā longe ab eo esse debeant omnia illa, quæ Dei oculos nō delectant. Auferte, ait, ista hinc. Quid nam dicret Christus Dñs, si ibi libidinosos oculos conspexisset? si detractores? An non flagello eos foras misisset, dicens: Foris canes, & omnis qui facit iniquitatē, in terra sanctorū iniquē gessit, non videbit gloriam Domini, loquitur Esaias. Et Assuerus; Etiam Reginam me præsentē vult opprimere in domo mea? Hoc minime ferendū profectō est. Maxima certē reuerentia ad templū nobis accedendum est. Solue calceamentum tuum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. Moyse dicitur: Inuolucra ergo pone omnium carnaliū

Apoc. 22.

Esa. 26.

Esai. 7.

Exod. 3.

cogita.

**Simile.**

cogitationum, cum templum ingrederis. Solent Reges, imò & iudices malefactores punire, sed non proprijs manibus, sed licitorum, sed carnificum: & ita etiam Dominus Angelorum bonorum, vel malorum opera, atque etiam hominũ industria improbos flagellat, & punit. Solum verò nouimus templi violatores manibus suis flagellasse, quo ostendit, summè offendi templi irreuerentia. Sicut si Rex suis manibus malefactorem puniret, summè ab illo offensum diceremus. Simul verò nos edocet, quo zelo moueatur, quo dolore afficiatur, cum in templo cordis nostri, quod illi potissimum est habitaculum, abominationes viderit vitiorum. Audi Apostolum: Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Ingredere ergo templũ cordis tui, & vide, quæ in eo sint, forsã tibi continget, quod

**1. Cor. 3.**

Ezechieli: ad quem Dominus: Fili hominis sode parietem, & ingredi, & vide abominationes pessimas. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete, in circuitu per totum. Nunc ergo inspicere cor tuum templũ Dei, & vide, quot vitia, atque peccata in eo picta sint, inspicere superbiam, auaritiam, luxuriam, imaginem bestiarum: vide abominationem stantem in loco sancto. Vidit Iudas, vt dicitur. 1. Mach.

**1. Mach. 4.**

4. sanctificationem desertam, altare prophanatum, portas exustas, & in atrijs virgulta nata, sicut in saltu, vel in montibus: & sciderunt vestimenta sua, & planxerunt planctu magno, & clamauerunt in cælum. Nunc ergo si in corde tuo similem videris stragem, si idola vitiorum erecta, si altare prophanatum, si virgulta vitiorum nata, sicut in Ethnicis, plange, clama in cælum, templum tuum emunda, mundem conscientias nostras ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti, & tunc iure dicemus: Zelus domus tuæ comedit me.

*Ascendit ergo Iesus Hierosolymam.* Tempus enim paschæ inhabitabat, & primum omnium in templum diuertit, vt pote in domum suam, ipse namq; domum illam sibi delegit. Quo etiam nos docet, Primum querendum nobis esse regnum Dei, & in domum Domini veniendum. Bis verò de templo cecit vendentes,

**A** dentes, & ementes, & numularios. Nunc initio prædicationis suæ: & in eius fine cum ramis exceptus est. Cum primum illud præstitit, mitius se habuit, quàm postea se habuerit: sed in vtroque diuina vsus est autoritate. Homo namque pauper, & humilis nequiquam posset tanta autoritate, ac maiestate multos homines exturbare de templo, nisi eis timorem incuteret, ostendens aliquid terribile in vultu suo ex diuina virtute procedens: ex quo factum est, vt nemo mutire ausus sit, sed è templo continuo exirent. In quo factò Christus Dominus ostendit suæ diuinitatis imperium eo modo, quo cum comprehenderetur, ostendit eandem, cum ad cohortem versus ait: Ego sum, quo solo verbo omnes inimicos prostrauit. Miraculo ergo tribuendum est hoc Christi factum?

**Ioan. 18.**

**B** Sed nõ immeritò hoc loco quæri potest, cur in his vitijs corrigendis non vsus sit verbis solis, sed & flagellum fecerit, quo expelleret de templo numularios, & reliquos vendentes, maxime nunc suæ prædicationis initio? Respondetur, cum Christus in mundum venit, inuenit hominum animos torpentes, ac sopitos, idè illos excitari oportuit aliquo mirabili, & insolito opere: vt sic excitati expectarent nouum aliquid, & inauditum. Hoc enim factò valde excitatæ sunt hominum mentes, vt eius audirent doctrinam, & quis ille esset, considerarent, sicut etiã ortum suum horribili infantium cede diulgauit, vt dormiens mundus euigilaret, & tempus aduentus Messiaæ adesse cognosceret. Cyril. lib. 2. cap. 29. aliam huius rei causam adfert: Hoc

**Cyrlus.**

**C** enim factò significauit Dominus, Iudæos ab Ecclesia reiciendos, & gentes admittendas. Chrysof. tertiam causam addit. Insigni, ait, factò se ostendit Dei, & templi zelatorem, vt deinceps non violator diceretur legis, si sabbatho curaret. Et hoc etiam factò ostendit Christus, abusus publicos omnino non tolerandos, sed eradicandos verbis duris, & factis etiam, verba enim sola parum proficere solent, vt inueterata vitia tollantur. Flagellum verò cum sit patris in filium, magistri in discipulũ, Domini in seruum, imperium ostendit, ac dominium, sic ergo imperio maximo in vitia prædicator esse debet. Hinc Paulus Tito, Hæc loquere, & exhortare, & argue cū omni imperio. Væ terræ, cum prælati, & prædicatores flagello carent, cum vitia non

**Chrysof.****Titum. 2.**

carpunt cum imperio. Sunt verò peccata aliqua omnino nõ ferenda, cõtra quæ flagello opus est. De qua re vide Dominicam in sexagesima super illud: Hæc dicens clamabat. Sed expendendum est verbum illud Ioannis: *Fecit quasi flagellum de funiculis.* Sed quid Christo cum funiculis? Multum per omnẽ modum. Audi, quid de Dauid Christi figura scriptura loquatur: Tulit Dauid frænum tributi de manu Philistijm, & percussit Moab, & mensus est eos funiculo cõæquans terræ. Mensus autem est Duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnũ ad viuificandũ. Quibusdam enim Moabitis vitam concessit Dauid, & misericordia in eos vsus fuit, quibus contigit funiculus vitæ, alios verò occidit, quibus cõtigit funiculus mortis. Hos verò funiculos glossa exponit duos esse procedẽdi modos, alterũ misericordiæ, iustitię alterũ. Eodem pacto Christus Dñs, cuius vniuersę vitæ misericordia, & veritas, duplici vtitur funiculo. Alter misericordiæ funiculus est, de quo per prophetã Oseam: In funiculis Adam trahã eos, in vinculis charitatis. Hi verò funiculi, quibus homines à Deo trahuntur, innumera eius beneficia sunt, quibus nos sibi deuinxit. Maximè verò in carnationis mysteriũ quo Deo maximè debitores sumus, eiquè ita deuincti, vt difficile vinculum hoc rumpatur. De quo forsã scriptum est: Funiculus dicitur triplex, quia vna persona cùm sit, tribus constat naturis, diuinitate, anima, & corpore, quæ Bernardus dicit, tria fata esse farinæ, quæ Maria commiscuit. Hoc funiculo triplici se ligatum putabat Paulus, vt solui nullo modo posset. Vnde ait: Quis nos separabit à charitate christi &c.

Simplici, non triplici funiculo ligatus erat Ioseph, cùm diceret: Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo sua, nec quicquam est, quod nõ in mea sit potestate, quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum? Si ergo omnes nos his funiculis ligati sumus, tum naturalibus, tum supernaturalibus donis, quatione peccare in Deum possumus?

Sed est alter Dei funiculus, ex quo flagellum efficitur, qui dicitur esse ad mortificandum, de quo loquitur Dominus. 4. Reg. 21. Et extendam super Hierusalem funiculum Samariæ, &

A delebo Hierusalem, sicut deleri solent tabulæ, delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciem eius. De eodem etiam stylo loquitur Hieremias: Cogitauit Dominus dissipare murũ filiæ Sion, tetendit funiculum suum, & non auertit manum suã à perditione. De hoc etiam loquitur Zachar. 11. Assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum, & paui gregem, misericordia enim, & supplicio gregem gubernat. Sic hodierna die facit flagellum ex funiculis, quod diuina vltio, in peccatores significatur, quæ in hac vita exercetur. Sed expendendum est verbum illud, quasi flagellum. Non simpliciter flagellum dicit, sed quasi, quod diminuit vim animaduersionis. Duplex namque Dei est vltio, atque in iniustos animaduersio. Altera in vita futura, & illa durissima est, vt pote æterna, & summis cruciatibus exercenda. Altera verò in hac vita, & hæc misericordia plena est, de qua Iob. 35. Nunc enim nõ infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde. Quasi dicat, est tunc, & est nunc: tunc ad futurum pertinet sæculum, nunc verò ad præsens. Tunc furorem infert, quem petebat sibi non inferri Psalm. Domine ne in furore tuo arguas me, tunc vlciscitur scelus valde. An non valde magna vltio est, pro momentaneo delicto æternus cruciatus? Nunc verò parum castigat, vltio nem nunc patris exhibet, tunc verò iudicis iusti exhibebit, idẽ modo quasi flagellum manu tenet. Audi vtrumque flagellum. 3. Reg. 12. ait Roboam populo: Pater meus posuit super vos iugum graue: ego autem addam super iugum vestrum. Pater meus cædit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. Qui ergo cruciatibus huius vitæ non resipiscunt, durissima expectent flagella scorpionum. Qui suauē iugum Christi detrectant, durissimum, & ferreum sustinebunt.

Sed postquam Iudæi viderunt, Christum eiecisse videntes, & numularios de tẽplo, cùm factum calumniari nõ possent, re darguere Christũ volunt, quod ad illud potestatem nõ habeat, licet enim malefactores puniendi sint, sed ab habente potestatem puniendi sunt. Hinc ei dicunt, *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?* Quasi dicat: Dicis domũ hæc patris tui domũ cæte, atq; adeo tuã, & quasi domũ propriã intras, & ex ea pellis, quos ysis, ostẽde signo aliquo, te Deifiliũ, & potestatem habere hæc

2. Reg. 8.

Osee. 11.

Eccles. 4.

Bernard.

Rom. 8.

Genes. 39.

4. Reg. 21.

Thren. 2.

Zach. 11.

Iob. 35.

Psalm. 37.

3. Reg. 12.

faciendi, quibus Christus respondet. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* His verbis id ipsum eis dixit, quod postea Ioan. 8. Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Ad eundem modum nunc ait, crucifigetur me, & ego suscitabo me ipsum, & in morte mea, & resurrectione talia signa præstabo, vt cognoscatis me Deum esse, atque adeo potestatem habere, è domo mea pellendi, quos ea indignos iudico. Quod verò ait: Soluite, non est verbum præcipientis, vt occidant, vt ait Cyrilus, sed præscientis, & permittentis. Ac si diceret, Scio, vos occisuros me, occidite, sed post tres dies, excitabo me, & hoc erit signum diuinæ meæ potestatis, qua hæc facio. Iterum verò Iudæis signum petentibus idem signum dedit, quod signum Ione vocauit, Athanasius in oratione contra Arrianos, comminatoria dicit hæc verba esse, quibus ruinam minatur Iudæorum. Vt sit sensus: Soluite templum hoc, id est, vos studebitis soluere templum corporis mei per mortem, vt conseruetis hoc materiale templum vestrum, occidetis veritatem, vt conseruetis vmbra, sed inanes erunt vestri conatus, & in vestrum conuertentur caput. Ego excitabo templum corporis mei tribus diebus, & tunc vestrum soluetur, & destruetur, nam veritate præsentem vmbra cessabit. Conuertuntur isti, quod eijciantur de templo, & quærunt, in qua potestate id faciat, peiora patientur, cùm Christus suum corpus excitabit, quia tunc illi occidentur, & templum funditus euertetur.

Sed dubium est, cùm Christus plura alia signa suæ diuinitatis, ac potestatis Iudæis dederit, cur potissimum mortem & resurrectionem suam eis futurum signum prædicat? Respondetur, licet plura alia dederit signa, sed potissima data sunt in Christi morte, & resurrectione, quando multi ex Iudæis conuersi sunt, vt patet Matth. vigesimo septimo, & Actorum. 2. 4. & 5. illa tunc exhibita signa plures ad Christum traxerunt, quam alia omnia. Ex his verò, quæ dicta sunt, aliqua in nostram ædificationem sunt adnotanda. Ex quibus illud primum sit, vt hi Christum suscipiant, & manifestum virtutis opus probent, signa petunt, vt pseudochristos recipiant, signa nulla quærunt. Sic tu, vt Christum sequaris, vt virtutis viam ingrediaris,

Ioan. 18.

Cyrilus.

Matth. 12.

Athanasius:

Matth. 27.

Act. 2. 3. 4. 5

A signa, & miracula velles, vt te, scilicet, Deus promoueret, vt Paulum, aut Magdalenam, contra verò vt mundum diligas, vt quæ illius sunt, sequaris, nullum, vel leuissimum signum quæraris. Contra verò sancti vt honores, ac dignitates ascenderent, miracula, signaque volebant. Sic Gregorius vt Pontifex fieret. Vt ergo virtutis viam teneas, signa nulla petas, vt verò quæ mundi sunt, sequaris, vt honores admittas, prius signa quære diuinæ voluntatis.

Secundum verò ex dictis colligendum illud est, inter omnia Dei signa, præcipuum signum nobis sit Christi mors, & resurrectio, & postquam hoc nobis exhibitum est, nullum iam petendum restat. Quidam signa petunt, vt Deo inhereant, putantes se fame consumendos, si virtutem colant, atque adeo diuinum aliquod erga se miraculum videre vellent, quo securi redderentur, nunquam eis Deum defuturum. Interrogata meretrice, ab vsurario, à latrone, qua ratione turpia lucra fectentur, dicent: Fame peream, si hoc non egero: da tu mihi cibum miraculose, & Christum sequar. An non ad hos merito Sapiens loquitur: Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Putas ne, Deum durum esse, auarum, & austerum? Et inimicum pascit, & amicum derelinquet? An non audisti: Non vidi iustum derelictum? Sed si huius rei signum certissimum quæraris, audi supremum signum, Christi mortem, & resurrectionem, qui tui causa mortuus est, qui tibi sanguinem dedit, cibum negabit? Qui pro te surrexit, & vitæ immortalis tibi semitam aperuit, & immensa in celo bona promisit, temporalia negabit? Si amicus tibi sanguinem condonauit, si substantiam omnem suam tibi donauit, an non signa amoris exhibuit?

B An in minimis tibi deesse poterit? Sit tibi ergo satis hoc signum, quo maius nullum excogitare vales.

Maxima signa illo paschate à Christo Domino perfecta sunt, propter quæ, Multi crediderunt in eum: ipse uerò non credebat semetipsum eis, quia sciebat, quid esset in homine. Id est, non committebat semetipsum eis, non fidebat eis, vt secure cum eis versaretur, sicut cum discipulis, & maiora, & occultiora mysteria non eis reuelabat, sciebat eos inconstantes, & facile à phariseis moueri posse. Ideo licet ad eum accederent, nolebat eos sibi

Sapi. 1.

Psal. 36.

comites adhibere, nec esse arcanorum conscios. Vellet nunc A quisque fidelium, cum ad Deum accedit, continuo ab eo in se cretissima quæque recipi, & in summam familiaritatem admit ti. Sed Deus non omnibus se credit ad eum accedentibus. Qui- bus ergo? Certe probatis amicis, his se credit, his se libenter ad- iungit, his arcana reuelat. Audi Sapientem: Si possides amicū, in tentatione posside illum, id est, priusquam te totum amico tradas, tenta illum, ne forte subfannet te. Prius ergo suos Deus probat, & qui in tentatione fidelis inuentus est, felix omnino euadet, quia Deus ei se credit. Audi probantem Deum amicos suos. Iudit. octauo. Memores esse debent, quomodo paterno- ster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes proba- tus, Dei amicus effectus est. Sic Israel, sic Iacob, sic Moyses, & omnes, qui placuerunt Deo per multas tribulationes transie- runt fideles. Illi verò qui tentationes suas nō susceperunt cum timore Domini, exterminati sunt, illi Christo amici probati sunt, ad quos ait: Vos estis, qui permanistis mecum in tentatio nibus meis, illis ipse se credebat. Sicut ergo Rex ministrum ten- tat, an fidelis sit, & cum fidelem inuenit, omnia ei fidit, sic Christus Dominus tentat suos. Proba me Domine, & teta me, loquitur Psalm. probat verò tribulatione, an in ea sis constans, tentatione, an eam superes, detractioe, an eā despicias. Quod si fidelis fueris, audies, Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo ti

Eccles. 6.

Iud. 8.

Luc. 22. Simile

Psal. 25.

Apoc. 3. Sap. 3.

li coronam vitæ. Et iterum: Quoniam Deus tetauit eos, & inuenit eos dignos se, probauit eos quasi au- rum, quod igne non deficit, & in- uenti sunt Deo dig- ni, &c.

Feria

Feria Quarta post Dominicā Quartam Quadrages.

Præteriens Iesus vidit cæcum à Natiuitate &c.

Ioan. 9.



B

Odie Dei gloria ostenditur, sicut Christus Domi nus ait: Sed vt manifestentur opera Dei in illo. Et hæc gloria mirabilis planè in literæ cortice appa- ret, cum à sæculo non sit auditum, quod aperuerit quis oculos cæci nati. Sed multò mirabilior, atque gloriosior apparet in eo, quod interius latet, ac significatur, ocu- los, scilicet, mudo per Christū, redditos, cū cæcus esset à natiui- tate. Condidit initio Deus hominē videntē, optimis præditum oculis, quibus naturalia cuncta cognosceret, insupe r Deū ipsū, inuidia motus est in eū dæmon, eū decepit, suadens in oculis il- lius albuginē, & cataractas esse, quibus cernere impediabatur, dixitque has tollendas esu ligni vetiti. Aperiētur, inquit, oculi vestri. Quod verò ex ea medela, ac medicamine homini proue nit, fuit, vt peccati nubes oculis eius superinduceretur, qua cæ- cus, & in tenebris relictus est. Infirmas illa capitis fuit trāsmis- sa in posteros. Omnes ergo Adæ filij cæci nascimur filij iræ, sine fidei, & graciæ lumine: factusq; mundus est populus qui habi- tabat in tenebris. Misera profecto respublica, in qua omnes cæ- ci essent. Ambulabunt vt cæci, ait propheta, qui à Domino pec- cauerunt. Hinc omnes palpantes in meridie erant, & alij Iouē, alij Mercurium Deum putabant. Morum verò cæcitatem quis dicat? Ex his, quæ postea dicemus tenebris, quæ sunt in omni peccatore etiam fidem habente, colliges, quales erāt in his, qui etiam fide carebant.

Gene. 3.

Sopho. 1.

C

Sed quod remediū malis tantis? Præteriens Iesus vidit cecū à natiuitate, exiuit modo de templo Iesus Christus, & præte- riens vidit hunc cæcum. Sic exiuit de sinu patris, & venit in

Matth. 4.

**Luce. 1.** mundum illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent. Exiit à patre, & venit in mundum, & præteriens quasi viator pertransiit miserias nostras, factus lux illuminans omnes homines: & hoc fecit, expuens in terram. Salua diuinam sapientiam significat: Ego ex ore altissimi processi, terra humanitatem. Factum est ergo nobis cæcitatibus remedium, cum verbum caro factum est. Nec solum hoc vnguentum factum nobis est, sed toti mundo: applicatur tamen fidelibus solum, vt dicere possimus, quod cæcus iste, lutum posuit mihi, & video. Per sacramenta enim regenerati sumus, in aquis Siloe visum recepimus, fidem, & gratiam. Sed quanti hoc beneficium à nobis est habendum? Verè non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Hoc est beneficium illud Israeli collatum Exod. decimo. Quod cum in vniuersa Aegypto palpabiles essent tenebræ, vbicunque habitabant filij Israel, lux erat. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, super te autem oriatur Dominus lux tua. Extra Ecclesiam vniuersa tenebræ sunt. Quàm lætus hic cæcus esset lumine recepto, & inspecto hoc vniuerso? quã lætus Christianus, qui hoc lumine cœlesti illustratus, à cæcitate liber factus est. **Ephes. 5.** Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Fructus autem lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo, & primæ Thessal. quinto. Omnes vos filij lucis estis, & filij diei, non sumus noctis, neque tenebrarum: igitur non dormiamus, sicut & cæteri, sed vigilemus, & sobrii simus. Qui hac luce caret, & cæcus natus est, aliquam potest prætereundam excusationem, si in tenebris vitam agat, at fidelis, qua ratione, aut excusatione se tueri poterit, qui hac luce accepta, iterum in cæcitate redit? qui infinita, & æterna bona vidit, ea verò despicit, & stercore hirundinis iterum cæcus redditur, vt Tobias minima re, caduca, ac peritura, quæ stercus est? Omnia, ait Paul. arbitror vt stercora, vel sensualis delectatione: vt Sampson à Dalila infirmus factus est, & tandem oculis orbarus: hoc omnino mirandum.

Curat omnino dæmon hominem excæcare, si nõ fidem tollendo, saltem considerationem illius, prudentiam, sanamque

*mea-*

**Amentem.** Quomodo enim hominem tenere posset, ni eum excæcasset, vt mala sua non videret? Sed ais: Ego video, cæcus nõ sum. Audi Ioannem: Dicis, quia diues sum, & nullius ego, cū sis pauper, miser, ac miserabilis, cæcus, & nudus. Vis nosse te cæcum esse? corpus nimium curas animam negligis, quæ tanto potior est, vitæ miseræ, & breui sic prospicis, æternæ abluisceris? An non hæc palpabiles Aegypti tenebræ? Insuper, dat tibi dæmon ferrum, dicens, Hoc aurum est, tu quasi aurum capis. An non cæcus es? Quoties te decepit dæmon, dicens, En rem pretiosissimam, & tamen vilissimam est? Quoties te deiecis in foueam, via publica gradens? Quomodo ergo dicis, videns sum? Fouea est profunda os meretricis, cui iratus est Dominus, incidet in eam: tam profunda fouea est, vt vsque ad inferos penetret. **Quoties Deus euaginavit gladium contra te, vt aduerteretur via tua, vt in Balaam, nec tu id vides, & dicis, cæcus non sum. Qui gladium inimici gutturi suo applicitum habet, quo iuguletur, & ei conuiciatur, an videt? Ait Deus tuus: Nisi cõuersi fueritis, gladium suum vibrabit &c. & tu eum offendis, & dicis, video? Nõ vides innumera arma inimicorum, quibus perpetuò confoderis. Vidisti mulierem, concupisti, transfixum est cor tuum. Vidisti inimicum, odisti, vulneratus corde es: quia qui non diligit, manet in morte. Vindictam sumpisti, & coram hominibus gloriam inimici tui abstulisti, tu verò amisisti gloriam, quæ à solo Deo est: quomodo ergo dicis, video, oculis præditus sum? quomodo dices, sapiens sum?**

Sed aduertenda maximè est cæcitas alia nobis à natura insita, qua cū nati sumus, docent philosophi, hoc interesse inter volūtate, ac intellectum, quod voluntas fertur sua actione ad res, quas diligit, intellectus verò vt nobilior res intellectas trahit ad se per species intelligibiles. Ex quo sequitur, res, quæ in intellectu sunt, cū ad illum veniunt, proportionari ipsi intellectui, sicut aqua vasa recipienti eam, hinc fit, res inferiores ab intellectu, cū ipsi intrant, eleuari super id, quod natura sua sunt. Hinc ait Arist. La pis melius est in intellectu, quàm in se ipso: quia in se est materialiter, in intellectu verò spiritualiter per speciem intelligibilem. Res verò quæ altiores sunt intellectu, vt illum intrent, descendere debent, multumque perfectionis suæ occultare: quoniã intellectui

N n s debent

*Apo. 3.*

*Prover. 23.*

*Num. 22.*

*Simile.*

*Psal. 7.*

*1. Ioan. 3.*

*Aristot.*

debet proportionari, qui inferior est, itaq; quod addit perfectionis intellectus rebus se inferioribus, eas eleuās, hoc admittit superioribus, eas deprimēs. Hinc prouenit, quod mirè pōderat Greg. in homil. Antequā rem terrenā, & caducā haberes, summo eā in pretio habuisti, summè desiderasti, quia intellectus eā eleuauerat. At cū eam adeptus es, despicias, & cito fastidis, & vides, nō esse tantū bonū, quantū ante tibi apparuerat, quia eā vt in se est, iā tenes, & gustas, in se verò inferior multo est, quā cogitaueras. In spiritualibus verò cōtra cōtingit. Depresserat eas intellectus, idē nō tātas credebas esse, nec eas obnixè desiderabas, sed cū eas experiris, multò pretiosiores vides, quā putaueras, quia eis ipsis frueris, vt in se sunt, & tunc illud accidit: Qui edūt me, adhuc esuriēt, & qui bibūt me, adhuc sitient. Vnum hoc tibi ego vellē persuadere. Multa audisti de virtutis dulcedine, de cōlesti delectatione, de qua re innumera Psal. an non curares, vel curiositate ductus, hęc aliquando, probare, & tentare, an ita se habeant? Si modo tibi dicerē: Immēsus est thesaurus in agro, vel monstrū non visum, illuc accederes curiositate motus. An nō hic simile perages? Gustate, & videte, quoniam suauis est Dñs. Sed ais: Quomodo id probare potero? quomodo gustare, & tentare, an suauis sit, & dulcis virtutis via? Respōdeo, saltem per hebdomadā ab omnibus alijs te expedire cura, & soli Deo, & saluti animę tuę vaca: omnino te Deo trade, Deū semper in mēte habe: ei omnino placere stude, & tenta, ac proba viam istā, qualis sit, quod si eā nō videris multis partibus meliorē, eā relinque. Hęc est probatio illa Dan. i. Tēta nos obsecro seruos tuos diebus decē, & dentur nobis legumina advescēdū, & aqua ad bibendū, & contēplare vultus nostros, & vultus puerorū, qui vescuntur cibo regio, & sicut videris, facies cū seruis tuis. Sed quo tandē deueniet probatio ista? Post dies autem decē apparuerūt vultus eorū meliores, & corpulētiores prę omnibus pueris qui vescebātur cibo regio. Hoc sine dubio tu inuenies. Quē enim saporē panis habeat, nisi panis? Caro nisi carnis? Et Deus ergo Dei saporē habebit, Dei dulcedinē, verē super mel ori meo. Cæco visus restituetur terra, & saliuā Christi. Terra à lōge cōspecta te cęcauit, terra tibi admota vidētē faciat. Nimiū desiderasti rē aliquā tēporalē, putās summā ei inesse dulcedi,

Grego.

Eccles. 24.

Psal. 33.

Dan. i.

Acedinē, adeptus rē illā es, nec id reperisti, quod putaueras. Idem cogitatibi in alijs omnib<sup>9</sup> caducis futuri. Saliuā verò, ait Greg. significat saporē internæ contēplationis: admoue oculis saliuā istā, experire spiritualia exercitia, te illis trade, & cæcitas pellitur à te. Quis est homo, qui vult vitā, diligit dies videre bonos? diuerte à malo, & fac bonū, inquire pacē, & persequere eā, quia oculi Dñi super iustos. An nō cōsiderāda verba illa, quis est homo, qui vult vitā, diligit dies videre bonos? Quis nūc voce præconis hęc clamarēt per vias publicas, an nō omnes dicerēt: Ego vitā volo, dies bonos desidero. Sed audi, quomodo id assequi possis: Diuerte à malo, & fac bonū, in Dei via hęc inuenies, nō in carnis, & mūdi, hoc attēde, hoc experire, & visū recuberabis.

Sed sigillatim expēdamus, quæ in huius cæci curatione facta sunt, vt nostra simul videre possimus. Præterit̄s Iesus. Pertrā sibat Iesus, magna verò transiens operatur. Sic enim cæco, qui erat iuxta Hierico visum restituit, præterit̄s viā. Sic Petrum, & Andrēā, Iacobū, & Ioannē vocat ambulans. Sic etiā Mattheum cū peruenisset Iesus ad locū, qui pertransijt benefaciendo, & sando omnes, vt intelligas præterire Christū Dñm, si te vocat, ideo cōtinuò accede, ne omnino pertranscat. Est tibi nūc diuina inspiratio: audis concionē, vidisti amicū mori, transit Deus, respōde ei, ne tibi cōtingat, quod spōsæ, quæ cōtinuo spōso aperire noluit, cū postea surrexit, ait, at ille declinauerat, atq; pertransierat. Sic etiā contigit Israeli. Noluit cōtinuo pugnare cū philistæis, postea 40. annis laborauit, antequam terram ingrederetur, quā statim ingredi potuissent. Vide, ne te prætereat occasio, quam antiqui pingebāt plurimis capillis in parte anteriori, nullis verò in occipite. Qui obthurat aures suas, ne audiat legē ipse clamabit, & nō exauditur, ait Sapiens, vocat te Deustus, cur nō respōdes? Hodie, ais, nō possum, cras minus poteris: Hodie teneris fure, cras ferro: nec satis tibi sit aures præstare vocibus diuinis, nec bene cæpisse, sed rē ad exitū perducere opus est, qui enim lapidē leuare cæperit, nihil efficit, laborē, & impensam perdet, nisi omnino rē perficiat. Accede ergo ad Christū prætereuntē, vt à cęcitate liber sis, nec occasionē prætermittas.

Intuitus Christus cæcū est attentē, vt discipuli interrogarēt: Quis peccauit hic, an patres eius, ut cæcus nasceretur? Id est, cæcus

hic

Grego.

Psal. 33.

Luc. 18.

Matth. 4.

Matth. 9.

Cantic. 5.

Numer. 14.

Prouer. 21.

Simile.

hic natus est propter originis peccatū, vel propter parentū peccata? Aliquādo enim calamitates Deus immittit propter peccata. *Psal. 38.* Propter iniquitatē corripuisti hominē, & tabescere fecisti, sicut araneā animā eius. Et *Gen. 4.* Nōne si bene egeris, recipies. Si autē malē, statim in foribus peccatū tuū aderit. Si propter peccata te Deus punit, maxima est misericordia: etiā si furca suspēdaris, gratias age ei, quā cū infernū mereris, minori supplicio cōtētus es. Sicut gratias agit Saul Dauidi, abscindētī orā chlamydis, cū potuerit abscindere caput, idquē cōmeritus esset Saul. Aliquando verò, ut vberior tibi sit materia meriti, ut Iob sanctissimo, aliquando verò alia occulta causa est, volūtas, scilicet, diuina: & eius gloria, ut huic contigit cæco. De qua re *Iob. 9.* In turbine cōteret me, & multiplicabit flagella mea etiā sine causa. Cū te videris tribulari, si perquiras, multas inuenies causas: quia peccasti, & ut plus tibi sit meriti, & ut ab amore vitæ huius abstraharis. Sed quando alia non esset præter volūtatē diuinā, & gloriam eius, hæc satis est. An non leoni obijcitur canis, vel taurus dilaniandus, ut principi spectaculū præbeatur? Quando tu dilaniandus esses, ut Deo spectaculū fieres, hæc causa sufficientissima est, ut subeas, & perpetiaris dolores.

*Me oportet operari opera eius, qui misit me.* Fidelis profecto minister, fidelis filius, qui operatur opera patris sui. Sed te inter rogo quæ tu opera operaris? Misit te Deus in hūc mūdum, ad quid, nū vt diues sis? nū vt potēs? Absit. Si hæc opera operaris, non Dei filiū te præstas, sed dēmonis. Diuersitates officiorū, & occupationē Israelitarū aliquādo scriptura cōmemorat dicens: *Hi, & illi occupabātur in texēdis linteis sanctuarii, illi in conficiēdis vasis illius, illi in cōponēdis diuinis laudibus, illi in eis decātādis.* Occupatio filiorū Dei est in diuinis operibus, filiorū huius sæculi in operibus luti, & lateris, ut Pharao præcipiebat occupari Israel. Quod erat Christi opus? Operabatur salutē nostrā, ad quā missus est. Tu salutē tuā similiter operare, cogita, ad quid te miserit Deus. Nū vanē in hūc mūdū veni? *Psal. 38.* Nunquid vanē cōstituisti omnes filios hominū. Cū omnia agāt intētionē finis, Hoc maxime præstare debet homo, qui sūmo cōditus est cōsilio. Nō te fecit Deus, ut pecudū more caducis reb' intēdas, sed sicut Angelū cōdidit in beatitudinē, sicut hominē, sicut

*Psal. 38.*  
*Genes. 4.*

*2. Reg. 24.*

*Iob. 9.*

*Amile.*

*Exo. 35. 36.*  
*2. Par. 6. 9.*

*Psal. 38.*

**A** Angelo datum est vnum instās, in quo illam mereretur: sic homini concessa est vita instar puncti ad eam promerendam. An huic operi incumbis? Si hoc non agis, nihil agis.

*Donec dies est: uenit nox, quādo nemo poterit operari.* Dies enim tempus est operis hominis. Ortus est sol, & c. exiit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Priuationes ait Arist. cognoscuntur per habitus, nox per diem. Dies Christi vita eius fuit, in qua laborauit, & sibi meruit accidentalem gloriam, nobis omnem gratiam, & gloriam. Hoc die elapso venit illi nox, in qua quiescit, nec laborat, nec meretur. Similiter nobis est dies, & nox, dies vita præfens, in qua nobis laborandum est, & merendum, veniet aliud sæculum, quo nullum est meritum, nec demeritum, idē ad *Galat. 6.* Dum tempus habemus, opremur bonum ad omnes, veniet enim tempus, de quo **B** dicitur, *A modo iā dicit spiritus, ut requiescāt à laboribus suis.*

Ratio verò huius est, quia opera nostra sunt meritoria ex diuina acceptatione, qua cessante nullum est meritum. Quemadmodum cum Rex concedit alicui oppido nundinas ab omni tributo liberas per decem dies, illis elapsis cessant nundinæ. Vita præfens nundinæ sunt, quibus venditur æterna gloria. Modo voce præconis dicitur omnibus: Venite, emite absque argēto, & absque vlla commutatione vinum, & lac, & qui sitit, veniat ad me, & bibat. Sed si hoc tempus elabatur, non datur gloriam mercari. Ideo querite Dominum, dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est. Breuissimum nobis concessum est tempus: iam dicitur dies vna, iam hora vna, iam *Iob. 10.* instar puncti, ne ergo illud in vanum elabi permittamus. Si cui Rex diceret: *Dono tibi hanc ciuitatem, sed hac lege eam tibi dono, si intra horam priuilegium, & donationem scribas, ut ego subscribam, post horam namque ego discedo: quanta cura, ac sollicitudine hic curaret scribi donationē istam, quomodo se ab alijs abstineret per horam illam? Quomodo ergo tu negligis salutis tuæ donationem scribere, quæ tanto potiori loco habenda tibi esset?*

*Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.* Si Deus de se nō loquitur, nullus eum agnosceret, vnū è duobus elige, vel audire Deū loquētem de se, vel Deo carere. Si autem Deus de se loquatur, non potest nisi magna loqui. Nec illud iactantia est, sicut in te esset,

*Psal. 102.*

*Arist.*

*Gal. 6.*

*Apoc. 14.*

*Simile.*

*Eesai. 55.*

*Ioan. 7.*

*Eesai 55.*

*Iob. 10.*

*Simile.*



esset, quia Deus aliter non potest loqui, nisi dicat infinita, quæ in eo bona sunt, et quæ illo indigeamus. Quid mundus ante Christum? tenebræ Aegypti, cæcitas immensa. Tres præcipui populi erant. Romani colentes honoræ, de quibus Aug. 20. de Ciuitate. Propter honoræ viuere cupiebant, & propter gloriâ mori noti mebat. Hac ratione bella cõficiabant, triûphos præstabant, edificia erigebant. Alter populus Græcorum deditus omni curiositate scientiarum. Alter populus Iudæorum, omnino auaritiæ seruebat. A maiori ad minorem omnes student auaritiæ. Venit Christus in mundum, & quasi alter Sampson columnas quatit, & templum mundi diruit. Quis audiret eum dicentem: Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei? En hoc verbo deiecit diuitias, sed quale hoc verbum his, qui enixè amant, & querunt diuitias? Nascitur, viuunt, moriturque pauper. Similiter non querit gloriam suam, sed sicut super eum stupuerunt multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Esai. 52. proponitur mundo Christus pauper, & sine gloria mundi, continuo videres despici imperia, regna, diuitias, & cæperunt hominibus grata esse martyria, paupertas, crux, & prædicante Paulo Athenis libros curiosos cõburunt. En Christum lucem mundi, en mundi idola prostrata, diuitias, scilicet, honorem, & scientiâ. Cum enim mundus vidit hæc à Christo despecta, ipsi similiter ea despexit. Sed apparet manifeste id aduentum mundo fuisse, non innatum, citò enim hoc disparuit, quasi calor aquæ ab igne effectus. Fuit lux Christus, sed lux fulguris, citò abscondita. Floruit aliquo tempore humilitas, paupertas: Sed iam vbi hæc sunt? Plus honores affectamus, quàm Romani: plus diuitias congregamus, quàm Iudæi: plus iudicio nostro fidimus, quàm Græci. Iudæus diligebat pecunias, non honoræ. Romanus honorem, non diuitias. Sic quidam eorum ait: Ego nolo thesauros hos, sed imperare habentibus eos. Sed modo in corde Christiani videbis Romanorum, & Iudæorum tenebras, amorem honoris, ac diuitiarum. Quis iam diuitias contemnit? quis honores abiecit? quis crucem sequitur? Verè cæci sumus non videntes æterna.

Sed ais: Omnes ergo esse debemus pauperes, & abieci? O miser esto tu pauper, & humilis, non deerunt, qui sint superbi, ac diuit-

Aug. 20.

Iere. 6.  
11. 16.

Matt. 5.

Esai. 52.

Act. 19.

Valerius  
Maximus.

**A** diuites, relinque diuitias, non deerit, qui capiat eas: esto tu videns, ac prudens, non deerit, qui cæcus sit. O miserum cor, & omnino cæcum, qui captus est diuitijs, & honoribus? Vis te agnoscere captiuum. Esaiæ quinto: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrum peccatum. Quid obsecro sunt tot superflue vestes? tot suppellectilia? tot labores, vt substantiam acquiras? An non hæc peccata sunt quæ post te trahis? Quomodo hæc trahis? Dicis: Non consulam honori meo, æstimationi meæ? En funiculum vanitatis, quo innumera peccata trahis. Emitte Domine lucem tuam, & veritatem tuam. En luc. Lux ait, sum mundi. Christus in cruce lux est meridiana, ostendens, à te omnia despicienda, quæ mundi sunt. Dubitas, quomodo me induam, quomodo conuersabor, quomodo māducabo? Aspice lucem Christum illum sequere.

**B** Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.

*Hæc cum dixisset, expuit in terram, fecit lutum, &c.* Sed quid homini cum luto? Multum per omnem modum. An non ex luto factus homo est? Vasa enim præciose ex luto fecit: quia enim condidit hominem, vt ruinas repararet angelicas, eum humiliare studuit, idè ex luto eum condidit. Sed quid luto cum visu? Excecat enim illum: quomodo ergo luto visum dat Christus? Respondetur, primo incarnationis mysterium in eo luto significatur, vt diximus. Secundo experientia mūdānorum, & cælestium, vt dictum est. Tertio quia fides illuminat, sed fides illuminat excecatando: quia fides est assensus certus, sed ineuidens, in-  
**C**struit intellectum, sed captiuans illum. Cant. sexto. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Quasi dicat, non me videbis, si inspexeris. Idè Dominus ad Moysen: In caligine nobis veniam ad te, & Eliè dicitur, Egredere & sta in monte coram Domino. Ecce Dominus transit, cumque venisset in sibi lo aure tenuis, operuit vultum suum pallio. Quid amplius faceret, ne videret, quàm vultum operire? Sed sic nunc videndus? Deus à nobis est. Est enim fides argumentum non apparentium. Et Esai. 6. Duabus alis velabant Seraphim faciem, Velata enim facie Deus à nobis videtur. In his ergo quæ fidei sunt, vela facie tuam: noli videre nunc, sed crede, aliquando videbis faciem ad faciem. Nunc omni tentationi dic, credo, licet non videam. Quarto luto

Esai. 5.

Genes. 2.

Cantic. 6.

Exod. 19.

3. Reg. 19.

Hebr. 11.

Esai. 6.

luto visum restituit, quia sepe Deus nostræ salutis consulit ijs rebus, quibus nos putamus perdendos esse. Tollit à te Deus substantiam, maritum, & filios, & te perdi credis: successu temporis videbis ea via salutem animæ tibi parari. Sic 4. Reg. 2. aquas sale Elifeus dulces reddit, & Esai. 38. Ezechia vlcus massa ficom sanat, quæ medicina erat infirmitati contraria. Huiusmodi sunt Dei medicamenta, contraria voluntati nostræ, carni molesta, humanæ prudentiæ aduersa. Quis crederet à Deo eleuandû Ioseph, cum venditus esset, & in carcerem detrusus? Sed ea arte eum Deus in sublime sustulit. Sic ergo tribulatione te Deus curat, ne ergo deficias, cum ab eo corripis. Claudis luto oculos eius, claude tu oculos, ne fortè eruantur tibi. Sicut contigit Sedechiæ, qui noluit oculos claudere, & misit Deus Regem Babylonis, qui eos erueret. Noluerunt filiæ Sion cultum, & ornatum moderari, licèt de hoc monuerint eas prophete, nisi ad eas inimici sunt, qui eas decaluarent, & cilicio induerent, & vt in aures tollerent, aures euellerent, & vt annulos eruerent, digitos tollerèt. Melius multò tibi erit, oculos mortificari, quàm erui, corpus affligi, quàm in ignem tradi.

4. Reg. 2.  
Esai. 38.

Gen. 40.

4. Reg. 25.  
Esai. 3.

Epiphanius

Vade ad natatoria Siloe, id est, missus. Epiphanius lib. de vita, & interitu prophetarum ait, cum Esaias serra diuidendus esset, sistrisse, & à Deo aquam postulasse, Deus verò miraculo ei fontè dedit, qui inde prodijt, à quo fonte procedunt hæ piscinæ, quæ dicuntur natatoria Siloe ad radices môtis Sion. Hic verò fons Christum significat, qui missus dicitur per antonomasiam. Eius verò piscinæ in quas aqua eius fluit, sacramenta sunt, & doctrina illius, in quibus cæco lumen redditur. In baptismo lumen si dei, & gratiæ recipimus, in reliquis sacramentis similiter gratia Christi participatur. Hunc verò fontem contemptum conqueritur Esai. 8. Pro eo quod abiicit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes. Quia enim Christum repulerunt adduxit Dominus super eos Romanos, qui eos vastauerunt. Nobis verò si mile quid timendum est. It nunc cû silentio Christi aqua, & doctrina ei⁹ deriuatur ad te, venit ad te, rogat te, mansuetudine venientes, quæ possunt saluare animam tuam. Veniet aliquâ do

Esai. 8.

A do tanquam aqua fluminis fortis obruens te, condemnansq; in iudicio, cum implebitur illud: Fluuus igneus, rapidusq; egrediebatur de ore eius. Dani. 7. Mansuetus nunc, & agnus Christ⁹ est: tûc leo terribilis apparebit. Accede ergo ad aquas istas, quæ vadunt cum silentio, vt ere eis, ne pereas.

Dan. 7.

Abijt ille, lauit, & uidit. Notanda obediētia cæci huius. Imitatus non est superbum Naaman indignantem, & nolentem in aquis lauari Iordanis. Sed similis Abrahæ factus, qui Dei præcepto exiuit nesciens, quo iret. Qua ergo Dij monstrant eundem, antiqui dixerunt? Licèt nos ratio lateat eorum, quæ à Deo præcipiuntur, acquiesce Deo, ait amicus Iob, & pacem habeto, & per hæc habebis fructus optimos.

Hebr. 11.

Iob. 22.

B Alij dicebant; Quia hic est, alij, non. Tâta enim fit hominis mutatio per gratiam, vt non idem videatur. Vngitur Saul, & mutatus est in virum alterum. Sic homo gratia accepta fit noua creatura. Vetera transferunt: hæc mutatio dexteræ excelsi. Qui mutari se non sentit in Sacramentis, timeat, ne fortè nõ sit inunctus: fit enim in iustificatione, de terra, cælû; de bruto Angelus: de filio dæmonis filius Dei. De stercore eleuat pauperem, vt sedeat cum principibus. Beatus Ambrosius in libro 2. de penitētia memoriæ prodidit, fuisse iuuenem peccatorem, qui meretrici adhærebat. Hic à Deo afflatus penitentiã egit: sed vt illam perfectam faceret, in aliud oppidum migravit, vt nulla ipsi adesset occasio retrocedendi. Cùmque se iam fortè videret, & oporteret ipsum ad priorem ciuitatē redire, in eam remeavit; & offendit mulierculam illam, cui prius adhæserat. Illa intuita illum est, ille verò quasi eam non agnosceret, pertransibat. Cui illa; Ego sum illa, quam habuisti; cui ille: Ego iam non sum ille, qui prius fui. Hic verè penituerat, qui in alterû mutatus fuerat.

1. Reg. 10.

Psal. 76.

1. Reg. 2.

Ambros.

Exemplum.

C Et cæcus ait: Ego sum, qui fui cæcus, qui mendicus. Quando te laudari videris, quando magni haberi, dic intra te: Ego sum, qui cæcus, qui miser, qui peccator fui. Gene. 20. quando Abimelec dimisit Saram vxorem Abrahæ, ait illi: Memento te fuisse deprehensam, recordare, quod captiua fueris. Sic tu recordare semper te fuisse peccatorem. Sic Paulus: Quorum primus ego sum. Sic Psalm. Cogitavi dies antiquos, cum me

Genes. 20.

1. Tim. 1.

Psal. 76.

Psal. 50.

2. Reg. 24.

Ezech. 1.

video Regem; memoror me fuisse pastorem. Sic ergo semper  
memorare peccati tui, vt humiliaris, peccatū meū cōtra me est  
semper. Ego sum, qui peccati, ego iniq̄ue egi. Animalia sancta  
Ezechielis ibāt, & reuertebātur: iter cōficebāt, & iterū reuerte  
bātur, peccatorū suorū recordatione in veterē vitam redibāt.

**Quomodo aperti sunt oculi tui?** Si modo aliquis cæcus visum  
reciperet, continuò ad eū venient cæci omnes interrogantes:  
Quomodo aperti sunt oculi tui? vt ea illi vterentur medicina?  
Vides te in anima cecū, quomodo non interrogas à videntib?  
Quomodo cecitatē expulerint? Dicēt tibi; Sacramētis quæ sūt  
natoria Siloe, cōsideratione celestiu, pœnitēti vita, custodia  
sui. Quomodo ergo tu ad hæc non accedis, vt videas?

Vocāt Pharisei parētes, & illi dicūt; Fili<sup>9</sup> noster est, quomo  
do videat, interrogate ab eo, *Id enim conspirauerāt Pharisei, vt*  
si quis eū cōfiteretur Christū, extra Synagogā fieret: idē aucti  
nō sunt Christū cōfiteri. Manifestē ostendūt Pharisei, esse de  
illis, de quib<sup>9</sup> Eze. 13. Mortificāt animas, quæ nō moriūtur, &  
viuificāt animas, quæ nō viuūt. Sed mirū est, quod parētes cæci  
nō audēt Christū cōfiteri metu Phariseorū. Sed Martha corā  
omnibus illis dicit: Ego credidi, quia tu es Christus filius Dēi  
viui, qui in hūc mūdū venisti, nec timet extra Synagogā fieri.  
Hoc verò idē est, quoniā Martha nobilis, illustrisq; femina  
erat, qui verò huiusmodi sūt, nihil à iudiciis timēt, nō in eos  
exercetur vindicta publica, sed in pauperes patres cæci medicā  
tis. Hi timent. Nobilis enim, & diues, licēt domū publicē ludo  
deputatā habeat, licēt mulieri cohabitare nō suæ, non punit ho  
die: omnis enim iudex quasi aranea in paruas illabitur muscas,  
quo cōtra scriptū est, Noli fieri iudex, nisi virtute valeas intri  
pe re in potētes? ¶ Maledixerūt cæcū istū, & extra Synagogā eum  
eiecerūt, dicētes; Tu Discipulus eius sis. Zachar. 8. Sicut eratis  
maledictio in gētibus domus Iuda, & dom<sup>9</sup> Israel: Sic saluabo  
vos, & eritis benedictio. Hæc verò maledictio; Tu Discipu  
lus eius sis, in nos omnes decidat. Ait Rebecca Iacob: In me  
fit ista maledictio fili mi; nam vt Psalm ait: Maledicent illi, &  
tu benedices. Et Mala. 2. Maledicam benedictionibus vestris,  
& benedicam maledictionibus vestris. ¶ Ostēditur vero gra  
tia, quā iste recepit in fortitudine, qua cū Phariseis pro Chri  
sto

Ezech. 13.

Ioan. 10.

Eccles. 7.

Zachar. 8.

Gen. 26.

Psal. 108.

Mala. 2.

**A**sto contendit. Nihil enim timidus paupere. Eccles. 13. Diues  
commotus cōfirmatur ab amicis suis; humilis autē cū ceci  
derit, repellitur à notis. Diuiti decepto multi recuperatores:  
loquutus est superba, & iustificauerunt illū: humilis loquutus  
est sensatē, & nō est datus ei locus, gratia tamē fortitudine ani  
mā replet, vt nihil mūdi ei altū appareat. Sic cōfortati sunt gra  
tia martyres, vt tyrānos despicerēt, & nihili penderēt. Contra  
verò potētes, si peccatores sunt, humano timore deprimūt.  
Hæc est eorū maledictio Leuit. 26. Dabo pauorē in cordibus  
eorū. Terrebit eos sonitus folij volātis, & itā fugient, quasi gla  
diū; cadent nullo persequēte. Hoc timore mūdi detinētur, ne  
multa bona agant, timēt enim folia verborū, eorum, scilicet,  
**B** qui eis oblatrare possunt. ¶ Audiuit Iesus, quia eiecerūt eū fo  
ras, & ait illi: Qui loquitur tecū, ipse est. Attēde, quomodo mu  
neret eū, qui pro eo passus est: persecutionē: quia iuxta est Do  
minus ijs, qui tribulato sunt corde. Ideo Matth. 5. Beati eritis  
cū maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & di  
xerint omne malū aduersum vos, mentiantes propter me. Sed  
quæ remuneratio horum? Ego manifestabo ei me ipsam hīc,  
& in patria, vbi merces vestra magna erit. Quia p̄fecerat cæcus  
prima misericordia à Christo recepta, oculos, scilicet, lumi  
ne, eo enim solū accepto, pro Christo constāter pugnauit, ad  
didit ei secūndā misericordiā multò potiorē primā: se illi manife  
stās. Sicut pater dat filio partē aliquā substatiæ, vt negotietur,  
**C** videt illū strenuē negotiari, addit ampliorem. Dicit sæpe: O si  
magnā gratiā mihi Deus cōferret, dico tibi; vtere bene gratia  
parua, quā accepisti, & maiorē recipies; quia in parua fuisi fide  
lis, supra multa te constituā, habēti dabitur, & abūdabit. Sic cū  
hoc cæco factum est, cui manifestē se reuelauit, quod nō me  
ruerunt principes Hierusalē, & quē mādus à se proijcit, Deus  
recipit. Eiectus hic à Synagoga fuerat, sicut illi, de quibus dici  
tur: Tanquā purgamenta huius mundi facti sumus omniū pe  
ripsemus vsque adhuc. Quasi fructuū cortices, quos proijcis,  
quasi stercorea; sed Deus eos recipit. Sicut comedit quis malū  
medicū, proijcit corticē, quē alius assumit, & in faccarum mit  
tens, & decoquēs, præcipuū conficit cibū faccaro conditū: itā  
cum hoc cæco factum est, sic cum Apostolis, & sanctis, &c.

Eccle. 13.

Leui. 26.

Psal. 33.

Matt. 5.

Simile.

Matt. 5.

Matth. 25.

1. Cor. 4.

Simile.

# Feria Quinta post Domini- cam Quartam Quadrag.

*Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim, &c,  
LUC. 7.*



Iraculum stupendum à Christo Domino factū, hodie proponitur nobis; nimirum mortuus suscitatus; sed vt eum suscitaret, prius ad portam venit ciuitatis. Hæc porta absque vllō dubio Mariam significat, ad quam Christus accessit, vt mundum intraret, & homo mortuus suscitaretur. Hęc verè est porta Domini. Et quem admodū illustres viri ad ianuam domus suæ maiorum stemmata, atque insignia collocant; vt clara eorū profapia omnibus sit manifesta: ita in Maria congesit Deus gratias innumerabiles, quibus Dei in ea habitantis celsitudo ostendatur; tot verò gratijs, donisque ornata fuit ianua ista, vt decreuerit æternus Pater eam in cæli ianuam sursum assumere: & sic facta est felix cæli porta, vt quæ ianua fuit militantis Ecclesiæ, sit etiam triumphantis. De hac Regius Psalter, Hęc porta Domini, iusti intrabunt per eam. Sed nū clausa est peccatori? Non utique si submisce accedat, & humiliter petat veniam, & gratiam; nos ergo accedamus, &c.

*Psalm. 117.*

Ob oculos nostros hodie mors proponitur, quæ primus peccati effectus est, & cum omnis effectus causam repræsentet, mors sine dubio peccatum ostendit, eiusque est expressa effigies, qua ratione peccatum sæpissimè in Scriptura mors dicitur. Vt vero huius spiritualis mortis naturam explicemus, notandum est, triplicem esse vitam, animalem, scilicet, rationalem, & gratuitam, siue diuinam. Simili ratione philosophandū est de morte. Triplex est mors animalis, rationalis, & peccati. In operibus vita dignoscitur, & mors similiter. Animalis vita est coniunctio animæ cum corpore; ex qua vitales actiones procedunt, mors animalis tunc efficitur, cum separatur anima à cor-

C

A à corpore, & illa vitæ opera cessant. Rationalis vita tunc in homine est, cum ratione utitur, & opera rationis exercet. Hinc Psal. Aequitas testimonia tua, intellectum da mihi, & viam. *Psalm. 118.* Rationalis mors tunc esse dicitur, quando rationis motus cessat, & appetitu dominante opera à ratione aliena, ac belluina efficiuntur, de qua morte loquitur Paul. Vidua quæ in delicijs est, viuens mortua est, & Psalm. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis; & hæc mors miseranda magis, & deploranda quàm prima est, quòd ratio præstat sensualitati, priuationes namque eo deteriores censentur, quo habitus, quibus priuant, præstatiores sunt, mors verò priuatio est vitæ. Hinc Eccle. 22. *Eccle. 22.* Super mortuum plora, defecit enim lux eius; & super fatuum plora, defecit enim sensus. Modicum plora super mortuum quoniam requieuit: luctus mortui septem dies, fatui autem, & impij omnes dies vitæ illius. Vita gratiæ tunc in te est, quando gratia ornatus opera gratiæ præstas, huic opponitur peccati mors, quæ hac gratia priuat, & mors ista omnium est pessima, de qua Psal. Mors peccatorum pessima. De hac etiam loquitur Sapiens: Homo per malitiam occidit animam suam. Et Iacobi. 1. Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Et Rom. 6. An nescitis, quoniam cui exhibuistis vos ad obediendum, serui estis eius, cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad vitam. Et sanctissima illa Susanna: Si hoc, Cinq̄, egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Culpam, & peccatum, mortem dixit absolute, & simpliciter; corporis verò interitum, quem illi inferre poterant. Non dixit mortem, solum enim dixit; non effugiā manus vestras. Quia verò hanc mortem peccati omnium diximus esse pessimam, id probandum nobis est. Liquidò verò facilevè constabit ex vitæ, qua priuat magnitudine, ac excellentia: vita nanque gratiæ & gratuitū, ac supernaturale esse, quod à gratia in nos prouenit, longe superat omnem naturalem vitam, ac perfectionem: & si omnia naturalia conferas cum minima gratia, illa omnia quasi nihil erunt. Surge nunc mente, ac consider. tione, & intueri duos homines, quorum primus omni naturali perfectione sit ornatus à Deo, cui concedat

*Psalm. 118.*

*1. Tim. 5.*

*Psalm. 48.*

*Eccle. 22.*

*Psalm. 33.*

*Sap. 16.*

*Rom. 6.*

*Simile.*

orbis imperium, aureos montes, omnem mundi honorem, & gloriam, & denique omne bonum naturale, quod est in omni homine, & Angelo, gratiam tamen suam huic non præstet. Secundus verò miserimus sit omnium, & infimo se deat sterquilino, vt Iob. Substantia careat, & honore, viribus, & salute, nihil denique habeat eorum, quæ hominem in natura illustrant, sit tamen à Deo ornatus minima gratia. Confer nunc duos hos inter se se homines, quis eorum præstantior? quis illustrior? Si iudicium mundi audieris, primū longe præstare dicet. At si veritatem consulas, manifesta ratione patet, secundum longo interuallo superare primum, nec vilo modo primum posse conferri, aut comparari secundo. Vide, quàm longe distet in Regis domo vilis seruus à principe hærede vniuersorum. Hoc sine dubio interest inter illos homines, sed quis eorum princeps dicendus est? Sine dubio ille, qui vel minima ornatus est gratia, licet omnibus naturæ bonis careat: ille verò vilis habendus est seruus, qui gratia caret, licet omnibus reliquis bonis præditus sit. Vis nosse posteriorem Principem esse, & regni cælestis hæredem? Audi, filius Dei est: quod si filius, & hæres per Deum. Si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Alter verò in nihilum computatur in Dei domo, iuxta illud Sapientis: Si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo fugerit sapientia tua, in nihilum computabitur.

Ex quibus colligere licet, quanti sit æstimanda diuina gratia, & quantum omnia naturalia excedat, quod vel nomine suo manifestum sit: est enim illa supernaturalis, atque adeò omnia excedit naturalia. Hinc. 2. Pet. 1. Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Verè maxima, & preciosa diuina gratia est, in quam & ipsi Angeli desiderant prospicere, vt Concilium dicit Mileuitanum. Quod sic legit illud. 1. Pet. 1. In quæ scilicet dona, & gratias collatas à Christo, desiderant Angeli prospicere. Si hac ergo diuina gratia ornatus es, ditior es vniuerso mundo, pulchrior cælo, & terra, altior Angelo secundum naturam considerato, maior omni principe, Angelorum rapis oculos. Et quid dico Angelorum? imo ipsius Dei.

Hinc

**A** Hinc verò demum collige, quàm sit horrendum facinus illud, quod peccator in se ipsum admittit, dum peccat lethali-ter; sibi namque vitam adimit gratiæ, vitam diuinam, vitam excellentissimam. Horremus, dum audimus, hominem sibi met mortem consciuisse; stupemusque, quod tam sui fuerit inimicus, cum tamen solummodo vitam animale, ac miseram sibi ipse ademerit: si verò quispiam omnem vitam animalium, hominum, & Angelorum naturalem eriperet, hoc horrendum diceremus facinus; quod si illam sibi met ipse adimeret, cum omnium vitas, & perfectiones in se ipso contineret, hoc plane mirabile, & inauditum diceremus. Sed cum tibi ipsi per peccatum gratiæ vitam adimis, multò in te crudelior existis, quàm si omnem naturalem vitam, ac perfectionem à te sustulisses. An non meritò Raphael ad Thobiam: Qui autem faciunt iniquitatem, & peccatum, hostes sunt animæ suæ. Quæ verè hostis est animæ, qui gratiam, virtutes omnes, & denique Deum ipsum ab anima tollit, quod omne bonum est hominis. Ideoque maximè peccatum morte exprimitur, quæ vniuersalis est hominis miseria, omni bono illum priuans; cæcitas namque visum tollit, at plura alia relinquit: mors verò omnia secum rapit, sic peccatum omnia tollit bona, cum Deum furripiat.

Sed cum hæc ita se habeant, te interrogo, quomodo tam facile peccatum admittis? Sitis aliquando vehementer, cum quæ vas aquæ manibus teneas, vt sitim sedes, si fortè audias: Veneno infecta hæc aqua est, caue, ne illam bibas, continuo manū contines, nec aquam bibis. Audi miser, qui sitis alienam substantiam, vel vxorem, vel vindictam, mors in olla, mors in olla, veneno plena potio illa est. Vique ergo paruuli, diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia cupiunt? Summè ergo nobis peccatum cauendum, hoc super omnia vitandum, hoc fugiendum: huius vel nomen pertimescendum, huius, vel leuis occasio fugienda, hoc verè mors est omnibus vitanda modis.

Sed ais: Mortem peccati iam admissi, seruus peccati factus sum ad mortem, est mihi remedium? Est utique; Veniat Iesus in ciuitatem Naim. Si enim ille ad peccatorem non venerit, pec-

O o 4 cator

Rom. 8.

Sap. 9.

2. Pet. 1.

Concil. Mileuita.

1. Pet. 1.

Thob. 12.

Simile

4. Reg. 4.

Prou. 2.

cator ad eum non accedet, venit Iesus in mundum peccato-  
res saluos facere, *Et cum appropinquaret portæ. ecce defunctus esse*  
*rebatur.* Portæ Christus appropinquat, quia, vt ipse loquitur,  
Ego sto ad ostium, & pulso. Summa Dei misericordia hoc fa-  
cto nobis significatur. In porta Christus Dominus est, qua om-  
nes transeunt, vt eum faciliè cuncti inueniant, etiam mortui  
exeuntes. Cuius rei mirabilis extat figura, secundo Regum  
decimo quinto: Mane confurgens Absalon, stabat iuxta in-  
troitum portæ in via, & omnem virum qui habebat negotium,  
vt veniret ad Regis iudicium, vocabat Absalon ad se, dicebat-  
que, videntur mihi sermones tui boni, & iusti, sed non est, qui  
te audiat, constitutus à Rege. Dicebatque Absalon: Quis me  
constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes, qui  
habent negotium, & iustè iudicem. Sed & cum accederet ad  
eum homo, vt salutaret illum, extendebat manum suam, &  
apprehendens, osculabatur eum; faciebatque hoc omni Israel,  
& sollicitabat corda virorum Israel, quo facto statim cum au-  
dierunt, regnauit Absalon, toto corde vniuersus Israel se-  
quutus est eum. Vidimus sollicitationem cordium per Ab-  
salon factam: videamus nunc aliam similem à Christo Do-  
mino perfectam. O speciose forma præ filijs hominum, cum  
venisti de cælo in terram, quomodo sollicitasti hominum  
corda mille modis, mille adinventionibus, omnibus, qui  
cum patre tuo negotium aliquod habent, dicis, quod est ti-  
bi cum patre meo negotium? Si iustum est, iustificabo am-  
plius; si iniustum fuerit, ego mea iustitia iustificabo te; & ne-  
gotium tuum. Quando quispiam ad te accedit, vt te saluet,  
amplecteris eum, tanquam pater filium Prodigum, & dissi-  
patorem, cuius cor non emollitur hac tanta sollicitatione. In-  
super sicut nunc appropinquat portæ ciuitatis, & sicut Absa-  
lon stabat iuxta introitum portæ, sic Christus Dominus in ia-  
nuæ est, similis factus Dauidi; de quo dicitur: Surrexit ita-  
que Rex, & sedit in porta: & omni populo nuntiatum est,  
quod Rex federet in porta, venitque vniuersa multitudo co-  
ram Rege. Cum humanum se præbuit Dauid, venit ad eum  
omnis multitudo populi, apparuit iam benignitas, & huma-  
nitas Saluatoris nostri Dei, in porta stat, ac sedet, te expe-  
ctans,

Apo. 2.

2. Reg. 15.

2. Reg. 19.

**A**ctans, quis non ad eum accedat? In porta est, ne fortè dicas;  
Quis ascendet in cælum, & adducet illam super aurum ele-  
ctum? Ideo ad manum tibi est, in ianua domus tuæ te expe-  
ctat, quem proposuit propitiatorem in sanguine ipsius, ait Pau-  
lus: Sed quid significat verbum illud (proposuit) vtique idem  
est, ac si dicat, ad manum posuit, in ianua domus collocauit,  
quod Hispanè dicis (En la mano lo teney a la puerta de casa.)  
Verè prope est Dominus omnibus inuocantibus eum. Et  
hoc est illud Sap. Clara est, & quæ nunquam marcescit sapien-  
tia, præoccupat, qui se concupiscunt, vt illis se prior osten-  
dat, qui de luce vigilauerit, ad illam non laborauit, assiden-  
tem enim illam foribus suis inueniet. Quando ergo Saluator  
**B**noster in finibus terræ esset, illuc nobis eundum foret, vt  
eum quæreremus, & eius salutem assequeremur. Quæ ergo  
nobis relinquitur excusatio, si ad ianuam domus nostræ cum  
sit, non eum quærimus? Mare, & aridam aliqui Philosophi  
circuierunt, vt sapientissimum inuenirent magistrum, alij  
nunc circuunt, vt aurum, & argentum reperiant. An non  
tibi perambulandum esset vniuersus mundus, vt Christum in-  
uenire posses? Sed, en ad ianuam tuam est, quo facto inex-  
cusabilis redderis, si ad eum non accedis. Verè Regina Au-  
stri surget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit  
eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis,  
& ecce plus quàm Salomon hic. Meritò nos Petrus monet;  
**C**propter quod succincti lumbos vestræ, sobrij, perfecti  
sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam: gratia dicitur no-  
bis offerri, in promptu esse, facileque nobis donari. Hoc est  
Christum Dominum in porta esse, ad illum ergo accedamus.  
Quid quod mors nunc inter duas ianuas inclusa est. Hinc  
porta ciuitatis est, inde Christus Dominus, qui etiam porta  
est: Ego sum ostium loquitur ipse. Inter duas ergo mors por-  
tas cum sit, ab ea defunctus eripitur, & de morte faciliè trium-  
phus reportatur. Solet Hispanè dici (Cogiote entre puertas,  
y hizole hazer la razon.) Sic nunc cū morte actum est à Chri-  
sto Domino.

Sed operæpretium est considerare veniente Christo Dño  
in Naim, quibus adinventionibus, quibus festiuis gaudijs ei

Rom. 3.

Psal. 144.

Sap. 6.

Luc. 11.

1. Pet. 16.

I. sm. 10.

**Psal. 94.** occurrant ciues. Venienti etenim Deo occurrere omnes debuerunt cum canticis, & hymnis, dicentes illud Psal. Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro, preoccu-  
**Simile.** pemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. En qua adinventione Christus excipitur in Naim. *Ecce defunctus efferebatur.* Hic fructus terræ est, quem Christo Domino largiuntur, vt munusculum venienti ad eos. Hoc verò significat patrias terræ leges, ac statuta, quæ Hispanæ (fueros y priuilegios) dicuntur. Hæc verò Christo Domino proponuntur in urbis porta, antequam illam ingrediatur, vt illa iuramento, confirmet, se obseruaturum. Sic enim regibus euenire solet, cum regni possessionem capiunt, antequam urbem ingrediantur, ad illius ianuam producuntur priuilegia, ac statuta ciuitatis, vt iuramento se astringant, se illa obseruatu-  
**Psal. 39.** rum mortem pro hominibus, vt sic viuorum, & mortuorum dominetur. Hoc verò iuramento Christus se obstringit, vt patet in Psalmo. In Capite libri scriptum est de me, vt faceré voluntatē tuam: Deus meus volui. Hæc verò patris voluntas est, vt corpus ipsi adaptatū pro nobis immolet. Vnde ipse ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu; non mea voluntas, sed tua fiat. Sed  
**Matt. 26.** ô Deus meus, Rex magnus super omnem terram, quanti sibi stabit regnum hoc hominum, quod nunc denuò acquiris; quã aspera huius regni corona est, quã durus thronus eius, quã difficilia statuta iuras, vt tibi titulus regius apponatur, Iesus Nazarenus Rex Iudæorū. Audi, quomodo regnum hoc acqui-  
**Rom. 14.** fierit, in hoc Christus mortuus est, vt viuorū, & mortuorū do-  
**Psal. 92.** minetur: morte hoc regnū acquisiuit. Audi thronū regni: Dominus regnauit à ligno. Vide coronam regni spinis refertam. Quis hominum huiusmodi regnum non renueret? Si ei diceretur, In Regem quidem assumendus es, sed corona, qua ornatus es, spinea erit, & thronus crux, & regni statuta, mors tibi obeūda, an non tale recusaret regnū? Sed Angelorum Rex vt regnet in homines, regnum huiusmodi non recusat, sed ait; Deus meus volui. Verè dixit Esaias: Factus est principat⁹ eius, super humerum eius: ostēdit verò nō ductum esse amore sui, sed nostri, vt regnum hoc accipiat.

Sed

**A** Sed notandum illud. *Ecce defunctus.* Et diues erat, ait Ambrosius. cum esset turba ciuitatis multa cum matre eius. Si pauper esset, nullus eum comitaretur: non est enim, qui pauperem iuuet, sed qui diripiat, & rapiat, secundum illud Psal. Insidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum. Sunt verò pauperes lutei pedes stativæ, qui vniuersi mundi molem sustinent, sed illi quasi lutum habentur. Hic ergo diues erat, cum ab omnibus honoretur. Sed etiam, si diues fuerit, ecce effertur defunctus: an non hic erat diues? Nobilis, vestitus auro, & argento, qui per vias publicas quotidie procedebat, & ab omnibus aspectabatur? Sed hic idem infirmatus est, & in lectum decidit, eius color mutatus est, species vultus eius emarcuit, oculi clausi sunt, & vita tandem defecit. **Dan. 2.** **Eccles. 17.** rem versa sunt omnia, aurum, æs, argentum, omnia, quæ stativæ illius erant, in cinerem tandem deuenere. Ideò monet Sapiens, si annis multis vixerit homo, & in his omnibus letus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierū multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. Lætare ergo, ô iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito, quod pro his omnibus adducet te Dominus in iudicium.  
**C** Sed mirum valde illud est, quòd filius vnicus matris à Deo tollatur. Erat filius iste matri lumen oculorum, baculus senectutis: & hunc Domine ab ea eripis? An non hoc inhumanum, atque crudele? Imò verò; quia matri charissimus erat, & forsan plusquam Deus dilectus, ideò eum è medio tollit. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt; & si suo ordine omnia collocaueris, stabilita permanebunt. Primo loco ponendus Deus, deinde reliqua. Si verò aliquid creatū in primo loco posueris, continuò illud Deus disturbat, vt arca Dagō. Si cor tuū plus æquo adhæserit creaturæ, continuò Dei adest gladius putridum refecans, & ideò sæpe aufert à te Deus substantiam, salutem, filios. Ordina ergo in te charitatem, & sic socura tibi tua erunt.  
 Aliquando verò etiam Deus suos probat, tentatque, an eum diligant ex toto corde; & ideò amatissima ab eorum oculis aufert. Sic tentauit Abraham, dicens; Tolle filium tuum, quem

**Gene. 15.**

quem

quem diligis, Isaac, & offer illum super vnum montium, quem A  
monstrauero tibi. Cur Domine dilectum petis filium? imò  
quia ei charissimus erat, idèd illum eripere volo, & in eo pa-  
I. Reg. 6. trem probare. Cum Philistijm arcam Dei posuerunt super  
vaccas, vitulos earum recluserunt domi, & sic licet mugien-  
tes, non tamen declinabant ad dexteram, nec ad sinistram, sed  
ad Bethsames domum solis recto gradiebantur itinere. Si ve-  
rò vituli eis adessent, lasciuiantes, vaccæ à via declinassent.  
Quo significatum est, animam quæ Deum super se tollit, se-  
parari debere à filijs, qui eam impedirent, rectum iter capere:  
persæpe namque filij parentibus sunt impedimento, ne in cæ-  
lum properent, efficiunturque filij vituli Ieroboam; in quibus  
peccare fecit Israel. Meritò verò tunc illos Deus aufert, vt ani- B  
ma suis quasi alis in Deum liberè tendat, quæ sunt intellectus,  
& voluntas: quas proinde vt facilè, & sua sponte se se mouere  
possit, ac sine vilo impedimento in Deum euolare, liberæ esse  
oportet, non ligatas, vel impeditas. Huiusmodi faciles, ac mo-  
biles alas petebat, Psalm. Quis dabit mihi pennas sicut colum-  
bæ, & volabo, & requiescam.

Psalm. 54.

Theophi.

Simile.

Eccles. 8.

Iob. 17.

I. Reg. 5.

Sed vt hunc suscitaret Christus, primū omnium tetigit lo-  
culum. Theophilactus hîc ait, Græcos dicere corpus, animæ lo-  
culū. Multi sine dubio hodie sūt in viuo corpore, animas mor-  
tuas deferètes. Et, sicut in loculo solet pānus sericus operire se-  
tidum corpus: sic hi auro serico, & purpura cooperiūt animas  
abominādas; de quibus Sapiēs loquitur; Vidi impios sepultos, C  
qui cū adhuc viuerent, in loco sancto erant. Hi parum con-  
cionibus proficiunt, vel administrationibus, donec Deo lo-  
culum tangente, eos cogit vltèrius non progredi. Detinentur  
hi namque, Deo, eos in corpore tangente aliqua graui ægritu-  
dine, qua resipiscere solent. Sic deperditos iuuenes solet Deus  
ad mentem meliorè reuocare. Vis, nosse, quomodo Deus ma-  
nu sua loculum tangat. Audi Iob: Manus Domini tetigit me.  
Et hanc manum sentiebant Philistei, dum dicerent: Non ma-  
neat apud nos arca Dei Israel; quoniā dura est manus eius val-  
de. Præcipiti cursu per peccata currès, in infernū ducebaris, in-  
firmitate, vel tribulatione Deus tibi obstat, & cū in lectū dimi-  
serit, motū illū comprimit, quo in peccata effrenatè laberis,  
ne

A ne iniustitias manibus tuis concinnes, sicut deperditos, ac de-  
prauatos homines efficere, Psalm. ait; Iniustitias manus vestræ Psalm. 17.  
concinnant. Nec parua tibi videatur exhibita misericordia, si  
sic loculum tuum corpus tuum tetigit. Si enim cū in effreni  
equo currens, in præcipitium tenderes, quispiam subneruaret  
equi crura, vt te à tanto periculo liberaret, sine dubio magno  
te affecisset beneficio, licèt enim equum tuū perdidit, te ta-  
men saluum fecit. Sic peccatorem tradit Paulus Sathanæ in in-  
I. Cor. 5. teritum carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini. Equus ve-  
rò caro est dicente Esaiā. Equi eorum caro. Licèt ergo hæc pe-  
reat, dum spiritus saluus sit, magnum in te conferetur benefi-  
cium. Vis oculis tuis subijciam huius diuini tactus fructum?  
In peccatis es totus, venundatus videris, vt facias malum. Re-  
B sipiscere non vis, licèt sæpe sis monitus à Deo: cōfiteri renuis;  
pœnitere reculas. Tangit Deus loculū corporis tui graui ægri-  
tudine, vel lateris punctione, vel maligna feбри, continuo di-  
cis: Vocate confessarium, quia ingenuus nō es, nec nobilitate,  
& amore ductus, ad Deum venire voluisti, tecum Deus egit  
vt cum humili, & infimo de plebe, ac ignobili, & quasi vi ex-  
torquet à te confesionem. Vis non tangi? vis à Deo tractari  
nobiliori quadā ratione? sine mora Dei voce audita surge; sur-  
ge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.  
Cuius rei præclarum, illustreque exemplum extat Dan. 4. Erat Dan. 4.  
Nabuchodonosor superbus, arrogans, crudelisque, diuinitus  
monitus est persæpe, præcipuè somno illo mirabili arboris,  
C quod illi explicuit Daniel, ostendens, in eum à Deo fatā esse  
sententiam, nisi resipisceret. Et adiungit: Quam ob rem Rex,  
consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redi-  
me, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitan igno-  
scet Deus delictis tuis, expectatus per annum est, vt ibi dici-  
tur. Cūque neglexisset, tādem venit ira Dei de cælo, & eum  
tetigit Dei manus, & mirabilem, omnibusque stupendam vlti-  
tionem adhibuit, & mundo inauditam, nō solum enim regno  
spoliavit suo, sed & rationis vsu, & instar quadrupedis abiectus  
ad pastum, inter armenta bouum, aliarumque pecudum carpe-  
bat fœnum, & herbas. Quo ille pabulo per annos septem ali-  
tus, nutritusque est, quoad Deus diuina sua misericordia com-  
motus,



motus, illius humi prostratam mentē illuminauit, & ille agnouit Deum cæli esse omnium moderatorem, cui mentem submisit suam, & tunc demum humano sensu recuperato, & beluina illa vita relicta ad rationis usum, regiamque dignitatem, & amplitudinē reuersus est. Sicque ille Rex saluus factus est etiam salute æterna, vt Augustinus dicit: En ergo quod superius diximus opere comprobatum, & adhuc aliquid amplius: non solum enim, vt ignobilem tractauit. Deus Nabuchodonosorem, sed etiam vt pecudē. Ne ergo sic tu tracteris, diuina audi salutis monita.

Augusti.

Ambros.

Sed notat. Ambr. huius viduæ lachrymis Christum Dñm permotum, vt eius filium suscitaret, Ecclesiā verò significari dicit hac muliere, quæ sponsa Christi est, cuius precibus multi B surgunt peccatores. Modo verò Ecclesia, quasi vidua est propter Christi absentiam, atque aded lugens est. Nūquid possunt ait Christus Dominus, filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autē dies, quando auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt, ablatus nunc sponsus est ab Ecclesia; ideo vidua dicitur, plorat, & ieiunat. Sed & anima quæuis per hanc viduam significari potest; anima namque fidelis cum gratiam recipit, Christo Domino desponsatur. Osee. 2. Et erit in die illo, ait Dñs, vocabit me vir meus, & sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & miserationibus: & sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus. Sicut enim desponsatio est traditio, qua se sponsa tradit sponso, & sponsus sponsæ: ita per gratiā tradit se anima Deo, in omnem eius voluntatē implendam, Deus verò similiter se animæ tradit. Hinc illud Cant. Dilectus meus mihi, & ego illi: quasi dicat, ille se mihi tradidit, & ego illi.

Cant. 1.

Thren. 1.

Sed per lethale peccatum vidua efficitur anima, quia Christus Dñs recedit, & quasi illi moritur. En illud: Facta est quasi vidua Domina gentiū; princeps prouinciarum facta est sub tributo. Et sicut vniuersa mala in viduā veniūt, & de sub pedibus, vt vulgo dicitur, mala ei procedūt; ita omne malū irruit in eū, qui à Deo recessit; Ecce qui elongant se à te, peribunt, & inter alia mala hoc vnū est, quod nō solū sponso orbat, sed & filiis: En viduæ filium vita functum. Filij namque qui ex matrimonio

Def

- A Dei cum anima nati fuerant, opera sunt cælo digna. Non ego, ait Paul. sed gratia Dei mecū, hæc perfecit opera, Hos genuit filios: Deus pater illorū operum est, anima verò mater, hi vero omnes filij continuo pereunt, dum peccasti, vt dicit Ezech. 18. Si autē auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatē, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. Ecce impletum in anima à Deo recedente illud Esa. 47. Audi hæc, quæ dicis: Non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Veniēt tibi hæc duo subito in die vna sterilitas, & viduitas, viduitas, qua orberis marito; sterilitas, qua priueris filijs. Simul namque cum peccasti, & sponsum amisisti Deum, & opera vniuersa bona, quæ feceras, en vidua es, & absque filijs. Quid ergo huic viduæ præstandum? Ploret, eiulet, aderit continuo Christus sponsus eius, iterumque desponsabitur ei, & simul illi defunctum restituet filium. Opera enim per peccatum mortificata reuiuifcere faciet, & dabit iterum illa matri suæ, vt eis fruatur, & propter ea æterna mercede in cælo coronetur, &c.

1. Cor. 15.

Ezech. 18.

Esa. 47.

## Feria Sexta post Dominicā Quartam Quadrages.

C The. lachrymatus est Iesus. Ioan. 11.



Misoli, & mirabiles effectus cogūt nos reconditas, atque abditissimas inquirere causas. Et licet ea quæ in creaturis contingūt contra communem cursum, naturamque earum summam inducāt admirationē, maximè tamē ea, quæ nouitatē aliquā videntur ostēdere in Creatore, sunt admirāda, & inquirenda: Et tale est in Deo videre tristitiā, & lachrymas. Et prima dubitādi ratio est; quia cū Christus homo perfectus sit, videtur in eo tristitiam esse non posse. Sententia fuit Stoicorū in sapientē, & perfectum tristitiam nō cadere. Et ratio eorum

erat:

erat. Ex duobus malis nasci potest tristitia, ex malo culpæ, & ex malo pœnæ: malum culpæ non contristat perfectum: quia illud non admittit, malum pœnæ non reputat malum, quia verè malum non est: non est ei ergo, vnde tristetur. Non tristatur perfectus, quod sciat sibi oblatrari; hoc enim nouit, nihil ei adimere boni, tristaretur verò, si ille alteri detraxisset. Hoc verò non facit, quia perfectus est, nec tristatur, quod alius ei substantiam adimat, quia illam bonum hominis non putat: tristaretur verò si ille alteri adimeret, sed hoc ne utiquam facit, quia sapiens est: non est ergo ei tristitiæ materia, insipienti verò plurima adest, quia & mala facit culpæ, & mala reputat, quæ sunt pœnæ damna. Cùm ergo Christus homo, virque perfectus sit, quomodo tristatur, & plorat? Augetur verò dubitandi ratio, quia Christus beatus est; videbat anima eius Deum ab instanti conceptionis: lætissimum vero hominè aliquo eximio bono non facile contristabis: in summa enim lætitia ratio tristandi quasi submergi, & suffocari solet. Sûma verò est gloria Christi Domini, quid ergo illum valeat contristare? Sed adhuc augetur dubitandi ratio; dum videmus Christum, qui Deus est tristari. Nam quod est calidum fieri frigidum, quod lucidum obscurum, contingere potest: licet in aliquibus maximæ admirationis esset? vt si videremus solem obscurari, tamen quod lux obscuretur, calor frigescat, hoc visum est nunquam. Si Deus solùm esset lætus, & hilaris, non ipsa lætitia, non tantam inducerent admirationem eius lachrymæ: sed cùm Deus sit ipsum C gaudium per essentiam, maximè mirandum, quod tristetur. Si mul verò admirationem auget occasio facilis, qua videtur tristatus, & lachrymatus, cû, scilicet, à somno vult suscitâre amicum. Ille enim qui cùm flagellatur, coronatur, crucifigitur, quasi agnus fuit mansuetus sine voce, sine vlla querela, nec leuissimum afflicti animi signum dans, modo gemit, & plorat. Tu, ô Domine gemis, qui fons lætitiæ es? Tu non es, cuius sola memoria mœstos lætificat? Memor fui Dei, & delectatus sum, ait Psalm. Quomodo nunc tristaris, & ploras?

Sine dubio ostenditur hac in re summum hominis malum, quod Christus Dominus in Lazaro vt figura intuitus est, malum peccati, quod sufficiens est hominem perfectum, beatû, & Deum

Psalm. 76.

A & Deum ipsum in natura assumpta contristari, & lachrymas profundere. Sed quale, quantumque malum illud erit, quod hoc efficere valet? Nô minus profecto, quam infinitum debet esse malum. Vidit Christus verus pater hominum vniuersos homines filios suos sub morte peccati, dolet, lachrymaturque, qua in re nobis ostendit, quo loco à nobis peccatum sit habendum, quomodo illud deplorare debeamus, nec vlllo modo ride re, si peccatum in nobis sit. Hinc Osee. 9. Noli lætari Israel, nolli exultare, sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo. Audi, ait Bernardus: Lachrymæ Christi timorè mihi ingerunt, & pudorem, timorem quia ex magnitudine remedij, periculi æstimo quantitatem. Nec enim tantam medicinam sine grauissima infirmitate impenderet sapientissimus medicus. Pudor verò mihi est, quia eram ego seruus ludens in foro, princeps in aula B Regis patris sui. Audit princeps contra me talem ferri sententia, vt præ cõpensione exeat plorans: quomodo ego non plorabo, cùm mei compensione ille ploret? grande mihi est periculum, cùm videam filium Dei pro me plorantem. Simul verò his lachrymis summum ostendit amorem, quo accedamur. Vide quid hodie dicunt pharisæi, Ecce quomodo diligebat eum. Non tam eis signum amoris est, iterum in Iudæam venire cum vitæ discrimine, quàm lachrymæ. Cicero de amicitia ait: Fideles testes amoris cordis, lachrymæ sunt. Audis forsan, Rex memoratur tui quotidie, loquiturque de te libenter, & amanter, magni hoc ducis, & quasi prunas in cor tuum misit, qui hæc nunciauit, vt Regem diligas. Sed quid obsecro faceres, si audires, pro te Regem lachrymas effundentem? Non est adeò ardens aqua, vt nos igniat, quàm Christi lachrymæ, prodeuntes à corde ignito, oculisque eius stillantes. Refert B. Isidorus fontem esse adeo ignitum, vt faces mortuæ in eo accendantur. Tales Christi lachrymæ sunt, in quibus accendi possis. Solet Rex, vt status sui seruet grauitatem etiam summos dissimulare affectus, quando verò eo peruenit affectus, vt dissimulari nô possit, maximus plane est. En Christum Dominum maiestatiè infinitam lachrymantem, infrementem tui causa. An non summus ei amor? An hoc amore non accenderis? Mittiunt Lazari forores ad Christum nuntium dicentes.

Osee. 9.

Bernard. 1  
Sermone de  
Natiuitate  
Christi.  
Simile.

Cicero.  
Simile.

Isidorus.  
Simile.

Iudic. 6.

*Eccē quē amas, infirmatur.* Sed si à Christo amatur, quomodo infirmatur. Dubium hoc antiquum est, quod Gedeon Angelo proposuit dicenti sibi: Dominus tecum virorū fortissime, qui respōdit, si Dominus nobiscū, quomodo tanta mala patimur. Et adhuc antiquius hoc dubium est, super hac enim quæstione vniuersa fundatur disputatio Iob, & amicorum eius. Illi enim putabant iusto nullum esse malum, cuius oppositum Iob defendit, Quia ergo à Christo amatur, infirmatur corpore, hoc

Iob.

vt Zelotes Deus facit, ne amici illius ad ea, quæ in mundo sunt, afficiantur. Ideo in his adhibet Deus amaritudinem, & illos in carne percutit, cū quibus iungitur, & luctatur vt Iacob, castigat que omnē filiū, quem recipit. Querit Aug. qua ratione volens Deus eripere Israel de Aegypto, illum primū permittit maxime tribulari, ac flagellis cædi, & operibus duris opprimi. Respondet: Attende, quā hoc fuerit necessarium, vt viam inceptā terræ promissæ non relinquerent, tā enim ex corde Aegyptū diligebant, vt postquam ibi fuerant flagellati, è media via velent in Aegyptum reuerti, quid obsecro facturi essent, si cuncta eis in Aegypto prospera fuissent. Sic nobis contingit, quos Deus vult in cælum ascendere, terrena, ac caduca relinquere: adhuc tamen tam terræ adheremus, vt licet flagellati, adhuc hic remanere velimus, quid ageremus, si cuncta hic nobis ex voto succederent? Dicunt Angeli Lot Sodomam igne perdendam, & adhuc ibi morari desiderat, nec inde exit, donec vi extrahatur: quid faceret, si audiret, omnia prospera in Sodomis futura?

Genej. 19.

Sicut ergo manet Iacob in domo Laban, cū videt eius faciē hilarem, cū verò immutatur facies Laban, & filiorum eius, tunc de reditu ad patrem cogitat: ita rebus nobis succedētibus prospere, Dei, & cæli obliuiscimur, quoniam Manasses, & Ephraim fratres sunt, id est, abundantia, & obliuio, est enim Ephraim abundantia, Manasses obliuio: sed cum hic affligimur, quasi mundi faciē immutatam videmus, & in cælum oculos tollimus, eiusque beatitudinem ardentem expetimus?

Genej. 31.

Ideo quem amas, infirmatur. Secundum in hac Marthæ, & Marix epistola aduertendum est, nihil eas petere, sed tantum infirmitatem fratris ostendere, vt Christus videat, quid magis expediat, spiritualia enim à Deo absolute petenda sunt, temporalia

Genej. 41.

Alia sub conditione, si expediunt salutem spirituali. Ratio huius est, quoniam infirmus absolute petit à medico salutem sine vlla adiecta conditione: quoniam illa finis est, & proculdubio corpori conueniens. In medicinis verò quæ media sunt, quia nescit, quæ sit conuenientior, sub conditione infirmus loquitur: Hoc vel illud medicamentū mihi da, si expedit. Sic spiritualia dona habet rationē finis, quia per illa Deus possidetur à nobis, qui est finis noster, licet diuersimodè hic, & in patria. Temporalia vero solam media sunt, de quibus ignoramus, quid nobis sit expediens, Deus verò illud nouit. Multi diuitijs damnati sunt, vt Saul, & Salomon, & diues epulo, quidam paupertate, vt Deum offendant, pertrahuntur, vt fures: Quidam salute perierunt, alij infirma valetudine: quid ergo oremus, sicut oportet, nescimus: quia est via, quæ videtur homini recta, & nouissima eius ducunt in mortem. Multa cogitas tibi expedire, quæ forsitan erunt tibi in interitum. Sicut ergo, qui initium tantum viæ videt, non rectè potest iudicare, quæ ipsi via melior sit è duabus: qui verò omnem circumspicet viam, & latrones in altera consistētētes, & præcipitia, ille posset dicere, hanc tene viam, illam declina: sic tu initium tantum viarum vides, Deus verò circumspectit omnes vias hominum, æternitate sua omnia circumspectit: ipse nouit, quid tibi expediat. Ideo Lacedæmonij, ait Plato, & refert Diuus Thomas, solum orabant à Dijs sibi dari optima, nihil addentes verbo, sed Dijs relinquētes, quæ illa essent.

Tertium hic considerandum: *Eccē quem amas.* Sine dubio obtinebunt, quæ perunt, quoniam amici sunt, & qui in prosperitate Christum hospitio suscipiunt, eique obsequuntur, in sua aduersitate, illum habebunt adiutorē. Optimum est Deo seruire in prosperitate, vt cū in aduersitate fueris, dicere possis. Amicus tuus infirmatur, & indiget tui. Multum per omnem modū interest Deo dicere, Amicus tuus indiget tua opera, vel inimicus tuus eget tuo auxilio. Licet enim inimicis aliquando accurrat pro sua bonitate, sed sæpius etiam ad eos dicit: Vbi sunt Diuorum, in quibus habebant fiduciam? surgant, & opulētur vobis. Amicis verò id dici non potest: Sic Ezechias infirmus orat: Memēto, quod in corde perfecto seruiet tibi. Et Psal. Saluū me fac, quoniam sanctus sum, & tuus sum ego, saluū me fac. Hac

simile.

Proner. 16.  
Simile.Plato.  
D. Thom.Deut. 32.  
4. Reg. 20.  
Psalm. 85.  
Psalm. 118.

*Simile.* fiducia erectæ sorores tam breuiter ad Christum scribunt. Sicut enim filius, vel amicus paucissimis verbis quod vult, à te petit, ipsa enim amicitia fati interpellat, at externus, multis, accumulatisq; verbis, ac sapius repetitis postulat, & multis rationibus vtitur: sic ad discipulos dicitur: Orantes autem nolite multum loqui, vt Pharisei faciunt. At contra Prouer. 18. dicitur: Cum obsecrationibus loquitur pauper, quod enim de amicitia ei deest, supplet verbis, & obsecrationibus, quo maior amicitia est, eo pauciora verba sunt necessaria, vt impetret amicus, quæ voluerit, quia aures Dei in preces eorum. Hinc Esa. 65. Et erit, antequam clament ad me, ego exaudiam, ad huc ipsis loquentibus audiam. Quid benignius? quid amantius? O felicissimam amicorum Dei sortem, qui inter cætera Dei dona hæc habent, vt tam facile Deus eis accurrat, hæc est illa singularis promissio Ioan. 17. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. Quid maius hac promissione excogitari potest? Roborat autem pios hac spe experientia, qua nouerunt, quomodo eis Deus adstiterit, eosque exaudierit clamantes ad eum. Sic 1. Ioan. 5. Scimus, quia audit nos, quicquid petierimus, quia habemus petitiones, quas postulauimus ab eo. *Ecce quem amas.* Hoc verbo securæ manent: amor enim eum properare coget, exilire montes, donec illum in vitam restituat. Cura, vt te Deus diligat: sic enim omnia negotia tua confecta puta. Ad hoc verò dilige eum, quoniam ego diligentes me diligo, ait ipse: amor enim ducet, licet moretur paululum. Sicut lachrymæ filij matrem ducunt ad eum, licet aliquam morâ faciat, sed postquã venit, quid faciat, videamus?

*Infremuit spiritu, & turbauit se met ipsum, & ait, Vbi posuisti eum?* Turbat te Christus, infremuit, tu verò tam quietus, ac tranquillus eris, ac si nihil tibi esset mali? Homo peccasti, quid nunc agis? Non turbaris? non fremis? non ploras? Sed plora tu Domine, ille enim mortuus est, nec sentit damna. Attende miserum statum tuum, quo inspecto Christus turbatur, infremuit, & plorat, sed quomodo peccator non sentit? Hæc est maxime deplorandum. Ecclesia. vigesimosecundo. Super fatuum plora, defecit enim sensus eius. Sicut plorat pater phreneticum filium morientem, & ridentem. Si modo hic procederet homo, & omnes

Anes eo viso turbaremur, & ploraremur, diceret, quid hi in me vident, vt turbentur, & plorent? Quid videt de peccator, in te Christus, vt fremat, turbetur, & ploret. *Vbi posuisti eum? Vbi posuisti mortuum? Quis est mortuus? cor tuum.* Cum Deum non diligit, mortuum est. Vbi habes cor tuum? Est ne in sepulchro? Sepulchrum patens est guttur eorum, vbi lingua est inficiens animam, ibi sepulchrum est apertum. Est ne ibi cor tuum? Carnalis vbi posuisti cor in altero sepulchro. Fouea profunda os alienæ, cui iratus est Dominus, incidet in eam. Potest ne insanius, aut stultius aliquid excogitari, quam quod cum in hac statera sit Deus, & vniuersa eius bona, in illa verò delectatio sensualis, hanc pluris facias? Quomodo in corde tuo dicere potes: Hanc maiori pretio habeo, quàm Deum, hac frui volo, potius quàm Deo omnibus quæ in cælo sunt, renuntio, vt hac potiar? Possibile ne est, te iudicio vti, cum id dicas, & facias? Proculdubio Deus iratus est tibi: ingratum aliquid in eum admisti, quando te permisit sic dementari. Iratus Deus tibi est, cum te sic dereliquerit, vt insanires tam manifeste, cui iratus est Dominus, incidit in hanc foueam. Domine veni, & vide miseriam meam, & fremes, & plorabis. Si videret Rex sponsam dilectam à seruo nequam conculcari, & per crines trahi, an non fremeret: non clamaret: an non lachrymaretur? O, o, o Domine quo sensu, quo dolore cor tuum tangitur. Cum vides animam spòsam tuam à dæmone conculcari, & per terram trahi quasi vilissimam seruã, hoc est, quod fremitu, & lachrymis Christus deplorat. Sicut sanguis testimonium est vulneris corporis, sic lachrymæ ostendunt vulnus cordis. Quid Domine vulnerat, ac pungit cor tuum, vt lachrymas fundas: peccata nostra illum plorare cogunt. Est patri filius nequam: nullum non lapidem mouet pater, vt filium in meliorem mentem reducat: sed ille corrigi renuit. Cum se videt pater nihil proficere, plorat, & lachrymis testatur cordis dolorem propter filium deperditum Michæ. 1. Super hoc plangam, & ululabo, vadam spoliatus, & nudus, faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum: quia desperata est plaga eius. Vide, quàm sit malum peccatum: Deum fecit expoliari in cruce & planctum facere draconis, & struthionis. Ea enim verba ait Hieronymus, Dei

Hieron.

sunt, non propheta. Dracones ait Hieronymus, esse elephantum inimicos, cumque ab elephantibus vincuntur miserime ululare. Struthio similiter relinquit ova, & filios suos, induratur ad filios suos, quasi non sint sui: cumque à parentibus non alantur, cibum quæritant summis gemitibus, & dolore. Ideo hanc avem dicunt Hebræi datlaanah ab ululatu, nam laanah ululare significat. Magnis ergo ululatibus, & lachrymis comparat propheta dolorem Christi, quo ob peccata nostra tangitur. Sed visis Christi lachrymis, quid pharisæi dicant, audiamus.

D. Thom.

Eccles. 6.

Prouer. 9.

Ecce quomodo diligebat eum. Hunc locum optimè versat D. Thomas in opusc. de amore Dei, ait: Amico fideli nulla est comparatio, dignus amore est fidelis amicus. Prouerbiorum nono. Multi misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet? Fidelis amicus est, qui est in amicitia stabilis, ita, vt nec superueniente nouo amico, obliuiscatur prioris, nec in altum elatus obliuiscatur pauperis amici, nec deiecto amico eum despiciat. Fidelissimus amicus Deus comprobatur, qui nunquam obliuiscitur priorum amicorum propter novos, sed quos elegit ante tempus, amat etiam post omne tempus in æternum. Nec verò quod noui superueniant Deo amici, priores minus amici sunt, imò ei gratiores fiunt, si plures Deum diligant. Nec verò Christus est, vt pincerna, qui rebus succedentibus prospere, oblitus est interpretis sui, quia excelsus Dominus, & humilia respicit. Patet in Christo, qui quos mortalis elegit in amicos, immortalis factus fratres nominat. Vade ad fratres meos, & dic eis. Ioan. vigesimo. Nec verò mutatur Christi amicitia ex casu amici, vt patet Ioannis vndecimo. Diligebat Iesus Martham, Mariam, & Lazarum, sed hoc erat, cum sani, & incolumes essent. Sed quid faciet, ægrotante Lazaro? Ecce quem amas infirmatur: non desinit amare, quod infirmus sit. Moritur Lazarus, crescit miseria, sed non decreuit amicitia. Sic enim ait: Lazarus amicus noster dormit. Non dicitur amicus, quia amet, cum sit mortuus, sed quia ametur. Iam fœtet Lazarus: adhuc amicus eius Christus est, flet eius causa. Ecce, inquit, quomodo diligebat eum. Malè arguitis, ei

præ

A præsens est effectus amoris, præsens est & amor. Dicite ergo. Ecce quomodo diligit eum, ò fidelissimum amicum, qui loqueris, in charitate perpetua dilexi te. Non sic nos Christo fideles sumus. Captus tantum erat Christus, & iurat Petrus, se non nosse eum. O ergo homo, qui amicum fidelem quæris, quomodo Christum amicum non quæris primum, qui nunquam mutatur? Quæ nam putas amicitia mundi ad te est, & carnis: audi, & vt plenius id percipias, hoc vtar exemplo: Tres tibi amici sunt, discrimen summum imminet tibi, vocaris enim à Rege, coram eo accusatus criminis læsæ maiestatis. Accedis ad primum amicum, exponis illi discrimen tuum, ab eo opem postulas. Respondet tibi: Comitabor ego te, donec ad Regis tribunal veneris, tunc foris manebo, tu cum Rege negotium perface: ego enim nihil amplius faciam. Videns in hoc auxilium tibi non esse, ad alium diuertis amicum, ab illo opem postulas, & auxilium. Respondet tibi: Cum iussus fueris occidi, lintheum, quo corpus inuoluatur tuum, dabo sindonem vterem. Accedis ad tertium, qui ait: Ego ero aduocatus tuus, ego te liberabo, ego opem feram, ne timeas: Regem placabo, & si oportuerit vitam pro te fundere, vt tu viuas, libenter eam dabo. An non hic fidelis amicus est? Qui cum carne sua amicitiam ineunt, quem amicū diligunt? Ad instar prioris illius amici, quem diximus, cum spiritu se habebit. Carnem foue, eam dilige, tibi Dalila erit, te inimicis tradet, & comitabitur spiritum vsque ad mortem, tunc spiritum relinquet solum, vt iudicium Dei subeat. Secundo amico similis mundus est, cui vt placeas, te discrucias, sed ille solum tibi dabit sindonem, qua corpus tuum inuoluatur, hoc solum ab eo accipies, cum mortuus fueris. Tertius amicus fidelis Christus Dominus est, aduocatus noster, qui vt nos in libertatem assereret, mortem nostram sustinuit, qui nos ad diuinum iudicium comitatur, nos liberat, nos tuetur. Hic ergo sit tibi amicus, qui verè diligit te. Fratres diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Audi, quæ dicat, & faciat hic amicus.

Tollite lapidem. Officium prædicatoris est tollere lapidē, & fœditatem ostendere peccatorum: Fili hominis fode parietē, &

pp 4

vide

Hierem. 31.

Matt. 28.

simile.

Iud. 17.

1. Ioan. 3.

Ezech. 8.

Esai: 58.

vide abominationes, quæ fiunt ab Israele, vt annuncies eis. Et Esai. Annuntia populo meo scelera eorum: quod si non corrigantur, quia infirmitas eius est, noli me tangere: cui si medearis, exardescit amplius, si verò medicinam non adhibeas, occidit, adhuc tamen, vt Deus iustificetur, peccata dicenda sunt. Verè lapide detinetur peccator, ne in Deum feratur. Vis hoc manifestè nosse. Immensa ad te venit pluuia beneficiorum Dei, nec leniris: sæpe te Deus vocauit, nec ei assensum præbuiti: sine dubio prægrandi mole, ac lapide premeris. Audisti sæpe, caue, ne hac nocte repetant animam tuam. Caue æternam pœnam inferni. His non moueris: lapidem habes. Pharao quomodo tot visis signis non conuerteris? Induratum est cor Pharaonis, petra illi supposita est: tolle lapidem, si damnari non vis. Ideo

Exo. 8.

Psalm. 68.

orat Psalm. Non me demergat tempestas aquæ, nec absorbeat me profundum, nec vrgeat super me puteus os suum. Qui peccat, tempestate vincitur tentationis, & demergitur: absorbetur verò à profundo, qui in peccato perseverat: sed clauditur puteus lapide, cum obduratur quis peccato, caue, ne maneat in peccato in æternum. Sicut claudit Iosue lapide speluncam in qua Reges latuerant, in qua etiam eos sepeliuit, ponens ad os speluncæ lapides grandes, qui permanent vsque in præsens. De

Iosue. 10.

Heb. 3.

Eccles. 3.

Ios. 16.

mon te curat hoc lapide imposito perdere in æternum, tolle lapidem. Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, vt nõ obduretur quis ex vobis fallacia peccati, quia cor durum male habebit: in nouissimo, vt Sapiens ait. Iosue. 16. Maledictus, qui edificauerit Ierico: in primo filio ponat fundamenta, & in nouissimo ponat portas eius. Destruxit Christus regnum peccati sanguine suo: tu verò peccatis tuis, quæ durissimi lapides sunt, reardificare conaris illud. Caue diuinam, & æternam maledictionem in spiritum, & carnem, spiritus cum cepisti ædificium, in terijt, sed & corpus etiam tradetur igni inextinguibili, cum per feceris peccatum. Tolle ergo lapidem, ne de te dicatur: Concluseris vias meas lapidibus quadris. Pete à Christo, emittat verbum suum, & liquefaciat ea, auferat à te cor lapideum, & det cor carneum. Tolle ergo lapidem Deo te iuuante, & cum in ceperis, ab opere ne desistas, donec perficias. Incipit enim homo aliquando magnum mouere lapidem, quod si semel per-

Thren. 3.

Psalm. 147.

Eze. 11.

Simile.

Aceret, non ei aded laborandum esset. Ille verò labore deterritus captum opus non perficit, & lapis eo reuertitur, vbi primum fuerat, & iterum opus est nouo labore. Sic multis contingit, qui incipiunt vitam in melius mutare, nec tamen perficiunt: si enim semel operi illi incubuissent, sicilicet perfecissent, sed ceptum opus deserunt, & postea iterum, atque iterum laborem adhibere cogunt.

Clamauit magna voce, Lazare ueni foras. Opus est voce magna vt peccator suscitetur, qui in infernum iam descenderat. Eruiisti animam meam ex inferno inferiori, id est, culpa, quæ inferior est pena gehennali. Mirus profectò peccatoris casus fuit, à summo cœlo in infernum inferiorè. Ideo Hier. Deducât oculi mei lachrymas per diem, ac noctem, & nõ taceat, quoniã contritione magna contrita est filia populi mei, plaga pessima vehemeter. Verè contritus es, cum peccasti, decidisti à turri, quæ altior cœlo est, nimirum à

gratia Dei. Qui casus iste est: quæ contritio? Quomodo nõ tremis, cum audis vel peccati nomen? Dicere deberes: Ego peccare possum? Est ne, qui peccare possit? Hier. 3. Ecce locuta es, & fecisti malum, & potuisti? Miratur Deus, quod homo illum offendere potuerit. Illud loqui id est, quod statuere, sicut in Psalm. dixit: Vt disperderet eos, id est, statuit. Sic ergo intelligitur, ecce locutus es, id est, cogitasti, statuisti, & fecisti? Et possibile ne hoc tibi fuit? Talis ne cogitatio in cor tuum venire potuit? Et tamè tu cogitasti, & decreuisti, impossibile apparet tale cogitari, & statui, & tu potuisti illud statuere, & facere? Te Deum talè offendere, impossibile apparet. Possibile ne est te cum Deo tuo inimicitias gerere, & tamen nihil curare? Cum potète inimicitias geris, & caues, & armis indueris, & Deum habes inimicum, & nõ curas? Ad te nunc Christus clamat: Lazare ueni foras. Peccasti in Deum, sed nunc per

feuerabis in finem, aut irasceris in perpetuum? Si tibi loco penitentię iniugeretur, vt corpus mortuum super te tolleris per annum, diceres proculdubio illud impossibile esse factum. Quomodo ergo animam mortuam tot annis desers, quæ maius, & peius onus est corpore mortuo? Arist. Quæ res nobilior, eo corruptio peior: id est, deterior animæ mors morte corporis. Si multa tibi pretio exhiberetur, vt corpus mortuum deseres, nolles id facere, & multa tibi donatur, vt animam mortuam nõ deseras, nec acquiescis. Dic mihi, nõ vides animam tuam mortuam: eius factore nõ granaris? Negare

Psalm. 85.

Hier. 14.

Hier.

Psalm. 105.

Hier. 13.

Simile.

Arist.

Baruc. 3.

nō potēs intus te habere inferni speciē. Audi prophetā: Quid est, o Israel, quod in terra inimicorū es? Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cū mortuis, deputatus es cū descēdētib⁹ in infernū. En infernū tecū defers, homo quid tibi cū peccatis? Fremit Christus semel, & iterū: sic cine perdēda anima est? Fremit, vt tu fremas, turbatur, vt tu turberis, lachrymatur, vt tu lachrymas fundas, vt peccata relinquant. Quantū temporis in peccato fuisti. Vsq; quo Dñe finis offensionū mearū: quādo tibi à peccato recedendū, quādo finē peccādī facies? Vt quid natus es: si bonus futurus nō es? Quādo iā ad Deū venies? quid expectas? ne in lōgius tēpus differas. Quid habet peccatū voluptatis, ac luctri, quod te detinet? Sane illud tibi cū peccato cōtingit, quod cani solet cū osse, à quo nihil solidi cibi fugere, aut extrahere potest: & tñ mordet, ac rodit os, puta tq; aliquid inesse cibi, & dulcedinis ossi, nec tñ est, sed sanguis ab ore canis fluit, & illū se ex osse putat colligere, eoq; pascitur, ac delectatur. Peccatū os est omnivirtute, & substātia carēs: quomodo ergo ille totā noctē in sōnē ludēdo ducit: ille mulierē insequitur? Desideriū tuū prauū & inordinata tua affectio dulce facit apparere, qđ amarū est, nec in peccato requies aliqua, aut dulcedo est, sed inordinatio appetit⁹ tui illud efficit. Vis hoc videre: tolle inordinatū appetitū tuū & videbis nullā peccato inesse dulcedinē. *Lazare ego ueni foras.*

Sed dubiū est, cū tanta facilitate posset Christus mortuū suscitare, & tanta alios suscitauerit, qua ratione tot adhibuit ad Lazari suscitationē? Orat, clamat, lachrymatur, fremit. Respondetur, hoc in mysterio factū est, vt significet, peccatorē praua cōsuetudine deprauatū difficilē redire ad gratiæ vitā. Est iā fōtid⁹ malo exēplo, ligatus pedes, & manus propter difficultatē bene operādi. Est iā supposit⁹ lapis drui cordis, is difficilē curatur. Ec cle. 10. Languor prolixus grauat medicū, breuē languorē præci dit medicus. Chryf. Quēadmodū riuiulū, qui à fonte procedit, facile poteris deriuare, ac deducere, quo volueris, at vbi aliorū fluminum accessione auctus est, vix vlla arte potest fluxus arceri, ac comprimī: ita facile est recens abscindere vitium, difficile verò quod annorum consuetudine vires cepit, ac propagatum est. Et sicut nouellam plantam facile euellis, radicatam verò difficile: sic altas radices si vitium mittat. Timēda est Grego-

Eccles. 10.  
Chrysoft.  
Simile.Simile.  
Grego.

Agorij sententia: Sæpe nonnulli exire à prauis actibus cupiunt, sed quia eorundem actuum pondere premuntur, in malæ consuetudinis carcere inclusi à semetipsis exire non possunt. Sicut iumentum imbecille cū oneri succumbit, cū ruit sub graui onere. Eneruis, & effœminatus animus cū solui non vult, ad quædam se solatia falsæ consolationis inclinat, & cū de remedio agere deberet, de solatio cogitat, quo morbum nō sentiat. Hæc Greg.

Sed modo licet Lazarus sis quatruiduanus, Christus te vocat, Lazare veni foras. Surge hoc tempore, quo tot iuuaris orationibus, & exemplis. Si enim agricolæ feminandi, & nautæ soluendi opportuna tempora non prætermittunt, tu ne prætermittas hoc, in quo plures Lazari surgunt. Surge ergo qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

## Dominica in Passione.

*Quis ex vobis arguet me de peccato, &c. Ioan. 8.*



Incipit iam Ecclesia Dominicam celebrare passionem, nobis iam ieiunio præparatis: ideo hæc dicitur Dominica in passione, & hodie vexilla Regis procedunt. Et cū passionem proponere velit, primum hodie ostendit Christi summam innocentiam, qua omne crucis tollitur scandalum. Cū enim dedecoris, & ignominia sit pati ob culpam, absque illa tamen & pro virtute pati gloriosissimum est. Ideo malefactorum supplicia plena ignominia sunt, martyrum verò gloria. Præsertim Pet. quarto. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, & gloriae, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet. Nemo autem vestrum patitur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deū in isto nomine. Et iterū: Hæc est gratia si propter Dei

1. Pet. 4.

con-

conscientiam sustineat quis tristitias, patiens iniustè. **Quæ enim** est gratia, si peccantes, & colaphizati suffertis? Sed si bene facientes, patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. In hoc enim vocati estis, quia Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt sequamini vestigia eius: qui peccatū nō fecit, tradebat autē iudicātū se iniustè. Et hac ratione respōdemus gētibus exprobrātibus nobis, qđ Deū adoremus crucifixū, dicētes: Culpa est, quæ vile, & abiectū reddit suppliciū. Cū verò eius causa, virtus est, tātū ab ignominia abest, vt sit gloria plenū, & apud gētes pro cōstātī habitū est sēper. Cū enim supremus fortitudinis act⁹ sit tristitia pro virtute sustinere, vt Arif. dicit 3. Ethic. & qui libet act⁹ fortitudinis glorios⁹ sit, qui suprem⁹ est, glorios⁹ erit.

Secūdo hæc Christi innocētia ostēditur, vt videamus pro nostris peccatis illū pati, quādo pro suis nō patitur. Ex parte Iudæorū iniustissima fuit Christi mors. Odio habuerunt me gratis, & retribuē: at mihi mala pro bonis. Ex parte verò patris præcipiētis Christo mortē; & eius sentētiā ferētis, iustissima fuit, nec potuit iusta esse tāta pœna, nisi pro grauisima culpa infligeretur: ostēditur verò hodie nō ob propriā illatā. Manifeste ergo colligitur, propter peccata nostra eū morti addictū, cū propter sua nō fuerit: argui enim de peccato nō potest, qui vndiq; iust⁹ fuit. Hoc est enim nomē eius, iustus: hoc est nomē, quod vocabunt eū, ait propheta, Dñs iustus noster, quod nec in ore inimicorū amisit. Sic Iudas. Peccaui tradēs sanguinē iusti. Et Pilatus: Innocēs ego sum à sanguine iusti huius. Et illius vxor: Nihil tibi & iusto illi. Est deniq; ille Absalō, de quo 2. Reg. 14. Porro sicut Absalō nō erat vir pulcher in Israel, à plāta pedis vsq; ad verticē capitis nō erat in eo macula, & quotannis tōdebātur capilli eius, vt ornaretur filij Hierusalē. A deo enim iustus Christus Dñs, vt nō sibi soli iustus sit, sed gratia capitis in eo toti mūdo, & nobis ornādis fuerit, & vno quoq; anno, quæ ei superfuerūt merita, nobis dāt in ornāmētū. Si ergo omnino ille iust⁹ est, nec pro suis peccatis punit, reliquū est, vt pro nostris puniāt. Omnes nos sicut oues errauim⁹, & posuit De⁹ in eo iniquitates omniū nostrum.

Vltimū ergo, qđ nobis Ecclesia proponit, passio Christi est, quæ est quasi harpago venaticus. Sicut enim sunt varia instrumenta, & arma in venationem ferarum, sed eorum præcipuum est

Aristot.

Ioan. 15.

Psalm. 34.

Hier. 23.

Matth. 27.

Matth. 27.

Matth. 27.

2. Reg. 14.

Esai. 53.

Simile.

**A** est harpago, quo feræ transfiguntur, vulgo dicitur, harpago: sic licet multis cor humanum capi, & transfigi possit, sed maximè Christi passione. Hæ sunt sagittæ potentæ acutæ cum carbonibus desolatorijs: hæ sunt sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent. Est potio purgatiua, quæ vltimo omnium à medico propinatur. Sicut enim medicus infirmum curans, primum corpus debilitat inedia, & phlebotomia, deinde illud purgat: sic Ecclesia hoc tempore curationis nostræ nos præparauit ieiunio, & corporis maceratione, vt dominicæ passionis sacramentum debitè suscipiamus: quo omne peccatum à nobis pellatur. Nihil enim hac medicina potentius. Si enim Christi passione omnia peccata deleta sunt, ratio exigit, vt tua etiam pellantur: si cum Christo passio omnis creatura patitur, scinditur, & quasi commoritur, & nos peccato mori debemus. Timendum verò ex hac Christi passione aliquid, & amandum aliud ostenditur, vt amore, & timore à malo recedamus. Sed quid timendū? quæ sagittæ hic acutæ, à quarum conspectu fugiamus? Audi. Erat Regi vas in summo pretio habitum, seruus verò illud vas consulto fregit, & in frustra comminuit: timens verò Regis iram fragmenta vasis in manibus principis filij vnigeniti Regis posuit, vt putet à filio confractum vas, Rex verò id conspiciens, vult occidere filium innocentem. Dicitur ei: Non hic vas fregit, sed pefsimus ille seruus: & re bene inquisita, hoc ita esse cognoscit. Ad huc verò tam est commotus ira propter vas confractum, vt licet nouerit filium non fregisse, quia tamen fragmenta manu tenet, filium occidit. Dic obsecro, an timendum sit seruo nequam, qui consulto vas fregit? Horrendum, inquit Paulus, est, incidere in manus Dei viuētis. Peccator mandata Dei confregit, Christus verò filius innocens in manibus suis peccata detulit, non quæ ille fecit, sed quæ nos. Posuit in eo iniquitates omnium nostrum, & hac ratione voluit contere eum, & crucifigere, quid non timendum nobis, qui peccata perpetravimus? Sed quæ amoris sagittæ in passione? De his sine dubio dicitur, Sagittas suas ardentibus effecit, id est, ardentis. Hic enim locū habet illud: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur. An non ingens ignis, & amoris vis procedit à Christo Dño in cruce pro nobis vitam, at sanguinem profundētē.

An

Psalm. 119.

Psalm. 44.

Simile.

Simile.

Heb. 10.

Esai. 53.

Psalm. 7.

Luc. 12.



**Exod. 3.** An non hæc rubus ardens? an non Dominus in igne est, cum in cruce est: quis potentior ignis.

Iam ergo audiamus Christum innocentiam suam probantem. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Considerandum profecto, quam simus dispares à Deo, quamquæ ab eius natura distemus. Ille culpâ omnem sic odiuit, vt nec leuissimâ assumere voluerit, omnium tamen culparum pœnam sumpsit. Nos contra omnem culpam facile incurrimus, pœnam verò omnem summo studio deuitamus. Sic Adam ne cõtristet Euam, facile culpam illius subiit. Sed cum Deus pœnam infligere peccati vellet & vxorem excusare debuisset, & super se peccati pœnam imponere, non sic fecit, sed pœnam à se reijcere voluit, & in Euam eam transferre, factus misericors, quando debuit esse crudelis, & crudelis quando debuit esse misericors, vt Bern. ait. Contra Christus omnium peccatorum pœnas sumpsit, peccatum verò non ite, docens nos rem summè à nobis vitandam culpam esse, non pœnam. Ad hoc sunt in scriptura duæ autoritates præcipuæ, quæ inter se pugnare videntur. Prima est Dani. 13. Cum Susanna in illo discrimine esset constituta, in quo ei eligendû erat, aut culpam subire, aut mortem abiectionis cum dedecore multo, tunc ingemuit Susanna, & ait; Angustia sunt mihi vadique. Si enim hoc egero, mors mihi est, si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi, absque opere incidere in manus hominum, quàm peccare in conspectu Domini. Sed Dauid aliter sentire videtur 2. Regu. 24. Vbi data ei optione pestilentia, famis, & persecutionis hostium, his verbis pestem eligit: Coarctor nimis, sed melius est, vt incidam in manus Dei, multæ enim misericordia eius sunt, quâ in manus hominum. Susanna eligit incidere in manus hominum. C

**Hebr. 10.** Dauid verò in Dei manus. Paulus Susannæ videtur, consentire, cum ait: Horrendum est incidere in manus Dei. Quam manum duram sentiebant Philistæi. 1. Reg. 5. Non maneat arca Dei apud nos, quia dura est manus eius, & ipse Dauid, qui in manus Dei incidere vult, hoc mali solum precatur inimicis Psal. 20. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat eos, qui te oderunt. Adhuc tamen ipse Dauid loco citato, & alibi sæpe prælegit in manus Dei incidere. Sic

Psal.

**A** Psal. 79. Fiat manus tua super virum dextera tua. Et Psal. 118. Fiat manus tua, vt saluet me, quia mandata tua elegi. Et Psal. 143. Emitte manum tuam de alto &c. Vt ergo hæc, quæ diuersa, & contraria inter se videntur, conciliemus, notandum est, duo esse tempora. Primum ante peccatum admissum, quod in tempore Susanna erat, & tunc eligendum est cum ea, potius incidere in manus hominum, vt vniuersa mala pœnæ inferant, quàm in Dei manus per culpam, quàm peccare in conspectu Altissimi, vt illa ait: Tunc temporis ne dicas, miseratio Domini magna est, vt ansam capias peccandi, omnia enim mala pœnæ præeligenda sunt, potius quàm malum culpæ, quia hoc multò maius malum est. Et idè Psal. ait: Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Id est, vniuersa Dei ira, & mala pœnæ ab ea procedentia carnem meam pungunt, & vulnerant. Sed peccata mea etiam ossa confringunt, quod maius est malum, ipsa etiam pœna damni, quæ est Dei priuatio, minus malum est, quàm culpa, atquæ peccatum. Quia licet priuet Deo, sed illa priuat Deo, vt est mihi bonum, culpa verò Deo vt est in se bonum. Cûquæ tam graue sit peccati malum, tamque fugiendum, tam facile illud admittis, ac si nihil ageres. Abominabilis, & inutilis, homo, qui bibit iniquitatem, quasi aquam, ait Iob. Aliud verò tempus est post commissum peccatum, quo in tempore Dauid erat. Hoc verò tempore aliud nobis non est refugium, quàm ad Dei misericordes manus confugere, & ad eius pedes prouolui, quia multæ misericordia eius. Hierem. decimoquinto. Quis miserebitur tui Hierusalem? nisi Deus? Sed si Dei manus viuui timemus, eamus ad Dei manus mortui, quæ plenæ sunt misericordia, ad quas inuitat sponsus: Veni columba mea in foraminibus petrae, in cauerna maceræ, sonet vox tua in auribus meis, vox inquam confessionis. Petra enim refugium est Erina cijs, qui peccatorum spinis pleni sunt. Eccles. 2. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & nõ in manus hominum, in manus, inquam, Domini Dei viuuentis, si ad manus Dei mortui non venerimus. Ideo nûc nobis Christi passio proponitur, vt ad has veniamus manus, vt ibi abscondamur ab ira Dei.

Ad he

Psal. 79.  
Psal. 118.  
Psal. 143.

Psal. 37.

Iob. 15.

Hierem. 15.

Cantic. 4.

Psal. 103.

Eccles. 2.

Exod. 28: Addit verò Christus Dominus. *Si ueritatem dico uobis, quare non creditis mihi.* Tam manifestis testimonijs ueritatē illis proposuerat, ut esset insignis proteruia, non credere. Exod: 28. Pontes in rationali iudicij doctrinam, & ueritatem. Hanc Christus docuit mundum. In hoc natus sum, & ad hoc ueni in mūdum, ut testimonium perhibeam ueritati. Maximam uerò vim ueritas habet, fortissimum est omnium eorum, quæ in mūdo sunt: uinci, & opprimi non potest. Sic. 3. Esd. 3. super Regem, uinū, & mulierem ueritas uincit, & omnes acclamauerunt, maxima ueritas est. Quod ergo fortissimum est, quomodo te non uincit? Hinc Paul. Rom. 1. Reuelatur ira Dei de cælo super omne impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui ueritatē Dei in iniustitia detinent: cum enim tam sit potens ueritas illam detinere, ei resistere, summa peruersitas est. Quando munitissima, & altissima turris ciuitatis capta est, & inde inimici in uniuersam ciuitatem ignitos globos iaciunt, quis non manibus deuinctis se tradat? Videbis hominem ueritatem intelligētē, ut hi, qui sciebant Christum Messiam, sed peruersa uoluntate dicebant, nolimus hunc regnare super nos, imò, hic est heres, uenite, occidamus eum. An non summa hæc peruersitas? Attende in te persimilem. Ueritas occupauit mentem tuam, quæ est arx ciuitatis tuæ, & inde iaculantur fulmina horribilia in uoluntatem, nec tamen acquiescis, nec Deo subderis. Est ne paruus, exiguusque ictus, quo uoluntas pulsatur, cum audit: infernus te perpetuus manet? Sufficiens profecto est mille mundos commouere, ac conuertere. Audis, Deus passus pro te est, sagittæ acutæ hæ sunt, ut populi sub illo cadant, & tamen resistis tantæ ueritati? detines eam? Vox Domini in uirtute, uos Domini in magnificentia, uos Domini cōfringentis cedros. Eccle. 12. Verba sapientum stimuli, & quasi clauis in altum defixi, quid obsecro erunt uerba sapientiæ, & tamen tu non transfigeris eis.

Psal. 2 P.  
Eccles. 12.

Simile.

*Quare ergo non creditis mihi?* Imò Domine quia ueritatem dicis, non crederis, si mendacium dixisses, credereris: mundus enim uniuersus plenus est mendacijs. Hoc enim egit in mundo princeps eius, pater mendacij, ut omnia mendacijs repleat: unde qui ueritatem credat, difficile reperies. Si modo quispiam Domū pharmacopolæ intraret, & uniuersorum uasorum nomina

**A**mina, titulosque mutaret, cōfunderet omnia medicamina, nec quitiā ualeret omnia in ordinem postea redigere, nisi ipse pharmacopola, qui omnia probè agnoscit. Audi, quid dæmon in mundo effecerit, nomina uera rerum omnium immutauit, orationem, & diuinorum considerationem dicit trisitiam; curam conscientia dicit scrupulum, domos religionis dicit carceres; uanitatē dicit honorem, uindictam dicit fortitudinē, ac magnanimitatem: humilitatem dicit deiectionem, magna profecto peruersio. Hinc Propheta: Væ, qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Hinc tot deceptiones in mundo, sicut contingeret eis, qui ex domo pharmacopolæ, ubi tituli omnes corrupti sunt, medicinas fumerent, pro aqua rosata, aquam, **B** quam fortem dicunt deferret, & sic in reliquis. Venit ergo in mundum ueritas ipsa, ut nomina rebus uera imponat, quia omnia nouit. Messias ait; Samaritana uenit, & docebit nos de omnibus. Sicut enim primus Adam nomina conuenientia rebus imposuit, & omne quod uocauit Adam, ipsum est nomē eius: ita uenit secundus Adam in mundum ueritatem docens, nomina uera rebus imponens, & quodcunque uocauit Christus, ipsum est nomen eius, quicquid mundus dicat.

*Quare ergo non creditis mihi?* Argumentum hoc dissolue re non potuerunt. Nec uero nos dissoluemus Dei argumentum in nos propositum. Si ueritatem tibi dixi, quare mihi non credidisti? Deum cum hominibus disceptaturum ait Hiere. 2.

**C** Propter ea adhuc iudicio contendam uobiscum, ait Dominus, & cum filijs uestris disceptabo, transite ad insulas Cethim, & uidete, & in Cedar mittite, & considerate uehementer; & uidete, si factum est huiuscemodi, si mutauit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt dii. Populus uerò meus mutauit gloriā suā in idolum. Maximo conuictio datur populo Christiano, quod nulla gens sic inobediens est Deo suo, ac ille, & certè alij non sunt dii. Illi tamen dæmonibus obsequuntur in difficillimis, nos in facillimis Deo nostro non paremus. Illi immolāt filios suos dæmonijs, eos succedentes, nos nolimus Deo parum substantiæ dare, ideò in iudicio omnis iniquitas opilabit os suum. De quo Ioel. 3. Congregabo omnes gentes, & deducā eas in uallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi. Sed quis ar-

Primus Tom.

Qq

guenti

Esd. 3.

Ioan. 4.  
Gen. 2.

Hiere. 2.

Psal. 107.  
Ioel. 3.

**Iob. 9.** guenti, & disceptati Deo respondere poterit? Bene Iob. 9. Si uoluerit contendere cum eo, non respondebit ei unum pro mille. **Quare ait, hoc est illud Gene. 3.** Quare fecisti hoc? Quid respondebis Deo tuo, cum tibi dixerit, quod Sauli. 1. Reg. 15. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es, quare ergo non audisti vocem Domini, sed uersus ad praedam es, & fecisti malum in oculis Domini? **Qua potes praetendere excusationem, ut Deum offendas? Si nec oculi tibi essent, nec manus, nec pedes, accederet ad te homo, ac diceret, accipe oculos, manus, & pedes, & ijs ab eo acceptis, continuo eum gladio perfoderes, quam excusationem posses praetendere tanti sceleris? Haec omnia à Deo recepisti, & multo plura, & nihil mali, quare ergo in illum peccas?**

**Qui ex Deo est, uerba Dei audit.** Dulcia sunt iusto colloquia de caelesti patria, quia illa patria eius est, exul uero de patria propria libenter audit, **Acto. 13.** Audierunt autem uerbum Dei, quotquot erant praordinati ad vitam aeternam. Et praeterea oues proprii pastoris uocem audiunt; sic Christus ait; oues meae uocem meam audiunt, sic etiam seruus audit uocem Domini sui, miles uocem ducis sui. Loquere Domine, audit seruus tuus, ait Samuel. Sed audire non est tantum exteriori aures percipere, sed interiori, ut obediat ei, quem audimus, iuxta illud **Gen. 3.** Quia audisti uocem uxoris tuae, & Dominus ad Abraham, audi uocem uxoris tuae. Qui ergo ex Deo est, Deum audit, id est, Deo obedit. **1. Ioan. 4.** Nos ex Deo sumus, qui nouit Deum, audit nos, qui non est ex Deo, non audit nos, in hoc cognoscimus spiritum ueritatis, & spiritum erroris, **Esa. 50.** Veni, & non erat uir; uocauit, & non erat, qui audiret. **Hiere. 35.** arguit, ac damnat Deus populum suum exemplo Rechabitarum filiorum Ionadab, quos propheta Hieremias in templum duxit, & apposita eis mensa ait: Bibite uinum, qui responderunt, non bibemus uinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster praecipit nobis, dicens: Non bibetis uinum uos, & filij uestri usque in sempiternum, & domum non aedificabitis, & sementem non feretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus uestris, & obedientes fuimus iuxta omnia, quae praecipit nobis Ionadab pater noster. **Tunc**

conuer-

**A** conuersus Propheta ad populum, ait: Nunquid non recipietis disciplinam, ut obediat uerbis meis? Dicit Dominus; praualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos praecipit filijs suis, ut non biberent uinum, & non biberunt usque ad diem hanc, quia obedierunt praecipito patris sui. Ego autem loquutus sum ad uos, de mane confurgens, & loquens, & non obedistis mihi. Similia in peccatorum confusione hodie afferre possemus exempla multorum, qui parentibus, dominis, mundo, carnique obediunt in difficillimis, cum tamen peccatores in facillimis Deo obtemperare nolint.

*Ego daemionium non habeo sed honorifico patrem meum.* Manifesta ratione ostendit se daemionium non habere, cum enim

**B** sit daemionis proprium diuinam gloriam obscurare, daemone non habet, qui illam conatur illustrare. Daemone uoluit Deo aequari. Hoc uero duobus modis effici potest, uel se exaltado ad Dei aequalitatem, uel Deum deprimendo ad suam paruilitatem. Primum tentauit initio, cum dixit: Ascendam super altitudinem nubium, super astra Dei exaltabo solium meum, & ero similis Altissimo. Hac uia nihil fecit. Quo enim amplius se exaltare uoluit, eo magis deiectus est. Ideo propheta; Veruntamen ad infernum detraheris, ad profundum laci. Nunquam ergo cessat secundum intentare modum, Deum curans deijcere, ac obscurare, ut uel sic ei possit aequari. In multis uero id daemone perfecit, quorum sic excacauit mentes, ut Deum nihil faciant. Sic de quibusdam dicitur **Eze. 13.** Violabant me

**C** ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmentum panis. Vide, quam minimo pretio Deum habeas: illum offendis, illum relinquis pro nihilo. Inquiro modo ab his, qui consuetudine praua iurandi innumera peccata committunt, quibus Deum amittunt, quid eis detur, ut Deum relinquant? Et dicunt, nihil. Similiter interroga ab eo, qui omnia, quae uidet, concupiscit, etiam illicita, quid illi daemone praebet, ut Deum relinquat, dicet, nihil. An non hoc stupendum, cum reliquisses Deum, ut tibi uniuersus mundus daretur, stultissimus esses. Quando tibi nihil datur, uel paruum quid, & eum relinquis, quo nomine appellandus es. Sed te ego nunc uirgeo, ac interrogo, quem praediligas, quem potius diligas, quem sequaris, Deum; an diabolum?

Q9 2 Sed

Ezech. 28.

Ezech. 13.

Sed ais; Vana hæc interrogatio est. Sed non est vana. Attende opera tua, & videbis potius te diabolus sequi, & præligere. Obsecrat te Deus, & nõ audis: vix demõ conuiuet, & eũ sequeris. Præcipit Deus, nec obtæperas: præcipit demõ, & continuo acquiescis. An tu dicere poteris: Ego honorifico patrẽ meum!

*Ego non quero gloriam meam, est, qui querat, & iudicet.* Deut. 18. Qui Prophetam hunc nõ audierit, ego vltor existam. Loquitur de Christo Domino. Ad patrem attinet Christum honorificare: ideo ille non querit gloriam suam. Similiter iusti obliuisci possunt querere gloriam suam, est, qui querat Deus. Quæsierunt gloriam suam Alexander, Nabuchodonosor, Cæsares: sed illam nacti non sunt. Non quæsierunt gloriam suam piscatores, & illam Deus quæsiuit: & ecce plus hi, quàm illi glorificati sunt. Terra quã calcavit Petrus, pluris hodie habetur, quàm Reges omnes mundi, est, qui querat gloriam Sanctorum. Quis, obsecro, hodie est, qui querat sepulchrum Alexandri, aut Cæsaris? At piscatoris sepulchrum inuisitur ab inuicso orbe. Gloriam ergo Christi quæsiuit pater, collocans eum ad dexteram suam super omnem principatum, & potestatem: quia ipse patris gloriam quæsiuit, & suam oblitus est. Tu ergo obliuiscere interim gloriam tuam, & dic: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: ipse queret gloriam tuam. Qui honorificauerit me, honorificabo eum, ait ad Samuelem. Et hæc vera gloria est, qua à Deo glorificamur, non ea, qua à mundo, de qua ait ipse: Quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non queritis? Ne te ergo sollicitum reddat mundi gloria, quære Dei gloriam, ille tuam quæret, & dabitur tibi gloria vera. Contra verò qui Deum deserit, vt gloriam suã querat, deiciendus est. Quoniam Cyrus reædificari templum Dei curat, ei à Deo conceditur mundi imperium: & quoniam Salomon Deum obliuiscitur, scinditur regnum eius.

*Si quis sermonem meum serauerit, mortem non uidebit in æternum.* Sicut in paradiso fuit vitæ arbor, qua vita perpetua reddebatur: ita in Ecclesia est Christi Euangelium arbor vitæ, qua vita æterna acquiritur. Sed sicut non satis erat aspectus ligni vitæ, nisi fructus comederetur: ita non sufficit audire verbum Dei,

Deut. 18.

Psalm. 113.

2. Reg. 2.

Ioan. 5.

Gene. 2.

**A** Dei, nisi opere compleatur. Fratres estote factores verbi, & non auditores tantum. Vtinam nobis concederetur, vt inueniremus verbum Dei, & comederemus illud auide, nulla in eo reperta amaritudine, sed omnimoda dulcedine, vt Hieremias contigit dicenti: Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiã cordis mei, super mel ori meo, ait Psalm. Ezechieli liber traditus est deuorandus, & dulcis fuit in ore eius, Ioanni etiã idem traditus liber est, dulcis in ore, sed amarus in ventre: illum tamen deuorauit. Non enim sola ea ex diuino verbo accipienda sunt, quæ dulcia, & nobis consentanea: sed & illa quæ naturæ nostræ aduersa sunt, & insipida. Illa etiam nobis valde proficua sunt, omnia à nobis deuoranda, & opere implenda, quæ Deus præcipit, siue dulcia, siue amara sint.

**B** *Abraham exultauit, ut uideret diem meum: uidit, & gauisus est.* Hoc autem Chrysostomus factum asserit, cum filium duxit in montem, vt eum immolaret. Cumque maxima angustia premeretur, eum consolatus est Deus, ostendens Christum Dominum futurum mundi remedium: quia in angustijs, quas pro Deo patimur, nos Deus maximè consolatur. Ducit Abraham Genesis. 21. filium suum in montem, vt eum imolet. Portat Isaac ligna, pater verò ignem, & gladium. Interrogat Isaac: Vbi est victima, pater mi? Cui Abraham, Dominus prouidebit sibi victimam, fili mi. Inueniunt arietem, quem sacrificant. Figura hæc erant Christi passionis. Qua in re se Deus habuit, ac se habet nobilis vir, qui arma confici iussit præclara, vt coram Rege exerceatur ad prælium. Delectatur verò armis inspectis, quæ illi maximè placent: sed vt ea melius intueatur, facit amicum ijs armis indui, eumque libenter conspicit, videns se aliquando ijs circumdatum armis præclaris processurum. Sic Deus induturus aliquando passionis suæ arma, prius armari voluit Isaac: eoque inspecto Deus delectatur, quasi in sui figura. Iubet Deus illum duci ad terram visionis, quæ erat mons Moria, in quo postea ædificatum est templum Salomonis, in loco, quem dedit Dauidi Arcumna, secundo Regum vltimo. Quando oblato ibi sacrificio pestis cessauit. Sed sciendum est nomẽ Moria, & locum visionis nõ esse solam locum illum, in quo tem-

Iacob. 1.

Hierem. 15.

Psalm. 118.

Ezech. 2.

et. 3.

Apoc. 1.

Chrysost.

Gene. 21.

Simile.

plum edificatum est, sed illos omnes colles, qui sunt prope Hierusalē, qui sunt partes montis illius, qui dicitur terra visionis, vel quia erat locus eminens, & procul videbatur, & inde videbant elongata propter loci celsitudinem. Vel melius illa terra visionis dicebatur, quia ibi sapiensimè à Patriarchis, & Prophetis Deus visus fuerat, qui hac ratione videntes dicebantur. Et demum eo in loco videri Deus voluit, cum impletum est illud Baruc. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Est ergo hic mons Moria terra visionis, quia est theatrum mundi, in quo mirabile illud visum est Deus in cruce. Ad hunc ergo montem, in quo Christus crucifigendus erat, præcepit Deus Abraham ducere filium ad immolandum. Obediuit ille duro præcepto, & trium dierum itinere illuc peruenit. Quia, vt Hiero. in traditionibus Hebraicis, ait: Morabatur tunc Abraham in Gerara, à qua in Hierusalem trium dierum itinere peruenitur. Cumque ad montem peruenisset, ligna posuit super Isaac, quæ ligna dicit Augustinus, tom. 10. colum. 605. fuisse crucem, & ait, Dominus prouidebit sibi victimam sibi. Quasi dicat, sanguis tuus non valet Deum placare, ipse sibi prouidebit victimam, quæ eum placet. Cumque ad locum sacrificij peruenisset, dixit Abraham Isaac filio suo Dei præceptum de eius immolatione, cui Isaac obediuit, erat tunc 25. annorum, vt Iosephus asserit libro primo Antiquit. c. 35. Alij dicunt, fuisse. 30. annorum. Ligatus est Isaac, & tandem Angeli monitu solutus. Non enim hæc arma ille induerat, vt in eis pugnaret, sed vt delectaretur Deus illis in eo inspectis. C

Unde ait Abraham; in monte Dominus videbit, & in Prouerbum, ait Scriptura, versum esse, in monte Dominus videbit. Quasi dicat Abraham, mecum iocatus est Dominus, & per tres dies in maximas animi angustias induxit, sed in hoc eodem loco Dominus videbit in domo sua, & in filio suo serio factum, quod mecum iocose ille egit. In hoc enim monte videbit filium suum orantem, sanguine madidum, captum, flagellatum, & in cruce positum. Idem significat translatio. 70. quæ ait: In Monte Dominus videbitur. Quasi dicat, hic vidit Deus fidem, dilectionem, & obedientiam meam, sed hic etiam videbitur in filio Dei maior obedientia, & dilectio. Et sicut ego obedientia

**A**tia mea obtinui posteritati meæ benedictionem, sic hic Christus obtinebit benedictionem vniuerso hominū generi. Hic est enim Angelus, qui iustabatur cum Iacob, & Angelus videtur esse iustitia, vt declarat Osee duo decimo. Sed benedixit Iacob, Christus enim victus in cruce nos omnes benedixit. In hoc etiam monte Dominus videbitur in cruce, scilicet, factus spectaculum mundi, & in signum positus, quod ab omnibus videatur, vt sit salus vniuersis conspicientibus eum. Sicut quondam eius figura serpens exaltatus in deserto fuit salus Israel. Salus animæ tuæ ex eo pendet, vt noueris Christum in cruce intueri, illum contempleri. Sicut ergo quondam dixit Moyses: Vadam, & videbo visionem hanc magnam, Deum, scilicet, inter spinas, omnes nos modo inuitamur, Deum inter spinas contemplari. Sed quibus oculis illum contemplabimur? Vide, quibus tu oculis conspiceres amicum, vel etiam vilem seruū, qui videns inimicos tuos velle te confodere, pro te pugnavit vsque ad mortem, & te eripuit morte sua, innumeris acceptis vulneribus. Vide quo amore, qua dulcedine, qua misericordia mortuum pro te amicum, vel seruum conspiceres; ea tibi conspiciendus Christus Dominus est, vt eum diligas, eum sequaris, vt cum eo regnare possis, &c.

(••)

Q9 4

Feria

Genes 32.  
Osee. 12.

Nume. 22.

Exod. 3.

# Feria Secunda post Domini cam in Passione.

*In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat: qui credit in me sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua uiva. Ioan. 7.*

Esa. 42.



Uita de Christo Domino, deque eius ingenio prædixit Esa. inter quæ capite 42. ait: Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet, non clamabit,

Matth. 12.

nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris, verba Patris, de Filio loquentis, hæc sunt, ut Matth. 12. patet, dicit Christum seruum secundum humanam naturam, secundum quam exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, ut Paulus ait:

Philip. 2.

Psalm. 64.

Matth. 17.

Venit enim ministrare, non ministrari, ut ipse testatus est. Suscipiam ait, eum. Alludit ad illud Psalm. Beatus quem elegisti, & assumpsisti. Complacuit, ait, sibi in eo anima mea: sic enim ad eum Pater loquitur in transfiguratione: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quasi dicat, summè mihi gratus est, charissimisque. Dedi, ait, spiritum meum super eum, quia ut Baptista ait: Vidi Spiritum descendente quasi columbam de cælo, & mansit super eum, iudicium gentibus proferet, non enim solum Iudeis venit, sed Gentibus. Nò, inquit, clamabit: non clamoribus rem aget, sed admirabili quadam modestia, ac benignitate homines tractabit. Idem significat Psalm.

Ioan. 1.

Psalm. 71.

Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, non audietur vox eius foris. Diuus Mattheus vertit; nec audiet aliquis in plateis vocem eius: quia erit pacificus, & mitissimus. Hinc monet Paulus: Omnis clamor, & ira, & amaritudo

Ephes. 4.

ritudo

Aritudo auferatur à vobis.

Hæc de Christo Domino prædixit Esa. nunc verò Ioannes ait. In die magno festiuitatis clamasse Christum Dominum: Si quis sitit, ueniat ad me. Ascenderat Christus Dominus in Hierusalem ad festum Scenopegiæ, & ad illud ascende-  
bant cuncti viri Israel. Ter enim in anno tenebantur omnes viri in Hierusalem venire in Phasæ, Pentecoste, & Scenopegiæ, ut dicitur Exod. vigesimo tertio, & trigesimo quarto. Cùm ergo tunc omnis Israel ibi conuenisset, iamque vltimus dies festi illius adesset, qui erat octauus dies, dicebaturque festum collectæ, quia septem prioribus diebus habitabant in tabernaculis, qui dicebatur dies Scenopegiæ. Octauo verò in do-

Exod. 23.  
ti. 34.

mos proprias reuertebantur, & illum diem celeberrimum colebant, qui dicebatur collectæ, seu cetus, de quo Leuit. vigesimo tertio, & Numero. vigesimo nono. Quia verò hoc festum erat præximam festo Tabernaculorum, quod erat Scenopegiæ, ad idem refertur, & dicitur hic octauus dies vltimus illius paschatis: erat verò celeberrimus hic dies. Ideoque dicit Ioannes: In die magno festiuitatis. Cùm ergo iam vltimus dies illius festiuitatis adesset, omnesque in domos proprias iam essent reuersuri, nec verò audituri iam Christum forent amplius concionantem, proximo namque paschate passus est, vltimam concionem facturum vniuerso Israeli, clamat. Clamoribus nunc rem agit, dicens: Si quis sitit, &c. Sine dubio

Leuit. 23.  
Num. 29.

clamor iste emphasim habet magnam, non obstruis audientium est auribus, quod Christus clamoribus loquitur. Sitit Christus Dominus, & sitientes ad se vocat: sed alia sitis Dei est, alia creaturarum. Sitis creaturæ est desiderium recipiendi, quia mendicitate premitur: sitis verò Dei est desiderium se effundendi, quia plenus omni bono, & redundans cùm sit, se cõmunicare desiderat. Sicut enim si os maximi fontis obstrueres, multa que congeries aquæ accederet, exire que conaretur, meritò diceres, fontem sitire se effundere, aquamque diffundere, & ad hoc ipse impellit curans remouere prohibens: sic diuina bonitas indeficiens sors cùm sit, summè desiderat se effundere in creaturas, sui copiam facere, qui vult omnes homines saluos fieri, qui dat omnibus affluenter. Obstruuntur

Simile.

1. Tim. 2.

1. Cor. 1.

Qq 5 verò

Hier. 52.

verò fons hic peccato, quo impedis diuinam in te largitatem, a peccata vestra, ait Propheta, diuiserunt inter vos, & inter Deum vestrum: tu ipse obicem posuisti diuinæ gratiæ, tu fenestram clausisti, ne lumen ad te intraret. Quid nam putas esse impulsus omnes interiores ianuam cordis tui pulsantes, nisi impetus aquæ egredi à fonte volentis in te, & animam tuam? Ille enim stat ad ostium, pulsat, & impellit, vt aperias ei. Imple, ait, desiderium meum, quod est sanctificatio tua: recipe me ipsum; dona mea cape; aquam viuam recipe. Rogo enim te, obstrueres ne terra, ac lapidibus fontem, ex quo promanaret tibi vinum, balsamum, aurum, & omnia, quæ in pretio habentur? Quis tam amens id faceret? Multo tu amentior, qui diuinum obstruis peccato tuo fontem, ne in te promanent diuinæ, cælestesque gratiæ. Hoc ergo summum Dei desiderium se effundendi, Christum clamare nunc compellit. Venit è cælo negotiator cælestis veras deferens margaritas, iamque discessurus clamat: Si quis thesauros cælestes desiderat, veniat ad me. Hoc ipsum sapientiam proclamare Sapientis dicit: Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat: in foribus portarum vrbis profert verba sua dicens: Usquequo paruuli diligitis infantiam? & stulti ea quæ sibi noxia sunt, cupient? & imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini ad correctionem meam, en proferam vobis spiritum meum. Hoc ipsum nanc Sapientia in carne clamat: Venite ad me, & bibite aquam viuam. Hoc verò dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

Sed ait: Si quis sitit. Omnis homo sine dubio sitit, quia nullus omni ex parte perfectus est, nullus dicere valet; nihil mihi deest. Cû ergo omnis homo desideret omni ex parte perfici, nunc Christus clamat, qui hoc cupit: Veniat ad me, & bibat, ego eum sic satiabo donis, ego eum sic perficiam bonis gratiæ, & gloriæ; vt non sitiat in æternum: imò fiat in eo fons aquæ, & flumina de ventre eius fluant. Hoc ipsum per Esa. Dominus clamat: Omnes sitientes venite ad aquas. Sitit omnis homo: sed quo in fonte sitim sedare valeat, non omnis nouit. Omnis homo beatitudinem quærît, sed quæ in

re

Are illa sit, pauci nouerunt. Hinc sitibundi, insanique homines sitim se sedaturos putant suam, si honores, si diuitias, si voluptates sensuum capiant, his aquis putant sitim explere suam. Ad quos clamat Hieremias secundo. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, atque adeò nec sitim extinguere. Omnis namque creatura ad momentum placere tibi potest: sed non continebit aquas, quia continuo displicebit, & alia tibi quæranda est, quæ sitim expleat. Clamat ergo diuinus fons: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Et eris, ait Esaias. Quasi hortus irriguus, cuius non deficient aquæ. Vis, ô homo perfici? vis omni bono frui? vis beatus esse? ad Christum accede, eius gratiam percipe, omnem mundi, carnifque aquam fuge. Non hæc satiat aqua, sed sitim magis prouocat: Deus vnus est, qui gratia sua, & donis suis in hac vita, & gloria in altera, mentem hominis replet, qui replet in bonis desiderium tuum. Picus Mirandula, vt hoc explicet in quæstione de homine, hac vtitur similitudine: Impressa est sigilli imago in cera: solummodo illud sigillum iterum impressum eidem ceræ, illam perficiet, ac implebit; si sigillum alterius figuræ apposueris, delebis, & inficies priorem imaginem. In nobis quidem Dei similitudo primum impressa est per creationem, sed nondum perfecta in nobis hæc imago est: ideo enim ad imaginem Dei homo conditus dicitur, vt illud ad, tendentiam dicat in perfectam imaginem, qua arte perficiendus hic homo est? Eodem omnino admoto sigillo, eodem verbo, per quod conditus primum homo fuit, perficietur. Si verò per inordinatum affectum alias tibi applicueris creaturas, vt perficiaris, deleberis, non perficieris; deficies, non proficies.

Hoc ergo nunc Christus clamat, vt cordibus audientium, qui iam iam discessuri erant, tenacius infigat, vt se liberè, & intrepidè loqui, ac docere significet. Clamat rursus, vt surditatè hominum ostendat, qui clamoribus indigent. Clamat demum, quia hoc erat vltimum festum, ex his, quæ in hoc sæculo celebrabit, quando Iudeorum multitudo venire tenebatur Hierusalem; nam proximo paschate venturo passus est. Eos ergo

clamo:

Apoc. 2.

Simile.

Prou. 1.

Esa. 55.

Hier. 2.

Esa. 58.

Psalm. 102.

Simile.

Genes. 2.

**Ambros.** clamore hoc admonet suæ salutis, ne opportunitate tanta neglecta pereant. Vnde Ambrosius Sermone decimo nono, in Psalmum centesimum decimū octauū: Ideò nunc clamasse dicitur, quia homines ad magna, nempe, ad regnum cælorum vocabat. Nec cum hoc clamore pugnat, quod Esaias dicit: Non clamabit; id namque significat non ira mouendum Christum Dominum, & uocibus acturum. Hic uerò clamor amoris est, & dulcedinis, ac eius, qui errantē in uia uocat à longe, ut rectam uiam teneat, nec pereat, & qui surdum admonet de his, quæ ad eius spectant salutem.

**Esai. 42.** Sed uideamus nunc, quàm surdus Christus loqueretur, & quis surdus nisi seruus meus, Propheta loquitur *Miserunt autem Ioannes, principes, & Pharisei ministros, ut apprehenderent Iesum.* Audierunt namque turbam dicentem, Christus cum uenerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit? Generatio praua, atque peruersa, hæcne reddis Domino popule stulte, & insipiens? nunquid non ipse est pater tuus, qui fecit, & creauit te? Sed quis apprehendet eum? **1. Reg. 19.** Mittit ministros Saul, qui comprehendat Dauid: sed quia noluit eum Deus tradere in manibus eius, illi prophetant cum Dauid, & iterum alij, & alij, quia frustra iacitur rete ante oculos pennatorum: facili namque conatu illud effugient leui uolatu. Obseruat peccator iustum, & quærit mortificare eum: Deus autem non derelinquet eum in manibus eius. Non est ergo passus se teneri, quia non dum uenerat hora eius. Aliquando **C** quidem ligandus est, & uinciendus funibus peccatorum, ut **Psalm. 118.** Psalm. loquitur: Funes peccatorum circumplexi sunt me. Ligabitur aliquando, sed infinita sua charitate, & misericordia, non hominum uis; ecce plusquàm Sampson hic, ut dirumpat omnem funem, & catenam.

Ad hos ergo loquitur. *Adhuc modicum tempus uobiscum sum, & uado ad eum, qui misit me.* Quasi dicat: Desideratis me de mundo tollere, ego quàm citissimè discedam. Modicum tempus ero apud uos, & continuo proficiscar: mihi curæ est, plusquàm uobis mors mea. Chrysostomus ait: Hæc autem dixit uolens eos ad se attrahere. Mira Dei benignitas in peccatores, hic ostenditur. Illi ueniunt, ut Christum comprehendant, Christus uerò

eos

**A** eos admonet modicum illis restare tempus, quo possint saluti suæ consulere, ipsum placare, qui iudex eorum futurus est. **Genes. 4.** Occiderat Cain Abel, cumque indignum se reddidisset Dei conspectu, & alloquio, adhuc tamen Deus sit ei obuius, eum inter rogat de fratre, ut penitentia motus ueniam petat, & misericordiam obtineat. In hunc etiam finem Iudæ pedes lauat, ut videat, si hac arte eum ad se trahat. **Psalm. 5.** Quid est, o Domine, homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitas eum. Sic nunc ad hos loquitur: Modicum tempus uobiscum sum, & uado ad eum, qui me misit; ideò nunc uidete, an aliquid uelitis ex misericordiæ thesauris, ne uobis claudantur, longeque recedant, quo eos non inueniatis, ne uobis illud Prophetæ contingat, quo eos non inueniatis, ne uobis illud Prophetæ contingat: In gregibus suis, & in armentis suis vadunt ad querendum Dominum, & non inueniunt; ablatus est ab eis, in Dominum præuicariati sunt. **Osæ. 5.** Iisdem uerbis nunc ad eos Christus loquitur.

*Queritis, inquit, me, & non inuenietis.* Quia quæretis uerum Christum, & sic Iesum, qui est uerus Christus, quærent, sed non inueniunt, quia Iesu repudiato, nullus est uerus Christus; ideoque in Antichristos incidetis. Hoc uerò Iudæis euenit, impleturque; in illis est illud **Matt. 24.** Si quis uobis dixerit; Ecce, hic est Christus, aut, ecce illic, nolite credere; surgent enim Pseudochristi. Quo loco Hiero. adnotat, captiuitatis Hierosolymitanæ tempore, tres nomen Christi sibi usurpasse. Antequam Christus ueniret, uerè expectabatur, & quærebatur. **Matth. 24.** **C** Mala. 3. Veniet ad templum suum dominator, quem uos quæritis, & Angelus testamenti, quem uos uultis. Sed modo quærent, nec inueniunt; quia licet quotidie eum uenire exorent, & lachrymis, & eiulatibus id exoptulent, tamen quia iam uenit, non iterum uenturum sperare debuerant. Contra uerò gentibus contigit: non quærebant Christum, & tamen diuina misericordia eis apparuit; impleturque in eis illud **Roma. 10.** & **Esai. 65.** Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparui ijs, qui me non interrogabant. **Rom. 10.** **Esai. 65.**

Sed cauenda nobis est similis culpa, ne in idem incidamus supplicium, omnibus nobis dicitur; Modicum tempus uobiscum sum, omnibus uita concessa est modica; breue tempus, hora nouissima, quam si in uanum præteriri sinas, quæres Christum,



Matth. 25.  
Cant. 5.

Prou. 1.

Psal. 94.  
Esa. 55.

Psal. 58.

Simile.

Matth. 5.

Psal. 38.

stum, nec inuenies. An non hoc virginibus illis contigit, quæ A  
clamât; Domine, Domine, aperi nobis, audiunt verò, nescio  
vos? Vocat sponsus sponsam, illa verò ei noluit aperire. Surgit  
deinde, & aperit: at ille declinauerat, atque pertransierat; qua-  
rit illum, nec inuenit. An non hoc illud Prou. Quia vocaui, &  
renuistis, ego quoq; in interitu vestro ridebo; cum extenderis-  
tis manus vestras non exaudiam. Tempore ergo placito exau-  
diui te, & in die salutis adiuui te: idè hodie si vocem eius au-  
dieritis, nolite obdurare corda vestra. Et iterum: Quærite Do-  
minû, dum inueniri potest; inuocate eû, dum propè est. Nunc  
cum panis abundat, & vili venditur pretio, nûc cum annus be-  
nignitatis, & abundantia est, caue, ne veniât anni steriles, qui-  
bus mendices buccellam panis, & tibi non detur: sed implea- B  
tur in te illud Psal. Conuertentur ad vesperâ, & famem patien-  
tur, vt canes, & circuibunt ciuitatè, nec tamen inueniènt: que-  
rent oleû, nec eis dabitur. Nûc ergo quæramus iustû, quæram⁹  
piû, & cû eunte in cælû Dño nos quoq; festinemus ingredi in  
illâ requiè: ne fortè in idipsum quis incidat incredulitatis ex-  
plû. Sed dices, qua arte nunc potero in cælû properare? Chri-  
stû sequi? Dico tibi: sicut cû Rex, Princepsve in aliquod oppi-  
dû parat proficisci, præmittit illuc multa supellestilia domus  
sua, quod vulgo dicitur (Su recamara) vt tandè ipse veniat: sic  
iusti in cælû multa bona opera præmittunt, vt domû suam or-  
nent, quæ præcedût aduentû illius. Quid putas aliud esse illud:  
Theaurizate vobis thesauros in cælo, nisi, mittite illuc supel- C  
lestem vestrâ, vt vobis domus æterna paretur? Cùm onerata  
iumentâ supellestilibus alicuius principis curiam regiam ingre-  
diuntur, solet à videntibus ea inquiri; Cuius est hæc supellex?  
quis hic princeps est, qui curiam venit? Sic cùm elemosyna,  
cùm ieiunium, cùm oratio cælum penetrat, interrogant ciues  
cæli; Cuius nam hæc sunt? quis hic est? qui huc venire dispo-  
nit? Sed, ô Deus meus, num dicere ego possum cum Dauide,  
Substantia mea apud te est? Num aliqua mea bona cælû conscen-  
derunt? Num aliqua oratio mea cælos penetrauit? num thesau-  
rizauit aliquid in terra viuientium? Inde colliges, in quem ten-  
das locum, quo tibi in morte deueniendû est, si attendas, quo  
bona mittas tua; ibi namque tibi domus paratur. Nâ qui ludo,  
cæmella-

A comestatione, ebrietate, luxuria, substantiam infumit suam,  
quò nisi in infernum properat?

Auget comminationem Christus Dominus. Et ubi ego sum,  
nos non potestis uenire, quia in vestra incredulitate mansuri, me  
non inuenietis, nec in cælum ire potestis, vbi ego sum, tanquã  
Deus; & quo ego vado, vt homo. Ita Augu. hic. tract. 31. Vtro  
que, ait, modo Christus loquitur, vt se ostendat Deum, & ho-  
minem. Sed quid illi dicant, audi. Nunquid in dispersionem gen-  
tium iturus est, &c. Quasi dicat: Num ad gentes ibit, vt cum in-  
uenire non possimus. Sciebant namque Messiam promissum  
in lucem gentium, & ad eas diuertendum esse, cum Israel ip-  
sum procul à se mitteret.

B Sed nunc hæc relinquamus. Audio namque vocem ma-  
gnam clamantem, & Domini Iesu vox est: idè quæ nos atten-  
tos esse oportet, accedereque, vt percipiamus illam. Sed quæ  
vox est? Stabat Iesus, & clamabat, Si quis sitit, ueniat ad me, & bi-  
bat. Sed, ô Domine, quid clamas? Quid noui accidit, vt clamo-  
ribus rem agas? Vtique vniuerso mundo nuntio, aduenisse iã  
optatissimâ illâ aquâ gratiæ, qua mûdus irrigetur desuper, fru-  
ctû referat trigesimum, sexagesimû, ac centesimû. Quã fuerit  
optata aqua, cû cælû Heliq; iussu clausum est, manifestè patet,  
sed multo plus gratia in mûdo desiderata, vt homo fructû fer-  
ret. Hinc clamores illi Prophetæ: Rorate cæli desuper, & nubes  
pluant iustû, aperiatur terra, & germinet Saluatorâ, & iustitia  
oriatur simul. Publicæ fiebant precationes, quibus hæc pete-  
batur aqua. Veniente vero Christo hanc aquæ plenitudinem  
secum duxit. Vnde ad eum loquitur Psal. Visitasti terram,  
& inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam, flumen Dei  
repletum est aquis, parasti cibum illorum; quia ita est præpa-  
ratio eius. Quasi dicat, visitasti nos oriens ex alto, & tantam  
gratiæ copiam tecum adduxisti, vt inebriata terra sit aqua,  
infusa omnino, ac satiata cælesti rore. Sic verò locuples val-  
dè facta est omni cælesti dono: iam Dei flumen, quod quasi  
ficcum erat, & solus eius alueus relictus, repletum est aquis:  
sic verò preparatus est cibus hominib⁹, quia copiosus sine du-  
bio, colligetur ex terra fructus, vt homines vsque ad satietatè  
vescâtur. Sic enim hic cibus preparat; Pinguescēt speciosa  
deserti,

Augu.

3. Reg. 17.

Esa. 45.

Psal. 64.

deserti, etenim desertum gentium, & Ethnicorum hac aqua pinguedine fructum referet copiosum. Meritò ergo Christus clamat vniuerso mundo, nuncians hanc aduenisse aquam, vt omnes homines veniant, & hac aqua perfruantur. Sed inquiris: Vbi ego inueniam hanc aquam, qua copiosum fructum reddam? Quid nunc mihi noui est super antiquos patres, vt eo uti scia? Attende, opus salutis tuæ æternæ, victoria veteris hominis, tétationũ triũphus, & deniq; dona omnia cælestia, opus quidẽ est gratiæ Dei, & arbitrij tui: sed præcipuè gratiæ Dei. Nò ego, ait Paul<sup>o</sup>, sed gratia Dei mecũ. Sicut enim terræ fructus pendet à cæli influẽtia, rore, & aqua, & à labore etiã agricolarũ; præcipuè tamẽ à cælo: ita opera nostra Dei gratiæ tribuenda potius, quã nobis. Vnde sicut minori agricolæ opere, ac labore maior colligetur fructus, si eius operi adsit cæli, influentia, pluuia, ac optimo tẽperamẽto; minor verò colligetur fructus multo labore, si aqua defit copia: sic minus laborantes vna, scilicet, hora, plus accipiunt mercedis in lege gratiæ, propter eius copiam, quàm qui sustinuerunt pondus diei, & ætus. Hoc ergo nunc Christus clamat: Iam gratiæ copia aduenit, iam aqua redundant. Si quis sitit veniat ad me. Et hoc etiam nunc tibi dicitur, opus tibi gratia est, in ea omnia quæ superius diximus. Agnosce ergo in lege gratiæ te versari: sacramenta ad manũ tibi sunt gratia plena, non egena, & vacua, vt olim, tibi Christus preesto est, vt ad eum accedens, possis aquam bibere vsque ad satiãtatem. Si ergo sitis, fons patens est domui Dauid: Haurias aquã in gaudio de fontibus Saluatoris, & dices in illa die: Confitemini Domino, & inuocate nomen eius. Accede ergo, bibe, satiãre, faciliẽ nũc referet fructus terra cordis tui, faciliẽ omnem superabis tétationem, faciliẽ peccata vinces. Hoc nunc Christus clamat, vt in omnium veniat aures, & adijcit.

*Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viua.* Quasi dicat, aliter continget venientibus ad me, ac illis, qui ad fontes accedunt materiales. Illi nanque aquæ partem ebibunt, sed qui ad me accesserit, nõ tantũ bibet, sed fiet in eo fons, à quo aqua in alios promanet. Quo significat accedentes ad Christum tale, tantumque bonum accepturos, vt non ipsis tantum sufficiat, sed in alios etiam deriuetur.

Acci-

**A** Accipient namque Spiritum sanctum, qui fons est viuus à quo flumina multa procedunt gratiarum, donorumquẽ in eũ, qui illum suscipit, & in omnes eius potentias, & vsque ad proximos etiam decurrunt, ac deriuantur.

Sed quia hoc à scriptura dictum Christus asserit, anxie Doctores inquirunt, quo loco scripturæ id habeatur. Cyprian. libro primo. Epist. tertia. dicit illud Esaiæ quadragesimotertio. Dedit in deserto aquas, & flumina in inuio, vt darem potũ populo meo, electo meo, impletum his verbis Christi. Alij verò hæc Christi verba referunt ad illud Esaiæ. 55. Omnes sitientes venite ad aquas. Sed Hiero in prologo Plentateuchi, ait locum istum esse in Prouerbij, nec in Septuaginta haberi, sed

**B** locum ipse non citat. Origen. vero Homilia duodecima. in Numeros hunc locum Ioannis accommodat illi sententiæ Prouerbiorum quinto. Bibe aquam de cisterna tua, & fluente putei tui, atque adeò insinuat, hunc locum esse à Christo Domino significatum, quando ait: Sicut dicit scriptura, & hoc certè videtur omnium esse accommodatissimum. Pro cuius intelligentia not. in Hebræo haberi: Bibe aquam de cisterna tua, & fluente de medio putei tui, vt etiam vertit Pagninus. Et sic est sensus, aquam, id est doctrinam vitæ, & salutis, doctrinam euan-gelicam, ne haurias ex Philosophis, aut ex Pharisæis, aut ex hæreticis, quæ sunt cisternæ alienæ, & dissipatæ, quæ continere non valent aquas, sed de cisterna tua, id est, de doctore illo, quem Dominus ad te mittet, vt te erudiat in vitam æternam, id est, de Christo, huic crede, & cum hoc feceris, fluente, seu

**C** flumina de medio putei tui, scilicet, erunt. Est enim visitatissimum apud Hebræos, sicut, & apud Græcos, & Latinos, vt verbum substantiuum omittatur supplendum. Quod est dicere, fluente erunt de medio putei tui, id est, flumina de ventre tuo fluent aqua viua. Quod idem est cum eo Ioannis quarto, fiet in eo fons aqua viua, id est, iugiter manantis. Et licet illa verba Prouerbiorum videantur coniugatis dicta, vt sint contenti vxore propria, tamen sub illo cortice sensus literalis præcipuus à Spiritu sancto intentus est is, quem Christus Dominus hic ostendit, & accommodauit credentibus in se, & ita explicant locum illum Origen. vbi supra, & Hieronymus exponit illa

Primus Tom.

Rr

verba

1. Cor. 15.  
Simile.

Matt. 2.

Esai. 12.

Cypria.

Monta. &  
leo in Esai.  
Hiero.Origen.  
Prouer. 5.

Pagninus.

Ioan. 4.

Origen.

Hiero.  
Grego.  
August.  
Glossa.  
Rupert.  
S. Thom.

verba Salomonis de sapientia spirituali in illa verba Danielis secundo. Ipse reuelat profunda, & abscondita. Et Gregorius tertia parte pastoral. admonitione 25. & Augustinus libro secundo contra Cresconium capi. decimoquarto. & glossa ordinaria, & Rupertus, & Sanctus Thomas hic. Et hunc sensum esse germanum constat, quoniam à principio capitis docet sapientiam esse amplectenda, vt rectè vita instituat, & meretricios dolos vitandos, quo significat, philosophorum, & hereticorum fallacem doctrinam. Deinde ostendit, vnde petenda sit ista sapientia dicens: Bibe aquam de cisterna tua. Vt vero sententia Christi Domini liquidò ibi etiam appareat, adiungit Sapiens, Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, vbi deriuentur, more scripturę positum est pro deriuabuntur. Imo in Hebręo ita habetur, deriuabuntur, & ita vertit Chaldaus. Et sic manifesta est sententia Christi Domini, Si in me creditis, & aquam de cisterna mea bibitis, & de puteo vestro, tunc opera, & doctrina à vobis procedent, quę proximos illustrat, ac illuminet. His autē verbis redudatia diuini spiritus dadi in lege gratiæ significatur tanta, vt flumina fluat de ventre creditum. Effundam, ait Dominus per Ioel, de spiritu meo, super omnem carnem. Effundam, inquit, sicut aquam large, abunde, quę, non parce vt alij liquores fundi consueuerunt. Sed ò Domine sic abunde pretiosissimum balsamum fundis, quasi aqua esset? Hęc in nos diuina largitas est, vt inæstimabiles spiritus sui thesauros effundat, ac si aquam daret. An non aliquando admiratus es tanta in te magnificentia Deum quotidie vti, vt vni-  
genitum suum tibi in eucharistia det, quasi nihil daret? Et quę semel mūdo dedisse inæstimabile fuit donū, tibi quotidie dari, quasi nihil putas? Eo ergo modo quo nobis filiū dat, eo etiā spiritū suū bonū tribuit largiter, ac si panē porrigeret, aut aquam.

Sed vbi nunc obsecro hęc spiritus redundantia? vbi nunc illud Psalm. Memoriam abundantię suauitatis tuę eruēt abunt, & in iustitia tua exultabunt? Vbi flumina hęc aquę viuę? De hoc certè spiritu dictum est per Psalm. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, hoc namque spiritu Ecclesia donis, gratis, ac virtutibus impletur. Sed iam alia flumina passim videre licet omnino aduersa diuino spiritui. Sicut nanque diuinus spi-  
ritus

**A**ritus fons est scaturiens virtutum fluente, sic nequam spiritus sua etiam flumina emittit. Sic Apocalypsis duodecimo dicitur, Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine. Vis intueri per ora impiorum hęc flumina prodeuntia aquis redundantia audi prophetam: Non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum mendacium, & furtum, & homicidium, & adulterium in inundauerunt. Inundationi fluminis, peccatorum multitudinem similem dicit. Sicut enim inundans flumen in omnia post se rapit, sic peccata publica, & omnibus manifesta plures inficiunt. An non tanquam fluuius rapidus fuit eorum peccatum, qui cum explorassent terram promissam, ei detraxerunt, & Israelis animum deiecerunt, vt in eam non ascenderent, quibus sic iratus Dominus est, vt  
**B** mortui continuò sint, atque percussi in conspectu Domini? quo docemur maximè cauere ab aliorum scandalo. Sicut enim Deo gratissimum est, sic eius bibisse spiritum, vt flumina à nobis procedant salutaria, quibus proximorū animas reficiamus, atque mundemus: sic prorsus odibile est Deo, sic hominē peruersum fieri, vt & alios peruertat. Hinc Psalm. Priusquā intelligerent spinę vestrę rhamnum, sicut viuētes, sic in ira absorbet eos. Quasi dicat, exoriuntur tenerę peccatorum spinę in peccatore, & has quidem Deus aliquandiu tolerat. Sed cum iam spinę obdurauerint, ac creuerint, vt in rhamnum perficiant, cū iam alios lædere possunt, ac cruentare, tunc Deus eos in ira sua  
**C** absorbet, vt exploratores præfatos, ne iustus fiant scandalo.

Vt ergo à peruersis, & turbidis Aegypti aquis liberemur, accedamus iam ad Christum vocantem nos: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, quoniam apud illum fontem esse vitę Psal. ait: Quomelius accedere sitiens potest, quā ad fontē? Ad hunc accessit fontē Magdalena quasi cerua currēs ad fontes aquarū, cū se vidit vulneratam. Et licet Christi pedes sicca terra viderentur, tñ ibi esse aquā viuā manātē ostendunt Magdalenę oculi, & capilli: ex fontibus nāq; Saluatoris acceperūt Magdalenę oculi, vt fontes essent. Hęc aquā præfēt ille, qui caput reclinauit super pectus eius, & fluente Euāgelij ex ipso Dñi fōte potauit. Sed fons clausus, atq; signatus est Christus Dñs, ideo non

Apoc. 12.

Osee. 4.

Numer. 14.

Psalm. 57.

Psal. 35.

Luc. 7.

Ioan. 21.

Gene. 21.

**Genesi. 21.** omnibus patens est, sed quibus lux cœli illud aperit. Aperuit Dominus oculos Agar, & vidit puteum fontem aquę viuę, & potauit filium præ siti morientem. Oremus Dominum, aperiat nobis aquas fontis huius, vt eis vti nouerimus. Sed vt Christus Dominus fieret fons patens domui Dauid, vt Esa. ait, vt omnes hauriant aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, sicut aperiri solet occultus, & subterraneus fons ligone, & sarculo, & defossa terra ostenditur omnibus fons: ita Christus Dominus vulneratus est, vt in eo venę aquę viuę apparerent. In hunc finem instrumeta dominicę passionis deseruierunt, vt hęc nobis aperirent fontem. In hoc clauis, in hoc flagella, in hoc funes, in hoc crux, in hoc denique lancea. His omnibus venę fontis huius apertę sunt, largissimasque profluxit petra Christus aquas, vt omnibus satis abundeque esset. Accede ergo sitiens anima ad Deum tuum. Ecce nubes est pluens aquas, ecce fons est perennis, aperi cordis tui vas, & imple illud non angelica, aqua sed diuina, Accede miser peccator, antequam aqua a te tollatur, antequam fons claudatur. Aqua fontis huius maira est, salutaris est, nulli nocet. De hac dicitur: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Hęc animę faciem pulchram reddit. De qua Psal. Lauabis me, & super niuem dealbabor. Si in peccato es, niger es. Denigrata est super carbones facies eorum. O si color animę in faciem corporis se diffunderet, quot nunc nigri apparerent in veste pretiosa. Si niger es, omnia tua nigra sunt, & obscura, obscura substantia, obscura nobilitas. Accede ad hanc aquam, vt munderis, & de alberis super niuem. Pete a Christo cum Samaritana, Domine da mihi hanc aquam. Pete a me Domine, quicquid volueris, vel labores, vel sanguinem, vel vitam, dum mihi des hanc aquam gratię.

Feria

# A Feria Quarta post Dominicam Quintam Quadrages.

*Facta sunt Encenia in Hierosolymis, & hyems erat. &c. Ioan. II.*

**B** N hodierno Euangelio proponuntur nobis effectus peccati, cum in anima longa consuetudine infederit, corquę obduruit, & effectus etiam gratię, quę efficit oues Christi, & quomodo se cum illis Christus habeat. Cordis obdurati effectus est, cū Encenia celebrantur, renouatio, scilicet, templi, & tēpus animas purificandi adest, tunc illud amplius inquinari, illudquę in inclementi hyeme esse, etiam sibi sole appropinquante, circumdare Christum, & tandem petras assumere, vt in eum iaciat, cū ille petra esset, & non lapide elaborandus, sed ferro, sicut omnis petra elaboratur. Contraverō iustus Dei ouis est, audiens Christi vocem, sequens eum, & ille cum seruat in manu sua, vt nullus rapere possit, sicut nec de patris manu. Hęc summa Euangelij est.

**C** Quantum sit peccati malum solus Deus plenē, perfecteque nouit, qui se comprehendit, & bonitatem suam, cuius offensa peccatum est. Sed cū obduruit quis peccato, summum, & per omnia tremendum malum incurrit, difficilequę remedium ei adhiberi potest, sicut febri hęcica, quę in ossibus est, sicut oleum in ossibus eius, ait Psal. quosdam maledictionem penetrasse. Et demum sicut cum vehementi passione vrgeris, omnes transgredieris limites, nullum non rumpis obstaculum, & cum Deo ipso, si oportuerit, contendes: ita Phariseis contigit, & Scribis peccato induratis. Omnis mundus Deum agnouit in passione, cælum, terra, petre scissę, & tamen hi ad Pilatum tunc dicunt: Recordati sumus, quod seductor ille &c. Quid hoc?

Psal. 107.

Matt. 28.

1. Reg. 4.

Exo. 8.

Heb. 3.

hoc? Certè si peccatum cordi dominatur, & illud indurat, prius mundus dissoluetur, quàm peccatum tollatur. Id facile in Saule perspicies, qui summo odio prosequabatur Dauid, nec eum alicubi quiescere patiebatur. Manifeste perspiciebat plures potuisse à Davide ipsum occidi: agnoscebat Davidis iustitiam, & suam iniustitiam dicens: Iustior tu es, quàm ego: iurabat se eum non occisurum, sed nihil hæc proficiebant. Continuo sibi similis erat, & odium, ac inimicitias repetebat. Idem videre licet in Pharaone, qui cupiditate seruorum, quos habebat, sic induratus fuit, ut tot plagis, & miraculis nihil in melius profecerit, & promissis sæpe non stabat, & eo tandem deuenit contumaciae, ut mari fuerit submersus. Multorum hodie confessio similis est poenitentiae Pharaonis, dicentis: Cras ibitis, subsequenti vero die à se ipso alius erat, sententiâq; mutabat. Non hæc poenitentia grata Deo est: adhuc enim cordis duritia perseuerat. Sic multi cum dent hodie fidem confessario, viuendi rationem aliam se esse inuituros, continuo hanc fidem frangunt. Similis hæc poenitentia poenitentiae Saulis est dicentis: Tu iustior me es, qui potuisti me occidere, sed continuo odium iterum suscipiebat. Sic tu dicis Deo: Iustus es Domine, & mihi pius. Potuisti nunc hac infirmitate vitam adimere, & in infernum detrudere: non amplius te offendam, sed continuo iterum peccata in Deum admittis. Confessio tua Saulis, & Pharaonis poenitentiam imitatur. Idem licet in Iuda videre, cuius auaritia dominabatur, quem ut ad mentem, & sanitate reduceret, innumera Christus fecit: sed nihil ei profecerunt. Maius à sanctis dicitur esse opus peccatorem conuertere, quàm vniuersum creare, quia in vniuerso nulla est resistentia, in peccatore vero est, & ea maxima. At induratum conuertere plus est, quàm mille mundos condere. Hinc Paulus. Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccari? Sed indurati cordis mala figillatim expendamus. Primum est, cum tempus emundationis sit, plures contrahereordes. Audi.

Facta sunt Encenia. In est, festum renouationis, & emundationis templi, quod institutum est primo Machabæo. quarto

Acum templum mundatum est à Iuda, & nouum altare extructum, quo significatur, cor mundum, & nouum creati oportere in peccatore.

Hoc quadragesimæ tempus, in quo versamur, est renouationis spiritualis animæ tempus. Est verò festus dies, quia gaudium est in cælo super vno peccatore poenitentiam agente. Nos namque templum Dei sumus. Paulus. An nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis? Et multo potiori iure nos templa dicimur, quàm materialia. In nobis enim verè quiescit Deus, & ad nos venit, ut sit in nobis, ad illa verò solū, ut inde veniat ad nos, non ut ibi quiescat. Sic Esaiæ sexagesimo sexto. Quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi? aut quis est iste locus requietionis meæ? Facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus. Quasi dicat: Non est locus hic dignus, in quo ego quiescam, quod manibus vestris confectum est, nec mirum, quoniam & cælum Dei manibus confectum non est ei digna habitatio. Hinc Salomon ait: Cæli cælorum te capere non possunt, quantò magis domus, quam ædificauimus. Quod ergo dignum Deo templum, in quo quiescat? Ipse ostendit dicens: Deliciae meæ esse cum filiis hominum. Et per Esaiæ sexagesimo sexto. subiungit: Super quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & tremementem sermones meos? In anima iusti quiescit Deus, ut in proprio templo. Ad eum, ait, veniemus, & mansionem apud eum faciemus. In templo quidem materiali est Deus: sed non ut ibi maneat, sed ut ad te veniat, ut ostendit in tabernaculo, in quo erat super alas Cherubim, quasi inde migraturus. In anima verò mansionem facit: hic ait, habitabo: quoniam elegi eam, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Mira profecto Dei dignatio, quod cum in cælo habeat diuinos spiritus, in quibus comoretur, non dedignatur tamen ad vilè animam diuertere. Imò sicut Salomò ultra domum regiam, quæ ei erat in Hierusalem, ædificauit domum saltus: sic Deus habitans in cælestibus spiritibus, ut in regia, domum saltus fecit in terra in anima iusti, sicut ille ait: Deliciae meæ esse cum filiis hominum. Iob. septimo. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Ex quo sequitur curam

1. Cor. 3.

Simile.

iusto habendam, vt non fit in anima eius aliquid, quod diuinos oculos offendat. Vnde primæ Corint. tertio. cum dixisset: An nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis? addit: Si quis templum Dei violauerit, disperdet eum Deus. Si templum quis in stabulum verteret, (vt Pompeius fecit, qua ex re omnis eius calamitas initium sumpsit) vel si ab eo tolleret sanctorum imagines, & poneret Veneris, & Bacchi simulacra, quantum committeret nefas? Hoc tu agis si inhonestus es, Veneris imaginem in anima collocans: si gulæ deditus, Bacchi: si auarus, pecuniæ cultum diuinum præstas: an non hi templum Dei violant? Quid ergo ijs faciendum, qui templum Dei violauerunt? Fiant Encænia, fiat renouatio, & purgatio templi, sicut Iudas fecit. Hæc verò fit per veram pœnitentiam, qua omne malum expellitur ab anima. Esaiæ primo. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite bene facere. Quo contra fecerunt Iudæi indurati, qui hoc festo peccata peccatis addiderunt, & templum Dei violauerunt, quibus similes sunt, qui nunc peccant, & noua peccata superioribus addunt, cum illa tollere debuissent.

Sed vt hæc fiat renouatio. *Deambulabat Iesus in porticu Salomonis.* Quando sentis in corde tuo peccatorum dolorem, motus deuotionis, desiderium perfectionis, quid nã est, nisi quod deambulat Iesus in corde tuo? Sicut ergo quondam deambulabat in paradiso, quærens Adam, vt ille timeat, fugiat, & doleat: C sic modo deambulat in atrio tēpli, quod exterior eius pars est. Quarto Regum quarto. vt suscitaret Eliseus filiū Sunamitidis, deambulabat in domo semel huc, atque illuc, agitabatur propheta spiritu, ac desiderio vitæ pueri, & hoc desiderium illum cogebat ambulare huc, atque illuc. Ita nunc Christus desiderio vitæ nostræ agitur, deambulabat huc, atque illuc. Sed alias ð Domine deambulationes duriores, alia spatia deambulando acriora, alias vias difficiles suscipies, ac perages, vt nos suscites, inquit us sanguinem sudas, à cœna in hortum, inde ad domum Annæ, Caphæ, Pilati, Herodis, Caluarie locum, & sepulchrū. Sed in atrio deambulat ante templum, quia in exteriori cordis tui deambulat, non in interiori, quia intus peccatum est, nec illud

**A** lud ingrediatur, donec à te proijcias peccatum. Cùm in templum idola posuissent Israelitæ, exiuit Deus de templo, quæ enim conuentio lucis ad tenebras? Christi ad Belial? Eijciendus ergo dæmon, & peccatum, vt Christus intret. Omni hac quadragesima deambulauit Iesus iuxta cor tuum, vt ei aperias, nec aperuisti ei ianuam, licet steterit ad ostium, & pulsauerit. Inuenit eum sponsa semel extra domum suam, & ait: Tenui eum, nec dimittam, donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Ambrosius. Fac tu similitur quando videris Deum pulsare ianuam cordis tui, illum introduce vsque ad intimum cordis. In hoc, inquit Ambrosius. Bethsamtæ defecerunt, quod licet arcæ venienti ad eos festa fecerunt, sed eam sub dio reliquerunt in petra. Multa, & mirabilia posuerat Salomon in templo, sed nunquam fuit plenum, **B**ac gloriosum, donec Deus templum ingrederetur, quia nunquam anima plena, & in gloria erit, donec Deum habeat: ideo cura, vt intret in te, nec maneat semper in atrio aurium tuarum, sed dic: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

Sed audi, quid duri corde faciant, cùm Christus deambulat in atrio, ait Ioan. *Circumdede runt eum.* Psalm. Circumdede runt me vituli multi, circumdede runt me sicut apes, & circumdede runt me canes multi. Vt omni ex parte expugnent Christum, illum circumdant, sicut expugnaturus ciuitatem, eam circumcui. Hoc verò efficit peccator, cùm omni se tradit immunditiæ, & iniquitati: tunc impij in circuitu ambulant, nullibi non peccant, in domo, in via, in Ecclesia, in omni prauitatis genere, quod summè est abominandum. De quo Ioa. Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta est custodia omnis spiritus immundi, & omnis volucris immunde, & odibilis. Similis tunc est anima corpori illi, de quo Esa. 1. A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Aliter verò iusti Christum circumdant, cum omni sua cura Deum sibi deuincire conatur, in omnibus eius gloriam quærentes, sicut Paul. monet: Siue comeditis, siue bibatis, siue quodcunque aliud faciatis, omnia in Dei gloriam facite. Hoc est illud Psal. Circumdate Sion, & completimini eam. Hac enim ratione facile eam capietis. Sic enim cer

Ezech. 10.

Cantic. 3.

Ambros.

1. Reg. 6.

3. Reg. 8.

Psalm. 118.

Psalm. 87.

Psalm. 21.

Simile.

Psalm. 11.

Apo. 18.

Esa. 1.

2. Cor. 10.

Psalm. 41.

2. Pet. 1.

ta tibi salus erit. Vnde Petrus. Fratres satagite, per multa bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Sic enim non peccabitis aliquando, sed abundanter ministrabitur vobis introitus in aeternum regnum Dei.

Hier. 6.

Hyems erat. Celebrabatur hoc festum in mense Casleu, qui nobis est Nouember. Vt ergo notaret eorum frigiditatem, ait, hyems erat. De qua re Hieremi. sexto. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam: sic frigidam fecit malitiam suam, id est, sicut aquam natura sua frigidam, frigidiora reddit cisterna, sic malitia, & peccatum frigidum, frigidiora facit malitia, & induratio Hierusalem. Sic Matthæi vigesimo quarto. Quia abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et hoc puto, ait

Smile.

ibi Hieronymus, sonare illud, assimilatus sum descendenti-  
bus

Matth. 24.

in lacum, quod est cisterna, id est, omnino miser, & perditus, quasi in cisterna essem. Dupliciter enim quis peccat, aliquando cum timore recordatus Dei, & iudiciorum ipsius, aliquando verò omnino Dei oblitus, quasi Deus iudicans non esset.

Hier. 3.

Psalm. 27.

De quo Psalm. Non est Deus in cōspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore: hi contemptu peccant, & in hyeme esse dicendi sunt, & frigiditate abundare malitiæ. Et hoc

Psalm. 9.

Aristot. dixit insanabiles. Miser profecto homo, qui in hoc statu est. Augustinus. Semper tibi hyems erit? nunquam ne de te dicendum est: iam hyems transijt, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, vox turturis audita est, vox in quam, gemitus? Infelix omnino anima, cui semper est hyems, semper peccato subiacet. Primum, quod in templi renouatione

Aristot.

August.

Cantic. 2.

ne. Nehemias quæsiuit, fuit, ignis, vt dicitur secundo Machab. primo. In templi enim tui renouatione primum tibi quarendus est ignis, calor, feruor Spiritus sancti, vt recedat hyems. Dupliciter enim animæ renouatio fit: Primo quæsito illo igne cœli, vt Nehemias fecit, cum Spiritus sancti calore, ac feruore radicatus tollitur peccatum, cum renouatur vt aquila iuuentus nostra. Sicut enim aquila versus solem surgens calore incensa, se in aquis immergit, & renouatur: sic anima fursus eleuata versus iustitiæ solem calore Spiritus sancti recepto, aquis lachrymarum se demergit, & lauat, & sic renouatur. De quare sic loquitur Esaia quarto. Si abluerit Dominus sordem filiarum

2. Mach. 1.

ipsa

Psalm. 102.

Smile.

ipsa

Esaï 4.

ipsa

ipsa

ipsa

Arum Sion in spiritu iudicij, & spiritu ardoris, tunc vere purificatur anima, nec rubigo vlla in auro manet, cum magno feruore, & animi contentione ad Deum quis conuertitur, sicut Paulus fecit, dicens: Domine quid me vis facere, & continuo non acquieuit carni, & sanguini, & sicut Magdalena, quæ dilexit multum, & vim magnam lachrymarum profudit. Hæc animæ renouatio Deo placet. Sed ais, Grande opus est, sed ego dico tibi, illud non homini præparatur habitatio, sed Deo. Alia verò renouatio fit in hyeme, ea, scilicet, frigiditate, vt nesciamus, an vera sit conuersio, vel ficta. Si reuerteris, ait propheta, ad me conuertere Israel. Quasi dicat: Si ad Deum tibi reuertendum est, redi serio, ex animo, feruidè: Vtneque claudicat is vtroque pede? Si Dominus est Deus, sequimini illum. Melius est enim nihil facere, quam ita frigidè facere, vt nihil efficias, & putes te aliquid egisse, & decipiaris, putans te mundum, cum mundus non sis, & sis sicut generatio illa, de qua dicitur, Generatio quæ sibi munda videtur, & nõ est mundata à sordibus suis. Cui contigit illud Prouerbiorum vigesimo quinto. Dens putridus, & pes lassus, qui sperat in infideli in die angustia, & amittit pallium in die frigoris, Cui enim est dens, sed putridus cum voluit manducare, non potuit: cui pes est, sed lassus, cum voluit ambulare, nequiuit. Amittit pallium in die frigoris, quia enim hic frigidè ad Deum conuersus est, in alio sæculo ad diem frigoris, & angustia non habet pallium charitatis ipsum protegens, & multitudinem peccatorum cooperiens.

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

ipsa

Act. 9.

Gala. 1.

Lucæ. 7.

1. Paral. 29

Hier. 4.

3. Reg. 18.

Prouer. 30.

Prouer. 25.

Smile.

1. Pet. 4.

Ioan. 17.

Ioan. 1.

Simile.

ipsa testimonium perhibent de me. Sed quid illi ad tam clara testimonia respondent: Quod solet respondere Prorex in Indijs constitutus, qui munus suum male gessit, multosque iniurij affecit, & iniuste damna plurima intulit, cumque ad eum venit iudex à Rege missus, ut factorum discutiat ius, & functi muneris rationem exigat, ille intelligens se dignitate priuandum, durumque reputans sceptrum deponere, curat decretis regij resistere, multa causatur, dicens, vel falsa, vel corrupta esse, & dilationes quaerit. Nouerant pharisaei mala sua, & male munere suo functos esse, & minas diuinas audierant per Ezechielis trigessimū quartū. intentatas, quod ab eis pastorum munus ablaturus erat, & alijs daturus. Nouerant rectitudinem Christi uenientis, de quo scriptum erat: Reges eos in virga ferrea, non in virga arundinea, quam leuis aura fauoris humani inclinet. Nouerant se confringendos, ut vas figuli, ideo causas inanes perquirunt, dicuntque regium nomen subscriptum falsū esse, & in Beelzebub principe dæmoniorum eijci à Christo dæmonia. Nunc uero dicunt: *Vsque quo animam nostram tollis?* Quasi parati essent obedire Deo, cum tamen non sint, sed omnino rebelles, dicentes, nolumus hunc regnare super nos, & hic est hæres, venite, occidamus eum, & nostra erit hæreditas.

Sed in his uerbis: *Quousque animam nostram tollis.* Præ oculis nostris ponitur anima anxiosa, & sollicita, ut Christū inueniat, quam licet isti non habeant, fingunt tamen, & aliquando depicta excedunt uisus. Nunquam enim Plato eam rempublicam habuit, quam in libris depinxit de Republica. Nec Cicero talis fuit orator, qualis ab eo descriptus est. His ergo uerbis significatur animæ à peccato exeuntis anxietas. De quo Psalm. *Vsquequo Domine obliuisceris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me? Quandiu ponam consilia in anima mea? Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? Vide, qua anxietate repetit, vsquequo, quasi pectore non ualens illud continere. Sic isti, quousque animam nostram tollis?* Augustinus octauo Confess. capitulo decimo, & undecimo. Feruebam molestissima cogitatione, iremne in pactum tecum, quod ossa mea clamabant. Qui uehementi conuersione, & seria ad Deū reuertitur, ex-

peritur

Aperitur utique luctam hanc interiore. Hac enim parte amor Dei hominem trahit, uel timor magnus, illa uero uicia tenent eum, fitque in homine quid simile illi crudelitati, quam aliquando in martyres exercuerunt tyranni, ut alligarent martyre duas arboribus inclinatis, & deflexis, quæ cum à se inuicem diuerentur, misere hominem discerpebant. Sed ais: Ego nihil horum sentio. Credibile hoc est, sed satis dubium, an omnino peccatum relinquant. Si enim radicata nimium arbor, in puncto eradicaenda esset uis maxima, & illa sensum haberet, an non doleat? non anxietur? Sic tu sentires, si euelleris omnino à uita ueteri: sed non euelleris, nec omnino peccatum relinquis, ideo tibi dolor non est, nec sensus. Si modo Rex Hispaniæ in Indos proficisceretur, uideres plures nobiles eum comitantes, & qui bus alios uideres alacres, lætosque, alios uero tristes, atque dolentes. Et huius diuersitatis hæc est ratio, quod alij Regem comitantur usque ad Hispaniæ portum, in quo regem relicturni, ad proprias domos continuo redibunt. Hi læti sunt, nihil enim eis est difficile. Solum domos, uxores, & filios relinquunt paucis, & statutis diebus, post quos in propria remeant. Alij uero qui cum Rege ad Indos ituri sunt, ut ibi perpetuo maneat, & in Hispania relinquunt omnia, quæ eis chara sunt, uxores, liberos, domos, hi tristes sunt, hi discruciantur, quia chara in perpetuum relinquunt. Sic his, qui modo Christum comitantur, contingit. Quidam nanque peccatum non omnino relinquunt, sed per aliquot dies usque ad pascha, continuo ad illud redituri, nihil hi anxij sunt, nihil discruciantur. At hi, qui omnino à peccato recedunt, & ipsis charissima relinquunt omnino, & in perpetuum, hi sine dubio discruciantur, anxianturque, quia omnino exuunt ueterem hominem, & induunt nouum. Quæ in re talis est lucta, ut de ea accipiat Greg. 24. Moral. c. 13. illud Iob. 33. Abominabilis ei fit in uita sua panis. Tabescet caro eius, & ossa que tecta fuerant, nudabuntur. Appropinquabit corruptioni anima eius: deprecabitur Dominum, & placabilis ei erit, & uidebit faciem eius cum iubilo. Vide anxietates, perplexitatesque, in quibus uerfatur, qui ad Deū conuertitur ut, Iob asserit. In quibus tamen non diu Deus suos derelinquit: ideo uident citò faciem Dei cum iubilo, est enim tunc tempus partus. Et sicut quæ

Simile.

Simile.

Simile.

Grego.  
Iob. 33.



- Esaï. 26.* quæ ad partem appropinquat, clamās clamat in doloribus suis: sic à facie tua Domine concepimus, & peperimus spiritum salutis, vt propheta ait. En anxietatē eius, qui verè ad Deum conuertitur, quam illi exprimere voluerunt his verbis. Quo vsquē animam nostram tollis? Quibus verbis etiam significatur animæ Deum quærentis sollicitudo, quæ anxiatur, & quasi in suspendio est, donec Deum videat, & eum consequatur Prouerborum decimoter. Spes, quæ differtur, affligit animam lignū vitæ desiderium veniens. Cū enim anima reijcit omnem terrenam consolationem, vt Deum assequatur, dicens cum *Psal. Renuit consolari anima mea, dum à terrenis eleuata est, nec Deum consequitur, quasi in suspendio est. De quo Iob. Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. Ex quo nascitur languor animæ, procedens ex amore, vt Dionys. ait. Quo languēbat sponsa dicēs: Fulcite ræ floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram, defecit cor meum, & caro mea, ecce languor. Sed infirmitas hæc non est ad mortem, sed ad mortem mortis: est enim languor auferens animæ gressum ad illicita, iacere facit per humilitatem, eam, quæ ante stabat erecta, mutat gustum, vt ei iam non sapiant ea, quæ mundi sunt. Tunc impletur illud *Psal. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: infirmata est, tu verò perfecisti eam, & tunc virtus in infirmitate perficitur. Ex quo oritur, vt anima Deum incessanter quærat, dicens: Quo vsque animam nostram tollis? Gregorius. Vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis, cū, scilicet, prius animā infirma quærit Deum in lecto, sed iam conualescens per omnia discurret, quoniam in lecto eum non inueniat. Tunc ait: Surgam, & circuibo ciuitatem, quæ ram, quem diligit anima mea, Quærite faciem eius semper. Qui sic quærit, omnes interrogat: Num quem diligit anima mea vidistis? Et in nullo sistit, donec inueniat dilectum, vt Magdalena Christum quærens in sepulchro, videns ibi Angelos, nec alloquitur, nec moratur, sed breuiter respondens, ab ipsis se auertit, & conuersa retrorsum, vidit Iesum stantem. Canticorum tertio. Paululum cū pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea**
- D. Thom.* Hæc Diuus Thomas opus. de amore Dei in primo, & secundo

Ado gradu amoris. Donec ergo anima Christum inuenit, sollicita est, & ait, vsquequo animam meam tollis?

Sed indurati hi quo tandem perueniunt? *Susculeruns lapides ut iacrent in eum.* Misera profecto ouis, quæ pasci cū velit herbam veneno infectam, quod eam pastor inde separat sibi, ipsum pastorem lapidare vult. Sed mittamus perfidos hos, qui hoc re, & effectu tunc fecerunt, & ad nos oculos conuertamus, qui peccatis nostris Christum, quem credimus, lapidamus. Quid enim periurus, quid blasphemus, quid scandalizator facit aliud, quàm lapides in Christum, mittere? Quid ille, qui de diuina conqueritur prouidentia, facit, nisi lapides in Deum iactare? De quo Chrysostomus de prouidentia Homilia prima. In lege veteri scriptum est: Qui male dixerit patri, vel matri, morte moriatur. Hoc in veteri testamento quando puerilia præcepta, quando lac, quando pædagogus, quando figura, & umbra: quid igitur dicemus de his, qui nunc in gratia, in rerum ipsarum veritate sunt, non matri, aut patri maledicentibus, sed ipsi vniuersitatis rerum Deo? Quo enim supplicio afficientur? Qualis animaduersio, qualis igneus amnis, quis vermis sempiternus, quæ tenebræ exteriores, quæ vincula, quis stridor, quis ploratus, scelereum magnitudini satis esse possit? Omnes cruciatus, qui nunc sunt, quique futuri, minores iusto animo sic affecto, atquē eo vsque improbitatis prolapsio sunt.

Quod verò Christus Dominus ad hos dixit induratos, tibi quoque loquitur. *Multa bona opera ostendi uobis, propter quod horū me lapidatis?* Sanctus Martyr Polycarpus iussus dicere conuitia in Christum, respondit: Octoginta annis seruius Christo, & nihil me lesit vnquam, quomodo possum maledicere Regi meo qui vitā mihi donauit? Hęcine reddis Domino popule stulte & insipiens? Nonne est ipse, qui fecit, & creauit te? Quia dedit tibi substantiā huius mundi, ex ea lapides facis, vt eum offendas? Dedi eis argentum, & aurum, quæ fecerunt Baal, dedit tibi formam pulchram, & hac Deum offendis? vitam, salutem, & ex omnibus fecisti lapides, quibus eum lapides? Mira hominis ingratitude. Cauenda nobis maximè cordis durities, quæ tantū mali operata est in Pharisæis, ne in simile incidamus iudicium.

Hodie

Chryso.  
Leuit. 20.  
Exod. 22.

Deut. 32.

Osee. 2.

*Psal. 94.*  
*Eccles. 3.*

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quia cor durum male habebit in nouissimo. Si te adhortaris, vt eruaris ab omni malo, quomodo à summo nõ adhortaris, vt libereris? Maximè verò hoc sacro tẽpore, cũ illud tẽpus exigit, quod renouationis est, quãdo Deus deambulat iuxta cor tuũ, tot te cõcionibus, & inspirationibus monēs, nũc lapides? nunc peccata? sed Christi bonitatẽ interim cõsidera, qui non recedit, nisi lapidibus appetitus, nec lapidibus, aut præcipitio morivult, sed cruci affixus, vt nobiscũ maneat semper. Simul verò nunc passioni suę approximãs, corpus suũ disponit, ad eã perferendã, ante enim lapides fugiebat, nunc illos expectat, post in horto intrepide excipit venientes, ad se comprehendẽdum. Sic cum Abrahamo facit. Primũ ait, Exi de terra tua, & cognatione tua. Secundum: Eijce ancillã, & filiũ eius Ismahel. Tertiũ Immola mihi Isaac. Sic cũ Iob. 1. oues, & armẽta tulit, deinde filias, postea ipsum vulnere percutit. Sic ergo cũ tibi laborẽ, & dolorem immittit, disponit, vt duriora, ac grauiora possis sustinere, vt maiori gloria te donet. Quod ergo minus est, discite tolerare, vt maiora postea possis sustinere, & dignus sis præcipua corona cœlesti, &c.

*Ioan. 19.*  
*Gene/. 13. 17*  
*Iob. 1.*

## Feria Quinta post Dominicam Quintam Quadrages.

*Duo debitores erant cuidam sceneratori, &c. c.*  
Luca. 7.



**T**riplex debitum est, quod Deo homo debet. Primum commune iusto, & peccatori. Secundũ proprium iusti. Tertium peccatoris proprium. Primum debitum nec pauperem, nec diuitem reddit debet. Secundum reddit eum, qui debet, diuitem. Tertium verò pauperẽ, & miserimũ. Mira profectò, & diuersa inter

**A** inter se debita hæc. Debitum primum naturale est, quod omnis homo siue iustus, siue peccator sit, Deo debet, vt autor naturæ Deus est. Deo enim debes esse naturale, & omnia bona corporis, & animæ, fortunæ, honoris, & denique quicquid boni in te est. Quid enim habes, quod non accepisti? Omnia à Deo accepisti, vniuersa ei debes. Dixit Pharao, vt Ezech. ait: Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Ait verò, Deus; Ponã frænum in maxillis tuis. Osee. 2. Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, vinum, & oleum, & argentum multiplicauit ei, & aurum. Hoc debitum, hæc omnia bona naturalia nos nõ efficiunt diuites, aut pauperes, nõ enim eo homo diues, quod multa naturalia habet, nec pauper quod eis careat. 2. Corin. 8.

**B** Qui multum non abundauit, & qui paucum non minorauit. Quod colligit Paul. ex illo Exo. 16. Collegerunt ex manhu; alius plus, alius min⁹, & mēsi sunt ad mensurã Gomor, nec qui plus collegerat, habuit ampli⁹, nec qui minus parauerat, reperit minus. Ex quo optimè infertur illud Hiero. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis: sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire, & nosse me, illa enim omnia eum diuitem, aut beatum non faciunt.

Secundum verò solius iusti debitum, eum diuitem facit, & quo plus debet, eo ditior est. Hoc verò debitum est omnium bonorum gratiæ, quæ Dei dona sunt, vnde ab eo accepta, & ided debita sunt, licet aliqua sint merita propria. Optimũ profectò debitum istud, quo plura debes, eo ditior es. 1. Tim. 6. Diuites fieri in bonis operib⁹: &c. 1. Cor. 1. In gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo. Ideò Apoc. vltim. Suadeo te emere à me aurum ignitum, vt locuples fias.

Tertium debitum solius peccatoris, de quo hodie Christus: Duo debitores erant cuidam sceneratori, & in oratione Dominica; Dimitte nobis debita nostra, id est peccata. Pessimũ profectò debitum, quod debitorem miserum, ac pauperem reddit; debet enim Deo semetipsum, quem Deo abstulit; sicut seru⁹ recedens à Domino, debet se, quia abstulit se, debet etiam Deo ipsum Deum, quem peccato auferre conatus est, licet nõ abstulerit. Debet Deo æternas pœnas, debet denique decem

Primus Tom.

Sf

millia

*1. Cor. 4.*  
*Ezech. 29.*

*Osee. 2.*

*2. Cor. 8.*

*Exod. 16.*

*Hiero. 9.*

*1. Tim. 6.*

*1. Cor. 1.*

*Apoc. vlt.*

*Matt. 6.*

*Matt. 21.*

millia talenta. Omnes sumus in hoc debito, & ab omnibus exiit Deus huius debiti solutionem. Quid enim sunt omnes conscientie morsus, nisi petitiones Dei dicentis: Solue, quod debes? Quid hucusque fecisti, nisi illud, quod Eccle. 29. dicitur de illo, qui debitum soluere recusat, in tempore redditionis postulat tempus, & loquetur verba tediij, & tempus caulabitur. Sed addit ibi Spiritus sanctus: Grauius sunt hæc homini habenti sensum, correptio domus, & improprius sceneratoris. Correptionem domus dicit verba tediij, quæ dicuntur hospiti in domo, in qua multum commoratur temporis, improprius verò sceneratoris verba sunt Dei exigentis debitum solui. Peccator hospes in domo Dei est, iustus filius, cui dicitur: Nō estis hospites, & aduenæ, sed domestici Dei, ideò omnia vestra, vos autem Christi. Sed peccator nihil meretur eorum, quæ recipit in domo Dei; ideò hospes est, & alia parte debitor, à quo exigitur debitum. Grauius hæc esse illi deberent, si sensum habet. Distulisti hucusque huius debiti solutionem? iam accessit tempus, quo soluendum tibi est, iam dies interpellat pro homine, ut iura loquuntur: & quando Deus taceret, nec te vrgeret, tempus clamat, in quo sub nouo peccato teneris ad Deum conuerti. Magnum tibi debitum est, sed quomodo soluendum? An nō te angit hæc cura? Debet iustus parum, aliqua venialia peccata, & sollicitus est, quomodo soluat; tu debes ingentia, nec sollicitus es? Debitum maximè somnum tollit, & anxiū reddit debitorem. Sic Augustus fecit sibi emi lectum Romani mercatoris, qui multo somno corripiebatur, & multa debebat, dicens: Lectulus hic absque dubio somnum conciliat, quando sic in eo dormiebat, qui plura debebat. Anxius es, quomodo soluas Deo debita. Proponitur hodie tibi Magdalena, quæ plurimis debitis erat onerata, & ab omnibus hodie liberata est, ut tu discas ab ea, quomodo tibi debita soluenda sunt?

Magdalena debitorum fuit Deo maxima in omnibus his debitis. In bonis naturæ: quia nobilis diues pulchra, sed nō propterea ditior coram Deo. In bonis gratiæ debitorum fuit: quia optimam partem elegit: verè optimam, quæ stare ad Iesu pedes elegit, quæ dilectionem, quæ optima est; elegit, quæ contemplatiuam vitam: quæ optima est, quæ esse Apostolam Apo-

stolo-

A stolorum, & eis prædicare resurrectionem, sicut illi mundo prædicauerunt.

Demum debitorum fuit maxima tanquam peccatrix, cum deberet quingentos denarios, & ab ea expulerit septem demonia Christus: per quæ Gregorius ait, intelligi vitiorum vniuersitatem.

Nectamen ex hoc colligendum est, quod fuerit minus, imò hinc Christus colligit, fuisse excellentiorem in donis gratiæ, quod dilexit multum: quia vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Sicut cum Regiæ vestis pretiosa rupta est, non ideò abiicitur, & perditur: sed in rupturæ loco apponuntur gemmæ, aurum, & alia pretiosa, quibus miræ rupturæ locus ornatur: ita in sanctis posuit Deus singularem gratiam, ea in parte, qua magis ante dereliquerant. Petrus infirmus ante, factus est Ecclesiæ petra. Paulus persecutor factus est maximus Ecclesiæ defensor. Thomas infidelis tanta fide præditus est, ut Ecclesiæ oratione illius eam nobis petat imitandam: ita loco peccatorum Magdalene summæ gratiæ posita à Deo sunt. Quæ ante impura fuit, tanta castitate præeminet, ut meruerit ab Angelis septies in cælum quotidie portari, quæ mundum dilexit, Deum diligit multum: Sic illa compellabat Iesum. Amor meus Iesus, ut Syluester ait. Videamus iam, quomodo peccati debita perfoluerit.

C Primum, quod illa fecit, est, ut cognouit, quia Iesus accubuit. Continuo non expectato tempore irruit in medio conuiuij, ut nos doceat, continuo nobis à peccato recedendum, nec in eo vllō modo demorandum. Peccat Adam, & continuo Deus ad eum venit, ut educat eum à delicto suo. Adam vbi est? Cum Abrahamo data esset circumcisio in remedium peccati, statim in ipso feruore diei circumcidit omnes domesticos, & octauo die præcipitur fieri circumcisio pueri, primo die, quo sine periculo circumcidi poterat. Et cum festinatione Maria in montana venit Iudææ, ut Ioannem à peccato liberet. Exodi trigesimo secundo. Loquitur cum Moyse Deus familiariter, ac humanissimè, quasi amicus ad amicum, & cum

Gene. 3.  
Gene. 17.

Leui. 12.  
Luc. 1.  
Exod. 32.

Si 2 popu-

populus peccaret, continuò Deus colloquium finit, dicens: **A** Vade, populus tuus peccat. Sine eum Domine, vt te fruatur. Imò continuò à Dei colloquio recedat, vt populum à peccato abducatur. Sed Domine, nonne hic populus tuus est, quomodo ais Moyfi: Populus tuus, non meus? Meus iam nõ est, cum peccet, sed alienus; continuò ergo à peccato recedendum est! Quid putas morsus conscientiaẽ esse, nisi Deum te cõtinuò arguere, vt à peccato exeas? Sic ergo Magdalena vt cognouit, cõtinuò à peccato exire curat. Quemadmodum enim qui lethali vulnere est vulneratus, ad chirurgũ properat, vel media nocte; quod si dicas, dormit chirurgus, sine eum quiescere, dicet; Nunquam ille quiescat, dum saner ego: sic Magdalena cõtigit. Simus nunc nos ianitores domus, in qua Christus discubuit, & venienti Magdalena dicamus: Nunc tempus non est videndi magistrum, nunc discumbit, postea locus erit illum conueniendi. Dicit illa; Sit mihi remediũ, licet ille non quiescat: imò licet ille vitam in hoc opus profundat. Sic omnes electi continuò recesserunt à peccato, cum illud agnouerunt, cõtinuò relictis retibus Christum sequuntur Petrus, & Andreas, Et Paulus, continuò non acquieui carni, & sanguini, sic Magdalena continuò. Sicut enim vulnus, cui statim non adhibetur medela, corrumpitur, & insanabile fit; sic peccatum, cui continuò non occurritur, in aliud peccatum trahit. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circunligata, nec fota oleo, nec curata medicamine: inde prouenit à planta pedis, vsque ad verticem non esse in eo sanitatem.

Sed quo ibit Magdalena, vt sanitatem recuperet? **A**ccedit retro secus pedes Domini. In locum sacrum se recipit Magdalena, & necessitatem in virtutem vertit. Ad pedes enim Christi veniendum est omnino, vel tu venies, vel ad eos traheris vi, contrehesus vt malefactor. Ideò accede supplex: à Deo enim fugere nequaquam potes. Quo ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Attende Dei immensam bonitatẽ, quod cum ipse sit offensus, non est locus securus offensori nisi pedes eius. Cælum non continet offensores Angelos, sed à se expulit continuò. Paradisus inobedientem hominem eijcit: terra deglutiuit peccatores Dathã, & Abiron: aqua illos suffocat in diluuiò: ignis

**Simile.****Matt. 4.**  
**Galat. 1.**  
**Simile.****Esai. 1.****Psal. 138.****Genes. 3.**  
**Num. 16.**

**A** ignis deuorat peccatrices ciuitates; omnis creatura in peccato rem armatur: omnis creatura tibi creatori deseruiens excãdescit in tormentum aduersus iniustos: nõ est locus securus peccatori, nisi pedes Christi offensi. Hos illa osculatur inclementia signum. Erat enim clementia Assueri signum virgæ eius summitatem osculari. Est autem Christus virga illa aurea, de qua Psal. Virgã virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Ruth. 3. Venit illa absconditè, & discooperto à pedibus eius pallio se proiecit. Cui ille, quæ es? Ego sum Ruth ancilla tua, expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es. Et ille, quicquid dixeris mihi, faciam tibi, noli metuere. Sic nunc venit Magdalena absconditè, quia accedit retro; ad pedes eius se proiecit, & eius pallio petit se operiri, vt protegatur à Dei iustitia. Sicut puer in omni periculo sub veste patris absconditur. Sed Domine, ecce ad pedes tuos est inimica tua, calca eã, poneque illam scabellum pedum tuorũ, memorare illius. **Eccle. 9.** Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via cõculcabitur; ideò conculca eã. Sic Phariseo visum fuit: sed Christus non sic, sed eam proteguit, vt Eliseus Sunamitidem. **4. Reg. 4.** quam à pedibus Giezi voluit tollere Prophetæ, sed ille ait: Dimitte eam, anima eius in amaritudine est: & indigens misericordia ad locum accedit illius. Licet enim in alto montis sit iustitia, scilicet, in diuinitate, sic ad radices montis, in humanitate, omnis rigor legis frangitur. Sicut quondam Moyses ad radices montis legem fregit lapideam. Quasi diceret, Nõ sit lex, nec appareat, qua puniantur peccatores, omnis lex iustitia, & rigoris ad pedes Christi frangitur. Lex est non admitti adulteram à viro, sed tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Lex iustitia est infernum esse peccatori, sed ad Christi, & confessarij pedes lex ista mutatur, & frangitur.

Sed quid ad Christi pedes posita facit? **Lachrymis cæpit rigare pedes eius.** Grande miraculum. Solet enim cælum terram irrigare, non verò terra cælum. Sed nunc terra cælum irrigat, cū Magdalena Christi pedes lachrymis lauat. Nunc dici potest, Aquæ quæ super cælum sunt, laudent nomen Domini. O Magdalena præclaram rigas arborem, in opere ipsius modicũ laboras

Primus Tom.

Sf 3

rabis

**Genes. 6.**  
**Genes. 19.**  
**Sap. 16.****Esther. 5.**  
**Psal. 109.**  
**Ruth. 3.****Simile.****Eccle. 9.****4. Reg. 4.****Exo. 32.****Hiere. 3.****Psal. 148.**  
**Eccle. 6.**

rabis, & cito edes de generationib<sup>9</sup> illius. Vide, quā cito fructū  
decerpat, audit cōtinuo: Vade in pace. Beatæ lachrymæ, quæ  
pedibus Christi infundūt, cęleste lauacrū lachryma est. Cōsti-  
tuit Virgilius in vestibulo inferni lachrymas. Sed iā in vestibu-  
lo gloriæ nobis proponūt, vt eis abluamur, quas significat ma-  
re illud fusile. 3. Reg. 7. in vestibulo tēpli collocatū, quo lauabā-  
tur carnes Deo sacrificadæ, acceptū Deo sacrificiū, igne q̄; cę-  
lesti absumendū, quod his lachrymis plenū fuerit, vt. 3. Regū  
3. Reg. 18. 18. fecit Elias. Sed qua ratione lachrymas fundit? Contigit illi,  
quod Ionæ. 4. cuius hederā corrosit vermis, & Sol eū percuf-  
sit, & tristatus est vehemēter. Sicut sub hederæ umbra habita-  
uit Ionas; sic sensualis sub umbra delectationum quiescit. Sed  
cū consciētīæ vermis Dño p̄cipiēte cor corrodit, ac morder  
acriter, hederā ficcatur, & omnis delectatio vertit in absinthiū, B  
& cōtinuō Sol diuinæ iustitiæ, & timor iudicij, & amor Dei, si  
fortē in corde est, caput ferit, & hoc efficit, vt ad pedes Chri-  
sti currat velociter, quoniā hederā exficcata, & folijs deflueri-  
bus videt peccati turpitudinē, quæ ante folijs, & delectatione  
operiebatur: sicut Adā folijs ficus voluit turpitudinē, & nudi-  
tatē suā operire, quia dū delectatione animæ oblectatur, turpi-  
tudinē peccati nō videt. Sed cū cęlesti veniēte lumine hęc in-  
tuetur, in se ipsam odiū contorquet, & omnia ornamenta pro-  
ijcit, ac dilacerat, gemit intus coarctata, dicēs: Possibile ne est  
me tale quid egisse? Sed, ō Magdalena, quæ ista interior lucta,  
& anxietas? Est ne tibi in corde pruna? Ita sanē. Sicut cum dor-  
mit quis in agro aperto ore, & coluber in eū ingreditur, cum à C  
sōmno surgit, & intus colubrū perferit, anxiatur. Sic Magda-  
lenæ dormiēti innumera peccata, à quib<sup>9</sup>, vt à facie colubri fu-  
giendū intrauerūt in animā, iā à sōmno surgit, & anxietatibus  
plena est. Possibile ne Deus meus, quod te offenderim? quod  
irā tuā prouocauerim? Quid faciā? si ad te respicio, timeo, quo-  
niā offendi te; si ad me, deficio, quoniā miserrima sum. Ibo ad  
te? Tu puritas, ego impuritas: tu reparator animarū, ego dissipa-  
trix earum: tu esca Dei, vt animas trahas, ego esca dæmonis: tu  
negotiorū Dei gestor, ego dæmonis. Ad quē ibo? ad Patrem?  
Absit: iratus mihi est. Ad cęlū? nequaquā, quia clauis mihi est.  
Sic manere omnino fas non est. Surgam ergo, & circuibo ci-  
uitatem,

Virgilius.

3. Reg. 7.

3. Reg. 18.  
Ionæ. 4.

Genes. 3.

simile.

Cant. 5.

A uitatem, & quæram, quem diligit anima mea. Ecce ergo mu-  
lier, quæ erat in ciuitate peccatrix ad Christum accedit, ibi-  
que plorat: Basilius in Exameron dicit, capream cū sagita-  
tur, dictamam herbam quærere, qua sagitta foras mitti-  
tur, & illa curatur. Idem de coruo Plinius dicit libro octauo,  
cap. vigesimo septimo, & ait, inde didicisse homines herbam  
hanc commodam sagittis educendis. Quam verē Magdalena  
caprea syluestris erat. Hanc sagittauerant dæmones, de quibus  
Psal. Parauerūt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro  
reſtos corde. Nō has hucusq; persenserat illa sagittas, quoniā  
calore concupiscētiæ ardebat. Sed iā vulnus refrixit, & dolo-  
rē incutit; ad dictamū accedit, vt curetur; & nobis aperiuīt, vim  
herbæ huius, ostēdit peccati remediū ad pedes esse Christi, &  
eius vicarij cōfessoris, quod cū lachrymis nobis est requirēdū.

Basil.

Plinius.

Psalm. 104.

Sed vt inspiciamus velut in speculo miseriam nostram, quā  
Magdalena hodie in se vidit, & lachrymis terſit. Proponamus  
rei huius exemplum: Est in hac ciuitate puella infimæ sortis,  
sed tanta prædita pulchritudine, vt omnium oculos post se ra-  
piat: quod cū ad Hispaniæ Regē delatū esset, illam sibi in spon-  
sum assumit, Reginaq; Hispaniæ efficitur. Felix profectō mu-  
lier. Sic Esther Regina cōtigisse. Scriptura testatur. Ex hac mu-  
liere filios Rex procreat, hæredes regni. Cūq; in tanta celsi-  
tudine, ac sublimitate mulier hæc esset, infirmata est, & tantam  
deformitatem ex infirmitate contraxit, vt instar carbonum fa-  
cies eius appareret, ex quo efficeretur, vt cor Regis sic mutare-  
tur, vt eam nec videre posset, & à domo sua expelleret, matri-  
monium dissolueret, & filios, quos ex ea procreauit, occide-  
ret, ne filij illius mulieris regnum hæreditarent; in tantamque  
miseriam illa deueniret, vt stabulum ei domus esset, & ster-  
cus cibus. Miseranda profectō tragœdia! Cūq; illa in tanta ca-  
lamitate constituta, sibi ob oculos speculū proponeret, vide-  
retq; deformem nimium vultū suum, & recordaretur prioris  
pulchritudinis, & pristini status, ac dignitatis, an nō fleret? &  
vberimis lachrymis terram irrigaretur? Audi nunc, quid ani-  
mæ tuæ cōtigerit, hoc enim ipsum esse cognosces. Infima illa  
inter spirituales creaturas est, infimo loco nata. Est enim for-  
ma corporis, licet spiritualis sit, tamen cum gratia ornata fuit,

simile.

Esther.

tanta pulchritudine prædita erat, vt omnē naturalē decorē longè superaret; tā pulchra Dei oculis fuit, vt mira in eius cōmendationē, & laudē in libro Canticorū dicat, & tandē Deus eam sibi sponfam assumpsit; sublataq; est mulier, nō in domū Pharaonis, sed in Dei domū. Filij verò ex hac sponfatione geniti sunt opera bona, quæ regnis æternis donāda erāt. At verò peccato sic animæ facies deturpata est, vt ei dicatur ab Hieremia: Denigrata est super carbones facies eorū, nō sunt agniti in plateis; & ad eō ei indignatus Deus est, vt dicat per Oseā: Iudicate matrē vestrā, iudicate eā, quia iā nō sum vir eius. Et filios procreatos opera, scilicet, bona mortificat, ne præmio donentur æterno. Locus eius stabulū est, cibus illius stercus est. Omnia, ait Paul. arbitrō vt stercora; hæc peccatori cibus sunt, quæ ille stercora dicit, omnia, scilicet, caduca, & terrena. Nūc ergo sume tibi speculū hoc, contemplare in illo vultū tuū, recordare pristinæ formæ, ac dignitatis, an nō plorabis? an nō ingentē lachrymarū vim effundes? Sed quis ad illā puellā accederet, & diceret: En tibi aqua, qua pristinū decorē recuperes, & cū eo dignitatē regiā, quā libenter ea lauaretur. Sed quæ mihi aqua ista? Vtique lachrymæ, pœnitentiæ, de quibus dicitur: Effundā super vos aquā mundā, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris. Accipe ergo cū Magdalena lauacrum istud. Sed quis illi dicendo adijceret, si octauo quoque die hac aqua lota fueris, facile vitabis, ne recidas in deformitatē, quā semel incurristi, quā libet aqua ista se sæpius lauares? Hoc tibi dicitur, cū audis, sacramēta frequenta, vt peccata faciliē declines, vt nō iterū labaris. Modo ergo lauat se Magdalena, cū lachrymis cepit rigare pedes eius: pedes Christi lauat, sed magis faciem animæ suæ. ¶ Sed quid amplius præstabat? *Capillis tergebat.* Simul verò & illaqueabat pedes Christi: & quibus capillis irretierat vanos homines, nūc Deū ipsum irretit, & quasi laqueo capit. Vis videre capillis Deū captū? Audi; Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in vno oculorū tuorū, & in vno crine colli tui; oculis vulnerauerat, dū plorauit, crine cū pedes tergebat. Sed manifestius id ille loquitur Cant. 6. *Coma capitis tui sicut purpura Regis, iūcta canalibus.* Vbi alia trālatio, quæ hāc declarat, & est omniū recentiorū, sic habet: *Comæ tuæ sicut purpura, Rex*

ligatus

**A** ligatus in canalibus. Capilli coloris purpurei habentur in pretio orientalibus. Dicit ergo, itā pulchros spōsæ capillos esse, vt Rex eis ligetur. Vocat verò eos canales similitudine sūpta ab aqua, quæ cū decursu currit, per canales crispatur, vt capilli longi, & copiosi per humeros effusi crispantur. Hi verò capilli significant cogitationes, iuxta illud Luc. 12. *Capilli capitis vestri numerati sunt omnes.* Cogitationes ergo spōsæ sunt vt purpura, cū charitate flagrant, quibus sponsus ligatur, & maximè delectatur. Prou. 8. *Et eruditus inter sum cogitationibus.* Cū ergo cogitatione tua charitate inflāmata nihil præter Deū cogitas, alligatus Deo videris; sed tu magis Deū tibi alligas, & Deū fortissimū tuis tenes capillis. Ait Dalila Sampsoni: *Dic mihi, obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo, & quo ligatus erumpere nequeas?* Sic anima Deū desiderans ei dicit: *Dic mihi, obsecro, quomodo te capiā? quomodo te tenebo?* Sine dubio capillis, cogitationibus charitate inflāmatis. In meditatione, inquit illi, exardescet ignis, & in igne Dñs. Vis ergo Deū tibi alligare? ipsum tenere? eū semper cogita, & ama. ¶ Præter eā capillis tergebat, cū in suprema arte ciuitatis vexillū vides. Inde tibi licebit nosse, quis in ciuitate imperet illa. Ille enim sine dubio imperat, cuius vexillū in arce eminet. Cū ergo in muliere videris vanè caput ornatū, capillos comptos, & ornāmēta superflua, in arce illius vides mūdi, & sensualitatis vexillū, hæc in ea imperant; sic effectū fuerat in Magdalena. At cū in capillis Magdalene videmus iā puluerē pedū Christi, humilitatem, pœnitentiam, sine dubio in illa Christus regnat. Greg. *Quod turpiter sibi exhibuerat, hoc iā Deo laudabiliter offert.* Quis vidit vnquā obsequiū huic simile? Cui enim Regi vnquā pedes abluti sunt lachrymis principū scēminarū: cui capillis earū pedes sūt terfi? Verè nouū fuit lauacrū lachrymarū, nouū etiā lintheū, nouo homini referuatū. Iud. 6. *Præcipitur Gedeoni destruere aram Baal, & nemus, quod eius cultui dicatū fuerat, & offerre Deo sacrificiū super struem lignorū, quæ de nemore succidisset, Quorsum hæc? Voluit Deus, vt nemus, quod ante Baal inseruierat, iā nūc Deo incipiat seruire: quo ipse significat verè pœnitentibus, vt vires, & opes, quibus vanitati militauerant, nunc in Dei obsequiū conuertant.* Sic admonet Rom. 6. *Sicut*

Sf 5 exhi-

Cant. 5.

Gen. 12.

Thren. 4.  
Ose. 2.

Philip. 3.

Ezech. 36.

Cant. 4.

Cant. 6.

Luc. 12.

Prou. 8.

Iud. 16.

Psal. 38.

Simile.

Greg.

Iud. 6.

Rom. 6.

exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatē: itā nunc exhibete ea seruire iustitiæ in sanctificationem. Sic modo Magdalena quasi super ligna nemoris Baal sacrificium triti cordis Deo offert, cum oculis, & capillis Christo obsequitur, quibus ante mundo inseruierat. Sed quomodo tam citò Magdalena tanta efficit? Respondetur, Fides viua hæc effecit: Fides, inquit, tua, te saluam fecit. Vidisti aliquādo, cum per fluminis magni ripam pertransires, per prata illa tauros, & vaccas lasciuire, & inter herbas, floresque versari lætas, pulchras, lasciuientes, & mutuis ludis inter se se contendentes. Cum verò sic versantur, musca adhæret vni ex illis vaccis pulcherrimis, & in nares intrat eius, illisq; adhæret, vel inter genua, & continuò à prato recedit festinans, & herbas, ac flores dimittit, sociasque vaccas, & tauros, & in nemus properat, vel montem, & inter arbores, & spinas, & rubos se immittit, vt leuari ab illa molestia possit. Dic ei obsecro; Quo nunc properas, o pulchra vacca? quomodo socias relinquis? quomodo tauros tui dilectores fugis? prata, herbas, floresque dimittis? Nihil audiet, quoniā musca eam pungit, & stimulat. Hoc Magdalene contigisse hodie videtur. Erat illa inter delicatas mulieres, & pulchras Hierusalem, inter vanos iuuenes delicijs affluens, ab horto in hortum; à prato in pratum diuertebat, dicēs: Coronemus nos rosis, antequam marcescant. Non sit pratum vetitum nobis, quod non pertranscat luxuria nostra. De his Psal. Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati sunt argento. Sed, o Domine in vnam harum respice, quæ pulchrior cæteris, quæ omnibus sit exemplo. Facit hoc Deus noster. Benedictus ille, & omnium pulchriorem aggreditur, & in corde illius fidem viuā accendit; dilectionem maximam: ad viuum illi peccata proponit, facitque eam recedere ab omni luxu, ac delectatione, omnes relinquere socios, quærere aspera, ac dura deserti. Sed, o Magdalena, quo properas? An non vides dulcedinē, quā relinquis? Delicias, iuuenes, ornamenta? Nihil horū audit, Dominus eam ducit, non retrocedet, Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico; retrorsum non abij. Id profecto expresit Hieremias. 46. Vitula elegans, & formosa Aegyptus, stimulator ab Aquilone veniet ei. Quid enim

Magda.

**A** Magdalena, nisi vitula elegans, sed musca stimulans adueniēs eam increpauit, & è medio florum eduxit. Idē contigisse Moy si Paul. testatur: Fide Moyses grandis factus, negauit se filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem. Hoc verò forte Dei vocatione effici solet, vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.

Audit verò à Christo Domino, *Vade in pace*. Mirum profecto tam facile solui tanta peccata! Audi mirabile vnum: Ecce mulier, quæ in numeris tenebatur peccatis, ab omnibus tam facile soluta est. Sed audi aliud mirabilius, quod primum facile

**B** tibi apparebit. Ecce homo, mirū tibi apparet. Ecce mulier plena peccatis, quæ dimittitur libera, & absq; supplicio. Ecce mirabile aliud: Vnde primum ortum habuit. Ecce homo plenus supplicijs, cum tamen nulla grauetur culpa, mulieri gratis remittuntur peccata. Sed Christus, illa persoluit ex iustitia, hæc ergo sine supplicio, quia Christus illius pertulit supplicia. Idē ad eā dicit, remittitur tibi peccata tua, tibi dicit, non mihi, ego enim ea ex iustitia persoluā. Sic ad David dicit; trāstulit Dñs peccatū tuū. Sed quo trāstulit est? Vtiq; ad Christū, qui est fili' Dauid, de quo subiūgitur: Verūtamē filius qui natus est tibi, morte moriet. Vn' hircus liber dimittit: quia super alterū, qui sacrificāus est, vniuersa peccata ponuntur. Posuit in Christo Deus

**C** iniquitates omnium nostrum, & sic dolores nostros ipse tulit, licet ille nō peccauerit, sicut fili' Dauid, qui moriet, culpa caret, sed propter Dauidis peccatū perit. Sicut ergo quōdā Iacob manus cōmutauit ponēs dexterā super minore, læuā super maiore: sic Pater æternus dexterā misericordiæ manū super peccatores posuit, læuam verò iustitiæ super filium innocentem.

Nec verò mirandum tantam condonationem repēte Magdalene factam esse; etenim dilexit multum; & sic in pūcto mulier ista perfecta est. Dan. 10. Tetigit me, & confortauit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum. Quem locum versans Gregorius. 22. Moral. cap. 21. ait: Aliquos Deus paulatim erigit, quemadmodum nunc Danielem, prius super genua, & deinde super articulos manuum, & tandem

Simile.

Sap. 2.

Psal. 67.

Esa. 50.  
Hier. 46.

Hebr. 11.

Psal. 28.

Matth. 27.

2. Reg. 12.

Leui. 16.

Esa. 53.

Genes. 48.

Dan. 10.

Gregor.

Acto. 9.  
Apoc. 1.  
Matt. 17.

Galat. 2.  
Iob. 14.  
Psalm. 59.  
Psalm. 76.  
Simile.

Psalm. 21.

tandem super pedes, quia non eos in momento perficit. Alios A  
verò Deus in puncto erigit, vt Paulum Acto. 9. & Ioan. Apoc.  
1. Et posuit dexteram super me, & erexit me. Sic etiam Apo-  
stolos in transfiguratione leuauit. Hi sunt, qui continuò perficiuntur à Deo in conuersione. Sic perfecta est Magdalena: sic Paulus, qui ait: Continuò non acquieui carni, & sanguini. Super hos dicitur, Deum dexteram ponere, id est, maximam virtutem. Iob. 14. Operi manuum tuarum porrige dexteram. Et Psalm. Saluù me fecit dextera tua. Hæc enim tanta mutatio verè est dexteræ excelsi. Sicut enim vas auri, & argenti dupliciter confici solet, vel ictibus mallei, & tunc elaboratur paulatim, & multo in tempore. Aliquando verò liquefacta auro, vel argento vas efficitur, quod fusile vas dicitur, & tunc in puncto vas B  
perfectum conficitur: sic quosdam Deus paulatim elaborat; alios verò in momento perficit. Sic Magdalenam perfecit igne charitatis, illam prius liquefaciens. Vsurpare enim ita potest illud: Factum est cor meum tanquam cera liquefscens. Liquefacta ergo missa est ad Christi pedes, ad locum, in quo huiusmodi vasa conficiuntur, qui dicitur Hispanè (el molde.) Vt ibi in puncto perficeretur, dilexit multum. *Vade in pace.* Felix mulier, quæ primo gressu ibi se collocauit, quo multi post longum iter perueniunt, ea parte incepit, qua alij desinunt. Sancti iter conficiunt, & feliciter absoluunt, si audiunt: *Dilexit multum.* Sed hoc initio Magdalena audiuit, hic C  
primus eius gressus, quo ergo tandè in fine cursus peruenit, nisi ad Deum, &c.

(::)

# A Feria Quinta post Dominicam Quintam Quadrages.

## Concio Secunda.

*Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, &c.* Luc. 7.

B



Irabilis Deus in sanctis suis, & magnus ipse & laudabilis nimis, sanctos suos & magnos, & laudabiles efficit. Magdalena quidem laudabilem & magnam esse, omnibus constat. Sed qua de re hodie eam laudandam vobis proponam? Certè de Psalm. 67.  
Psalm. 47.

hoc, quod innumera vicit peccata, quod cum in profundum malorum deuenisset. Inde emerfit, quod ex innumeris dæmonis cathenis ac vinculis libera hodie in lucem prodijt. Putat aliqui commendari Magdalenam, si dicant, eam non nimium peccasse, sed vniuersa eius peccata fuisse, leuitatem quandam facilem. Non hæc laus eius est, sed illa potius, quod innumeris detenta peccatis, innumeris vitijs victa cum esset, tam se gessit viriliter, vt vniuersa superauerit. Sic hodie Christus Dominus ex multitudine peccatorum, quæ ei dimissa sunt, arguit, eam plus diligere, quam Phariseus dilexerit, & ideò meliorem eam esse. Ex multitudine ergo peccatorum colligèda eius laus est à nobis, sicut à Christo Domino. Sic etiam laus Dauidis nõ ea est, quod peccata illius leuia dicamus, sed quod grauissima cum essent, ea vicit ac superauit. De qua re mirè Chrysostomus Homil. 77. ad populum Antio. Sicut ait, medici difficillimas egritudines proponunt, & earum curationes. Vnde facile erit colligere minores curandas esse, ita Deus in medium peccatorum maxima produxit, vt & in paruis offendentes per illa facile eorum correctionem inueniant. Quis ergo morbus Dauidis fuit?

Adulte;

Chrysof.



Adulterium & homicidium commisit, non ista contego. Si enim Spiritus sanctus dedecus non existimauit, hanc omnem historiam exponere, multò minus nos eam oportet obijcere. Propterea non tantum ea prædico. Verum & aliud adijcio, quotquot illa abscondunt, hi præsertim eius virtutem obumbrant. Et sicut Goliath bellum tacentes, non minimis eum priuant coronis: itidem & hanc prætercurrentes historiã. Nõne videtur mirabile, quod dixi? Parum expectate, tuncq; scietis, quam verè vobis hæc dicta sint: & quo peccatum Davidis magis exaggero, eo virtutem illius reddam illustriorem. Sed quæ sunt, quæ adulterio & homicidio addi possunt, vt grauius peccatum fiat? Multa quidem. Ex quibus illud primum sit, viti illius virtus, quæ præcesserat, quæ maius efficit eius crimen, & maior eius scientia: quia, qui scit voluntatem Domini, & nõ facit, plagis vapulabit multis. Itaque maior scientia maioris fuit reatus occasio. Propterea sacerdos eadem cum subditis peccata committens, non eadem, sed multo grauiora patietur. Huic adde summam Davidis ingratitude innumeris à Deo acceptis beneficijs, tum temporalibus, tum spiritualibus. Forsitã tremitis, & me quasi per præcipitia ambulantem admiramini: sed ego ita de iusto cõfido, vt ulterius progredi libeat, quo enim magis peccatũ auerò, hoc magis crescet Davidis laus. Quid ergo peccato illius addere possumus? Multa. Sicut enim Cain non solum cõdem commisit, sed multis cõdibus rem peiorem: non enim alienum, sed fratrem, non iniuriam inferentem, sed passum interemit: non post multos homicidas, sed prius nefas inueniens: ita hic non tantum delictum fuit cõdes. Non enim quilibet vir erat, qui fecit, sed Propheta. Et occidit non alienum, sed fidelissimum seruum, nec iniuriam inferentem, sed passum in vxoris violatione, grauißimum profectò facinus. Adde insuper illud, quod ei Propheta exprobrat. Verũtamen quia fecisti inimicos blasphemare nomen Domini; quibus verbis grauißimum scandalum notatur. Simile illi, de quo scriptum, Propter vos nomen Dei blasphematur inter gentes.

Sed & ex his collige, quã admirãdus & glorioßus vir ille est, qui in ipsum nequitie profundũ delapsus; nõ prostrat<sup>o</sup> iacuit, neq; desperauit, neq; semetipsum proiecit supinũ tãlethaliß

à diabo.

**A** à diabolo vulneribus susceptis, sed celeriter & cũ multa ferocitate grauius intulit vulnus, quam acceperat. Et idẽ factum est, quasi si in prælio & acie. Postquã barbarus aliquis in viri fortis cor hastam fixisset, & in iecur iecisset sagittam, & secundum priori vulnus illo lethalius addidisset, collapsus, & multò passim effuso cruore, talia suscipiẽs atrocía vulnera, statim surgat, & hastã in hostẽ contorquẽs, illico eũ interficiat. Ita quidẽ & hic, quãtò maiore indixeris percussione, tanto mirabiliorẽ animũ ostendis percussus: quoniã post hoc graue vulnus potuit cõfurgere, & in acie prima consistere, & sui prosternere vulneris autorem. Hoc autẽ quantum sit, sciũt præsertim, quotquot in grauiã crimina decidũt. Nec enim tãta opus est virtute ac animi ferocia ei, qui nunquã decidit, vt strenuè pugnet, ac illi, qui post casum maxima & grãdia aggredit, maximè si decidit post multas partes victorias, vt David. Et vt manifestius fiat, quod dico, alio vtar exẽplo. Cogita mihi aliquẽ nauis magistrũ, innumeris superatis Syrtib<sup>o</sup>, postquã totum mare nauigauerit: post multas hyemes, scopulos, & vndas, cum magno onere naufragiũ in ipso portus ore fecisset, & nudo vix corpore illud euassisset, quomodo par est, circa mare nauigationisque labores esse dispositum? Nunquid eliget vnquam huiusmodi, hominĩ generoso sit animo, littus aspicere, vel nauigium aut portum? Non arbitror ego quidem, sed malit mendicando viuere, quam eosdem attingere labores. At non ita David. Cursum ille perfecerat foelicem: & naufragium miserum post longã sanctitatis viam passus est; sed tam excelso fuit animo, vt rursus clauum resumat, & nauigationem exordiatur maiorem, & maiores paret diuitias, quã amiserit, & cũ tot essent, quẽ ad desperationẽ eũ trahere possent, nõ succubuit, nec illum deiecit peccati magnitudo, nec quod post longã vitã & plures partes diuitias. Nec em̃ mercator portũ statim aggressus & passus naufragiũ, similiter dolet, vt ille qui post innumeras mercaturas scopulo fuerit illisus, quas tunc habuerit opes, quas prodidit, cũ peccauit, quis enumeret? Cũ pastor erat, secũdũ cor Dei erat. Deinde Euangelicã præstitit perfectionẽ, sæpẽ inimicis parcens: Rex factus multa præstitit bona, clara apud omnes illius gloria erat, non hæc omnia illum fugerunt: & generoso

animo

Simile.

Simile.

Luc. 18.

Rom. 2.

2. Reg. 11.

4. Reg. 19.

Psalm. 80.

simile.

Ezech. 12.

1. Reg. 2.

Acto. 2.

Math. 22.

Num. 12.

animo fuit & erecto. Et quod ille præstitit consiliū duci Ioab, A sibi sumpsit, cum ad illum scripsit: Non te frangat ista res: varius enim euentus est belli, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius. Conforta bellatores tuos, & clarus euasit. Omne absterisit maculā, & ita mundus factus est, vt & posterorū suorum etiam defunctus peccata corrigeret. Et cū de Abrahamo dicat Deus: Memor fuit testamenti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum. Sed de Dauid maius aliquid dicit: Propter Dauid seruum meum protegam ciuitatem istam. Et cum Salomon & plures filij Dauid meriti essent, vt regnum ab eis auferret, sæpe ait Dominus: Propter Dauid nō auferam. Et hoc ipse Dauid ait sibi promissum, cum ait: Si autem dereliquerint filij eius legem meam, &c. Misericordiam autem meam nō despergam ab eo, neque prophanabo testamentum meum, &c. Quia in re Dauid præpositus Abraham est, dum illi Deus hoc concessit priuilegium, vt nullo peccato aut prodicione filiorū eius regnum ac primogenitura à successoribus auferretur. Sicut solent Reges aliquibus principibus cōcedere, vt nulla culpa eorum maioricatus amitti possit. Et cum regulariter Dei promissa sic accipienda ac intelligenda sint, si in iustitia perseverauerint illi, ad quos promissio facta est, vt patet Ezech. 12. Et. 1. Regum. 2. ait Dominus ad Heli; Loquens, locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in cōspectu meo vsque in sempiternum: nunc autem dicit Dominus: Absinthoc à me, &c. Dauidi tamen promissio absolutè conceditur. Etiam C si filij illius peccauerint, tantum apud Deum pœnitētia sua ualuit. Et Petrus loquens Iudæis, ait: Liceat ad vos confidētē dicere de Dauid, quod mortuus est. Mirum quo Dauid post rui nam deuenit, quia pœnituit, & Dominus ait: Quomodo Dauid in spiritu loquens dicit eum Dominum. Vbi patet spiritus prophetiæ Dauidis. Et tanto honore habitus est apud Deum, vt sicut vltus quondam est in Mariā, quia murmurauit in Moysem, etiā si id Moyse molestū esset: ita in Abfalonem vltus est Deus, etiam si ipsi Dauidi fuerit molestum. Sic ea, quæ Dauidis erant zelatur Deus. Nulli ergo desperādum, etiam si ceciderit, ex peccatis enim si pœnitere noueris, multa tibi bona colligēda sunt. Hæc ferè omnia Chrysofost. vbi supra.

Audi-

A Audisti præclarū facinus Dauidis, quo ille laudabilis & gloriosus, atque admirandus nobis est, Audi nunc simile Magdalena, quo tibi appareat admiranda. Quo magis illā peccatricem ostenderimus, eo continuo mirabilior apparebit. Quæ nam erat Magdalena? Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Hoc illi nomen impositum erat in ampla ciuitate, peccatrix, quo significabatur, summe in ea peccatum dominatum. Ab ea, ait Marcus, eiecit Christus septem dæmonia, quod Gregorius sic explicat vniuersitatem, scilicet, vitiorum, infernus quidam erat peccatorum. Similis, ait Augustinus, erat tēplo illi, quod Romæ erat dicatū Dijs omnibus, quod Pantheon dicebatur. Illa enim omni erat vitio tradita, nō inhonestā solum erat, sed superba, iracunda, inuida, auara, ventri tradita, sentina dæmonum facta erat, habitatio omnis volucris immundæ, & omnis spiritus immundi, & odibilis. Talis denique, quæ nomine proprio amisso, sibi nomen peccatricis acquisierat. Vltra nomen, quod tibi in baptismo impositum est, solet res publica nomen aliud quibusdam dare, qui insignes in re aliqua sunt. Et hunc dicit auarum, illum vsurarium, illum misericordem, illum bonum, illum Nerone, illum ludo deditum. Hanc dixerant peccatricem, quia similis facta fuerat mulieri illi, de qua Ioannes. Vidi mulierem sedentem super bestiam: & mulier erat circumdata purpura & coccino, & inaurato auro, & lapide pretioso & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione & immūditia fornicationis eius, & in fronte eius nomen scriptū, mysterium Babylō magna mater fornicationum & abominationum terræ. En imaginem Magdalena. Sed quid ista ais ad laudem Magdalena? Multum omnino, vt de Dauid ostēdimus. Audi nunc infigne & inauditum Magdalena facinus, quo Dauidem superauit. Omnia ista peccata deleuit, omnia vicit. Post tot vulnera prima in acie constitit, plus diligēs, plus obsequēs, plus à peccato recedens, animosior facta discipulis cruci adstat. A monumento illis recedentibus non recedebat. An non hoc prodigium? an nō miraculum? Quo pluribus irretita peccatis, quo pluribus obnoxia vitijs, eo fortior ostenditur, quæ omnes funes ac cathenas dirupit quasi tenuem filū, similis facta Sansoni, cum irruebat in eum spiritus Domini. Audi Sapientem

Marcus.  
Grego.  
August.

Apoc. 17.

Iud. 16.

Prouer. 5.

Prouer. 5.

Iniquitates, ait, sue capiūt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Capta Magdalena erat, funibus constricta fortissimis. Sed audi nūc. Ecce mulier venit ad Christi pedes, lacrymis rigat: capillis terfit, osculatur: vnguetō vngit. En soluta illa, en vincula disrupta, en vas cōtūmelix in vas mutatu gloriæ, mirabilis plane mulier, & omni laude digna.

simile:

Attende, quā digna laude sit hac ratione. Insignis profecto artifex, qui ex minima ac vili materia opus cōficit pulcherrimū & insigne. Insignis medicus, qui curat eū, qui obnoxius est omni infirmitati mortifera. Insignis dux, qui infirmis militibus castra vertit exterorū. Insignis profecto opifex Deus, qui cū materia nullā haberet, ex nihilo condidit vniuersum, sed insignior opifex idem Deus ostenditur Saluator hominū, cum ex peccati nihilo aliud vniuersum perfectius in Magdalena perficit. Insignis medicus Deus, qui repente omnē ab anima Magdalene pellit languorum. Insignis dux Deus, qui manu vilis femine legiones vincit demonū ac vitiorū. Hinc Iudith orat, da mihi in animo constantiam, vt contemnā illū, & virtutē eius. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cū manus femine deiecerit eum. En hodie exhibetur nobis memoriale nominis Dei, cū in manu femine deiectus demon est, summa est gloria diuine bonitati, cū tantā vincit iniquitatē, & tantū bonū ex tanto producit malo. Si ergo opus hoc ipsi etiā omnipotenti Deo gloriosissimū est, quomodo ipsi Magdalene nō erit gloriosum? Merito Euāgelista ait: Ecce mulier, nō mulier, sed virago, in qua fortitudo, & costa Adæ conspicitur, & virilis animus atque fortitudo.

Iud. 9.

Vis tu, o peccator insigne aliquod patrare facinus? Si pluribus es irretitus peccatis, summam præstabis fortitudinem, si ab eis emerferis, si ea reliqueris. Non ergo te frangat ista res, vt David ait, sed Magdalenam imitare & David, & gloriosissimus eris.

Ecce, ait, mulier, lacrymis pedes rigat, osculatur etc. Multi ad Christum Dominum acceperunt, vt malorū remedium ab eo postularent, Chanaanæ petijt filie sanitatē, Ceterio serui, leprosi mundationem, cæci visum. Sola Magdalena ad Christum accedit nihil horū petens, sed duntaxat peccatorum veniā. Optima profecto, ac Deo gratissima oratio. Multa orauerant Christum

Ios. 19.

Assum Dñm Apostoli, quibus tamē ille ait, vsq; modo nō petijstis quippiā in nomine meo: petite, vt gaudiū vestrum sit plenū. Multæ hodie orationes corā Deo fundūtur, multæ peregrinationes sūt, pluravota, missæ, & eleemosynæ, quibus à Deo temporalia postulamus, quibus dici potest: Vsque modo non petijstis quicquā, quia tēporale nihil est. Nec vero malū est hæc petere, sed incōgruū omnino est, cū hæc petas, quæ corpus spectat, obliuisci ea quæ ad animū attinēt. Optima Magdalene oratio, nihil petit temporale, sed peccatorum veniam dūtaxat. Hoc tu à Deo pete, & gratissimam coram Deo orationem fundes. Cum in litanijs Ecclesia plura à Deo petat, reliqua omnia semel petit, sed peccatorum veniam ter petit. Vt nobis, inquit, parcas, te rogamus audi nos. Vt nobis indulgeas, te rogamus audi nos. Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rogamus audi nos. Non hoc petiere illi, quos de hac re scriptura carpit. Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, ideo perierunt. Exora ergo tu pro peccatis tuis, ne cum illis pereas.

Eccles. 16.

Conducit nobis maxime orationem corā Deo profundere, quæ illi grata sit, vt patet in Salomone, qui hac ratione obtinuit quod petijt, & id etiam quod non petijt. Petijt ille cor docile, vt discerneret inter bonum & malum, placuit, ait scriptura, sermo coram Domino, quod Salomon rem huiuscemodi postulasset. Et dixit Dominus Salomoni, quia postulasti verbū hoc, & nō postulasti dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorū, sed postulasti tibi sapientiā, ecce feci tibi secundum sermones tuos, sed & hæc quæ nō postulasti dedi tibi. Vis ergo gratissimam orationem Deo offerre? pete peccatorum veniam.

3. Reg. 3.

Sed ais: Vnde sciam, hanc Deo acceptissimam esse orationem? Ex eo plane illud colliges, quod in momento hanc exaudit Deus, cū reliquas orationes non tā facile audiat, sed multis adhibitis conditionibus. Oras Deum, petens temporalia dona, nec continuo exaudiris. Oras etiam multa spiritualia tibi concedi, nec continuo dantur tibi, opus est tibi perseverantia, vt etiam spiritualia obtineas. Sed si peccati remissionem ores vero & integro corde, statim exaudiris, nec ab initio mundi vsque in finem quisquā hoc petijt toto corde, cui negatum

Ezech. 18.  
Esa. 65.

tum illud sit, vel dilatatum ad momētum. Si autē impius egerit penitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. In hac oratione manifeste verum habet illud propheta: Et erit antequam clament, ego exaudiam. Adhuc illis loquentibus ego audiā. Vt hęc oratio exaudiat, perseverantia opus nō est: quia in momento exauditur. Hinc est, quōd cum David diceret: Peccaui, continuo audit: Dñs quoq; transulit peccatum tuum: non morieris. Et publicanus orans: Deus propitius esto mihi peccatori, descendit iustificatus. Et prodigus dicens: Peccaui, statim à patre excipitur: quia cor contritum & humiliatū Deus nō despicias. Vnde pater ait: Cito afferte stolam primā. Cito ait, continuo, nihil differatur. In duobus continuo peccator à Deo exauditur, cum petit auxilium, vt à peccato conuertatur, & cum conuersus peccati veniam postulat.

2. Reg. 12.  
Luce. 10.  
Luc. 15.  
Psal. 50.

Sed meritō inquires, qua ratione Deus hanc peccatoris orationē continuo audiat. Respōdeo: primū illud itā fieri, quoniā in vera & extrema necessitate peccator est: in extrema vero necessitate oportet exaudiri continuo orantē. Petit filius à patre multa, sed non cōtinuo obtinet, quia illa filio necessaria nō esse pater videt, sed vel nociua fore. vel si conueniant, non tamē necessaria sunt. At vero cū ea, quæ illi necessaria sunt, petit, continuo audit filiū. Cum temporalia à patre cœlesti petis, ea postulas, quæ fortē tibi non conueniunt: ideo nō exaudiris. Si spiritualia postulas, conuenientia quidem sunt, sed non adeo necessaria, ideo aliquando differuntur, vt conuenientiori tēpore dentur, & perseverare te in oratione opus est, quomodo vero peccati remissionē petis, id postulas, quod omnino tibi necessariū est: sine gratia enim & peccati renūsiōe viuere nequaquā potes.

Quam vero in extrema necessitate peccator sit, hinc vel maxime colligere potes. Orat in cruce Christus Dominus patrē, & in summo discrimine ac doloribus versatur: & tamen pater derelinquit eum. Orat peccator veniā peccati, & vt huic accurrat, filium derelinquit. Est tibi in domo seruus nequā, & filius optimus, decumbit in lecto vterque, infirmitate grauatus. Clamat hic ad te, clamat ille, vterque & opem postulat: quem exaudies? ad quē ibis? Sine dubio ad filiū. Audi nunc mirabile: Clamat Christus è cruce: clamat peccator, & pater Filium derelinquit,

Simile.

Simile.

quit, vt peccatori accurrat, vt ei medeatur, grauisimū sine dubio malum est ferui peccatoris, summa extremaque necessitas, cui vt accurrat pater, filium dereliquit morientē. Hinc filius ait, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me? Certe Domine ideo derelictus tu es, vt ego protegar, vt mihi pater medeatur. Secundo ideo in hac oratione est adeo facilis exauditio quia hoc maximum Dei opus est, in quo omnipotentiam & bonitatem ostendit suam: & ideo libenter ei incumbit. Magnanimi propriū ait Arist. & D. Tho. 2. 2. est esse otiosum, quia cum eius sit magna facere, nō parua, dum magna nō occurrant, quę raro contingunt, otatur. Deus quidem magnanimus est, magnificus, magna faciēs: cū ab eo parua petis, forsā otiosum reperies, nec itā libēter eis incubentem. Pete magna, & eū nō otiosum experire. Cū peccati veniam & gratiā petis: vere magna petis, & in quibus ille suam potētiam maxime ostendit. Hinc Ecclesia: Deus qui omnipotētiam, tuam in parcēdo maxime, & miserando manifestas,

Tertia eiusdem exauditionis ratio est, summū Dei odiū in peccatū: vnde semper Deus paratus est illud destruere, si tu velis. Facilis peccati venia nō ideo datur, quōd Deus leue putet peccatū, imō infinitū ducit malum, infinite illud ponderat: sed quia infinite illud odit, illud destruere paratus semper est. Attēde, quō odio peccatū prosequatur: vt illud destruat & crucifigat, se crucifigi passus est, vt vetus homo noster simul cum eo crucifigeretur. Summū profectio meum esset in inimicū odiū, quando, vt eum occiderem, me transfuerberarē primū, vt enlis percuteret inimicum, qui mihi à tergo est. Sicut ergo summū Sansonis odium in Philistæos, quos vt interficeret, se interfecit: itā summum Christi in peccatum odium, quod vt interimeret, se interimi passus est.

His de causis oratio, quæ peccati veniā postulat, facile exauditur, & Deo gratissima ostenditur, quā hodie Magdalena profundit. Sed attendenda Magdalene oratio est, vt eam imitemur. Orat cum lachrymis, osculo pedum Christi, vnctione & humilitate, ac dolore. Hęc enim seria oratio est, quæ peccati veniam obtinet. Hanc mulierem vt attendat anima peccatrix, videtur cōmmonere Spiritus sanctus Hiere. 31. Vsq̄que quo

Arist.  
D. Thon.

Rom. 6.

Simile.

Iud. 16.

Hiere. 31.

delicijs dissolueris filia vaga: quia nouū creauit Dominus super terrā, mulier circundabit virum. Quasi dicat: Vsq̄uequo, dānima peccatrix, à me recedes? Ego facturus sum in terra nouum aliquid, quod tu attēdas, vt ad me redeas. Sed quod nā hoc nouū est? Certe mulier circundabit virum. Id est, quod vir mulierem quærat, domum illius circundet, eam deliniat blanditijs, nouum non est sed vetus: Itā etiā vetus quid est, quod ego te diligam, ego te quæram, ego demulceam, sed nouum est, quod scœmina cum virō id agat, quod anima mecum hoc præstet. Hoc verò nouum ego faciam, vt inde discas non amplius vagari. At tende nunc hanc scœminam Magdalenam, quæ Christum quærit, domum illius intrat, delinit eum blanditijs, osculis, capillis, vnguento, en nouum quod aspicias, en quod imiteris.

Primum ad Christi pedes accedit, optimus locus illa est, vt in eo peccatorum veniam assequatur. De Hierusalem Ieremias ait: Ponet in puluere os suum, si forte sit spes. Quasi dicat, summa cum humilitate orabit ponēs in puluere os suum. Sed Magdalenam melius ponit os in Christi pedibus, vbi fons est misericordie, vt suggreat mel de petra, & oleū de saxo durissimo: quoniam nos docet ad sacerdotis pedes accedere, qui Chrii vicarius est.

Sed quid ibi constituta loquitur? Plane nihil ore loquitur corde tum & lachrymis loquitur, & clamat. Sed quomodo oculi loqui possunt? Audi Hieremiā: Per diem & noctem non des requiem tibi, neq; taceat pupilla oculi tui. Oculus ergo loqui debet: sed quis vaquam vidit oculum loqui? Sensus munerā inter se diuidunt, nec alterius munus alter vsurpat. Oculus videt, non audit: auris audit non videt: lingua loquitur nō videt: quomodo ergo, loquetur oculus? Homini quidem itā sensus hi in feruiunt, vt dictum est, sed cum Deo omnium authori in feruiunt, oculus etiam loquitur, & lingua plorat. Cum enim peccati dolore oculi plorant, maximos clamores emittunt. Hinc Psal. Atribus percipe lachrymas meas, cum vero auribus vox percipi soleat, proculdubio lachrymæ voces sunt. Sed illud manifestius idem Psal. ostendit dicens: Discedite à me omnes qui operamini iniquitatē, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei, fletus ergo voces sunt. Sic ergo loquitur Magdalenam, & peccatorū veniam lachrymis petit, quarum redūdātia voces

lin.

A linguę impediūt. Cū enim à charitate dolor illius procederet, & charitas omnium virtutū præcipua sit, vt se manifestet, præcipuū sensum oculos, scilicet, vsurpat sibi. Hinc sponsus: Ostēde mihi faciē tuā, sonet vox tua in auribus meis: vos enim tua dulcis & facies tua decora. Vere facies decora reddita est lachrymis, vox fletus Deo dulcis, & omnibus beatis, quibus gaudium est. Plorat ergo Magdalenam, ait Augu. quia ante glacies erat. Sed quemadmodum glacies corā igne liquefit: itā coram Christo Domino liquefit Magdalenæ cor & in lachrymas vertitur. Ad huius instar cum tu orationem profundis coram Deo petens peccati remissionem, cura vt lachrymæ tuę orent, potiūsq̄ quā lingua. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontē lachrymarum, ait Propheta. Sicut ergo quōdam Eliæ sacrificiū igne cœlesti absumptū est, sed prius aqua ter effusa est, vt nimia Baqua decurreret: itā Magdalenæ cor igne hodie cœlesti absumitur, cum dilexit multum, sed multis lacrymis prius effusis. Tu ergo, lachrymis saltem cordis, & si potes, etiam corporis peccata ablue. Sic Deo sacrificium obtuleris placitum cum Elia, & igne cœlesti absumendū. Ter verò illa aquā fundit. Licet enim semel doluisse de peccatis sat sit, melius tamē est sæpe dolere, sēpe lachrymari.

Capillis etiam tergebat, unguento ungebat etc. En Magdalenam Deo tradit vniuersa arma sua, quibus antē contra eū militauerat. Præcipua ac decora sua Deo tradit, manus, scilicet, oculos, capillos, vnguēta, vt iā nō vanitati, sed Deo in seruiat. Hoc verò miraculū in lege gratiē faciēdū prophetauit Zachar. In illa die erit quod super frenū equi est sanctū Dño, & erūt lebetes in domo Dñi quasi phiale, & erit omnis lebes in Hierusalē, & nō erit mercator vltra in domo Domini. Hoc loco vbi nos legimus, frenum, est Hebræis dictio, vt Hierony. ait, significans phaleras equorum, & ornamentum bellicum. Significat ergo propheta, phaleras & omnia equorum pretiosa ornamenta Deo offerenda esse. Et addit, lebetes futuros esse quasi phialas. Lebetes ollæ sunt, in quibus caro decoquitur. Phialæ verò coram altari ponebantur plenæ odoramentis, vt dicit Hieroni. Hinc secundo Paralip. quarto. Fecit Salomon centum phialas aureas in vsu templi. Ait ergo propheta, lebetes vertendas in phialas

Tit 4

aureas

Cantic. 2.

August.  
Sim. l.Hier. 9.  
3. Reg. 19.

Zachar. 14.

Hier. 20.

2. Paralip.

Thren. 3.

Thren. 2.

Psal. 38.

Psal. 6.

aureas plenas odoramentis, & vt phialæ efficiantur, in Hierusalem esse deducendas. Nec vltra erit mercator in domo Domini, quia non erit, qui terrena curet, eisque inhiet. Pessimus ille mercator, qui facit iustitiam suam, vt videatur ab hominibus; qui circa terrena sollicitus est: optimus vero ille, qui ait: Quid mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? Hæc verò omnia nunc in Magdalena completa manifeste videmus. Quid enim illa erat prius, nisi equus phaleris plenus & ornamentis? & quæ illius phaleræ & ornamenta, nisi capilli, vnguenta, monilia. En hæc omnia Christo Domino offert. En illâ, quæ prius lebes erat, mutatur in phialâ. Vnde de ea Ecclesia canit: Fit ex lebe te phiala, In vas translata gloriæ, De vase contumeliæ. Vnguentum odoriferum iam defert Deo quasi phiala, & repleuit totam Ecclesiæ domum odore vnguenti sui, exempli sui. En illam, quæ ante mercabatur terrena: destitit iam ab hac negotiatione, iam quærit bonas margaritas, & inuenta vna pretiosa Margarita, vendidit omnia quæ habuit, vt emeret eam. Inuenit Christum Dominum, & omnia pro illo reliquit. Fælix profecto negotiatio. Quis nobis det Domine, talé nos habere mentem, vt te solum quæramus, te solum desideremus, te solum diligamus. Si vt hanc possideas Margaritam, vniuersa, quæ possides petantur, nihil petitur. Etiam si substãtia, si honos, si vita petatur, profunde ea: nihil enim das, & Deum recipis. Hinc etiam discite, omnia pretiosa tua, quibus ornaris, Deo offerre. Vt & Iudith fecisse dicitur, cui cum tradita essent vniuersa, quæ Holofernis fuerunt, ea templo obtulit. Et si lebetes hucusque fuimus, in phialas mutemur, nec iam terrena negotiemur, sed cœlestia.

Nunc ergo cum Magdalena ad Christi pedes accedamus, dum ad illos accessus patet. Veniet enim tēpus, cum ianua clausa erit, & dicatur, nescio vos. Væ auté ei, cui contingeret tūc illud Esaiæ: Descende, sede in puluere virgo, filia Babylon, sede in terra: non est solum filiæ Chaldæorum, quia vltra non vocaberis mollis, & tenera. Tolle molam, & mole farinam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina, vltionem capiam, & non resistet mihi homo. Finge nunc filiâ magni principis, teneram ac delicatam, & in delicijs enutritam, captiuam à Barba-

rit

Aris duci, seruamque fieri barbari. Cogitat illa in scia rerū in domo barbari, quasi in domo patris tractadã, & in honore & delicijs enutriendam. Et ingressa barbari domum, ascendit in Domina suæ stratum, eijcitur, deturbaturque ab stratu & audit, sede in puluere: serua enim es, ne te cogites delicate tractandam. Mole farinam, quasi iumentum, discooperi humerum, vt flagella accipias, tolle immundos domus pãnos, & vade in fluuiũ, & ibi eos laua. Quando hæc principis filia se seruam viderit, & his addictam vilibus seruitijs, magnisque laboribus, quas effunderet lachrymas: quæ suspiria, cum pristini recordaretur status, summamque suam attenderet miseriam? O anima quæ nunc delicate tractaris, quæ in delicijs & delictis enutriris, veniet tempus, cum ab inimicis capiaris, & te molere faciant, vbi in æternum discurras, & impleatur in te illud Psalm. In circuitu B impij ambulat. Et ideo sine fine & termino, quia circuli finis nullus est, cum videris duci te in fluuium obliuionis æternæ, & vt vilissimam tractari seruam, innumeris flagellis & tormentis cruciari, qualia mittes suspiria? quas lachrymas fundes? Sed tunc sine fructu erunt: nūc verò cū fructu, ideo ad pedes Christi accede cum Magdalena &c.

Psalm. 111.

## Feria Sexta post Dominicã Quintam Quadrages.

*Expedi, vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat, &c. Ioan. 11.*



Vm iam simus passioni proximi, proponitur hodie sententia passionis Christi lata in duplici tribunali, in cœlesti, & terreno, in diuino, & humano. Quod in cœlesti lata sit hæc sententia, ostenditur, cum dicit Euangelista: Prophetavit Caiphas, quoniam Spiritu sancto

T t 1

affla-

Psalm. 72.

Matth. 13.

Indi. 15.

Esai. 47.

Simile.

2. Pet. 1.

afflati locuti sunt sancti Dei homines, nec enim voluntate humana allata est prophetia, sed mentem Dei illa declarat. In tereno verò Caiphæ concilio eadem sententia profertur. Fit ergo contra Christum concilium, & in cælo, & in terra. In cælo factum est maximum, altissimumque concilium, in quo decreta est Christi passio. Ad illud verò nullus est admissus Angelorum, solum tres personæ Trinitatis maximum illud iniere concilium, & in eo Christi mors definita. Ideo Esaiæ nono dicitur Christus consiliarius, & septuaginta transferunt, magni consilij Angelus, id est, qui nobis nunciauit, quod in magno illo concilio decretum fuit. Quod verò mirabile est in hac sententia, illud est, quod eadem omnino cum sit, & eisdem verbis prolata à diuersis concilijs, in diuino iustissima fuit, & exemplar iustitiæ Dei. Vnde Paul. Quem proposuit propitiatorem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, in concilio verò Caiphæ iniustissima est omnium, quæ in mundo lata sunt, & exemplar omnis iniustitiæ. Vnde diuersa sunt acta horum conciliorum, diuersi processus, diuersa motiua, atque rationes, quæ nobis exponenda sunt.

Rom. 3.

In diuino ergo concilio hæc sententia profertur ea ratione, vt humanum genus ex iustitia redimatur optimo, atque conuenientissimo modo, moriatur ergo pro populo, ne tota gens pereat. Sed dices: Minimo Christi opere hæc redemptio confici poterat de iustitia, minimum enim Christi operis infiniti erat valoris propter suppositi infinitatem: vt quid ergo tam acerbam Deus ordinauit passionem? Nec enim prudens medicus quòd leui medicamine curare potest, acerbò curat. Sed adhuc expedientissimum fuit, vt tam acerbà esset passio, vt nõ solum quoad sufficientiam esset nobis sufficiens, sed etiam nobis quo ad efficaciam applicaretur. Satis non est medicinam confici, nisi applicetur infirmo, & optima illa medicina est, quæ non solum vim habet, vt morbum expellat, sed etiam facile applicatur infirmo. Satis quidem esset minimum Christi opus, vt nos redimeret, sufficiens illa medicina esset, sed nobis non ita commodè applicaretur, ac nunc applicatur, cum tanta Christus passus est pro nobis, quia applicatio passionis Christi

Esai. 9.

Simile.

Simile.

**A** Christi sit nobis per amorem, & dilectionem, qua Christo unimur, vt viuam membra, & eius merita plenè participamus. Sic Paul. Si linguis hominum loquar &c. charitatem autem non habeam &c. Si ergo Christus Dominus parum aliquid pro nobis fecisset, vel paruum laborem pro nobis sustinisset, non sic nobis eius charitas pateret, vt eum nos diligeremus: sicut & nunc patet, cum tam tepidi simus in eius dilectione, postquam pro nobis ille tanta pertulit: quid obsecro esset, si minima passus fuisset? Voluit ergo talia exhibere dilectionis suæ signa, quibus non solum patrem placaret, sed & hominem quasi vi ad se traheret, vt dicere posset: Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum, & vt diceret Paulus: Charitas Christi vrget nos, vt non sit, qui se abscondat à calore eius. Quo facto dicere potest, non solum quod ante dixerat, Quid debui facere vineæ meæ, & non feci? sed quid potui facere, & non feci? vt sic traharis ad Christum, & impleatur, quod per prophetam dicitur: In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Hinc Paulus orat, scire etiam super eminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei, id est: vt cognito immenso Christi amore, qui omnem excedit scientiã, impleamini Christi donis applicitis vobis per amorem, quo diligatis eum, qui vos vsque ad mortem dilexit. O filij hominum quàm graui sumus corde, quàm duri, quando vt Deum diligamus, necessarium fuit, Christum mori, nec nobis satis fuit ipsum esse Deum nostrum, creatorem, nec satis erat ipsum hominem factum, & 33. annis laborasse, sed super hæc omnia, vt eum diligamus, necesse fuit ipsum mori. Verè confusione superindui possumus, quod sanguis Christi necessarius fuerit, vt Deum amemus, nec nobis reliqua omnia satis essent. Sed qualis obsecro ille est, qui cum viderit, Christum pro illo mortuum, adhuc non diligit eum? Si graue piaculum est, ante non dilexisse, quid nunc post eius mortem? Qui non amat Dominum Iesum, anathema sit, Paul. ait: quo nomine quæso illum censebimus, qui Christum crucifixum non amat? An brutum? non: quia bruta benefactores diligunt, an lapidem? non: quia lapides Christi passione fracti sunt. Quid ergo? nescio, tu ipsum nomina.

1. Cor. 13.

Ioh. 12.

2. Cor. 5.

Esai. 5.

Osee. 11.

Ephes. 3.

1. Cor. 16.

Ad

Ad hoc ergo necessaria Christi passio fuit. Simul etiam, ut omnis tolleretur à nobis excusatio, dicentibus: Deus mihi benefecit, sed facile id præstitit, & nullo labore, at obsequia quæ ei ego præstare teneor, sine labore, & sudore præstare non valeo. Iam verò pro nobis patiens, ostendit, se nos diligere, & nobis benefacere multo cū labore, ut cū tibi subeundus labor est in Dei obsequio, dicas, Deus in labore, & siti, sudore, & morte mihi affuit: ego similiter eius obsequio assistam, licet mihi laborandum sit. Summè ergo nos sibi deuinxit hoc amore, hac tâta dilectione. Est tibi fidelis seruus, & est tibi quasi anima tua, diligis eum, dicitur tibi, In seruo infimo dilectionem tuam collocas? Respondes, non possum eum non diligere, diligit enim me præcipuo amore, & summa fide meo obsequio semper paratus est. Tam pretiosa res amor est, ut sicut lux etiam in re fædissima non fædatur: ita amor in re vilissima non vilescit, & catellum, & canem te diligentem diligis, seruum te amantem amas, quanti ergo tibi æstimandus est diuinus amor, ut redames? Fratres, diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Hæc ergo prima ratio in concilio illo diuino fuit, ut Christus pateretur.

Secunda, verò ea est, expedit, ut hic homo moriatur, ut quod verbis docuerat, factis comprobaret. Passio Christi fuit exemplar omnium, quæ prædicauerat. I. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius, qui cū malediceretur, non maledicebat, cū pateretur, non comminabatur. Disputat aliquando mathematicus in cathedra sedens de triangulis, quadratura circuli, alijsque figuris. Sed rudibus discipulis non plenè intelligentibus, licet figuras in aere digito efformauerit, descendit à cathedra, & in papyro alba, atramento efformat figuras illas, quæ tunc maximè oculis discipulorum subiiciuntur. Dixit Christus Dominus multa de Charitate, humilitate, mansuetudine, patientia, obedientia, sed ut plenè nos edoceret, eruditè què descendit ad passionem suam, & in se ipso, & in humanitate illa candida omnium virtutum lineas figurat, ut virtutum omnium praxim conspiciamus. Sicut ergo Iacob

decor-

A decorticatas virgas, diuersorumque colorum in canalibus posuit, ut eas intuerentur oues, & varios, ac maculosos fatus conciperent: sic in canalibus Ecclesiæ positus est nobis Christus Dominus, virga virtutis Dei, diuersis ornatus virtutibus, ut eum in intuentes, imitemur. Sic etiam Exod. 25. cū præcepisset, sibi fieri tabernaculum, dixissetque Moysi verbo, quomodo cuncta faciendæ erant, postea omnium exemplar sub oculis Moysi subiecit, & ait: Fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Verbo docuerat Christus, quomodo in nobis concipiendum esset tabernaculum Deo, sed postea in Caluarie monte semetipsum exemplar dedit eorum, quæ dixerat. Hinc Hieronimus. I. Virgam vigilantem ego video: & ait Dominus: Bene videri, quia vigilabo ego super verbo meo, ut faciam illud. Vere vigilauit Christus in passione perficiens opere omnia verba, quæ nobis locutus fuerat. Ideo Augustinus crucem cathedræ Christi dicit, vbi positus est Christus in signum omnibus, qui viam in cælum agunt. Iuxta illud Esai. Et erit Dominus nominatus in signum, quod non auferetur. Sicut enim in excelsis montibus, in quibus nix multa de cælo cadens iter solet operire, proponi solent signa itineris eminentia, ut viatores ibi non pereant in hyeme: sic Christus in cruce signum tibi est, ne in via cæli declines, & pereas à recto tramite. Et licet innumera sint exempla praua in mundo, quæ viam cæli operiunt, exempla tamen Christi in cruce positi adeo sunt illustrata, & eminentia, ut operiri non possint. Ideo Esai. ait, quod non auferetur. Vis nosse, quomodo Deum diligere debeas? vide Christum in cruce, qui hoc te docet. Ut cognoscat, inquit, mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio, surgite, eamus hinc. Vis nosse, quomodo debeas Deo obedire etiam vsque ad mortem? Christum intueri, qui factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vis nosse, quomodo proximū diligas? Christum vide, & imitare. Et nos, ait Ioa. debemus pro fratribus animas ponere, sicut pro nobis Christus posuit. Vis nosse, quomodo humiliandus? Christum respice: Humiliauit semetipsum Dominus Iesus Christus vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vis nosse, quomodo tolerare debeas iniurias? vobis reliquit exemplum, qui cū pateretur, non comminabatur, trade-

Genes. 30.

Exod. 25.

Hieron. 1.

August. 1.

Esai. 55.

Simile.

Ioan. 14.

Philip. 2.

1. Ioan. 3.

Philip. 2.

1. Pet. 4.



Esai: 53.

Simile.

tradebat autem iudicanti se iniuste. Vis nosse mansuetudinem? intuere agnum mansuetum, qui coram tondente se obmutuit omnium exemplum summum relictum nobis est in Christi passione. Sed dicunt aliqui: O, Christus Deus erat, ego vero homo sum. Imò hac ego ratione te conuincam, qua tu euadere conaris. Si diceres militi, pugna, labora, Rex enim pugnat, laborat, & ille diceret, ille Rex est, ego miles, non ego laborare deo, vt ille, imò diceremus, hac ratione tibi magis laborandum, quia enim ille Rex est, minus laborare deberet. In his ergo, quæ dignitatis, honoris, & excellentiæ sunt, excusatio hæc admittitur, ille Rex est, ego miles, non possum ego regiam pompam, & apparatus ducere, quoniam ego miles pauper, ille Rex, sed in his, quæ humilitatis sunt, non solum excusatio nulla est, ille Rex est, ego miles, imo accusatio: quia enim miles es, plus laborare tenebris, plus humiliari, quam Rex. Sic ergo recta tibi esset excusatio, si diceretur tibi, cælos crea, mortuos ad vitam reuoca, sicut Christus fecit: iuste responderes, ille Deus, ego homo, nec possum sequi factorem meum in his, quæ excellentiæ, & magnitudinis sunt. In his Lucifer, & Adam illum imitari voluerunt, sed non valuerunt, at in his quæ humilitatis, & laboris sunt, nulla est excusatio: Christus Deus est, ego homo, imò verò accusatio, & ratio, qua manifeste conuinceris, quia enim ille Deus, minus deberet deijci, ac humiliari, tu verò quia homo, maxime deijciendus, maxime labori incumbere debes.

Expedit ergo Christum mori, dicitur in diuino concilio, vt mundus optimo modo redimatur, vt amore in Deum deuincatur, vt exemplum sit omni homini excellentissimum. Optime sane rationes, Deo quæ dignæ: sententia ergo his rationibus prolata iusta est.

Sed iam de Caiphæ concilio iniusto, & rationibus illius differamus, & primo *Collegerunt pharisei concilium.* Qui alias diuisi erant, contra Christum vnū efficiuntur. Sic Psa. Astiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Principes inter quos bella esse solent, vt in Christum insurgant, in vnum coacti sunt. Praui licet capitibus, & voluntatibus dissideant, caudis tamen quibus nos in sequuntur, velut Sanfonis vulpeculæ hærent, Iud. 15. De quo

Psam. 2.

Iud. 15.

Nabum. 1.

Hiere. 7.

Iob. 41.

Matt. 13.

Eccles. 21. Grego.

Psam. 54.

Dan. 13.

Simile.

Psalms. 132.

A quo Nahū. 1. qui respexisse videtur hoc concilio: Quid cogitatis contra Dñm? Consummatione ipse faciet, & non cõsurgat duplex tribulatio, quia sicut spinæ se inuicem cõplectuntur, sic cõiuuiū eorū pariter potatium. Ad litteram loquitur de Sēnacherib, & eius exercita obsidere Hierusalē, & iam cõiuuia celebrati, quasi capta Hierosolyma esset. Duplex verò tribulatio ait, non cõsurgat, quia vna delebitur. Sicut spinæ inuicem collectæ igne absumentur sic etiā nūc quasi spinæ se cõplectuntur in concilio Scribæ, & Pharisei, quos Deus vno excidio cõsumet. Quomodo verò mali in malum aduentur, ostēdit Hierem. 7. Nōne vides, quid isti faciūt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalē? Filij colligūt ligna, & patres succēdūt ignē, & mulieres cõspērgūt adipem, vt faciāt placentas Reginæ cœli, id est, Veneri. Cū inter superbos semper sint iurgia, ad ludū tamē, ad murmuratiōem, & vt peccent, vnū sunt. Hoc explicat Iob. 41. loquens de corpore Behemoth: Corpus eius quasi scuta fusilia, compactum squamis se premētibus, vna vni cõiungitur, & ne spiraculū quidem incedit per eas: vna alteri adhærebit, & tenētes se nequaquam separabuntur. Caput iniquorum Behemoth est, corpus mali sunt, hi scuta fusilia, quia eorū in malum mira est fortitudo. Vide labores amatiū, auarorum, superborū, videbis eos esse scuta fusilia. Squamæ se premētes mali sunt cõglobati in malum, vt spiraculum esse nō possit per eas, quia si inspiratio aliquem eorum tangit, cōtinuo eum focus peruerit, & ideo in fasciculos colliguntur, vt comburantur, vt qui socij fuerint culpārū, sint socij suppliciorum. Ideo Eccle. 21. Stipula collecta Synagoga peccantium, & consummatio eorum flamma ignis. Multa de hoc Grego. super illum locum Iob. vnde optimum est malos adinuicem separare, vt corrigantur, Psalm. Præcipita Domine, diuide linguas eorum, vt factum est in Babel, & sic cessauerūt à turris ædificio. Primum, quod Daniel, fecit, fuit, senes illos separare adinuicem. Sed & in hoc mali bonis exemplo sunt, vt sciāt, quomodo se possint tueri, & conseruare, si inter se vniantur, & conglobentur. Sic milites in pugnam conueniunt, & vt taurum expectent, similiter conglobantur, & diuersi fontes in vnū amnē conuenientes, ad mare facile perueniunt, cū quisque eorum id non posset. Quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in

in vnum, vt in xenodochium veniant, vt misericordiae opera exerceant, vt de diuinis colloquantur.

Secundum in hoc concilio aduertendum est: volunt huiusmodi interimere, & sic se securos credunt, cum tamen boni malos seruent: propter iustos enim mundus hic conseruatur: cum quae iusti non fuerint, continuo mundus peribit, quia omnia propter electos. Sicut enim sanguis noxius hominem in interitum ducit, sanguis vero optimus illum in vita conseruat: sic iusti mundum tuentur, mali perdunt, & in interitum ducunt. Si cum Abraham contendebat cum Deo, vt Sodomam non funditus deleteret, & dicebat: Propter quinquaginta iustos ignosce eis, propter quadraginta, propter triginta, & tandem propter decem, dicente Deo: si decem fuerint iusti, non delebo propter eos quinque ciuitates has: si verba illa audirent habitatores Pantapolis, an non dicerent, quærantur decem iusti, ne omnes pereamus? Quod si necessarium esset, vnum iustum adducere ex Hispania, alterum ex Indis, alium ex China, nulli labori, aut sumptui parcerent, donec decem haberent iustos, & omnem substantiam libenter eis darent, inde enim eorum pendebat salus. Verè si nosset mundus pretium iusti, & bona, quæ propter eum Deus reipublicæ confert, licet oculos erucere necesse esset, & mercari deberet, quoniam nisi propter iustos, non staret reipublica: & in extremas orbis plagas deberet reipublica mittere, vt iustum ad se adduceret, secumque tenere, ac alere, multa enim bona propter iustum ei venient. Hierem. quinto. Circuite vias Hierusalem, & aspice, & cõsiderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propicius erò ei, scilicet, Hierusalem, vt ibi exponit Hieron. Propter vnum iustum vniuersæ Hierusalem Dominus reprobatur. Iustus, ait Psalm, vt palma florebit. Per palmam Aegyptij annum significabant in suis hieroglyphicis, quia singulis secundum illorum quibusque mensibus ramum profert, & sic. 12. ramis annum integrum significat. Et addit Plutarchus inueniri in palma 360. proprietates proficuas, quod proprium iusti est, qui innumeris bonis abundat, & commodis reipublicæ suæ. Et tandem aliud nõ expectatur, vt mundus pereat, & Christus ad iudicium veniat, quam bonorũ collectio ex hoc mundo. Sic

Simile.

Genes. 18.

Hier. 5.

Hieron.

Psalm. 91.

Heroglyphicam.

Plutarchus.

**A** dicitur petentibus inimicorum vindictam, & dictum est illis, vt quiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conferui eorum, & fratres eorum. Et tandem sicut dicunt naturales Philosophi, super laurum radium cæli non cadere, idè lauros aliqui in domibus suis plantant, vt à radijs sint liberi: sic iustus laurus est. Si vis radium in domum tuam non cadere, in ea iustum infere. Hi contra iustum à se tollere volunt. Iniquum profectò, & pessimum consilium.

Tertium, in hoc concilio aduertendum est velle se conseruare medijs illicitis, & sic pereunt, & in diuersum, ac contrarium eis vertuntur, quæ cogitarunt. De qua re Psalm. Posuerunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. Duo intendebant, Christum obscurare, & se conseruare, & qua via hæc conficere putarunt, ea oppositum effectum est. Cuius figura in Ioseph præcessit, contra quem ineunt fratres concilium, vt eum obscuraret, nec eius somnium veritati reddatur: sed eo ipso consilio oppositum effectum est. Simile quid contigit Sauli cum Dauid, & Aman cum Mardocheo. Idè Psalm. Reprobat autem cogitationes populorũ, & reprobat consilia principum, consilium autem Domini in æternum manet: & consilium meũ stabit, & omnis voluntas mea fiet. Et iterũ Iob 5. Qui comprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Vbi de hac re optimè Gregorius. Intenderunt Christum obscurare, sed hac via clarificatus est, & mundus in eum credidit. Si posuerit pro peccato animam suam, vbi debet semen longeuum. Quod ille confirmat Ioannis. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Putauerunt se perdere, ac destruere granum istud, sed seminauerunt illud, vt cresceret. Intenderunt etiã se conseruare illis: sed à Romanis, sed propterea venerunt Romani, & eos deuastauerunt, sicut prædixerat Deut. 28. Adducet Dominus super te gentem de longinquo, in similitu linem aquilæ volantis. (hæc erant Romanorum insignia) in cælo, quæ te vastet: & translatum est Romam sacerdotium, & regnum quod erat in Hierusalem.

Venient, ait, Romani. Ecce originem errorum concilij huius.

Primus Tom.

Vv

In

Apo. 6.

Simile.

Psalm. 56.

Genes. 37.

1. Reg.

Esther. 7.

Psalm. 32.

Iob. 5.

Gregori.

Esa. 53.

Ioan. 12.

Deut. 28.

Esaï. 30.

Psalm. 118.

Thob. 4.

Esaï. 9.

Iosue. 9.

Simile.

In omni concilio iusto primus Deus assistere debet: hi verò Deum foras mittunt: & inuidiā, atq; auaritiā cōsiliarias aduocāt, quæ sunt duæ inferni Furia: & tale prodijt decretū, quales erant cōsiliarij. Hiac Esa. Vē filij desertores, dicit Dñs, vt face retis consiliū, & nō ex me; & ordiremini telā, & nō per spiritū meū. Si rectum vis agere consilium, primus consiliarius sit tibi Deus, & secundum Deum, omnia considera: vt Psalm. Consilium meum, iustificationes tuæ: & vt Thobias ait: Omnia consilia tua in ipso permaneant. Ideò Christus consiliarius dicitur, & ideò in omni negotio, primum ad orationem nobis est accedendum, sine qua fidendum nequaquam est vlli rationi, vel sapiētia, vt manifestè ostensum est in fœdere cum Gabonitis inito, in quo decepti sunt Iosue, & vniuersus Israel: quia os Domini non interrogauerunt: post orationem verò ratio etiam consulenda est.

Sed obsecro, nonne irrideres hominē, qui in graui causa ad bestia aliquā accederet, vt cū ea consiliū iniret? Sed ais; Nullus id vnquā fecit: nescit enim bestia loqui, vt consiliū dare possit. Sed non ego hoc dico, sed qui appetitū bestiaē consuleret, & illum sequeretur, & omnem suam sapientiā poneret, vt bestiaē appetitus impleretur, huic consiliarius bestia est, cū ille efficiat, quod bestiaē placet. Ne mireris ex Caiphæ consilio prodire Christi mortem, cū nec Deum consuluerint, neque rationem, sed bestiales appetitus. Quis consilium Iudæ dedit, vt Christum venderet, nisi bestia auaritiæ? Et hodie etiam decreta mors Christi est, quoniam cum inuidia, & auaritia consilium inierunt Pharisei. Quis enim effecit, vt cures Christum occidere, qui in corde castæ mulieris viuuit, nisi appetitus sensualis? Quod si nummis mercaris illius castitatem, quid tibi deest, vt Caiphæ sis, cū ille, & tu Christum ematis, vt eum occidatis? Pecunia maledicta, qua bellū indicis Christo, à quo eam accepisti, vt mortem eius impedires, data est tibi pecunia, non vt occidas; vt cū videres periclitari castitatem propter necessitatem, ei accurreres, ne periret Christus, in illō corde: quod si non facis, quid Christo respondebis in iudicio tibi dicenti: vt vitam tuam eriperem, meam libenter dedi, & vt meam tu conseruares in illius corde, paruam pecuniam nō dedi.

**A**dedisti? Quam auari sumus, vt demus pecuniam, vt viuat Christus, quam prodigi, vt eum morti tradamus? Quot sunt hodie Phariseis similes, qui dicant: Quid vis, & trade Christum, vt moriatur, quia multi similes sunt Iudæ, qui vitam Dei sui vendunt. Quid tibi huiusmodi pecunia proderit, cū vt eam habeas, vitam animæ amittis, & Christum, qui est vita animæ tuæ? Eo cum tua pecunia deuenies, quo Iudas peruenit cum sua. Quando illi similis efficeris. Quanto melius tibi consilium esset, pati, & mori, ne Christum offenderes, quando ipsum habens, ditior es: quàm si cælum, & terram possideres, & quicquid pateris, ne in eum pecces, quasi martyrium tibi est.

**B** Similia ineunt consilia, qui superbiam, & iram consulunt: omnes enim hi bestiaē quærunt consilium, cuius vt impleatur appetitus, Christum occidere volunt. Et tandem omnibus id euenit, quod Phariseis, in ea enim mala inciderunt, quæ hac via vitare conati sunt. Voluisti declinare infamiam Dei offensa causa dabo vos in opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur. Hier. trigesimo tertio. Vē vobis, qui accessisti ad Aegyptum, vt adderetis peccatum super peccatum, qui ambulatis, vt descenditis in Aegyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti; & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusio nem, & fiducia in vmbra Aegypti in ignominiam. Væ tibi inhoneste, væ tibi auare, qui consilium cum bestia inisti, peribis in æternum, sicut isti, qui in consilio fuere cū Caypha. Quid enim erit ei, qui Christum occidit, nisi vt in æternum ipse pereat? Hinc Sapiens: A consiliario malo serua animam tuam: & fili post concupiscentias tuas ne eas, & à voluntate tua auertere, nam si prætes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. An non melius consilium Deo placere, vt in æternum viuas? Seminare nunc lachrymas, aliquid pati, vt metas gaudium æternum? Hic parum humiliari, vt in cælo exalteris immensè? Hic misericordiam paruam facere vt magnam, & æternam in cælo recipias?

Esa. 30.

Hier. 33.

Eccle. 37.

Eccle. 18.

**Matt. 25.** Sed adhuc de alijs dicamus consilijs. In omni re grati con-  
 glium adhibes, vt si filiam traditurus es ad nuptias, vel simile  
 quid acturus. Omnibus hominibus, qui sunt in hac vita, duo  
 supersunt, vel æterna gloria, vel æterna pœna. Ibunt, qui bona  
 fecerunt, in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum.  
 An non hæc causa digna est consilij? Si quis numerare posset  
 stellas cæli, guttas maris, & puluerem terræ, non tamen posset  
 numerare bona, quæ eum expectant, qui saluandus est, quia infi-  
 nita; & mala eius, qui damnandus est, quia similiter infinita  
 sunt: quomodo ergo super re tanta consilium non inuenimus?  
 Sed super hac re innumera consilia sunt, ex quibus mala proce-  
 dunt consilia. Dicit quidam: Christianus sum, baptismum sus-  
 cepi, in cælum migrabo sine dubio, & negligit, quæ salutis sup-  
 sunt. Caue miser, consilium hoc est Caiphæ. Quot enim Chri-  
 stiani damnantur? Nonne decem erant virgines, & quinque fa-  
 tuæ inuentæ sunt? Nonne multi vocati, & pauci electi? Alter di-  
 cit, Deus pro me mortuus est, sine dubio salutem æternam con-  
 sequar. Sed miser, quid tibi mors Christi proderit, si eam tibi  
 nõ applices? Ipsa tibi mors damnatio erit, & requiretur à te sa-  
 guis Christi, quia sanguinem testamenti conculcasti, & pollui-  
 sti, & clamabit contra te sicut sanguis Abel. Alter dicit, Vitam  
 in melius mutabo, sed postea: O prauum, & stultum cõsiliu.  
 Audi Spiritum sanctum aliter consiliantem: Ne tardes conuer-  
 ti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subitò enim ve-  
 niet ira eius. August. Deus quidem conuersioni tuæ veniam  
 promissit: sed dilationi tuæ diem crastinam non promissit. Hoc  
 consilium iniebat diues, qui ait: Habes anima mea multa bona  
 in annos plurimos. Sed audit: Stulte, hæc nocte repetent à te  
 animam tuam. Fertur Alexander sic respondisse roganti, qui  
 tot obiisset tempore gesta breui? Nunquam, inquit, differre vo-  
 lens. Alter dicit; Totum me nunc delicijs tradam, & deinde  
 fastidiam eas, & dimittam. Miser, nescis esse hæc condimentu,  
 & incitamentum, vt famescas amplius: esuries quotidie magis,  
 & suadet tibi dæmon, semper aliquid tibi restare, quod gustes,  
 & quod tibi melius sapiat. Alter dicit: Multa bona facio, hæc  
 mihi satis, audio sacrum, recito, aliquam facio eleemosynam:  
 sed quid tibi hæc proderunt, si Deo cor non dedisti? Paul. Ha-

bentes

**A** bentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegā-  
 tes. Non curat Pharaõ fœminas, viros occidit. Exteriora opera  
 filia sunt, non illę regnum vsurpabūt. Non sit vir, ait ille, cor,  
 scilicet, rectum cum Deo, cor fixu in Deo, vt mori potius sit  
 paratum, quàm eum offendere. Alter ait: Iam absolutionē pec-  
 catorum à confessario accepi. Quid tibi id prodest, si Deus te  
 nõ absoluit, quia obicem poluisti gratiæ eius? Omnia hæc con-  
 silia similia sunt Caiphæ concilio, in quo Christi mors decre-  
 ta est. Cauendum tibi à concilio tali. In concilium eorum non  
 veniat anima mea. Beatus vir, qui nõ abiit in consilio impioru.

**B** Augustinus ait, congregationem illam filiarum Israel, quæ  
 per quatuor dies fiebat, vt plorarent filiam Iephte, quæ sacrifi-  
 cata fuit Iud. 11. eo fiebat, vt Deum orent, ne simile quid ite-  
 rum accideret in Israel. Nunc ergo Christi passionem celebra-  
 mus, & plangimus, & ad hoc conuenimus, quod ea intentio-  
 ne ab Ecclesia institutum est, vt oremus Deum. Satis sit semel  
 Christum crucifixum fuisse, nec amplius peccatis nostris illu  
 crucifigamus, vt illi, de quib⁹, Rursus crucifigētes Iesum Chri-  
 stum in semetipsis, voce præconis clamandum nunc esset, sine  
 peccatis pœnamus, ne amplius Christum crucifigamus. Simile  
 facinus iam non audjatur in Israel. Si ergo iniquis contractib⁹  
 aliena vsurpabas, vide, quia in cõcilio malorum es, in concilio  
 Caiphæ. Attende, quod Christu crucifigis: caue repetere tan-  
 tum facinus, ea enim ratione in te mala vniuersa venient. Si in  
 aliquo alio ex his, quæ superius memorauimus, concilijs es, te  
 adesse Caiphæ concilio puta. Considera Christi amorem vsq;  
 ad mortē. Quem diliges, si eum nõ diligis? Quem imitari po-  
 teris, si eum non imitaris, omnem virtutem docentem verbo,  
 & opere? Curramus ergo ad propositum nobis certa-  
 men, aspicientes in autorem fidei, & consumma-  
 torē Iesum, qui proposito sibi gaudio susti-  
 nuit crucem, confusione contempta,  
 & ad dexteram Dei sedet, &c.

(···)

Primus Tom.

Vv 13. Domi-

Exod. 1.

Genes. 49.

Psalm. 1.

August. quæ

Iud. 4. sup.

lib. Iud. com.

+

Iud. 11.

Hebr. 6.

Hebr. 12.

Matt. 25.

Math. 20.

Eccles. 3.

Aug.

Iud. 12.

e. Tim. 3.

# Dominica in Ramis Palmarum.

*Benedictus qui venit in nomine Domini, &c.*  
Matthæi. 21.

*Gen. 8.*



Estum Ramorum diem cum gaudio celebrant Noe, cum in fine diluuij venit emissa ex arca columba, ramum oliuæ deferens in ore, in signum diuinæ misericordiæ: & modo in extremo Quadragesimæ tempore festum Ramorum celebrant.

Ecclesia, in signum diuinæ misericordiæ, & finis diluuij peccatorum, quæ Passione Christi sunt delenda, iuxta illud Prophetæ; Vt deleatur iniquitas, & finem accipiat peccatū. Sed prius columba sine felle Mariæ attulit nobis oliuæ ramum; de qua dicitur: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, ex qua oleum illud exijt, quod descendens ab Hierusalem in Hierico plagas sanauit. Hoc oleum gratia Christi est, qua nunc indigemus, eam petamus Mariæ intercessione.

Eo tempore adueniente, quo sacrificium illud omnia peccata tollens, erat offerendum, venit Christus, Agnus Dei, in locum sacrificij, & sicut ducebatur Agnus immolandus die quinto ante pascha cum ramis in Hierusalem, Exodi duodecimo. Vt simul veritas, & umbra, corpus, & figura intrarent, hodie, cum Agnus de terra ducitur in sacrificium, Christus similiter ingreditur.

Cum ergo iam tempus aduenisset, quo mors sine macula erat, cum in arenam erat descensura cum vita, & implendum erat illud: O mors, ero mors tua, venit Christus in locum certaminis, & in illum hodie ingreditur tanto cum gaudio, ut exhortetur nos omnes Propheta, Exulta fatis, & iubila filia Sion. Esa. 62. Zachar. 9. Ecce Rex tuus venit tibi. Huius lætitiæ causa, quod ad homines attinet, manifesta est, quia in morte Christi vniuersorum malorum nostrorum medicina, ac re-

medium

*Dan. 9.*

*Psal. 118.*

*Luc. 10.*

*Exod. 12.*

*Zach. 9.*

*Esa. 62.*

*Zachar. 9.*

**A** medium est. Quando amicus tuus in maximum incidit malū, quo summa afficitur tristitia, curas eum consolari, ac dolorem eius lenire, vel cantu, vel ludo, vel aliorum sermonem immiscens, vt acerbi doloris sui non recordetur. Sed hæc omnia plenam ei lætitiā non conferunt, nec omnino dolorem leniūt: solum sunt facile, leueque leuamem, & inane solatium, quia malum eius radicitus non tollis. Si vero hoc ageres, vt malum eius omnino auferres, tunc dicere posses; Exulta fatis, & iubila, quia adest tibi mali tui plenum remedium. Omnis consolatio, quæ humano generi hucusque dabatur, erat, illum spe salutis venturæ continere, ne desperatione rueret: sed dū hæc salus non aderat, plena consolatio nō erat. Hodie verò meritō ei dicitur, Exulta fatis, & iubila, quia venit tibi Saluator: remedium habes iam omnium malorum præfens in Christo, idē Abraham vidit diem Christi, vidit, & gauisus est.

**B** Quod verò ad Christum attinet, mirandum valdè est, quod tanta lætitiā procedat, ingrediaturque Hierusalem certaminis locum cum triūpho, & maximo comitatu, quod vanitatis esse solet, maxime cum ad mortem nunc venerit, quo tempore lætitiæ omnis, & eius signa procul abesse solent. Sed respondetur, in Christi passione duo esse consideranda. Primum, acerbitas passionis, de qua in Christo, & in nobis debet esse maximus doloris sensus: qua consideratione in hac hebdomada lugubris, ac luctuosa Ecclesia est. Secundum verò est fructus huius acerbæ passionis; & hæc ex parte est tanta materia gaudendi ac ex illa tristandi. Videre enim mundum redemptum, cælum apertum, infernum spoliatum, homines ad gratiam reuocatos, an non summa ratio gaudij? Hūc explicat fructum Esa. quinquagesimo tertio. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam. Quod si fructus quem in terra vides, paruus tibi apparet, in cælum conscende, & aspice choros illos sanctorum, qui lætantur in cubilibus suis, tot martyres triumphantes, tot virgines lætantes in choris, tot confessores gloriantes, omnes inter splendores gloriæ suæ, contententur se fructum esse passionis Christi. Sic Apoc. 5. Cantabant ei canticum nouum: redemisti nos Dñe Deus in sanguine tuo ex omni lingua, & tribu, populo,

V. v 4 & na

*Simile.*

104 n. 8.

Esa. 53.

Apoc. 5.

& natione, & fecisti nos Deo nostro regnum. Sed quam lætum obsecro erit Christi cor charitate plenum, cum se videt tam illustribus viris circumdatum, totque filiis ornatum? Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Indecora quidem radix arboris est, sed ex illa procedit vniuersa arboris pulchritudo, folia, flores, fructus. Sic Christus in passione sua ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitiēti: non est ei species, neque decor, sed ex ipso omnis pulchritudo Ecclesiæ tum militantis, tum triumphantis prouenit.

Sed dū cælestes ciues aspicere non datur, vbi plenius Christi passionis fructum videbimus, mente insurge, & confideri vniuersam Ecclesiæ pulchritudinem, omnem gratiam, fidem, & bona denique omnia eius, omne hoc bonū à Christi processit passione, fructus eius est. 1. Reg. 30. Cūm Dauid reuerteretur à cæde Amalechitarum, cūm vniuersam eis prædam eripuisset, eamque secum deferret, clamabant milites eius: Hæc est præda Dauid: & sic cūm triumpho ingressus est ciuitatem. Hodie triumphus Christi Domini est: Quid hodie acclamatur ei, nisi Hosanna, salua nos in altissimis? Quasi dicat, omnes sumus præda tua, quā à dæmonis fauce eripuisti. Est ne hic quispiam, qui non dicat, ego sum præda Christi? ego à Christo redemptus sum? Hac ergo ratione Christus Dominus tatum admittit triumphum, vt fructum passionis suæ ostendat, & festiuitate concelebre, ac gaudio. Dixi: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius.

Secundò, tanta lætitia excipi voluit, & lætus procedere in passionem, quia, vt impleret obedientiam patris, venit. Habuit Christus moriendi præceptum à patre impositum, vt ille sapius dicit: Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. His verbis ad passionem processit. Et Paulus. Factus obediens vsque ad mortem. Quo Dei in nos charitas ostenditur: quia licet præceptum hoc necessarium non esset Christo, tamen ei est à patre impositum, vt certius nostra salus perficeretur: obedientiæ verò præclara circumstantia à sanctis ponitur gaudium, & lætitia, ided lætus in passionem procedit,

Tertiò

**A** Tertiò, tanta hodie lætitia excipi voluit, vt ostendat lætitiā cordis sui, qua in passionem venit, & desiderium moriendi quo coarctabatur. Ab vtero matris Christus mortē accepta vit: sed tanta charitate, & desiderio, vt dixerit: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Tantum verò hoc erat desiderium, vt taceat negate Petro, & Sathanā eum dicat, cūm vult impedire passionem: & inter gaudia sua maxima, vt plena essent colloquium miscebat passionis, vt in transfiguratione factum Lucas testatur. Et licet Pharisei dicerent; Non in die festo, adhuc tamen in die festo moritur, quia hoc erat Christo festum, & pascha, in cruce esse propter nos. Cūm tu morti proximus es, lugubres vestes tui parāt, quia tu mori nolle, sed Christum moriturum læti suscipiunt, quia mors eius, & voluntaria est, & maximè desiderata. Tantę voluntati, ac desiderio, tantę charitati festus dies agendus est, & cūm lætitia ei obuiandum! O immensa Dei bonitas, & misericordia, quanta cum voluntate procedis ad ea, quæ nobis conueniunt: si ab hominibus voceris ad summas delicias, & honores, qua alia voluntate venire posses? Summa esset misericordia, quādo ad nos vocatus venires, vt Rex esses noster, sed ad crucem venire infinita est Dei misericordia: & qui in vita sibi non placuit, vt Paulus ait, quia vniuersa illa fuit asperitas, & luctus, in morte sibi placet, & complacet: quia pro nobis moritur, & quia vitā læta tristē habet exitum, cōtra vitā aspera finem lætum. Omnis tristitia Israelis versa est in lætitiā in exitu ex Aegypto, quia diuites inde processerunt. Si ergo lætus hodie Christus est, Egredimini vos filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius, & in die lætitię cordis illius. In passione coronatus Christus est, & hic dies dicitur desponsationis, & lætitię cordis illius. O Angelorum lætitia, & torrens voluptatis beatorum, quid te delectat in passione, vt eum diem dicas lætitię cordis tui? Quid ad hæc Christus dicet, nisi illud: Ignem veni mittere in terram, & mea morte arsurus est: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsque dum perficiatur. Vnā hora mille tibi anni apparchant, & si desiderium impletum gaudium parit, non mirum, quod nunc læteris, videns deside-

V v s rium

Psal. 127.  
Simile.

Esa. 53.

3. Reg. 30.

Cant. 7.

Ioan. 15.  
Philip. 2.

Matth. 27.

Matth. 16.  
Matth. 17.

Luc. 9.

Rom. 11.

Exod. 14.

Cant. 3.

Luc. 12.

rium impletum tuum. Et licet dolor passionis summus fuerit, **A** sed maior multo extitit charitas tua, & ideo aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, imò eam plus incēdebant, & plus pati desiderasti. Ideò immensa charitas tua vincens dolores, letabatur in eis propter bonum nostrum. Omnes ergo procedamus ad hoc videndum spectaculum, nam vt illud videamus, oculi nobis concessi sunt.

**Cum uenisset Bethphage ad montem Oliueti.** Bethphage vicus erat sacerdotum, & domus saltus: est verò in monte Oliuarum, quia sacerdotum voluptas, & solatium in operibus misericordiæ esse debet. Cùm ergo ad passionem Christus uenit, per montem transit Oliuarum, id est, per summam misericordiam, quæ per oliuam significatur, quia vt Paulus ait, Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, ad Titum tertio. Sed aduertendum est, esse oliuam in monte, esse item in valle. Omnis amor humanus, ac naturalis, & misericordia inde profecta oliua est: sed in valle, quia in carne eius est fundamentum: talis amor parentum in filios, fratrum in fratres, amicorum in amicos. Sed Christi in nos misericordia oliua est in monte confita, quia in sua altissima charitate in nos, & in patris dilectione, & obedientia illi imposita nos diligendi, & redimendi, hoc fundamentum est misericordiæ Christi in nos. Ex quo sequitur diuersitas inter misericordiam hominum, & misericordiam Christi, quod hominum misericordia cùm debile habeat fundamentum, carnem, scilicet, facile dissoluitur, & perijt, **Osee** sexto. Misericordia uestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens, quem exortus Sol continuo exiccat. Sic parua iræ occasio, parum substantiæ si interueniat, dissoluit amicitias fratrum, & amicorum. Non sic misericordia Christi in nos, sed stabile habet fundamentum. Vnde maxima illa est: Misericordia tua magna est super me, & miserator misericors Dñs, longanimis, & multum misericors. Quod experientia facile agnosces. Quoniam, si peccata, quæ in vnum commisisti, commisisses in omnes homines, qui te nunc diligunt, non quod in eorum vnum ea admitteres, sed inter eos illa quasi diuideres, nullus

tibi

**A** tibi amicus esset: at verò cum in Deum vnum omnia illa admiseris, adhuc ille te diligit, te fouet. Hinc Hieremias trigesimo primo. In charitate perpetua dilexi te, in montem; ideo attraxi te miserans tui, in oliuam. Ex quo sequitur, semper dum in vita sumus, nobis esse aditum ad Deum, quantumuis peccauerimus, quia in oliuarum monte est, & ideo ex oliua hostia tabernaculi facta sunt, vt significet semper diuinam nobis patere misericordiam, ideo Zacharias decimo quarto, Et stabunt pedes eius in illa die super montem oliuarum, qui est contra Hierusalem, qui mons est iste, per quem hodie Christus transit. Accede ergo nunc, dū Christus in hoc monte est, ne transeat in iustitiæ montem, cum eum querere non

**B** valeas.

**Ite in castellum, quod contra uos est.** Erat aliquod oppidum: iumenta verò ei deferri humilia voluit, non quadrigas, quia etiam in sublimibus humilitatem immiscet. Hodie Christi triumphus agitur. Ait Augustinus. Romæ triumphus dabantur victoribus, qui insignia facinora præstiterant. Hodie Christo conceditur triumphus, tãquam victori mortis, & peccati. Alij incerti de victoria triumphant post illam partam. Christus verò certus de illa, ante triumpat, quo se adstringit, vt vincat: cùm enim sit veritas, non potest falso triumphare. Et tandem hic triumphus victoriã præcedit, quia nullus alius morte sua inimicos vincit, imò viuus victor euadit, ideo postea triumphus conceditur, sed Christus morte sua vincit: & ideo triumphus qui post victoriã ei erat concedendus, nunc datur, quia postea locus nõ erit. Sicut de Magdalena ille ait: Præuenit vngere corpus meum in sepulturam, quia in sepulchro eum vngere non potuit, cùm enim ad id processit, iã resurrexerat. Cùm verò tanquam triumphator hodie ingrediatur Hierusalem, nõ ea quæ poterat maiestate ingreditur, sed multa cum humilitate. Duo de Christo Domino fuerant Prophetis dicta grandia, & humilia, sublimia, & abiecta. In sublimibus quidem (licet ea impleuerit, quia iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiãt) nõ aded excelluit, nec eo conatu eis intedit, vt hodie patet. Dictum erat ipsum hodie, quasi Regem Hierusalem

rusalem

**Cant. 8.****Tit. 3.****Osee. 6.****Psal. 85.****Psal. 102.****Hiere. 31.****3. Reg. 6.  
Zachar. 14.****Augusti.****Ioan. 10.****Matt. 5.**

Psal. 57.

rufalem ingressurum. Possent, si omnē maiestatem vellet ostendere, venire in cornu illo: de quo Psal. Currus Dei decem milibus multiplex. Dominus in eis, in Sina, & sancto, & ecce asina, & pullo vehitur: in humilibus vero, & abiectis omnem posuit conatum, omnem adhibuit curam, totis viribus, & nervis intendit. Sic se deiecit, ut amplius deijci non potuerit. Ut verba superaret prophetarum, fecit se nouissimum virorum: Vermis sum, & non homo, opprobrium hominū, & abiectio plebis. Tam vilis reputatus est, ut sicut dici solet, vili homini, tu es opprobrium generis tui; sic Christus quasi opprobrium hominum factus est. Nullus vnquam tanto studio curauit ascendere, ac Christus descendere. In hoc ab initio ad finem vite incubuit. Et præterea sine multa exteriori pompa procedit. Nam alij Reges, cum in se ipsis nihil habeant, quo alios excedant homines, ut excelsiores appareant, indigent cultu regio, ministris, thronis: hæc omnia in personæ defectus supplendos, inuenta sunt. Sed Christus tantam habet in sua persona maiestatem, ut exteriori cultu non egeat. Esa. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat terra maiestate eius: non enim creaturæ Deo maiestatem præstant, sed contra Deus illis.

Esa. 6.

*Si quis vobis aliquid dixerit.* Ostendit contradictionē continuō futuram, quando aliquis soluendus est, continuō enim & dæmon, & mundus illud impedire conantur. Quod Esa. 5. sub Regis Babylonis figura dicit, non est deficiens, neque laboras in eo: Non dormitabit, neque dormiet, nec soluetur cingulū renū eius, nec rumpetur corrigia calceamentōrum eius. Tam peruigili cura est, ut nos expugnet, & solus nos prohibeat, sed ad omnes mūdi, dæmonisq; fraudes, quibus te solui procurat, respōde illud Psal. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed nō ut lex tua. Cū tibi suadet dæmō pœnitentiā differre, nūquid nō fabulatio est? Dicit tibi dæmō, postea, dicit tibi De⁹, ne differas de die in diē. Vide, quomodo fabulatio est dæmonis consiliū. Dicit tibi dæmō, nūc trade te delicijs, postea eas fastidies, miser fabulatio hæc est, quia eo magis appetes, quo pl⁹ comederis. Sicut ergo Pharaō vanis rationibus curat impedire egressum Israel ex Aegypto, sic dæmon egressum tuum à peccato

conatur

Esa. 5.

Psal. 118.

Eccles. 5.

Exo. 8.

**A** conatur impedire fabulationibus. Sed tu ei ne credideris, sed cura, ut soluaris. Solue vincula celli tui captiua filia Sion. Dic, *Dominus his opus habet.* Dominus me vocat, me dicit se indigere; idē continuō eundem mihi est. Sed aduerte, cum se primum dicit Christus, Dominum, addit; his opus habet, quoniā dominorum est proprium indigere, debitis onerari; iam nobilis non est, qui nō egeat. Sed nota miseram conditionē tuam, ad quam excessibus deuenisti, sic enim cum indigeas, nec hoc mundo frueris, nec futuro Hoc non frueris, quia seruus es creditorum, miser, ac ærumnosus, omnibus indigens, nulli potēs benefacere, mille premeris angustijs. Futuro non frueris; ad illud enim nec ieiunijs, nec cilicijs, aut corporis maceratione **B** deuenire voles. Vna tibi via restabat, elemosyna, hanc facere non potes, quia indigens es. En ergo vtroque sæculo fraudaris. Hæc Chrystost. Sed interim rationem consule, ut videas te non sapere, dum plura consumis, quàm tibi Deus dederit. Dat tibi Deus centū, nec amplius dare voluit, tu vis insumere mille, contra Dei ordinem facis. Si enim ille vellet te mille insumere, mille dedisset; nūc autem dans centum, dicit tibi; solum centū absume, tu verò cōtra Dei ordinem facis, non poterit tibi bene esse, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quæ ab illo non sunt, sine ordine sunt: idē peribunt.

*Ecce Rex tuus uenit tibi.* Summum mundi est desiderium Regem habendi. Tanto Regis desiderio Israel exarsit. 1. Regū **C** 8. ut ab hoc arceri non potuerit etiam Deum videns sibi propter hoc iratum: & cum iura Regni onerosa, ac grauissima ei dicerentur, adhuc dicunt, Rex erit super nos. Quid verò dicerent, si Deum sibi placatum propter Regem scirent, & nō oneri ipsis futurum, sed honori? Omnia verò onera super Regem essent ponenda? Hoc autem nobis in hoc nostro Rege contingit, non enim Deus irascitur, quod hunc Regem petamus, & habeamus, imò eo habito eum placamus, nec nobis est oneri, imo nos illi, quia factus est principatus eius super humerum eius: omnia enim debita nostra ille exoluit. O Rex verè desiderandus, qui sicut Saul alior est vniuerso populo ab humero, & sursum; omnes enim capite excedit, quo Deus est, & ideo perpetuum illi regnum est, & nunquam terminandum. Quod

vel

Esa. 52.

Chrystost.

Rom. 13.

1. Reg. 2.

Esa. 9.

1. Reg. 9.



vel in regni corona videre licet: cum enim cæteris regibus corona datur, quam leuis aura tollere de capite potest, Christi **A**men corona spinea sic capiti infixæ est, vt nulla tempestatis vis eam ei auferre possit, sed & eadem corona ostendit, quale regnum sit Christi. Samuel olim regnum instituens. **1. Reg. 8.** & in honore, diuitijs, ac delicijs instituit, quam instituit onem omnes Reges obseruant. At Christus diuertim statuit regnum, dicens: Beati pauperes, beati, qui persecutionem patiuntur. Docuit ergo esse aliud regnum cęlestis in medijs spinis, & contumelijs, hoc est, Christi regnum, & proinde spinis coronatur. Aue ergo, o noue Rex, regnans in medio tribulationum, aue iniquissimè, & regie anime in medijs contumelijs. An nō regium est sic tribulationes excipere, ac rosas? Vide, quomodo Rex ibi sit, & regnum constituat: nam miseria illæ non miseram fecerunt Christi fœlicitatem, sed contra, fœlicitatem à Christi fœlicitate susceperunt, iam enim à Christo beatificata crux est, & passio. Hinc Paulus. Mihi absit gloriari nisi in cruce. Et Andreas: O bona crux tandiu desiderata, & iam concupiscenti animo preparata: securus, & gaudens venio ad te, quia decorem de membris Christi suscepisti. Iam flagellati Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Tunc Christi Ecclesia regnauit, & floruit, cum in medio fuit tribulationum, tunc nigra erat persecutione, sed **C**interius formosa sicut tabernacula Cedar. Sicut pelles Salomonis, intus regijs splendens opibus. Vis tu nosse, quando regnas? quando in medio tribulationum es regio, & erecto animo? hoc te Christus modo regnare docuit. Inde Paulus. Cum infirmior, tunc potens sum. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi regia. Regius ergo animus declaratur in tribulatione, in Christi bibendo calice, cum regnas à ligno sicut Christus.

**Plurima autem turba,** Procedit obuiam ei cum ramis, & laudibus Sed, o Domine, arbor es nunc florida: veniet ergo tempus, cum fructum proferas, & tunc aliter tecum agetur. Cum arbor florida est, ab omnibus inspicitur, laudaturque, sed cum **colli-**

**A** colligendus est fructus, omnes contra arborem armantur, alij lapidibus, alij lignis, alij manibus ramos euellunt. O Christe Rex noster, arbor es mira. Danielis quarto. Ecce arbor in medio terræ, altitudo eius nimia, folia eius pulcherrima, fructus eius nimius, subter eam habitant animalia, & in ramis eius nidificabant aues. Christus arbor est in medio terræ, sicut arbor vitæ in medio paradisi, operatus est salutem in medio terræ, altitudo eius nimia: quia, vt Paulus ait, Excelsior cælis factus est: folia pulcherrima verba vitæ sunt: fructus eius nimius, quia copiosa apud eum redemptio. Sub eius umbra proteguntur bestię terræ, peccatores omnes, in ramis eius nidificant Angeli. Hodie florida hæc arbor est, ab omnibus laudatur, & in pretio habetur, & si apes sumus, de his floribus mella conficiemus. Sed continuo in passione dabit fructum, & tunc in eum vniuersi consurgent, alij lignis, & arundine eum percutient, alij flagellis, alij manibus colaphos dabunt, & ramos euellent, cum eum discruciant; ita, vt dinumerentur omnia ossa eius, donec vniuersum proferat fructum, omnem, scilicet, sanguinem. Hodie ergo ab omnibus excipitur cum honore, omnes eum sequuntur, sicut cum quispiam miles ingreditur torneamentum, multi eum comitantur, sed cum ad arma veniendum est, solus ab omnibus derelinquitur: sic Christus Dominus ingreditur hodie torneamenti, vel certaminis locum, omnes eum comitantur, sed continuo dicit. Torcular calcavi solus, & ex gentibus non **C**est vir mecum. Alij strauerunt vestimenta in via. 4. Regum nono, vt domus Achab deleatur, mittit Deus Heliseum ad Iehu, & secretò vnxit eum in Regem, & cum ille socijs hæc narraret, festinauerunt, & quisque tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius in modum tribunalis, & cecinerunt tuba dicentes: Regnauit Iehu. Hoc hodie cum Christo factum est, qui venit, vt regnum dæmonis euertat. Restat, vt nos simile faciamus, tollentes vestimenta nostra, scilicet, corpora, & in via sternamus, vt Christus super ea gradiatur. Subijce corpus tuum, & appetitus eius Regi Christo, iam enim resisten dū tibi non est Deo, satis fuerit, quod hucusq; rebellis fueris, subijce te illi. Vsquequo rebellis peccator Deo nō subijceris?

Exod.

1. Reg. 8.

Matt. 5.

Galat. 6.

Acto. 5.

Cant. 1.

2. Cor. 12.

simile.

Dan. 4.

Genes. 2.

Psal. 73.

Hebr. 7.

Psal. 129.

simile.

Esa. 63.

4. Reg. 9.

**Exod. 1.** Exod. 1. dicitur Pharaoni; Hæc dicit Dominus: *Vsquequo nobis* vis subijci mihi? **2. Reg. 19.** Cum reuerteretur Dauid in regnū deuictō Absalon, cū omnes ei obuiaerēt, sola tribus Iuda nō excipiebat illum. Rex verō Dauid misit ad Sadoc, & Abiathar sacerdotes dicens: Loquimini ad maiores natu Iuda, cur uenitis nouissimi ad reducendum Regem in domum suam (sermo autem omnis Israel peruenerat ad Regem) fratres mei uos, os meum, & caro mea, quare nouissimi reducit Regem? Cū omnes iam Christo obuiam procedant, omnes peccata relinquunt, cur tu solus durus es? cur non tibi consulis? & gratiam recuperas, ad quam tibi per Christum aditus patet? **Iosue 8.** Remanserant autem filiorum Israel septem tribus, quæ necesse acceperant possessiones suas, ad quos Iosue ait: *Vsquequo mar* cetis ignauia, & non intratis ad possidendam terram, quam Dominus Deus patrum uestrorum dedit uobis? Omnis gratia nobis est in possessionem tradita per Christum, cur tua ignauia torpes, ne eam capias? Sicut enim irascereris in hominē infimē fortis, cui hæreditario iure obuēisset maioricatus, ille uerō uilem artem exercebat adhuc, nec hæreditatis acquisitæ possessionem sumere curat: sic indignum prorsus est, ut homo, cui Christus tot bona reliquit, eis frui negligat, sed in finis rebus adhæreat. Exue ergo uerimenta tua, & Christo subijce, ut **Pau. Ius** ait: Expoliantes uos ueterem hominem, cum actibus suis. Sed aliqui hoc præstant, sed continuō uerimenta deposita resumunt, illa ponunt in terra, dum Christus transit, sed continuō ea accipiunt, & iterum induunt, qui, scilicet, hoc tempore peccata exuunt, sed continuō in ea relabuntur. Tu uerō nō sic, sed dic cum sponsa: Expoliaui me tunica mea, quomodo iterū induam eam? Indigna ueristis hæc est, ut coram Deo appareas. Si enim in ueste uili palatium Assueri ingredi non licebat, quomodo coram Deo stabis ueste immunda, aliena, ac peregrina?

Sed concinunt Regi suo conuenientissimum: *Canticum. Hosanna filio Dauid, benedictus, qui uenit in nomine Domini.* Pro cuius intelligentia notandum, quod Hosanna est familiaris acclamatio Iudæis, qua vsque hodie utuntur in festo Tabernaculorum cum ramis. Sic enim conficiunt suam Litaniam: *Pro-*

**A**pterte Deum Deorum hosanna, propter te Dominum Dominorum hosanna, propter ueritatem tuam, hosanna, propter testamentum tuum hosanna. Hoc ergo hodie Christo dixerunt, cū palmas manu tenerent Dei spiritu moti. Diuus Hieronymus in epistola ad Damasum ait: Super hoc uerbo hosanna multi multa dixerunt, & finxerunt. Ait ego, hosanna componitur ex hosia, quod significat, saluum fac, vel saluifica, & ex. na. quæ est interiectio obsecratis æquiualens nostræ interiectioni ð, Et sic hosanna idem est, quod ð salua, vel saluifica quæso. Et quia est familiaris acclamatio eorum, non translata est hæc dictio, sed mansit, ut illi dixerunt. Acclamauerunt uerō Christo, sicut Regi Dauid, cū dicitur: Domine saluum fac Regem. Additur filio Dauid. Quidam dicunt sic intelligi, dicebant filio Dauid, hosanna, salua nos. Sed certius est, **B** quod hosanna construitur cum datiuo, sicut cum accusatiuo, & sic sensus est: Saluum fac filium Dauid, prospere ei in bello succedat: concede ei uictoriam inimicorum, ut cum eo saluifimus ab omni tyrannide. Videntes ergo recepisse se Regem desideratissimum, ei fausta acclamantes, dicunt, concede illi uictoriam, conserua eum, benedictus qui uenit in nomine Domini Ioan. 5. Ego ueni in nomine patris mei, id est, ab eo **104. 6.** missus Rex in mundum.

Hæc uerō acclamatio ut à Deo inspirata fuit tempori conuenientissima: quia cū hodie ueniat in certaminis locum, ut certet cum dæmone, ac morte, quid conuenientius ei acclamari potest, quàm, Deus te saluet, prosperum reddat, ac uictorem, ut & fecit. Sed quod nos acclamare nunc Christo debemus, idem est: Vicit quidem dæmonem, mortem, infernum. Sed corda multorum non superauit, adhuc dura manent. Confregit portas æreas, & uestes ferreos confregit, cor uerō tuum integrum est. Acclamamus hodie Christo, præsta, ut contra omnem humani cordis duritiam uictoriam reportet. Caue, ne Christo ullō modo resistas, ne tibi contingat, quod his nationibus, quibus oblata pax est, & misericordia, nec eam receperunt. Dei fuit iudicium, quia indigni erant misericordia, ne illam obtinerent, qui modo cum Christo pacem non **dicunt,** Dei misericordia indigni sunt æterno igni reseruantur.

Sed ò Domine, cùm tibi aclamatur: Nunc saluum fac filium Dauid, sine dubio magnum prælium tibi ineundum est, necessaria sunt tibi arma, quæ & charitas, & inuicta patientia fortissima, & omnino insuperabilia reddant. Omnis impetus belli versus est contra regem Israel in prælio. Sic nunc omnis patris ira, omnis dæmonum potentia, omnis hominum virtus in te pugnabit. Saluum fac ergo Domine Regem nostrum: Profecta est in castra Dei arca primo Regum quarto, & pauidus mansit Heli, & audiens, Arca Dei capta est, cecidit retrorsum, ac expirauit. Audimus hodie Dei arcam in bellum proficisci, dicamus: Saluum fac illum, & ita fiet proculdubio. Licet enim vulneratus, & mortuus, tamen exiuit vincens, ut vinceret sicut Iacob licet percussus, tamen victor euasit. Hæc fors filiorum Dei, licet mortui, vincentes tamen sunt. Sed et hæc victoria Christi ordinatur, ut & nos vincat, non ergo ei amplius resistamus, sed curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Aspice eum, qui tempore laboris, & discriminis proposito sibi fructu pænis lætatur. Sic tibi faciendum est, & cùm ille lætus veniat, ut patiat pro te, tu pro illo libenter patere: obedi Regi tanto: subijcere illi, vincat te qui omnia vicit. &c.

1. Reg. 31.

1. Reg. 4.

Apoc. 5.

Genesi. 32.

Heb. 12.

## 4 Dominica in Ramis Palmarum, Concio secunda.

*Benedictus qui venit in nomine Domini, &c.*  
Matth. 21.



**I**ncipit Ecclesia celebrare summam & incredibilem Dei misericordiam, cùm hominum causa cruci affixus est, quæ tanta res est, ut ab initio mundi ab omnibus prænunciata prophetis & sibyllis, tot adumbrata figuris, tot confirmata miraculis, tot roborata testimonijs, incredibilis tamen mundo sit reputata. Hinc Esaias, cum eam proponere vult, ait, Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Dñi, cui reuelatū est. Acto. 3. ait Petrus: Omnes prophetæ annunciauerunt dies istos. Et ibidem: Deus qui prædixit per os omniū prophetarū pati Christum suū impleuit sic. Et Zacharias ait: Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui, sicut loquutus est per os sanctorum, qui à sæculo, (id est, à principio mundi) sunt prophetarū eius. Mysterium ergo istud ab omnibus prophetis fuit mundo nunciatū: quia cum per eum decreuerit recõciliare omnia, semper eius fides fuit ad salutē necessaria. Et in super vniuersa sacrificia veteris legis hoc sacrificiū figurabāt. Et tamē misericordia tanta est, ut Esaias dicat: Quis credidit auditui nostro? Et Habacuc: Aspice in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo crederet, cum narrabitur. Sed quæ, ais, huius incredulitatis ratio est? Certe illa, de qua Iob: cū vix parua stillā sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruū magnitudinis illius intueri? Quasi dicat, omnia Dei opera etiam minima tam sunt miranda, ut non stram fugiant cognitionē. Quomodo eam non superabit opus illud maximum misericordiz Dei, quod est velut eius tonitruum, quo infinita Charitas sic ostensa est, ut quo progre-

Esai. 53.  
Act. 3.

Luc. 17.

Habac. 2.

Iob. 26.

Exod. 25.

deretur, non habuerit? Non hominum oculos tantum attonitos tene t opus istud, sed & seraphinorū, vt in tabernaculo ostēdit est. Infirmitum enim Deum pro homine sui offensore mori, tā ta re s est, vt licet in Deo infinita sit bonitas & misericordia, vltra hoc, quo procederet non habuit. Non est plus vltra, & qui nullis limitibus clauditur, quia infinitus est, hoc limite nunc clauditur, quia vltra hoc non est quo procedere possit.

Sed, vt sibi maxime hominum corda deuinciret, voluit hęc nobis misericordiā infinitam, non exhibere solum, sed libentissimo animo alacrique illam pręstare. Cum enim beneficium recipimus, non solum eius magnitudinē attendimus, sed & voluntatem gaudiumque, quo nobis illud confertur. Ideo ad pationem veniens Christus Dominus, vt sui cordis lætitiā explicet, maximo cū gaudio hodie excipi voluit, vt summa cura eū agere negotium redēptionis nostrę nouerimus, Aristot. 10. E. B. thic. ait: Delectationes adaugent operationes, & maiori cōatu eas per agere faciunt, vehementerq; eis intēdere. Qua ratione optimum est, petere à Deo cōsolationē spiritalē, nō vt eosuaris solatio: sed vt eo cibo refectus vehemētiori conatu Deo in seruias. Hinc orat Psal. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Vt ergo summo conatu Christus incūbat huic operi, cum gaudio illud inchoat. Exultauit, vt gigas ad currendā viam. Et summa læticia ac charitate nobis sanguinē donat, vt nō solū tantū cōferat beneficiū: sed eo modo cōferat, ea dulcedine pręstet, vt nos summo deuinciat. Hanc verò immēsam charitatē, ac misericordiā ostendit in loco ac via, per quā venit. De qua Euāg. ait: Cū uenisset Bethphage ad montem oliueti. Cū ad rē tantā Christus ueniret, merito, orare eū possumus, & interrogare, per quā viam Domine uenisti? Viastuas Dñe demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Psal. ait: Per montē Oliueti, per immensam misericordiam, per viscera misericordię Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Et Paulus: Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei nō ex operibus iustitię, quę fecimus nos, sed secūdū misericordiā suā saluos nos fecit. Et vere mons oliuarū altissimus hic est. Quoniā quanta hęc fuerit misericordia, explicari nō potest. Sūma tua esset misericordia, si vniuersā substantiam

Atiam tuā infumeres, vt sanares inimicū, qui sibi vulnus infixit, volens te cōfodere. Sed si vitā & sanguinē tuū dares, vt ei medereris, inaudita foret misericordia. Hoc vero Christus nūc pręstat. An non mirandū valde, qđ hominis negotia tāta cura Deus susceperit, cum eius sit inimicus? Exinaniuit semetipsum, formā serui accipiens Paulus ait. Quid est: Exinaniuit se? Deus in se plenus est, & ipsa boni plenitudo: homo uero est ipsa uanitas & miseria, omnibus indigens. Verūtamen vniuersa uanitas omnis homo uiuēs. Deus ergo nullo indigēs in natura sua, factus homo omnibus indiget. Exinauit ergo se, vacuū enim est maximū indigere cibo potu, requie. Sed tandē exinaniuit se proprio sanguine pro nobis. Summa hęc misericordia est, dum non solum in noltri medelā omnē profudit substantiam, & exinaniuit se, sed & propriū sanguinē & vitam, vt eius hostis saluus fiat. Hinc Paulus: Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, quā dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, cōiunificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis, vt ostenderet in superuenientibus sæculis abundantes diuitias gratię suę in bonitate super nos in Christo Iesu. Merito Deum diuitem in misericordia. Ille pecunia, alter gregibus, alter frumento diues dicitur, sed Deus misericordia diues est. Et uere diues, quia nunquam exhauritur eius misericordia, potens releuare omnem miseriam, cuiusmodi nulla est misericordia, idēo per montem oliuarum uenisse dicitur.

Ex quo sequitur, quātū sit peccati malū, quod alia medicina curari nō potuit cōueniēter. Quod nā crimē posset cōmittere subditus regis Hispanię in Regē alterū, in cuius plenā satisfactionē opus esset ignominiosa mors regis Hispanię, nec alia uia cōmode satisfieri posset? Summū profecto peccati malum est, cui, vt plene fiat satis postulauit pater Christi sanguinē & vitā, nec alia re factum est ei satis. Sicut prudens medicus non sine graui causa pretiosissimā infumit medicinā: sic nisi grauissimus morbus esset, non tam pretiosa infumeretur medicina, qualis Christi sanguis. Bernar. ait. Auderes ne peccare, si peccato tuo vniuersos de cœlo deturbaturus esses Angelos & sanctos, efficerereque, vt in maximas inciderēt miseras? Sed multo plus est. Deū de cœlo descendere, & in crucem venire. Quis ergo iā tan

philip. 2.

Psalm. 38.

Ephes. 2.

Simile?

Bernar.

ta visa Dei misericordia peccare audeat. Est in carcere malefactor dānatus ad crudelissimā mortē. Ingređitur carcerē amicus eius, & ait illi: Da mihi vestes tuas, & accipe meas, & fuge, ac liberare, ego hic manebo, & pro te moriar. Summa hæc amicitia & misericordia est, & qua maxime deinceretur, qui eam suscipit. Sed obsecro, quanta esset ingratitude, si qui liberatus sic ab amico est, cum videt suū liberatorē in supplicium duci, cū carnicibus se coniūgeret, amicumque cruciaret, & interimeret, efficereturque inimicus eius, qui pro eo mortē libenter sustinet? Quid tunc moriens amicus diceret? Pro te ego morior, & vt te in libertatē assererem in mortem me tradidi, & tu nūchris & carnifex mihi eris? An non hoc peccator nunc præstat. Dānati in mortē æternā eramus propter peccatū. Venit Christus in similitudinem carnis peccati, & nostra assumpta vestiat, que figura in carcere manet. Nobis vestes suas vestes primogeniti tradit, quibus in libertatē vindicemur. Ducitur ille in mortem pro nobis, an nos carnifices erimus? an eum lædemus? an iterum crucifigemus? Betphage, quo nūc Christus venit, à Hieronymo explicatur, domus maxillæ, quia maxillæ sacerdotibus dabantur: Erat vero vicus ille sacerdotum. Vel dicebatur domus maxillæ secundum Origenem, quia ibi de maxilla ortus est fons Sansoni postquam Philistæos vicit.

Cum ergo venisset Betphage, mittit duos discipulos vt adducāt asinā & pullum ligatos. *Soluite ait, & adducite mihi.* Orig. in hunc Matthæi locum, ait: Sine dubio aliquod hic latet mysterium, pedibus enim viam agere solebat Christus Dominus, & nunc hucusque pedestervenerat, poterat ergo in Ierusalem venire pedibus proprijs, cum iam propē esset, nisi mysterium hac in re esset. Et præterea idē mysterium hic latere ostendit, quod Zacharias hunc in Ierusalem Christi ingressum describens, meminit horum animalium. Significatur ergo populus defensus gentium, & Iudæorum, qui nunc Christo Dominō adducuntur. Nec mireris hominem iumentum dici, quia cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis, insipientibus. Et iustus etiā nunc coram Deo iumentum esse Psalm. ait: Vt iumentum factus sum apud te. Sed non solum iumentum homo est, sed ligatum, cum peccato tenetur. Hinc Sapiens: Iniquitates suæ capiunt,

Orig.  
1. ad. 16.

Orig.

Zachar. 9.

Psalm. 48.  
Psalm. 72.

piunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Hinc Chysoſtomus: Cum gratia homo ornatus est, facile demoni resistit: si vero peccato ligetur, in potestate diaboli est, vt eum circumferat, quo voluerit. Sicut nauis gubernaculo fracto ducitur, quo tempestas voluerit, & sicut in republica nullus potest se regem facere, sed respublica eum constituit Regem, quē vult, sed semel constitutus Rex vniuersa disponit, & imperat, eique obedientia præstatur. Sic homo diabolū sibi in Regem constituit: sed postquam ille Rex effectus est, imperat in homine, & pro sua voluntate vniuersa, quæ ad hominem spectant, disponit. Hinc Paul. Ne quando det Deus illis pœnitentiam, ad cognoscendam veritatem, & respiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatē, Vbi D. Tho. Ad ipsius voluntatē sectandam, scilicet, vel, vt de homine faciat voluntatem suā. Nō quod peccatori auferamus liberū arbitrium, sed quod Dei gratia destitutus, & diaboli seruituti permissus, eius obsequeretur iussis. An non peccati vincula sæpe experiris, cū velles à peccato exire: & tamen id difficile valde tibi est, quia adherere tibi vides sedem iniquitatis. Et, vt Greg. ait factus es, velut iumentum, quod sub graui onere cecidit, nec furgere valet, licet id cōetur, nisi magno labore adhibito, & aliorum adiutorio. En iumentū ligatū, & peccatorum onere depressum. Sed quid nunc Christus ait? Soluite & adducite mihi. Quis dimisit onagrū liberum & vincula eius quis dirupit? Iob ait. Dei quidē est, hominē soluere. Hinc Psal. Dominus soluit cōpeditos, Dñs illuminat cæcos, Dñs erigit elisos. Et cum se liberū à peccato Psal. vidit. Deo gratias referens ait: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis. Et ad hoc in mundū Christū venisse Ioannes testatur, dicens: In hoc venit filius hominis, vt dissoluat opera diaboli. Et Pau. ait: Vos enim in libertatem vocati estis fratres. Gratia enim liberamur, & solui mur. Hanc verò ministri Christi conferunt in sacramentis. Ideo ad eos ait: Soluite: quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Mira hominis potestas. Cum audis à cōfessario: Ego te absoluo, tunc solueris à diaboli laqueis. Tunc dicere poteris: Dirupisti vincula mea: tunc peccata tolluntur: tunc eriperis de potestate tenebrarum, & transferris in regnum filij dilectionis Dei.

Prou. 5.  
Chrysoſt.

Simile.

2. Tim. 2.

D. Thom.

Gregori

Iob. 19.  
Psalm. 145.  
Psalm. 115.

1. Ioan. 3.  
Galat. 5.

Matth. 16.

Sed non fatis est soluere. Ideo addit: *Et adducite mihi.* Soluti homines ad Christum trahedi sunt in monte, ut illud impleatur. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mentis tue. Satis non est captiuum à vinculis soluere, si Constantinopoli detinetur, nisi in patriam adducatur sua. Quid prodest captiuum soluere, & statim derelinquere, ut quæ citissime in captiuitate reducatur pristina? Ira satis non est, peccatorē soluere, & absoluere, nisi ad Christum adducas. Id vero confessarius præstat, cum peccatori monita salutis dat: cum ei quasi regimē præbet, cum vitam eo modo ordinat, ut Christo adhæreat, & peccata deuitet. Si medici opera salutis restitutus es, an non ab eo petis regimē ordinemque, quæ in cibo, potu, ac alijs salutem concernentibus teneas, ne facile in pristina redeas infirmitatem? Sic in medela animæ tuæ faciendum tibi est. Non tibi fatis sit absolui, & sanari, nisi ordinem vitæ melioris accipias, quo in accepta gratia perseuerare valeas, & peccata vitare, tentationes ac pericula superare. Id Christus monet dicens: *Adducite mihi.* Si quis vobis aliquid dixerit &c. Chrysof. miraculo adscribit, quod verbis illis continuo dimiserint Domini asinæ & pulli, discipulis, ut iumenta tollerent. Non erant illa cõmunia: quia, ut Lucas ait, dñi dixerunt: *Quid soluitis pulli?* Ingreditur Hierusalem Christus Dominus summo triumpho, cui nullus alius cõparari valet: licet exteriori pōpa caruerit & asello vectus sit. Cæsar, triumphans Romam ingressus est vehens curru, quem quadraginta Elephantes ducebant. Simili curru Pompeius vectus est de Africa triumphans. Antonij currus leones vehebant: Aureliani Cerui. Sed Christus asello vehitur, & gloriofior est. Cæteri principes cum natura alios homines non superent, exteriori ornatu & pompa indigent, ut excellentes appareant, quæ omnia in personæ supplendos defectus in seruiunt. Sed Christus Dominus tantam habet in persona sua maiestatem, ut exteriori cultu non egeat. Hinc Esaias ait: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum: & plena erat omnis terra maiestate eius.* Non ergo à creaturis maiestatem usurpat, sed potius illæ ab eo maiestatem accipiunt. Summā vero maiestatem suam hodie Christus ostendit, imò & diuinitatem. Cui enim iam conspirassent pharisæi, ut eum occiderent, hodie publice tanquam cordium Dominus ingreditur Hierusalem, & templum

adit,

Adit, & inde proijcit veditores, nec vllus mutire, ausus est. Ostendit plane Dñm se esse cordium. Id ipsum ostendit triumphus vsus ante victoriam, quasi certus de victoria. Alij principes certi de pugna incerti de victoria, illa parta triumphant. At Christus de victoria certus, tanquam Deus, ante illam triumphat. Eiusdem gloria triumphi, super omnes hominum triumphos apparet in eo, quod dictis factisque Christum, ut regem & Deum suscipiunt, quod nulli triumphatorum concessum est. Facto quidem Deum dicunt, eum ei obuiam procedunt ramis, quod soli Deo exhibebatur in festo Tabernaculorum. Vnde dicitur: *Sumetis vobis de primo fructu arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni denfarum frondiū, & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro.* Verbis etiam illum Deum fatentur, dicentes: *Osana in excelsis.* Quo eum dicunt mundi saluatorem, peccatorum remissorem, Messiam, & filium Dauid.

Leuit. 23.

Sed merito dubitari potest, qua ratione humilis corde Christus Dñs hanc hodie gloriam sibi præstari, voluit? Multis quidem de causis. Primo, ut à nobis agnosceretur. Hæc enim nobis vita æterna est. Secundo, ut in se nobis exprimeret vanitatem gloriæ mundi huius, quæ cito transit, & in diuersum mutatur. Estque serenitas temporis in hyeme, quæ cito mutatur, tranquillitas maris, quæ dicto citius in tempestatem vertitur. Fortunæ stabilitas nulla est, similis vento, qui iam hinc iam inde perflat. Non hæc animaduertunt vani homines, sed similes effecti Babyloniam Caiunt, quod illam dixisse Ioannes ait: *In corde suo dicit: Sed eo ut regina, & vidua non sum, & luctum non videbo.* Ideo in vna die venient plagæ eius, & mors & luctus & fames, & igne comburetur. Sicut ergo Christus hodie cum gloria excipitur, & cito crucifigitur, hodie Saluator dicitur, & continuo Barabbæ postponitur, ita mundus tecum ager, similis Ioab, qui amplectitur Abner & eum occidit, & Absalon qui Amon inuitat, & illi mortem infert. Simeon & Leui, qui se simulant amicos Sichæ & eius vitam extinguunt, & Ioel, quæ lactat Sifaram, & eum interimit. Quo tandem credis, deuenient vniuersa festa, ludi, comessationes, delectationesque mundi, nisi in quo Christi triumphus, qui in morte tandem finem accepit? Sicut enim hinc prodit fons vnus inde alter, aliunde alius, & aqua eorum dulcis est, cõglobantur omnes,

Apoc. 18.

Simile:

nes, & amnē faciunt, qui tandem in mare venit, quod amarum. A  
 zelt: ita vniuersi, qui in mundo delectantur in mortem tandem  
 veniūt amarā. Edoceatur ergo raptim per mūdi oblectamētā trā  
 sfire, nec in eis oblectari, aut detineri vt similes simus Aegypti  
 canibus, qui siti cōpellente aquā bibitori ad Nilum accedunt,  
 sed propere eam bibunt, hinc parum aquæ, inde aliud, ne à cro  
 codilis interimantur. Hinc dici solet: Ito, sicut canis per Nilū,  
 hoc est præ propere. Omnia, quæ mundi sunt, cito transeunt.  
 Transi ergo tu per ea currens: nulla in re animum detineas tuū  
 nullibi commoreris, ne à dæmonibus capiaris.

Ecce Rex tuus uenit tibi mansuetus. Regnabat Deus olim su  
 per Israel, & ipse iudices, quos volebat, constituēbat, qui quasi  
 proreges erant, qui nō successione, sed Dei volūtate cōstituē  
 bātur. Et tūc Dei cura erga Israel maior erat. At illi Regem ho  
 minem à Samuele postulāt, quem habeāt sicut ceterę gētes, qui  
 eos regat, & successione filiorum firmetur. Tunc Dominus ait  
 Samueli: Nō te sed me abiecerunt, ne regnē super eos, quia nō  
 spe in me cōlocata, sed humana prudētia, & successione regi  
 voluerunt. Dedit illis Dominus peruersos Reges homines, vt  
 iterum Deum sibi regem postularent. Nihilominus tamen re  
 gem hominem desiderant. Deus verō, qui hominibus principa  
 ri vult, ait: Regem alium habere nō vultis, nisi qui homo sit: ego  
 homo fiam, & Rex vester ero. Dicite ergo filiæ Sion: Ecce rex  
 tuus venit tibi. Quomodo verō Christus Domin⁹ Rex cōstitu  
 tus sic, ipse ostēdit Psā. 2. dicēs, Ego autem cōstitutus sum Rex  
 ab eo. Vbi Hierony. & alij illud legunt per verbum actiuum, vt  
 pater loquatur: Ego vni Regem meū: quod idē est cum illo:  
 Cōstitutus sum ab eo. Nō enim Christus seipsum cōstituit Re  
 gem, sed à patre cœlesti est cōstitutus. Quē cōstituit herēdē vni  
 uersorū. Hoc verō explicat Paul. Nemo sumit sibi honorē, sed  
 qui vocatur à Deo tanquā Aarō. Vnde Christus nō semetip sū  
 clarificauit, vt pōtifex fieret, sed qui dixit ad eū: Filius meus es  
 tu. Super quę verba notat D. Tho. cōtra naturam esse, vt quis se  
 cōstituāt in altiori gradu, quā sit natura. Aer enim nō seipsum  
 ignē facit, sed fit à superiore agēte: sic nō debet quis sibi dignita  
 tē Ecclesiasticā assumere: sed qui à Deo vocatur, vt Aaron. Si  
 enim Chrs nō seipsū Regē cōstituit, quid id intētare audebit?

Nec

A Nec solū Paulus ait nō seipsū pōtifex fecit, sed nō clarificauit  
 seipsū, vt pōtifex fieret. Multi enim licet seipsos pōtifices, nō fa  
 ciāt, quia nō possunt: clarificāt tñ se in oculis hominū, vt pōtifi  
 ces fiāt. Hi sunt hypocritę. Chrs verō neutrum intētauit: quia nec  
 se pōtifex fecit, nec se clarificauit, sed à patre clarificatus, & pō  
 tifex factus est. ¶ Sed dubitare potes, cuius regni Rex Christus  
 est. Quæstio est inter Doctores diuini & humani iuris; an Chrs  
 vt homo, habuerit dominiū tēporale vniuersę terrę ex patris do  
 natione. Sed quidquid sit de hoc regno, regnū qđ hodie Chro  
 Dño proclamať, nō est tēporale regnū. Hinc cū quēreret, vt Rex  
 fieret, fugit in desertū. Vnde ipse Pilato dixit: Regnū meū nō est  
 de hoc mūdo, & regnū meū nō est hinc. Quale ergo illi⁹ regnū  
 sit, ipse ostēdit cū Pilato ait: Tu dicis, quia Rex sū ego. Ego in  
 hoc natus sū, & ad hoc veni in mūdū, vt testimoniū perhibeā ve  
 ritati. Hoc ipsū Psal. significat, dicēs: Cōstitut⁹ sū ab eo Rex su  
 per Siō mōtē factū eius, prædicās præceptū eius. Et Esai. Spirit⁹  
 Dñi super me, eo qđ vnixerit me, (tāquā Regē) euāgelizare pau  
 peribus misit me. Vt hoc regnū intelligas, & eius dignitatē, no  
 ta, in illo tremēdo cōflictu, quo diabolus cū primo parēte, imo  
 cū toto genere humano cōgressus est, victorē euasisse, & ideo  
 Adā cū vniuersa ei⁹ posteritate in miserā captiuitatē ductū: quia  
 vt Petrus ait, à quo quis superatus est, ei⁹ & seru⁹ est. Tūc demō  
 factus est princeps hui⁹ mūdi, sic eū Chrs vocat: Nūc princeps  
 hui⁹ mūdi⁹ eicietur foras. Et Paul. eū vocat rectorē mūdi, princi  
 pē tenebrarū, à quo tenebātur homines captiui ad eius volūta  
 tē. Cuius captiuitatis typus fuit captiuitas Israelis sub Pharaone  
 Vt ab hac captiuitate nos De⁹ eriperet, filiū suū Regē nobis cō  
 stituit, qui illū tyrānū superaret. Qui vt Paul. ait, eripuit nos de  
 potēstatē tenebrarū, & trāstulit in regnum filij dilectionis suæ.  
 Placuit Christus patrē, demōnē expoliāuit regno, fortē armatū  
 vicit, spolia & arma abstulit, peccata: cōdonauit, gratiā homini  
 bus dedit, quā à peccatis liberi Deo seruiāt. Hoc Chri regnū est  
 hoc regnū Dei, qđ prædicauit, quo super animas nostras regnat.  
 Hui⁹ regni Chri nullū finē futurū, Angel⁹ Marię dixit. De hoc  
 regno Daniēl ait: Dedit ei potēstatē & honorē & regnū: & om  
 nes populi trib⁹ & linguę seruiēt ei. Hūc Regū omnes Reges  
 terræ adorare tenētur, quoniā & ipsi liberati per eū sunt. Huic

Reges

Simile.

Reg.

Psalm. 2.  
Hierō.

Hebra. 9.

D. Thom.

Ioan. 6.

Ioan. 18.

Psalm. 2.

Esai. 61.

2. Pet. 2.

Ioan. 12.

Colof. 1.

Lucæ. 1.

Dan. 7.

Reges Tharsis & insulæ munera offerant, & Reges Arabum & Sabba dona adducāt. Hunc Magi procedentes adorāt: est enim qui natus est Rex Iudæorum. Et hoc est regnum, quod hodie ei acclamatur. Salua nos in altissimis. Eripe nos à diaboli potestate. Hoc vero regnū super omne regnū temporale est: illudque excedit in immensum. Et hoc regno principatur super omnes mundi Reges. Et ideo Ioannes ait: Habet in femore scriptum: Rex Regum, & Dominus Dominantium.

Apo. 19.

Sed illud in hac parte mirādū maximè, peccatorē iterum sibi cōstituere, demonē Regē, & à Christi regno discedere. cui⁹ rei figurā expressit Ionathā filius Gedeonis proposita hac parabola: Jerūt ligna, vt vngerēt super se Regē. Dixerūtq; oliuæ: Impera nobis, quia Rex misericors esse debet, sicut ille, qui ait, Ego autē sicut oliua in domo Dei mei. Et de Moyse duce populi Dei

Iud. 9.

Psal. 51.

dicitur: Erat māsuetus super omnes homines. Et quia hac mansuetudine caruit Roboā multā regni partē amisit, & discesserūt ab eo decē trib⁹. Excusauit se oliua, excusauit se ficus, & vitis. Ierunt ad Rhamnū, & elegerūt sibi eū in regē, à quo ignis egreditur, vt deuoret cedros Libani. Significare voluit Ionathā ipsos elegisse sibi ducē Abimelec, à quo excidiū ipsis parabatur, & recessisse à domo Gedeonis, qui eo plurib⁹ affecisset beneficijs. Id verò ipsū est, quod peccator efficit, relinquēs Chrīu verū Regē, & sibi demonē in regē assumēs, à quo excidiū homini paratur, à quo ignis etern⁹ procedet eū cōbusturus. Vnde Psal. Priusquā intelligerēt spine vestre Rhānū, sicut viuētes: sic in ira absorbet eos, id est, priusquā peccator intelligat Rhāni malitiā, absorbet eos viuos perdetq; eos. Donec enim in alia vita peccator sit nō intelligit, q̄ truculētissimus ei hostis demō sit, q̄ in eternū ducat ignē. Nā amicū se simulat, & ouē, cū lup⁹ rapax sit, & leo. circuiēs quē deuoret. ¶ Sed notandū. Christi. Dñi regnū figuratū fuisse in regno Dauidis. Angelo testante: qui ait: Dabit illi Dñs Deus sedem Dauid patris eius, &c. Dauid verò geminū habuit principatum. Priorem, quando fugiens Saulis sequitiā, secessit in speluncam Odollā afflictus & egenus, & cōuenerūt ad eum omnes, qui erāt in angustia cōstituti, & amaro animo, & opprefsi a re alieno, & factus est eorū princeps. Hūc principatū in hac

Luc. 1.

1. Reg. 22.

Matt. 11.

mortali vita Chrīst⁹ gessit, vt ipse ait: Venite ad me omnes, qui labo-

**A** laboratis, & onerati estis. Afflictos ad se vocat, vt eorū princeps, cui consonat illud Esaia, quod vnixerit me, vt mederer contritis corde. De hoc Christi regno accipiendum est illud Psal. Dicite in nationibus, quia Dñs regnauit à ligno. In nostris codicibus desideratur, illud (à ligno) nec inuenitur in codicibus Græcis, & Hebraicis. Forsan scriptorum negligentia, aut Hebræorum malitia. Recipi vero debet: nā Ecclesia illud recipit. Vnde canit in hymno: Impleta sunt, quæ concinit, Dauid fidelis carmine. Dicens in nationibus regnauit à ligno Deus. Et in psalterio Romano ita legitur. Et patres antiqui eā lectionē agnoscūt. Vt Orig. Hilarius. Aug. Bernar. Ambros. Casiod. Atq; hoc regnū Christi, licet mysterij ignarus Pilatus titulo crucis affigi mā daut, Græcè, Latine, & Hebraicè, Iesus Nazareus Rex Iudæorū, vt in omni natione & lingua diceretur, q̄ Dominus regnaret à ligno. Pōtifices quidē prohibebant dicentes: Noli scribere Rex Iudæorū. Sed Pilatus cōstanter ait: Quod scripsi scripsi. Solet Aug. notare, q̄ huius mysterij causa aliqui Palmi habēt in titulis: Ne disperdas Dauid in tituli inscriptione, vt in Psal. 58. 59. Et Aug. in Psal. 58. de hoc latius disseruit. Quasi Dauid in spiritu moneat Pilatū, ne dirūpat titulū crucis, nec acquiescat, pontificibus petentibus. En priorē Dauidis & Christi principatū, in quo se prębuit Christus Dñs similē Codro Regi Atheniēsi, de quo Aug. memorię prodidit. 18. de ciuit. cap. 19. Qui cū ciuitatē ab hostibus obsessā non posset liberare, oraculū cōsuluit, & audiuit: Si mortuus tu fueris vrbē liberabis. Tunc ille, vt ciues defenderet, mutato habitu regio cū hostibus decertans mortuus est. Et sic ciuitatē defendit. Hoc ipsum Christus. Dñs præstitit: qui mutato habitu ingressus est bellum: occubuit in eo, & morte sua omnes nos in libertatem asseruit.

Alter Dauidis principatus fuit, cū regnauit in Hierusalē, & regnū illud opulentissimū fuit. Significatq; Christi Dñi regnum post resurrectionē suam, quod est æternum in celo. De quo dicitur: Regnū tuū regnum omniū seculorū. Quod regnū intellexit latro dicens: Memento mei, dum veneris in regnū tuum. Hoc regnum omnibus diuitijs ac delicijs affluit. Nemo verò in hoc opulētum Christi regnū veniet, qui hic nō fuerit sub eius priori regno in vera pccnitentia, & afflictā vita. Vnde Paulus: Si

tamen

Esa. 95.  
Psal. 95.

Ioan. 19.

August.

August.

2. Reg. 5.  
Psal. 144.  
Luc. 23.



**Rem. 5.** tamen compatimur, vt conglorificemur. Merito ergo dicitur: Exulta satis, & iubila filia Sion: Ecce Rex tuus, qui te à captiuitate & tyrāide liberet. An non latissimum nunciū Christianis, qui Argerij captiui detinentur? Ecce Rex vester naturalis Maris superatis ingreditur Argeriū, vt vos liberet. Hoc nunc nunciū mundo datur. Exultet ergo, & iubilet. Si veritas liberauerit vos, vere liberi eritis. Ideo ei dicunt, Osana, salua nos.

**Ioan. 7.** *Benedictus qui uenit in nomine Dñi.* Huius nominis benedictio, quod hodie Christo tribuitur, profunda est significatio. Primū benedicta res dicitur, quæ bona & optima est, & sic Christus benedictus dicitur: quia bonū est essentialē, dignū omni laude. Secundo benedictus est, qui multa dona recipit. Et benedicere in scriptura significat bona facere. Sic de Isaac dicitur: *Benedixit ei Dñs, & locupletatus est.* Et Iacob ait ad Labā: *Benedixit tibi Dñs ab introitu meo.* Et Abigail: *Suscipe benedictionē hanc id est, hoc donū.* Sic etiam Christus benedictus dicitur, quia summa recepit à patre dona. Non enim ad mensurā ei datus est spiritus. Et de eo dicebat Isaac: *Ecce odor filij mei, quasi odor agri pleni, cui benedixit Dñs.* Sed vt vis huius nominis, benedictus, percipiatur, attendendū est nomen ei oppositū, quod est, maledictus: quoniam cōtrariō eadē est disciplina. Maledixit Christus ficui, & aruit: ita reprobi maledicti dicuntur, quia perpetuo sine fructu manebunt. Maledictus verò proprie ille est, qui ita malus est, vt nō sibi solū malus sit, sed & alios malos faciat. Hinc prior omnium serpens maledictus dicitur: quia decepit parētes primos. Maledictus eris inter cuncta animantia terræ: quia non contentus malus esse, venenum homini propinasti. Ideo maledictus diceris, quia caput, & initium malorum es.

Simili ratione benedictus ille est, qui nō tantū sibi bonus est, sed & alios bonos facit. Qui vero inter homines solus Christus Dominus alios bonos efficit, iustificatque, estque in eo gratia capitis, qua potest gratiā alijs cōmunicare, hoc nomen, benedictus, proprium Christi est. Deus solus natura bonus est: sed homines bonos facit, quia eis habitum gratiæ tribuit, quo boni dicuntur, & sunt. Sed hanc bonitatem solus Christus tanquam caput in alios influere potest. Ideo de eo dicitur: *De plenitudine eius omnes accepimus, qui factus est nobis à Deo iustitia sanctificatio*

**A**ficatio & redemptio. Hinc Psal. Sicut unguentū in capite, quod descendit in barbā, barbā Aarō, quod descendit in orā vestimenti eius. Quia illic mandauit Dñs benedictionē, & vitā vsq; in sæculū. Posita est unctio & benedictio in Christo Dño, tanquā in capite, vt inde descendat vsq; ad oram vestimenti, vsque ad infimum fidelem. Et expendendū est illud. Quia illic mādavit Dñs benedictionem. Illic, inquam in Christo, scilicet, thesaurizauit Dñs omnem benedictionem, omnem gratiā, omnem sanctitatem. Non in Abraham, aut Moyse, sed illic, in Christo, scilicet. Ille enim meruit nobis omnē gratiā, omne bonum, illic eā Deus posuit, & inde nobis emendicanda est. Et licet opera nostra bona sint, sed omnis eorum valor inde mutuādus est: quia illic omne bonum est. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem. Inde processit omnis martyrum fortitudo, puritas virginū. Hinc Paul. benedictus Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo. Sicut elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionem, vt essemus sancti, & immaculati. Hic ergo est benedictus. Sicut Adā omnium pater transgressor factus omnes nos fecit transgressores, etiam sine actu proprio: ita Christus in Baptismo pueris sine actu gratiam tribuit. Factus est primus homo in animam viuentem, secundus in spiritum viuificantem. Merito Christo hodie obuiam prodeunt, dicentes: *Benedictus &c.*

**4. Reg. videntes filij prophetarum, quod requieuit spiritus duplex Eliæ super Elifeum, venerunt in occursum eius, & adorauerunt eum proni in terrā. Ita hodie Christus excipitur, & adoratur, qui sibi & alijs spiritum habet. Sed quis eum non adoret?**

**1. Reg. Abijt cum Saul pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda: filij vero Belial dixerunt: Num Saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, nec attulerunt ei munera. Ipse verò dissimulabat se audire. Si tetigit Deus cor tuum, Christum sequeris: sin verò, audit quidem, sed nunc dissimulat, aliquando**

loquetur, & virgam oliuæ, quam nunc desert,

mutabit in virgam ferream, & tanquā

vas figuli confringet

inimicos.

*Psal. 132.*

*Psal. 83.*

*Ephe. 3.*

*1. Cor. 5.*

*4. Reg. 2.*

*1. Reg. 10.*

*Psal. 2.*

# Feria Secunda post Domini. In Ramis Palmarum.

*Maria accepit libram unguenti nardi pistica pretiosi, & unxit pedes Iesu. &c. Ioan. 12.*



Primum omnium sciendum nobis est hanc vñtionem eandem fuisse cum illa, quam Matth. c. 26 & Marcus. cap. 14. memoriz prodiderunt, factam fuisse in domo Simonis Leprosi. Hæc est sententia Diui Augustin. & communis Sãctorum, & Do-

ctorum. Licet namque aliqua diuersa, & inter se contraria dici à sacris Euangelij scriptoribus videantur, omnia tamen consonant. Licet enim Martha ministrasse dicatur, id effici potuit etiam in aliena domo Simonis, quoniam vicini erant, & forsã consanguinei. Aliqui dixere Simonem hunc leprosum patrem fuisse Lazari, referente Nicephoro lib. 1. Histo. Eccles. cap. 27. & licet Ioannes dicat inunctos pedes, & Matth. dicat caput vñctum, vtrumque factum est, ait Augustinus. Et licet Ioannes dicat Iudam Iscariotem indignè tulisse effusionem unguenti, Matthæus verò dicat discipulos etiam omnes, intelligendum est primum Iudam avaritia motum dixisse, Vt quid perditio ista? deinde discipulos misericordia commotos ei assensisse.

Secundo sciendum, libram unguenti nardi in sumptã in hac vñctione fuisse. Libra duodecim uncias habet, & est nomen nõ solum ponderis, sed etiam mēsuræ. Nardus verò (de quo Dioscorides lib. 1. cap. 6. & Plinius li. 12. ca. 12.) est fructus tex graui, ac crassa radice, sed breui, & nigra, fragiliq; aspero sapore, folio paruo, & denso, cacumina in aristas se spargunt, ideò gemina dote nardi spicas, & folia celebrant. Ex nardo verò oleo delibuta fiebat unguentum preciosissimum, sed optimũ erat, quod ex spica conficiebatur, & unguento hoc veteres vsi fuerunt in capitibus vñctione. Verbum autem pistica non est nomen loci, vt Aug.

putauit,

putauit, sed nomen est Græcum significans fidele, purum, syncerum, non adulteratum. Itã Hiero. & Euthi. in Matth. Solent enim huiusmodi unguenta pretiosa sophisticari. Cũ ergo recumberet Christus Dominus in domo Simonis adfuit Magdalena, & primum Christi pedes lauit forsã lachrymis, & extersit capillis suis, & deinde eos inunxit pretioso unguento, & tandem super caput Christi unguenti partem effudit; & impleta (ait Ioannes) est domus ex odore unguenti.

Sed aliquid maius nobis his verbis innuitur, vniuersam, scilicet, Ecclesiam replendam odore huius vñctionis. Maxima profectò consideratione digna sunt verba illa Redemptoris, cũ de hac vñctione loquens ait: Amen dico vobis, vbicunq; prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius. En vniuersum mundum implet odor huius unguenti. Potest Maria sibi merito vsurpare verba illa Canticorum: Nardus mea dedit odorem suum. Cũ verò nos hanc vñctionem prædicamus verbum Christi impletur illud prædicentis diuulgandum, ac prædicandum.

Sed dubium est, quid excellentiæ, ac dignitatis habuerit vñctio ista, vt eam vniuerso prædicari mundo Christus voluerit? Latent in tenebris mirabilia gesta principum; imò & sanctorum multorum facinora præclara obliuioni tradita sunt: hæc verò vñctio in sæculum non delebitur ab hominum memoria, perpetuo in vniuerso mundo prædicanda est. Aliquid sine dubio in illa secretum latet magnificandum. Quã diuersum iudicium Dei à mundi iudicij. Apostoli dicunt; Vt quid perditio hæc: Christus verò, Bonum opus operata est in me, & adeò bonum, vt omnibus sit sæculis prædicandũ. Quade re loquens Chrysostronus in Matt. 26. ait: Quis igitur tam abiectæ mulieris factum ita exclamauit, vt per totum orbem ab omnibus audiretur? Virtus profectò eius, qui hæc prædixerat: & quidem Regum, ac Imperatorum res geste, quorũ nonnulla remanent monumenta, omnino tacetur, & de plerisque eorum qui vrbes condiderunt, mœnia erexerunt, bella gesserunt, trophæa statuerunt, multasque gentes subiugarunt, quãuis & statuas sibi fecerint, nulla tamen fit mentio, multiq;

Primus Tom.

Yy

iporum

Matth. 26.  
Marc. 14.  
Aug.

Nicepho.

Dioscorides  
Plinius.

Hiero.  
Euthi.

Cant. 1.

Chrysostr.

ipforum nec nomine quidem extant. Quod autem meretrix A mulier in domo cuiusdam leprosi duodecim viris præsentibus oleum effudit, id per vniuersum orbem tanto tempore transacto decantatur. Sed Indi, Scythæ, Thracæ, Sauromatæ, quique Mauritaniam, quique Orcadas insulas habitant, magna prædicant voce. O ineffabilem misericordiâ Domini, qui à meretrice pedes exofculari patitur, & inungi, nec patitur solum, sed & criminantes increpat, & in vniuerso mundo prædicandum dicit. Hęc Chrysofsto.

Vt ergo pro dignitate sua hoc Magdalenæ opus valeamus estimare, notandum nobis est, summo eam amore Christum prosequutam fuisse, cum primò ad eius pedes accessit, & peccatorum veniam consequuta est. Sic enim Christus tunc dixit: B Remissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hic verò in corde illius incensus amor non tepuit, sed mirum in modum auctus in dies est Christi verbis auditis, & operibus inspectis, ita vt ossa etiam illius occupauerit, vt meritò illud sibi vsurpare posset: De excelso misit ignem in ossibus meis, & eru diuit me. Et quemadmodum cum extraneus calor non sanguinem solum, & carnem, sed & ossa occupat, hectica febris efficitur: sic amoris igne succensa mulier hęc est, vt ignis hic omnino mentem eius absumperit, & ossa etiam igniret. Hinc factum est illud Luc. decimo. Sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius, & idèò optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hoc amoris igne succensa Christum crucem baiulantem sequuta est: Hoc illum in monumento quæsiuit, cum adhuc tenebræ essent: hoc ibi ligata est, vt discedere non potuerit, etiâ discipulis recedentibus: hoc meruit prima Christum videre, & illum resurrexisse Apostolis nuntiare: Hoc itaque amore languida, nunc & estuans ad Christi Domini pedes rursus venit, & liquefacto corde instillat illud per oculos & pedes abluuit Christi, iterum capillis terfit, iterum vnguento vngit pretiosissimo, nihil omnia arbitrata esse in Christi Domini obsequium. Simul gratias Christo agit pro remissione percepta delictorum, & quæ audiuit cito moriturum Christum Dominum pro delictis omnium, præuenit illum vngere, quasi mox sepeliendum. Pedes eius exofculatur pro tam immen-

6

A so beneficio, quale fuit redemptio humani generis; & vt grati ostenderet animum, omne quod habuit, fecit, omne quod illi supererat substantiæ in hæc vnguentum insumpfit. Hęc significant verba illa, quod habuit, hæc fecit, cor vniuersum dono dedit Christo Domino. Hinc eius oblatio gratissima fuit illi tanto amore ornata, tanta deuotione oblata: fuitque sicut in millibus agnorum pinguium, & sicut adipe, & pinguedine repleta est anima eius, idèò insignie exhibuit facinus omnibus seculis prædicandum, & abolendum nunquam.

Quo docemur non tam à Deo expectari substantiam operum, quæ in eius exhibemus obsequium, quam deuotionem, quam charitatem, qua illud Deo prestamus. Minimum namque opus magna charitate exhibitum, maximum censendum est: cõtra maximum tepide factum, ac negligenter minimum Deo est. Hoc verò & ipsis hominibus vsu venire solet. Aliquando namque aliquis te ardentè diligens eo affectu, ac dilectionis ostensione tibi aliquid dat etiam minimum, tu verò in magno pretio illud habes, quod videris tibi datum cor ab amico in illo dono paruo. Quid mirum Deum nostrum corde maximè delectari, & amore præcipue duci, qui ait: Fili præbe mihi cor tuum. An non hoc est illud sponsi: Vulnerasti cor meum soror mea, sponsa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui? Vnum oculum, vnum aspectum intellige. Si ergo vna oculorum cõuersio in Deum, vnus crinis Dei vulnerat cor, quid miramur, si illud vulnerauerit Magdalena omnibus capillis in obsequium Christi datis, fluuio lachrymarum in pedes dilapso ab oculis? Simili verò ratione nos Dei cor vulnerare possumus, si ardētissimo eius amore flagrantes, ei minima offeramus. Audi rei huius exemplum. Luc. 21: Respiciens autem Iesus videbat eos, qui mittebant manera sua in Gazophilatium diuites. Vidit autem & quandam vidua n pauperulam mittentem grã minuta duo, & dixit: Verè dico vobis, quia vidua hęc pauper plusquam omnes misit. Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt munerã: hæc autem de eo, quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit. Sicut tunc oculis corporis videbat dona, & attentè considerabat, quæ ei offerebantur: sic

Simile.

Prou. 23.

Cant. 4. 1.

Luc. 21.

nunc è cælo Dominus prospicit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum: ei que dona offerens, non tamen aded attendit munus, & eius quantitatem, ac offerentis voluntatem. Si ergo parua tibi sunt, quæ Deo offeras, noli contristari, illa Deo maxima erunt, si magna obtuleris charitate. Hinc Paul: Si voluntas prõpta est secundũ id, quod habet, accepta est, nõ secundũ id, quod non habet. Et idẽ Paul. Nõ copiosum datorem dicit dilectum à Deo, sed hilarem datorem. Optimè Thobias ad filium: Si multum tibi fuerit abundanter tribue; si exiguũ, hoc libenter impertiri stude.

Sed adhuc in hac Magdalena vnctione aliud, quod consideratione dignum est. Discipuli minus diligentes putant largitatem summam, imò prodigam eam fecisse, aded vt perditionem dicant factam; illa verò ait: Quod habeo, hoc facio, nihil verò me fecisse credo. Eius animus Christus expressit, dicens: Quod habuit hæc fecit; quasi dicat, amplius non fecit, quia plus non habuit. Est enim gradus dilectionis perfectæ, (vt Bernard. & D. Thom. opusc. de dilectione Dei ait) Operari magna, & reputare parua; operari multa, & reputare pauca; operari diu, & reputare breue. Sicut videbantur Iacob pauci dies præ amoris magnitudine, cùm multi anni essent. Bernard. Labor meus vix est vnus hora, & si plus est, non sentio præ amore, nec mirum si amor multa opera reputat pauca, quia in mandatis eius cupit nimis. Si enim Psalm. ait: Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis: si qui timet, C vult nimis, quid qui amat? Licet ergo multa faciat, plura tamen desiderat, si punctus ad omnia haberet concupiscentiam, ad quæ habet potentiam, non reputaret multas mille lineas defluentes, quia ad infinitas habet potentiam. Amor autem plura desiderat, quàm possit; & ided omne quod potest, parum ei esse videtur, & omnia, quæ agit, parua ei apparent. Seneca: Nõ amanti aliquid magnum est, amanti nihil, breue etiam ei apparet omne tempus, quoniam desiderat in æternum seruire. Cõparatione verò æternitatis omne tempus nihil est. Si ergo ea, quæ in Dei obsequium præstas, magna tibi videntur, vel multa, vel longo durare tempore, parũ te amare crede. Qui enim nimium diligit, postquam omnia præstitit, ait; Serui inutiles sumus,

A sumus, quod debuius facere, fecimus. Contra verò illi faciunt, de quibus Eccl. 20. Exigua dabit, & multa improperabit. Hæc D. Tho. vbi suprã.

Est & aliud in hac Magdalena dilectione, & ex illa profectò vnctione nobis expendendum, vt eius charitas magis nobis sit perspicua. Postquam enim pedes lauerat, capillis exterserat, vnguento vnixerat, audacter cõsurgit, & caput Christi inungit, & fracto alabastro vnuersum effudit vnguetum. En audaciam ingentis dilectionis. Baptista non audet sacrum Christi verticem tangere, & indignum se dicit corrigiam calceamẽti soluere. Hæc verò mulier caput illud sacrum Angelis adorandum, tremendum potestatibus tangit, vngitque. O mirabilem amoris audaciam! Perfecti amoris gradus est, ait D. Tho. loco superius citato, quo facit audere vehementer. Vbi notat aliquando Deum animæ repræsentari sub nomine maiestatis Domini, aut iudicis: & tunc insurgit timor in anima, ac reuerentia. Sic Moyse audenti loquitur Deus, ne appropies huc, solve calceamentum de pedibus tuis. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Quasi dicat: Ego sum cuius vna essentia Deus, & Deus, & Deus, id est tres personæ, vt innuit copula, quæ diuersitatem exigit. Tunc abscondit Moyse faciem suam, nec audebat respicere contra Dominum. Sic Esther corruit, & exanimata est visa Assueri maiestate. Ad hunc modum Magdalena ingressa nunc est summa cum reuerentia coram Christo Domino, & ad eius pedes prouoluta. Aliquando verò Deus maiestatem suam occultat, & animæ obijcit seipsum, vt fratrem & sponsum, & tunc anima sperat, quia charitas omnia sperat, & dilectione, ac spe aucta fit anima audax; & perfecta charitas foras mittit timorem, vnde mirabiliter audet. Huius rei exemplum proponitur nobis Gene. 45. Non se ultra poterat cohibere Ioseph multis coram adstantibus. Vnde præcepit, vt egredierentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutua: eleuauitque vocem suam cum fletu, & dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent prope; Ego sum, ait Ioseph frater vester; nolite pauere, nec durum vobis videatur, quod vendidistis me in Aegypto. Osculatusque est Ioseph

2. Cor. 8.

Thob. 4.

Bernard.  
D. Thom.  
Genes. 29.  
Bernard.

Psalm. 111.

Simile.

Seneca.

Luc. 17.

Eccles. 20.

Ioan. 1.

D. Thom.

Exod. 3.

Esther. 15.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 4.

Genes. 45.

omnes fratres suos, & plorauit super singulos, post quæ ausi sunt loqui ad eum. Cum talem se Deus animæ exhibet, audet vehementer. Vide, dissimilia multa inter eos, quos diximus mōdos, quibus se Deus animæ ostēdit. Nūc dicit: Accedite ad me: Moyſi verò dicitur: Ne appropies huc. Nunc ait, Ego sum frater vester. Hoc verò dissimile est illi; Ego sum Deus Abraham. Et nunc ait, Nec durum nobis videatur, &c. Excusans eorū culpam; hoc dissimile illi; Solue calceamentū de pedibus tuis. Post quæ ait, Ausi sunt accedere ad eum. Nunc ait, Ante quæ ausi sunt, sed post quæ. Cū ergo anima sentit Christum aduocantem se, & quasi dissimulantem, quod sit lux inaccessibilis, quia ad se allicit, cū audit dissimulata maiestate, dicere Christū se fratrem, & sponsum, cū excusat peccata præterita, quasi non essent; cū plorat Christus, non ardentem oculos ostēdens, sed omnino beneuolos, cū descendens de folio ut Aſuerus, animam amplexatur, nec gladiū portat, quo percutiat, sed potius oscula infigit: ut sponsus redamari se cupiens, cum audit Deum inuitantem, ut loquatur, petatque, quæ voluerit. Tunc audet anima. Sic audet sponsa dicens: Osculetur me osculo oris sui. Vbi Bernar. O anima reuerentiam habe, est enim Deus tuus adorandus, non osculāsus. Fateor, quod honor Regis iudicium diligit, sed præceps amor, nec iudicium præstolatur, nec consilio temperatur, nec rationi subijcitur. Hinc mirabiles audacias in sanctis videre licet cum Deo ipso, qualis illi; Aut dimitte noxam populo huic, aut dele me de libro, in quo scripsisti. Non quod deleri velit, sed certus, quod delendus nō sit, audet nimio amore, ac familiaritate. Hac ergo perfecta dilectione audet Magdalena, quæ prius reuerenter accessit, lachrymas fudit, pedes vnxit. Sed Christus Dominus se illi tunc exhibuit adeò beneuolum, ut verè sponsus solūm ei visus sit, peccata eius, quæ ante remiserat, nūc longè ab eā posita ostendit, quasi distat Oriens ab Occidente. Tanta ergo eam excepit beneuolentia, ut auderet, & surgeret, caputque Christi inungeret. Ad hunc ergo dilectionis gradum Magdalena peruenit, quod est audere vehementer, sicque ausa est Christi caput inungere, quasi sponsi caput.

opus

**A** opus merito voluit Christus vniuerso in mūdo prædicari, laudarique, & omnibus in exemplum proponi.

Qui considerauerit Magdalenam prius pedes Christi tenuisse, & vnxisse, & deinde ad caput vsque ascendisse, illudque vnxisse: meritò illam hederam dicet. Hedera natura sua in altū conscendere desiderat: sed dum sola est, illud assequi nō valet, sed humi serpit, donec arborē inuenit, aut parietem, cui innixa ascendere possit. Quo inuento, ei adhæret: nullumque ascendendi finem facit, nisi quæ arbor, aut paries fecerit. Si enim vsque ad sidera arbor ascenderit, illuc vsque hedera pertinget, & indissolubili vinculo ei hæret, plusquā vxor viro, filius patri, amicus amicissimo. Hi enim separantur aliquando: sed non hedera ab

**B** arbore, cui semel hæsit. Et ideò ait Isidorus, hederam ab herendo dictam. Iuxta ea, quæ a nobis de hedera dicta sunt, iustus quisque hedera nuncupari potest. Quoniam licet homo natura sua in alta ascendere velit, & Deum consequi: si tamen sibi relinquatur, humi serpet. Hinc Psal. ait, Humiliata est in puluere anima nostra. Conglutinatus est in terra vèter noster. Quomodo ergo ascendere potuisti? Cum Deo adhæsi, ascendere potui: ideò mihi adhærere Deo bonum est. Idem ait: Sic enim super omnēs cælos ascendam. Nec adeò stricto vinculo hedera ab arbore separari potest: vel propter siccitatem: vel manus hominis, & gladius illam separabit. At vero Iustus loquitur:

**C** Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia; an gladius? Certus sum: quod neque mors, neque vita, &c. nec creatura alia separare nos poterit à Charitate Dei. O præclaram hederæ vim.

Licet ergo omnis iustus hedera dici possit, præcipuè tamē Magdalena. Tu viridis hedera es, quæ hortum Domini cingis, & ornas. Aliquando tibi relicta, humi serpebas, cum in ciuitate peccatrix eras: sed cum ad pedes Christi Domini venisti, arborem inuenisti, & arborem maximam, excelsiorem cælis factam. Eius pedes tenuisti, ei adhæcisti: nec vnquam ab eo separari potuisti: nec ab eo separare te Martha potuit: nec Pharisæus, nec militum turba, cum ad Caluarium Christus duce-

Yy 4 retur

Simile.

Isidorus;

Psalm. 43.

Psalm. 72.

Roma. 8.

retur. Nec in horto eum reliquisti: sed discipulis recedentibus a tu non recessisti: & ideo prima eum videre meruisti surgentem: & ideo super omnes hedera dici potes. Ionæ quarto. Preparauit Dominus hedera, vt protegeret eum: laborauerat enim, & lætatus est lætitia magna Ionas super hedera. Sicut laboranti Ionæ præparata hedera est à Domino in delicias: ita laboranti Christo Domino hanc hedera, Magdalenam, scilicet, præparauit ei pater, vt ei esset in delicijs. Hæc vnguentorum delicias ei parauit: hæc lachrymas, & capillos. Et quæ initio pedes lauit, & vnxit, vsque ad caput demum peruenit, & illud vnxit. In verticem arboris hæc hedera ascendit.

Est verò & alia ratio, propter quam voluit Christus Dominus hoc Magdalene factum ab omnibus laudari, & ea est, quoniam ab his, qui illud viderunt, fuit malè consultum, adeoque oblatratum mulieri, vt dicat Marcus: Erant quidam indignè ferentes, & fremebant in eam. Vt ergo iustè Christus ageret causam Magdalene, voluit, vt ei ablatus honor restitueretur fama publica, & quæ iudicium iniquum subiit, perpessaque est paucorum hominum, Dei iustum videat, publicumque iudicium pro se latum. Sic namque suorum causam Dominus agit, vt ijs in rebus, in quibus pro eius amore passi sunt, maxime glorificentur, qui in honore passus est, in honore habeatur maximo. Sic per Esa. Dominus loquitur populo suo. Pro eo, quod fuisti derelicta, & odio habita, nec fuit, qui transfret per te, ponam te in superbiam populorum, gaudium in generatione, & generationem.

Quod adeò verum est, vt decreuerit Deus iustos ab improbis olim despectos ab eisdem laudari, & honori haberi. Vnde inducuntur Sap. 5. in hæc verba: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij; nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem eorum sine honore; ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, sic enim efficitur, vt abiectus Dei causa exalteretur. Sic voluit Ioseph venditum, & seruum factum Dominum fieri, & adorari, & mendaces ostendit, qui maculauerunt eum. Sic nunc mendaces Christus Dominus ostēdit, qui Magdalenam profusam,

ac

**A** ac prodigam iudicabant, ideoque hoc eius egregium factum omnibus sæculis voluit commendari.

Sed vt opus tantum ab omni iniuria vindicetur, nihilque reprehensione dignum in eo appareat, respondendum est Iudæ Iscariotæ calumniæ. Potuit, ait, hoc vnguentum venundari plusquam. 300. denarijs, & dari pauperibus. Cui Christus Dominus occurrit, dicens: Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Quibus verbis ostendit Christus Dominus non prætermittendam fuisse hanc vnctionem propter eleemosynam. Primò, quia tempus eleemosynæ non vrgebat tunc, sed expectabat: semper enim eleemosynæ locutus eras, vngendi verò Christi Domini tempus instabat, quia cōtinuò erat discessurus. Secundò, quia obsequium debitum erat certæ personæ, scilicet, Christo Domino, eleemosyna verò debetur non certæ personæ, sed pauperibus indeterminatè. Ex quibus colligit Caietanus communem Doctorum doctrinam, quod humanitatis officia, quæ alicui certæ personæ exhiberi postulat certum tempus, non sunt prætermittenda propter cōmunia debita, quæ indeterminatè debentur proximis. Nec enim conuiuium nuptiale, vel officium sepulturæ, & similia relinquenda sunt propter eleemosynam faciendam. Quia ergo tantus hospes, qualis Christus Dominus tunc aderat, & officiosè tractandus erat, post habendi tunc erant pauperes, quibus alias benefieri poterat. Si verò consideretur persona Christi, cui hoc officium exhibitum est, manifestè elucet, non solū actum illum bonum fuisse, sed optimum, & meritò in illius obsequiū effusum vnguentum pretiosissimum. Tempus namque illud, quo verbum caro factum inter homines voluit conuersari, articulum constituebat vrgentis necessitatis ad exhibendum illi quæcunque possibilia officia, & obsequia, nullius pretij, nullarumque deliciarum finibus limitanda, quantum est ex parte meriti ipsius, & humani debiti. Vnde ista vnctio superflua non fuit: nec verò foret, si pretiosior inueniri posset, & omni erat eleemosynæ præferenda. Hoc autem Christus Dominus significauit dicens: Quod habuit, hoc fecit. Quæ verba ostendunt tum Christi dignitatem, tum occultam Magdalene mentem.

Yy 5 Vi-

Ione. 4.

Mar. 14.

Esa. 60.

Sap. 5.

Gene. 45.  
Sap. 10.

Caietanus

Videtur discipulis pretiosum esse vnguentum. Respondet ve-  
rò Dominus, apud Magdalene animum non esse vnguentum  
hoc pretiosum, sed si pretiosius habuisset, pretiosius effudis-  
set; quia non habuit, non effudit, sed quod habuit, hoc fecit. Ac  
si aperte diceret; Vos arguendam putatis de excessu, & tamen  
secundum veritatem dignitatis meæ, & rectam fidem, & dile-  
ctionem Magdalena excusanda est, quod non plus fecit, sed  
hoc quod habuit, fecit: plus enim faciendum ei erat, si potuis-  
set. Pauperem quidem vitam, & laboribus plenam elegit  
Deus in mundum veniens, vt nobis esset exemplo, qua no-  
bis via in cælum petendum esset. Expectabant Iudæi Messiam  
in gloria temporali maxima veluti alterum Salomonem: sed non  
eam vitam ille elegit, sed eam potius, quæ nobis conueniens  
est. Gloria namque temporalis diuitiæ, deliciaeque instrumen-  
ta vitiorum sunt, potius quam virtutis: quia ergo illa nobis  
respuenda erant, respuit ipse, quia nobis fugienda, fugit ille.

At verò si solum Christus attendisset seipsum, ac dignita-  
tem diuinæ suæ personæ, omnia, quæ in mundo pretiosa erant,  
ab eo accipienda forent, omnes ei deliciae parandæ, omnes the-  
sauri ei recondendi, omnis gloria ad eum deferenda, omnis  
creatura ei fuisset obsecutura. Si enim tabernaculo Dei con-  
struendo, & templo Salomonis omnia pretiosa Israel data sunt:  
quid non debeat tabernaculo corporis Christi? quid quod  
illi detur, magnum putandum est? Merito Magdalena pretio-  
sum vnguentum defert; merito Magi pretiosa dant dona; me-  
rito vniversus mundus ad eum venire debuit, & cuncta ei pre-  
tiosa dono offerre, multo rectius quam Salomoni. Sed istis que  
mundo erant optima, ac pretiosa semel, aut bis vti voluit, vt di-  
gnitatem suam ostenderet, & deuotioni offerentium acquies-  
ceret, vt Regibus, & Magdalene; sed in vniversum ea repudia-  
uit: & quod altum est hominibus, abominatio fuit ei, vt nobis  
viam salutis ostenderet; exemplo que fidelibus esset suis, tenen-  
dam ipsis viam crucis, & despectus omnium, quæ in mundo  
sunt. Cum verò his pretiosis vti voluit, vt dignitatem suam  
ostenderet, nihil erat adeò pretiosum, vt non fuisset multò mi-  
nus eo, quod ei debebatur. Nunc ergo vt volens vnctione, op-  
tima

**A**tima iudicari debet, non excedens, aut magna, sed parua, aut vi-  
sibilis, ideoque Magdalenam excusat, quia quod habuit, fecit, plus  
enim faciendum ei fuisset, si potuisset.

Hinc verò etiam colligere nos oportet ea, que diuinissimo  
Eucharistiæ sacramento deseruiunt, optima esse debere, cuius-  
que ministerio pretiosa à nobis offerenda esse.

Sed qua potissimum ratione ductus sit Iudas, vt tanto de-  
traheret factò, videamus. Hoc ait Ioannes, dixit Iudas, non  
quòd de egenis pertineret ad eum, sed quia loculos habens,  
ea, quæ mittebantur, portabat, voluitque illud vnguentum  
potius venundari, vt vel decimam eius partem sibi furaretur,  
ideò Christum vendidit triginta argenteis, qui erant de-  
cima pars trecentorum denariorum. Ita Hieronymus su-  
per Matthæum vigesimo sexto, & Beda in decimum quar-  
tum caput, Marci, & Sanctus Thomas super Ioannem, duo-  
cimo, & Matth. vigesimo sexto, & Innocentius libro tertio  
de Sacro Altaris mysterio, capite duodecimo. Si ergo tri-  
ginta illis argenteis recuperauit decimam trecentorum de-  
nariorum. Quia in re manifestè ostenditur, quantum sit auaritia  
malum, quo Christi discipulum eo traxit, vt Mag-  
dalenam fumeret, & Christum Dominum venderet. De qua  
re optimè Chrysostomus in hunc Ioannis locum. Grauis,

**C**scientiam, non amicitiam, non consuetudinem, non pro-  
priae animæ salutem cognoscere finit: sed semel ab omni-  
bus discedens, in seruitutem sibi quos cepit, more saui-  
simi tyranni vendicat. Hæc Giezi lepra perfudit: Hæc Ana-  
niam, & Saphiram perdidit: hæc Indam proditorem fe-  
cit: hæc Iudæorum principes corruptit: hæc innumera bel-  
la indixit, vias sanguine, fletibus, & lamentis ciuitates im-  
plet. Hanc Paulus idololatriam merito dixit. Sed cur ita ap-  
pellauit? Habent nonnulli pecunias, & his vti non audent,  
& tanquam si essent sacrum quiddam, tangere verentur. Quod si  
quando coguntur, tanquam ad nefas aliquod timidè veniunt,  
& quemadmodum idolum argenteum, vel aureum vestibus, &  
claustris

Hiero.  
Beda.  
S. Thom.  
Inno.

Chrysos.

4. Reg. 5.  
Acto. 5.

Ephes. 6.

Exod. 35.  
1. Paral. 29

Luc. 16.

claustris seruât cultores, sic avari pecunias custodiūt. Et quæ admodum illi oculos, & animam tradent, priusquam idolum, non aliter effecti sunt auri amatores. Sed non adoro aurum, dice. Sic dicet idololatra, nec ego idolum, sed inhabitantem de monem; ita tu cupiditati infidentem animæ dæmonem adoras. Dæmone grauior est pecuniæ cupiditas, qua multi magis persuasi sunt, quàm illi ab idolis. Illi namque non in omnibus Dijs suis parent, tu verò pecuniæ in omnibus nullo excepto. Quid præcipit auaritia? Esto omnibus inimicus, obliuiscere naturam, contemne Deum, in sacrificium te mihi offer. Dicto citius in omnibus his parent avari, illi idolis boues sacrificant. Auaritia, offer mihi animam, inquit, & persuadet. Meritò regnum cælorum avari non possidebunt. Nec hæc cupiditas naturalis nobis est, fuisset enim ab initio, at tunc aurum nõ erat. Vnde ergo ingeneratus morbus hic est? Vnusquisque maiori æmulatus morbum hunc auxit. Cum enim quis vidit vicini sui splendidam domum, ornatam, greges seruorum, vt eum superaret, pro viribus contendit: itaque primus secundo causam, secundus reliquis præbuit. Quod si primus continens fuisset, non fuisset posteris cupiditatis exemplum. Sed dum maximè apparere desideras, audi, quid consequaris, certè vt latro, pradoque iudicaris. Sed quomodo, inquis, hoc? Audi. Vides nunc diuitis maximam domum, vel balneum, aut prædium, & ais, O quanta ille rapuit, quot pauperes expoliavit, vt hoc perficeret opus; quod putauit ipsi futurum in gloriam, fuit in ignominia. An non sic cum Iuda actū est, in cuius dedecus perpetuo prædicabitur in mundo, quod Christum prodiderit, sicut in laudem Mariæ, quod Christum vnxit? Cauenda ergo nobis auaritiæ pestis est, & omnino fugienda.

Hæc Chrysofost. &c.

De

## De Latrone iusto, qui cum Christo in cruce pependit.

*Hodie mecum eris in Paradiso* Matth. 27.

**B** Roponitur hodie nobis primus, qui Christi ore in Sanctorum cathalogum est redactus, cum ait: Hodie mecum eris in paradiso: primus effectus, ac fructus passionis Christi, qui non potuit esse non vberimus, cui Christus regnum dedit pro strennis, quod vulgo dicitur (En albricias) quod vicerit peccata, & dæmones. In die summæ misericordiæ ostenditur nobis latro, qui eam obtinuit; accessit enim optimo tempore, omnium temporum acceptissimo. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Cùm enim omnia tempus habeant, vt Sapiens dicit, id est, congruum cuique tempus est, & conueniens, quæ nam dies salutis, quod tempus acceptum, nisi hora illa, in qua tantum sacrificium patri oblatum est? Quando Christi charitas summè exarsit, quâdo gratiæ pretium tam copiose effundebatur? Maledixerat Semei Regē Dauid, sed cum in regnum reuerteretur, occurrit ei. 2. Regū. 19. dicens: Ne reputes mihi Domine iniquitatē, neque memineris iniuriarum serui tui, agnosco enim seruus tuus peccatum meum. Et idcirco primus hodie veni, descendique in occursum Domini mei Regis. Respondit Abisai: Num pro his verbis non occidetur Semei, qui maledixit Christo Domini? Et ait David: Ergo ne hodie interficietur vir in Israel? An ignoro hodie me factū Regem super Israel? Et dixit Rex Semei: Non morieris, iurauitque ei. Tempore opportuno accessit Semei. Sed eo tempore accessit hic latro, qui ante Christum offenderat, & vt quidam volunt, blasphemauerat, quoniam Matt. ait, letrones Christum blasphemasse. Sed agnouit peccatum suū, & adorauit Christum Regem, & vitam obtinuit æternā, quia hodie factus est Christus Rex: hodie principatus eius super hume-

Matth. 27.

2. Cor. 6.  
Eccles. 3.

2. Reg. 19.

Matth. 27.

Esai. 9.

I. Cor. 6.



humerum eius: hodie sedit in throno regni sui: hodie impletur  
**Psal. 105.** tum est, quia Dominus regnavit à ligno: crux enim thronus  
 eius est.

**Matth. 11.** Hodie etiam impletur illud Christi Domini: Regnum ca-  
 lorū vim patitur, & violenti rapiunt illud, quod à diebus Ioan-  
 nis Baptistæ factum Christus dicit, quod Soto in quarto ait, di-  
 ctum esse, propter pœnitentiam, quam Ioannes prædicavit, ha-  
 bet namque hoc pœnitentia, ut vim faciat regno cælorum. Et  
 ratio, inquit, est: Quoniam cum ceteræ virtutes, quasi via re-  
 gia per mandatorum obseruantiam, & perseverantiam ducant  
 in regnum cælorum: pœnitentia tamen, quasi vim cælo facit,  
 dum repente facit ex hoste hæredem, & in puncto cælum aper-  
 rit, quasi eius fores confringens. Sic Cyrillus miratur, quos la-  
 bores, quæ opera præstitit latro, ut repente cælum raperet.  
**Cyrillus.** Bernard. O quis cum latrone isto, latro effici posset, quæ vnus  
 gemitus rapere cælum fecit! Verè optimus hic latro fuit, fu-  
 ratus in cruce cælum. Reliqui latrones vsque ad suspensum  
 furatur; sed hic suspensus in cruce furatur; nec minimū quid,  
 sed integrum regnum cælorum. Vile quid furatus fuit Adam,  
 dum pomū rapuit è paradiso; sed latro integrum paradilum.  
**Bernar.** Rachel idola patris furata est; sed hic Deum verum. Explorato  
**Genes. 29.** res furati sunt botrum, quem in ligno inter duos viros tulerūt;  
**Nume. 13.** sed hic furatus est eum, de quo dicitur: Botrus cypri dilectus  
**Cant. 1.** meus mihi, qui inter duos latrones est. Audacter furatus est  
**1. Reg. 26.** Dauid Lanceam, & Scyphum Saulis: sed hic omnes Dei the-  
**Cypria.** sauros. Vnde Cyprianus: Nullus latro huic valet comparari:  
 nam alij latrocinio vitam perdunt, hic latrocinio vitam rapuit  
 sempiternam. Hæc est autem violenta illa prædatio, quæ Mes-  
**Esa. 9.** sig tempore futuram Esa. prædixerat: Sceptrum exactoris eius;  
 & virgam humeri eius superasti, sicut in die Madian: quia om-  
 nis violenta prædatio cum tumultu. Id est, tu Domine veni-  
 fti ad liberandum nos ab inimicis, sicut Gedeon populum li-  
 beravit à Madianitis: & hoc violenta deprædatione, quia iam  
 venit tempus omnis violentæ prædationis. Et quemadmodū  
 Christus Dominus repente vna oblatione perfecit sanctifica-  
 tos, & cælum quasi per vim aperuit, & infernum expoliavit:  
 ita per eum nobis omnibus omnis violenta prædatio com-  
 cella

cessa est, ut possit quisque cælū prædari vno temporis momen-  
 to, ut hic latro fecit, in quo imitatus est illum. De quo Esa. 8. **Esa. 8.**  
 Voca nomen eius, Accelera, spolia detrahe, festina, prædari.

Sed dubitas, quæ fecerit iste latro, ut tanta assequeretur, ut-  
 que eum imitari possimus? tantam fuit gratiam assequutus, ut  
 dicat August. ex sententia item D. Cypriani, lib. 1. de anima, **Augusti.**  
 & eius origine. c. 9. Latro ille non ante crucem Domini secta- **Cypria.**  
 tor, sed in cruce confessor, de quo nonnunquam præiudiciū  
 captatur, siue tentatur contra baptismatis sacramentum, à Cy-  
 priano sancto inter martyres computatur, qui suo sanguine ba-  
 ptizantur, tanto nonnunquā pondere appensum est, tantum-  
 que valuit apud eum, qui hoc nouit appendere, quod confes-  
 sus est Dominum crucifixum, quantum si fuisset pro Domi-  
 no crucifixus. Tunc enim fides eius de ligno floruit, quando  
 discipulorū emarcuit: illi enim desperauerunt de moriente, il-  
 le speravit in commorientē. Verè non inuenit Christus tantā  
 fidem in Israel; imo nec in vniuerso mūdo. Hæc Augustinus.

Sed quid ais, hic fecit? Multa planè, & admiratione digna: &  
 tribus horis plus Christi societate profecit, quàm Iudas annis  
 tribus: quia non temporis diuturnitas, sed feruor, ac charitas  
 meritum præstant amplius. Origenes super Matth. ait: Non sic  
 re, & factō Christus magna dedit latroni, ut nō attenderet ius,  
 magnumque latronis meritum: multa enim fecit bona, ut au-  
 dired: Hodie mecum eris in paradiso. Sed quæ ista sunt. Audi.

**C** Primum omnium cum in cruce esset, duo ei libera solummo-  
 do erant, cor, & lingua; & hæc ambo Christo obtulit. Parua **Mar. 12.**  
 hæc videntur, sed magna sunt. Sunt duo æra minuta, quæ vi-  
 dua obtulit, quæ plus obtulit, quàm alij, quia totum victum  
 suum obtulit: ita latro vniuersa, quæ habuit, nec enim amplius  
 offerre potuit. Quid pro Christo reliquerunt Apostoli? So-  
 lum retia. Sed quia hoc solum habebant, omnia se reliquissē di-  
 cunt, & plus reliquerunt, quàm Diocletianus imperium relin-  
 quens. Eccles. 15. Secundum datum Dei da illi: id est, quod  
 Deus tibi dedit, hoc offer ei, & multum dedisti, licet parum  
 quid sit: Augustinus. Venale est regnum Dei, tantum valet,  
 quantum habes. Si parua tibi substantia est, non anxieris  
 quod magnas elemosynas facere non potes: sed si exiguum  
 tibi

Tob. 4.

tibi fuerit, exiguum etiam libenter impertiri stude, ait Tobias filio. Hoc enim maximū Deo est, si magnis viribus praeditus non es, ut difficiles subeas pro Christo labores, ne aegre feras, parum quod potes laboris tibi, hoc coram Deo tuo magnum erit. Nemo ergo causetur, & dicat, minus possum: qui enim est, qui min⁹ possit, quā hic latro, cui lingua solum, & cor supererant? Et tamen hic multū habuit. Orige. Maxima dona obtulit latro Deo, omnia quae habuit, cor, & linguā, corde credidit, & sperauit, lingua confessus est. Et quando solum cor efflet, si aliud quod offerret, non haberet, hoc Deo satis fuisse: quod enim ille maximē à nobis quaerit, cor est. Fili praebemihicortuum. Hinc Ansel. in meditationibus: Aufer Domine à me, si velis substantiam, manus, pedes, oculos, solum relinque cor, quo te diligam; hoc enim solo tibi placebo.

Orig.

Rom. 10.

Prou. 13.

Ansel.

Sed sigillarim nobis explicandum est, quomodo cor obtulerit, & quae in eo apparuerint virtutes excellentes. Et primū expendamus verba, quae cum Christo habuit. Memento, ait, mei Domine dum veneris in regnum tuum. Considerāda primum eximia eius fides, dum eum confiteretur Dominum, Regem caeli, & Deū verum, cū ab omnibus negatur, etiā à Petro; cū blasphematur ab omnibus, eū laudat: cū deserit ab omnibus eū comitatur: cū spernit ab omnibus, eum magnificat, hoc autem Christus plurimi fecit, & meritò, Inter alia, quae perpetua memoria Dauid conseruauit, & testamento reliquit Salomoni, vnum illud fuit: Filijs Berzelai reddes gratiam; quia occurrerunt mihi, quando fugiebam à facie Absalon: & erunt semper comedentes in mensa tua. Hoc magni habuit Dauid, cum ab omni Israele desereretur, suscipi à Barzelai, & filijs eius, hoc etiam Christus Dominus plurimi duxit, quod cum ab omnibus desereretur, à latrone agnosceretur, & susciperetur. Cum enim Rex à regno vniuerso colitur, magnum non est, quod tu eū colas; at cum ab omnibus deseritur, si tu eum suscipias, hoc dignum magnis beneficijs. Sed precor te, ô latro, quem Regē dicis? qualis Rex hic? vbi thronus? vbi aula regia? vbi vestes regiae? vbi ministri? Lynceos oculos fides habet. Meritum fidei, ait Grego. est cum Deo credis, etiam nulla alia adhibita ratione. Ex quo maximē fides latronis cōmendatur. Credidit Abraham

3. Reg. 2.

simile.

Greg.

Rom. 4.

Aham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, sed credidit Deo de caelo loquenti sibi. Credidit Esaias Deo, sed illum videt in mirabili throno Seraphinis circumdatum. Credidit Moyses Deo, sed plura ei dedit signa in rubro, & in monte. Credunt discipuli, sed mirabilia facienti, transfigurato, & patris testimonio commendato. Sed latro credit Christo, non de caelo loquenti, sed in cruce pendenti non in throno excelso existenti Seraphinis ministrantibus, sed in cruce tortoribus circumsepto: non transfigurato in Thabor, sed defigurato in Caluario. Verè magna est fides tua, tu enim agnoscis Deum, cum Esaias dicit: Nec reputauimus eum, cum absconditus vultus eius, tunc velum humanitatis penetrasti, & diuinitatem agnouisti, & quasi optimus latro fidem Synagogae surripuisti, & cum ea Christum Dominum.

Rom. 4.

Esai. 6.

Exod. 3.

Esai. 33.

B Sed ex hoc collige, qualibus moueretur affectibus latro, erga Christum sic agnitum. Nihil est, quod sic humanum cor moueat, ac aspectus Christi Domini in cruce, cum fide viua consideratur, ut sanctissimus euadat, qui illum intuetur, & qui nouerunt, vel à longe Christum considerare in cruce patientem, ex eo viso miram consecuti sunt sanctitatem. Vide, quid hæc consideratio valuerit, in Augustino, Bonauentura, & in vniuersum in sanctis omnibus, quorum nomine Paulus ait: Nō enim iudicauimē scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christū, & hunc crucifixum, & ut durus Thomas in mentem redeat, suscipit, ut ei ostendat manus, & latus. O si nobis Deus concederet, ut illuminatis oculis inspiceremus Christi vulnera, & videremus amorem diuinum, qui per illas fenestras ostenditur mundo, sine dubio durissimus quisque conuerteretur, & sanctissimus efficeretur.

1. Cor. 2.

104. 21.

Ex quo colligere licebit, quid nā in latrone operaretur visio illa tum fidei, tum corporis oculorum, quibus illud cernebat in praesentiarum fieri. Si enim sic vulnerat à longè hæc intueri, & audire, cum iam Christus in caelo est, quomodo vulneraret latronis cor, cum illud praesens intueretur? Sed quam vim in cordibus nostris hoc diuinum beneficium habere deberet, quis explicet? Si beneficia naturalia mouent, quomodo vrgere te deberet hoc immensum beneficium, quod Deus se pro te tradide-

rit in mortem crucis? Tam immensum hoc beneficium est, ut quasi nos cogat, vimque voluntati inferat. Quis enim tueri se poterit à violenta sagitta absque peccato, imò auferente peccata, Christo Domino in cruce posito, qui si ibi solū positus fuisset etiā sine vlllo dolore, ac vulnere nos feriret, sed ut nos violentius vulneraret, & omnino sagitta esset. Apponuntur ei clavi in extremis corporis, manibus, scilicet, & pedibus, ut sagitta ferro acuto terminata sit fortissima, & à manu Dei in nos iaculata cum sit, nullus protegere se possit ab eius ictu, & à calore amoris tanti: nec sit æs, aut ferrum, quod non penetret. A longe in nos iacitur sagitta ista, ut anima charitate vulnerata sit, sed prope vulnerauit latronem, & ided eū summo vulnere affecit: sic etiam prope vulnerauit Mariam, discipulum, Magdalenā, quos omnes noluit Deus, ut martyrium subirent, nec manu perfectoris occumberēt. Illis enim fuit illud compassionis martyriū sufficiens, sic enim vulnerati sunt, ut aliud martyrium ab eis nō peteretur. Hoc verò etiam latro subijt, Christo maximè compassus, quia in eadem damnatione cum esset, maximè compatiebatur Christo Domino, cum similes sustineret labores.

Vidimus eius fidem, inspiciamus iam eius charitatem, & zelum. Conuersus ad socium ait. *Neque tu times Deum, qui in eadē damnatione es etc.* Cum dies iste passionis fuerit dies summę deordinationis, quę vnquam fuerit, aut erit, dū Deus occiditur; omnia similiter quasi cōtrario ordine, si cōmunem cursum rerum attendas, sunt. Moritur vita, discipuli fortes fugiunt mulieres infirmę Christum comitantur: Petrus negat Christum; latro confitetur: prædicatores legis blasphemāt: latro prædicat, sol obtenebrescit, petrę scinduntur: Apostolus hodie latro factus est, Christū vedens: latro verò è cruce prædicator efficitur, & Apostolus, Christū laudās, & sociū admonēs criminis Chrysof. Inierant societate duo hi latrones, ut omnia cōmunia eis essent, quę furati fuissent: & cū societate hanc vsque nūc conseruassent, latro qui modo rapiebat paradysum, cū socio illū diuidere vult, sed alter recusat. Maxima latronis charitas, ait Chrysof. priusquā sibi quicquā petat, curat sociū lucrari, quę insignis est charitas. Deoque gratissima. Nihil enim Deo gratius exhibere

possi-

**A** possumus, quā proximū iuuare in salutē æternā: sic enim facimus, ut Christi sanguis in eo nō deperdarur. Sed iā pauci inueniuntur, qui zelo Dei moueātur, ut Phinees in fornicarios, ut Samuel lugēs Saul, ut Iob offerēs pro peccatis filiorū sacrificia, ut Moyses qui curet de Aegypto educere Israel, qui ut Hieremias deplorans populi captiuitatē. Et ideo res publica peccatis plena, quia correctio fraterna nō est, nec amicus quę vera sunt, dicūt, nec quę salatis sunt, admonēt. Cū à Platone interrogaret quispiā, quā in re ei posset maximè obsequi, ac placere, respōdit admonere me eorū, quę videris me male agere, aut dicere. Hęc vera amicitia est, curare, ut amicus Deo placeat, & salutē consequatur æternā. Hic verò latro audiēs blphemātē sociū, eū corripit, nec tu times Deū: sed quod timore Dei careat, eū carpit, quia timor Dñi principū sapiētia. Ided legē daturus, terribiliter loquutus est, & audita sunt tonitrua, & lex plena minis est, ut timore populus coherberetur à malo. Et quia obstetrices Aegypti Deū timuerūt, eis Deus benefecit. Et Abdias dispensator Achab ait ad Eliā: Seruus tuus timet Deū, & Tobias ab infātia filii docuit timere Deū: nā qui sine timore est, nō poterit iustificari. Dubitatū à multis est qua ratione cū præceptū Deus poneret voluerit primis parētibus, illud posuit, ut ex arbōris fructu nō māducarēt, quę res indifferēs erat, & parui momēti? Respōdetur, bonū, & malū operū nostrorū nō tā pēdet ex hominū commodo, aut incōmodo, quā ex diuinę maiestatis obediētia, vel offensa. Vnde cū pauperi subuenis, non tā laudandus es, quod eū iuueris, quā quod Deo in hoc obedieris. Similiter cū fratrem lædis, nō tā vitio datur, quod ei malum fecisti, quam quod Dei præceptum neglexeris. Vnde Psa. 50. cū adulterij, & homicidij veniam peteret, ait: Tibi soli peccaui, quia licet iniurius fueri viri & uxori, tamē hoc collatū diuinę offensę, nullius momēti erat. Hinc Theologi summā inferni pœnā damni applicant auersioni à Deo, cōuersioni verò ad creaturas minores, scilicet, pœnam sensus: & infinita, æternaque pœna peccati datur propter Dei offensā, nā creaturę offensę finita pœna fieret satis. Ideo Dñs primis parentibus eam instituit legem, quę ex se nihil religionis, sed solū ex diuina obedientia bonitatē haberet, ut in eius obseruatione solā Dei obediētia exercerēt, & in inobediētia solus

Zz 2

Dei

Num. 25.  
1. Reg. 16.  
Iob. 10.  
Exod. 13.  
Thre. 1. 2. 3.

Plato:

Prouer. 1.  
Exod. 19.  
Exo. 1.  
3. Reg. 18.  
Thob. 1.  
Eccles. 12

Psal. 50

Chrysof.

Dei cōtēptus interesset. Ex hoc vero timore, & reuerentia ad Deum omnia bona promanant, ex opposito verò omnia mala, & peccata: amisso enim Dei timore, ac reuerentia, nihil hominū boni restat, & in omnia peccata prolabitur. Non est Deus in conspectu eius: inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore, ait Psalm. Quid enim est in causa, quod duo hic sunt sub eadem fide, & religione, ac Ecclesia, & alter peccatum vllum non admittet quacunque ex causa, alter verò mille perpetrabit peccata pro nihilo, nisi, quod ille fidei habet diuinum timorem ad iunctum, & timor Domini expellit peccatum Eccles. primo, alter vero timore hoc caret, sine quo fides mortua est? Vnde scit mortuum corpus omnibus est clamoribus furdum, omnique sensu priuatum, sic isti nulla concionum vi, nullis plagis, & doloribus commouentur. Cuius rei exemplum in peruerso latrone patens est, qui supplicio suo non mouetur, nec obscurato sole, petrifque scissis. Ideo ad eum focius, neq; tu times Deū? Habet verò magnam emphasim verbum illud, *neque tu*. Quasi dicat, quod hi, qui circumstant nos. Deum non timeant, non tam est mirum, sed tu qui iamā moriturus es, & rationem redditurus, nūc mala facias? Tu qui simile supplicium pateris, quo deberes discere misericordiam, quæ tali tempore est exhibenda afflicto. Summum est enim malum prope mortem esse, nec tunc respicere velle. Hinc Esai. Quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Tales sunt senes adhuc pueri sensibus, & actibus suis, cū scriptum sit: Ante iudicium præpara iustitiam, id est, cū appropinquas iudicio, rationes tuas præpara. Job. 32. Indignatur Eliu. Sperabam, quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam: sed vt video, non sunt longevi sapientes, nec senes intelligunt iudicium.

Secundo colligitur maximi esse criminis inter flagella Deū non agnoscere: quod multis verbis dicunt amici Iob tam longa disputatione, putantes eum huiusmodi esse. Hoc verò Deus maxime odit. Hieremias quinto: Percussi eos, & non doluerūt, disciplinam accipere renuerunt. & Psal. 34. Dissipati sunt, nec compuncti. Et Esai. nono. Perdiidi populum meum, & non est reuersus ad me, & iterum: Frustra percussi filios vestros discipuli

nam

A nam non receperunt. Et cum grauissimè egrotaret Ochozias, nec sic, ait scriptura, reuersus est ad Dominum. Contra Manases ad Deum cōuertitur, cū in tribulatione est, & Ionas in ventre ceti. In tribulatione ad Deum non reueri, insensibiliū est. Addit verò nouus hic prædicator.

B Et nos quidem digna factis recipimus, hic uerò quid male fecit? En agnitionem criminis sui, iuxta illud: Veruntamen scito, quid feceris, en acceptat mortem patienter in pœnam peccatorum, cū ait. Digna factis recipimus. Optima pœnitentia illius fide ornata, charitate decorata, humilitate commendata, detestatur peccata etiā in socio. Christum, & eius iustitiam commēdat dicens: Hic quid malificit? Similis hæc cōfessio illi: Qui peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Dicere ei possumus: Beatus es latro, quia caro, & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater, in medio omnium inimicorum Christū prædicat. Hunc laudum suarum præconem Christus eligit: qui enim peccatores saluos facere venit, à quibus nisi à peccatoribus commendari debuit? A Petro, à Paulo, à Magdalena, Matthæo, Latrone, Samaritana adultera. Cū ergo te videris tribulari, dic, Ego digna factis recipio. Abstulit Saulis scyphum, & lanceam David: posset quæ vitam eripere, nec abstulit: quod agnoscens Saul, iustum vocat David, & merito. Quæ à te Deus abstulit, etiam si vitam, si substantiam, si honorem? An non scyphus, & lancea hæc sunt? Auferre potuit vitam æternam, & tu hoc merebaris: gratias age, & dic, Nos digna factis recipimus. Versus ad Christum ait.

C Domine memeto mei, dum veneris in regnum tuū. Recordare Domine negotij mei. Vide eius humilitatē. Indignum se putat regno, nec illud petit, sed tantum, memento mei. Sic Ioseph ait pincernæ Pharaonis: Memento mei, cū tibi bene fuerit. Sed pincerna oblitus est interpretis sui, nō tamen Christus, qui multo plura donat, quàm petatur, vnde ait.

Hodie mecum eris in paradiso. Petijt ab Alexandro miles dotē filix, ille verò triginta talēta donat dicēs, Alexadrū daturū semper vt Alexandrū. Ita nūc Christus Dñs vt Deus dona largitur, dicens, Hoc &c. Iā incipit mūdus nouus, iā promissa noua promissa Dei hucusq; de terra erant, vinū, oleū, triticū promittebātur,

Psalm. 6.

Eccles. 1.  
simile.

Esai. 65.

Eccles. 18.  
Iob. 32.Hier. 5.  
Psalm. 34.  
Esai. 9.

da est, quæ non alijs diebus conceditur. Addit mecum, ego comitabor te. Quod si tali socio comitatus non ires, periculum maximum tibi immineret, sed cum mecum ieris, recipieris in paradysum propter socium, quæ defers. Mihi profecto mirum non est, hunc latronem tali die resipiscere, sed mirandum potius alterum, & omnes, qui aderant non resipuisse. In die enim tantæ misericordiæ, & cū Christus, & Maria adessent lecto illiusini qui latronis, & sanguis Christi fundebatur, & tot mira fiebant: adhuc tamen ille non conuertitur, hoc te pauere magis faciat, quàm vane confidere, alterius conuersio. Regula generalis illa est: Mors peccatorum pessima. Nihil tam facile est, quod hora mortis benefici ac commode queat. Quid enim facilius facta, quid notius quàm manum ori ad mouere? At hora mortis hoc nescis facere, hoc obliuisceris, quomodo ergo res tanta, qualis conuersio tua est, tam difficilis, tam tibi inuitata tunc efficitur à te? Cùm ergo sanus, & integer es, tibi consule, vt tunc misericordiam inuenias in auxilio opportuno. &c.

*Psalm. 33.  
Simile.*

## In cœna Domini.

*Cum dilexisset suos, qui erant in mundo in finem dilexit eos. &c. Ioan. 12.*



Erba ista quasi igniculos quosdã, & scintillas amoris ex se emittunt: A Ethnæ monti sunt similia, qui ignem spirant, silex sunt, ex quo ignis procedit quolibet ictu. Cùm, inquit, dilexisset suos. Sed num in ter hos Maria? Vtique & omnium prima, quasi illa quæ plus est Dei, quam omnis creatura. Omnes aliquando alterius fuimus Domini, saltem cùm in peccato originali fuimus: Sed Maria semper Dei. Sic loquitur ad eam sponsus. Pulchra es amica mea, columba mea, formosa mea. Vide quã Dei sit, cum millies eam dicat suam, quia nulla pura creatura tot titulis, ac nominibus Dei est, ac Maria. Beata plane mulier, ac be-

*Gantic. 2.*

A nedicta, & benedictus, qui te tam suam fecit. Nec verò ideo nostra non erit, imò, quia Dei est, ideo & nostra est, & omni nostre subueniet necessitati. Voluit aliquando in nuptijs subuenire pauperibus: petijt tunc à filio dicens: Vinum non habent, ei nõ negatur, quod petit, nec enim fas est, filius matrem talem auertat, sed differtur aliquantulum, & vt petitio differatur, audit: Non dum venit hora mea. Sed nunc hæc excusatio non est: sciens enim Iesus, quia venit hora eius, dicere non poterit, nõ dum venit hora mea, petat ergo Maria, & continuo obtinebit gratiam.

*Ioan. 2.*

Omnia dicta, & facta Christi amore sint plena, omnia igne amoris spirant. Et vt hoc significaret, perpetuo in igne antiquis apparuit, adedvt diceret, Deus noster ignis cõsumens est, vt hoc facto ostederet, cū in mudo in vera humanitate esset apparuitus, plenū fore igne amoris, ac dulcedinis, ea tñ quæ in vitæ fine fecit, & dixit, singulari ratione amorem redolēt. Hoc differt motus naturalis à violēto, quod violētus initio quidē velox est, sed paulatim remittitur, & tãdem deficit. At naturalis quo plus procedit, eo velocior est, vel propter minorē medij resistentiã, vel propter influētias eū iuuantes, quæ prope cẽtrū magis vigent, vel propter cẽtrū, si vim habet attractiua, vt quidã putat. Amor noster, & motus in Deū post peccatū est quasi violētus, & inde est initia feruida esse, sed citò remitti. Amor verò Dei in nos naturalis est, ideo quo plus procedit, eo velocior est: plura dilectionis signa ostēdit, & maiora. Et quẽadmodū sol quod plus exaltatur, eo plus lucis, & caloris efficit: sic Christus Dñs ait, Cū exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum. Quod illū è cœlis in terrã descēdere fecit, amor est, lex eius ignea est, in dextera eius ignea lex, amoris, scilicet, & Deus ipse charitas est, & sic quod in schola Chri ediscit, amor est, sicut in schola Adz inobediẽtia.

In finē ergo dilexit eos, ait Cyrilus, id est, in fine plura, & maiora dedit dilectionis signa. Sicut enim auceps, qui aues aliquas nutrit in aliarū venationē, sic eas edocet, illis blãditur, eas cibatur, & aliquãtulū recedēs eas vocat. Deinde eas cibatur, amplius, ampliusq; blãditur, & plus recedēs eas euocat, vt ad manū veniãt. Tandē sumis, ac maximis blãditijs vsus lōge recedit, & à colle eas vocat: quod si ad manū venerint, iã plenē edocētē putantur.

*Dent. 4.*

*Simile.*

*Simile.*

*Ioan. 12.*

*Dent. 33.*

*1. Ioan. 4.*

*Cytilus.*

*Simile.*

Sic Christus Dñs discipulos suos nutrebat, vt illis homines veniret: illos ergo fouebat, eis blandiebatur, & aliquatulu recedebat. Sed nũc peregre in cœlũ profecturus, eos sumis blãditijs prosequitur. *In sinũ dilexit eos.* Videre id licebit hodierno euãgelio: Quod ab alijs in hoc differt: quod sicut omnis fons de terra procedens in altũ arenã ebullire facit, sed aliquãdo tãtus est egrediẽtis aquæ impetus, vt nõ arenã tantũ, sed & prægrandes lapides in altũ tollat, sic omnis euangelica doctrina aqua est sapientie salutaris, saliens in vitam æternã, & in carnã eleuans hominũ corda terrena. Sed in hodierno Euangelio tanta est vis ostentã amoris, vt vel durrissimos peccatores in altum euehat.

simile.

Exol. 13.

simile.

Matth. 26.

Luc. 22.

Iob. 7.

Esai. 40.

simile.

*Ante diem festum pasche.* Est enim phase, id est, transitus Dñi. Sed quis hic dies paschæ? Crastinus quo in cruce ponetur, & hic cine festus dies Christo? Vtiq; cũ ex corde aliquẽ diligis, ille tibi dies festus est, quo amorẽ tuũ illi declarare potes, & ei insigniter benefacere. Dies ergo passionis, & summi doloris pascha Christo Domino est quia eo die summum in homines ostendit amorem, eisq; insigniter benefecit. Dicebant Pharisei. Nõ in die festo, sed eis renuentibus in die festo patitur Christus, ei enim pascha passio est. Desiderio desiderauit hoc pascha manducare vobiscum. Eius nomine dixit Iob. 7. Sicut ceruus desiderat vmbra, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumerauit mihi. Vocat tempus vacuum, quod passionem præcessit, non quod vacuum esset meritis, sed quia nihil eius implebat desiderium, donec in passionem veniret, qua redemptio humani generis concluderetur. Vnde oculi eius semper hunc respiciebant diem. Esa. 40. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo, opus eius dicitur passio, & redemptio humani generis, hoc verò opus coram eius oculis semper erat. Et quemadmodum si tibi diceretur, tali anno, tali die exaltandus es in Regẽ, semper diem illum præ oculis haberes: sic Christus diem passionis præ oculis habebat, opus eius coram illo, & idẽ in natiuitate exultauit vt gigas ad currendam viam, quia erat vespera huius diei. Et cũ in die paschæ omnis homo desideret quiescere, delectari, ac gaudere, Christus Dominus ea die in cruce esse voluit, vt nobis lætitiã

redem

A redemptionis paret. Si forte aliquis hic nunc est, qui pascha desideret, vt iterum peccet, iterum in pristinam redeat vitam. Vide quantum discriminis sit inter te, & Christum, ille pascha desiderat, vt pro te patiat: tu vt in eum pecces. Hinc ergo tibi colligendum est diem tribulationis, ac passionis diem esse tibi solennem, diem festum, diem paschæ: is enim tibi dies est, in quo amorem in Deum ostendas. Hoc nos hortatur Iacobus. 1. Omne gaudium existimate fratres, cũ in varias tentationes incidertis. Hinc didicerunt Apostoli, vt irẽt gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ideo monet 1. Pet. 4. Communicãtes Christi passionibus, gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.

Idc. 2.

Act. 5.

1. Pet. 4.

*Sciens Iesus, quia uenit hora eius.* Sed quid est, ò Dñe, quod horam mortis, tuam horam appellas? num Domine quod eam desideres, vt à vita tam amara sis liber? Iob ait, Tædet animam meam vitæ meæ. Esaias fugiens Iezabelem, petiuit animæ suæ, vt moreretur. Et Thobiæ 3. orat Dominum, Expedi mihi mori, magis quam viuere. Et Paul. licet tanta arderet charitate ait: Supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Quibus consonans Sapiens ait: O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti Eccles. 41. Et ipse Christus aliquando dixit, O generatio incredula, quandiu vos patiar? quandiu apud vos ero? Num ergo Domine tædet te vitæ tuæ? Hominum confortium ferre non potes. Num hac ratione mortem desideras, & eius horam dicis horam tuam? Certè non hac ratione mortem expetit, nec eius horam suam dicit. Hoc verò ostendit manifestè immensa Christi charitas in immensum excedens omnes dolores, & labores. Totum ei parum videbatur præ amoris magnitudine, plus quàm Iacob. Aquæ multæ non potuerunt extinguere Charitatem, nec flumina obruẽt illam. Dolorum finis fuit, non amoris, quia in charitate perpetua dilexi te, cũ in medio omnium dolorum recordabatur. Hæc patior hominum amore, pro eorum salute: omnis ei labor facilis, ac suavis apparet. Et in hunc sensum Doctores non contẽnendi accipiunt illud Christi: Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti. Quasi diceret, tã cito

Iob. 1.

3. Reg. 19.

Thobiæ. 3.

2. Cor. 1.

Eccles. 41.

Marc. 9.

Genes. 49.

Cantic. 8.

Hiere. 31.

Matth. 28.

passio

passio finienda? tam pauci labores subeundi mihi erant.

Simile.

Hanc ergo horam dicit suam propter amoris magnitudinē, propter redemptionis desiderium. Si omnem spheram ignis concluderes in aliqua terræ cauerna, quiescere non posset, donec exiret disrumpens terram mille partibus. Paruus enim aer hæc agere solet. Cū ergo vniuersa deitas, quæ est amor, & ignis infinitus fuerit in humanitate inclusus, nō quieuit, donec qua si disrupta, vt sic loquar, humanitate mille plagis ostensus est amor infinitus. Sicut ergo illud tempus tuum dicitis, in quo impletur desiderium tuum: ita Christus hanc horam dicit suam, quia nunc desiderium eius completum est. Sicut etiam dicitur pharisæorum hora hæc est hora vestra, quia nūc eorum expleta voluntas est.

Luc. 22.

Præterea, *sciens, quia uenit hora eius*. Id est, terminus, diesque designatus, quo ipsi soluedū erat vniuersi generis humani debitū, quod ille quidē non debebat, nec nos cōmeriti fuimus, vt pro nobis solueret, sed sola misericordia exoluere voluit. Hora eius, hora, scilicet, quæ hoc horologium sonuit, quæ in ordinem redegit mundum sine ordine degentem. Posuerat Deus in hominam tanquam horologium optimo ordine dispositum, iustitia originali ornatum, vt ab eo in posteros deriuaretur & omnes ille ordinaret. Sed sicut contingit, horologio male disposito vniuersum populum sine ordine esse, tales nos mansimus deordinati in Adam. Ideo fecit Deus secundum horologium Christum, diuino, ac mirabili ordine, cuius vniuersus cursus fuit amoris, & gratiæ, vt sic homo ordinaretur. In hoc horologio descendit sol decem lineis ad infirmi salutem. Minoratus Deus ab Angelis, & hominibus, sed iam venit tempus, quo hora eius sonet, & completo cursu homo reparetur, & sic nunc soluuntur rotæ, & velocius mouentur, pluribus amoris signis datis, sonabit quàm citissimè horæ, horam misericordie, nō fuit, nec erit hora huic similis. Sicut scribæ in scripturis conseruant exemplaria omnium scripturarum, insignem verò lignant maiori bus literis, alijque insignioribus notis. Annales sunt in diuina memoria omnium successuū. De quibus dicitur Apoc. Aperti sunt libri, & iudicati sūt mortui ex his, quæ scripta erāt in libris, sed ex vniuerso tempore nulla hora à Deo insignita ac signata est,

Simile.

Esa 38.

Simile.

Apoc. 20.

**A** est, vt hora ista. Hanc notarunt omnes prophetæ, omnes prophetæ prænuntiarunt Christum pati. Hanc figurauerunt vniuersa sacrificia. Hæc fuit mundi remedium, spes omnium. Hæc decantant sancti in cœlo in æternum, ei tribuētes vniuersa, quæ possident bona. Vnde dicunt: Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo &c. Vocat Iob maledictam horam natiuitatis suæ propter peccatum. Sed hæc hora benedicta, quia in ipsa deletur peccatum, & iniquitas, & finem accepit præuicatio, & ad ducta est iustitia, sempiterna. Hæc horam reuelauit Deus amicis suis, in spem, & consolationem. Abraham exultauit, vt videret diem meum. Diem suum dicit horam suam. Et licet hæc sit hora pharisæorum, & sit hora nostra, quia in ea remedium est nostrum, sed adhuc suam dicit, magis enim illius est, quàm nostra, & Iudæorum: plus enim ille sitit sanguinem fundere, quàm pharisæi effundere, plus redemptionem nostram, & bonum nostrum, quàm nos, ipse desiderat. **B** O immense hominū amator, meam dic horam hanc, non tuam: tibi enim quid commodi accepisti ex ea? omnis dolor irruit in te, mihi omne commodum, omne bonum. Ideo ait Christus, mea est, quia tua est, quia tibi proficua, magis mea quàm tua, nulla hora minus illius est, quàm hæc, nulla magis nostra. Vide Dei in te dilectionem. Mortem suam, quia vita tua est, dicit vitam suam, tormentum eius: quia tuum est refrigerium, dicit refrigerium suū ignominiam suam: quia est gloria nostra, dicit gloriā suam: omnino nostra hæc hora est, sed ideo eam suam dicit.

A. 3.

Apoc. 5.  
Iob. 3.

Dan. 9.  
Ioan. 8.

**C** Præterea horam passionis, & doloris suam dicit. Noua hæc lingua in mundo est, nouumquè nomen. Ijs qui huic sæculo conformantur, sic videtur, quibus contigit illud secundo Esd. decimotertio quia Israelitæ nupserant alienigenis, filij eorum ex media parte loquebantur Azotiè, & nesciebant loqui Iudaicè, & obiurgauit eos, & maledixi. Si chodie fidelibus multis contingit, vt ex media parte loquantur fideliter, ex media gentiliter in his, quæ fidei sunt, vt fideles loquantur, in moribus verò vt Ethnici, sanctè loqui nesciunt, venit Christus vt Nehemias legislator, vt hanc corrigat linguam, & tanquam potestatem habens nomina imponit noua paupertatem, lachrymas, persecutionem beatitudinem dicit, horam passionis suæ.

2. Esd. 13.

Sic

Sic loquendum est, si Christiane est loquendum. Gloria nostra crux est, at contra loquela tua manifestum te facit, dum honores ambis publice, dum vindictam consulis, & expetis, dum diuitias magno in pretio habes, dum crucis inimicum te ostēdis, dum pati omnino recusas, an cum sic loquaris, non gentiliter loqueris. Vt ergo Christus locutus est, tibi loquendum est, hæc Christiana lingua est.

*Vt transeat ex hoc mundo ad patrem.* Transit Christus mirabiliter, nec alius sic transijt. Transire enim ab vno extremo in aliud dicitur, cum idem qui fuerat hic, est in alio loco. Non sic homo moriens transit, quia non manet idem suppositum mortuum, quod fuerat viuum. Christus verò singulariter transit, quia idem diuinum suppositum quod fuerat in vita viuum, manet postea mortuum. Nec verò ille solum transijt, sed multa alia transire fecit. Primo enim nos ad patrem transire fecit. Sicut enim Phœnix se igni tradit, vt species consurgatur: sic Christus vt nos seruaret, & transferret ad patrem. Transitu suo Christus Dominus aperuit nobis viam vitæ. Ante Christi mortem non erat transitus in vitam: & sic mors erat mors, & finis, sed iam est transitus à morte in vitam. Hoc iam est verum phasæ. Antiquum enim erat transitus ab Ægypto in terram promissam. Sed hoc à mundo ad patrem. In illo Moyses cum virga viam fecit per mare Rubrum, & omnes Israelitæ eum sequuti sunt. Sed in hoc Christus Dominus cruce sua viam aperit nobis, ne morte detineamur, vt antiqui patres descendentes in limbum. Et præterea iste transitus innumeros alios fecit transitus vmbrarum, & figurarum in veritatem Euāgelij, legis in gratiam, sacerdotij in sacerdotium. Translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat. Transtulit verò Christus in se sacerdotium antiquum, factus in passione sacerdos in æternum, qui vna oblatione cōsummauit sanctificatos, & tandem transire facit homines à peccato in gratiam, à terra in cœlum. Contingit Aliquando copiosam niuem in montem descendere, per quem via est in regnum aliud, sed niue via impeditur, ne vllus transire possit. Detinentur viatores omnes in oppido, vel diuerforio, quod ad radices est montis, donec sereno tempore, & tranquillo aliquis viatorum viæ ignarus accin-

git

**A**git renes, & viam aperit: illum verò omnes reliqui sequuntur, eius vestigijs in hærentes: Impedita via erat à terra in cœlum propter peccata. Venit verò Christus, & peccata tollens, transit ex hoc mundo ad patrem, viam initiauit nouam, vt omnes transeamus. Hebræorum decimo. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum, in sanguine Christi, quã initiauit nobis viam nouam, & viuente per velamen, id est, carnē suã. Christus ergo passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Sed & quoque anno hoc tēpore omnes ferè fideles transeunt à peccato in gratiã, à gratia in ampliorem iustitiã. Sed est ne hic aliquis, qui non sequatur Christum transeuntē? Est ne quispiam peccator, qui in peccato maneat? Manes, o peccator, manes ne? Quadragesima, transit, Christus transit, innumeri cum eo transierunt à peccato in gratiã, & tu in peccato manes? Aliquãdo nauis magna in mari rupē offendit, in qua miserè perit, tunc omnes viatores, qui ea vehebantur, periclitari incipiunt. Sed diuina prouidētia illis in summo periculo versantibus accedit eo nauis alia, & recipit eos, qui in vitæ discrimine erant, antequã suffocētur. Quis tã amens qui nolit intrare in hæc secundam nauim? Quod si quis sæpe ab amico rogatus, nollet ei manũ dare, vt à periculo eriperetur, & maneret in maris fluctibus, cum morte colluctans, transiretq; nauis eo relicto, amicus diceret ad eum: O miser quomodo sic manere voluisti? Omnes amissa innocentia primam nauim perdidimus, quæ fracta est, venit secunda pœnitentiæ nauis, secunda tabula quæ plures nunc colligit, & tu sæpius rogatus à Deo, & ministris eius es, vt in eam intres: nec voluisti, & in peccato manes cum morte luctans. O miser, & miserande, cæce, amens. Quis modo captiuus tam amens esset, qui videns Regē Hispaniæ eo deuenisse maxima cum clasi, vbi ille captiuus tenetur, vt captiuos eripiat, vincit Turcas, captos è carceribus educit: quis tunc nolit cum Rege in patriã redire? Audi, quid Christus fecerit, vt nos à peccato eriperet. Cōtriuuit portas areas: & vectes ferreos cōfregit, suscepit eos de via iniquitatis eorũ, & tu adhuc captiuus manere vis, & vacuum Regem remittere? Vt dicere possit: In vacuũ laboraui, sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi. Cum Christo ergo transeunte transeamus omnes.

Cum

Simile.

Exod. 13:  
C. 14

Simile.

Hebr. 10.

2. Pet. 4.

simile.

Simile.

Psalm. 106.

Esa. 49.



*3. 22. p. seq.*  
**Dionys.** Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Id est, summa amoris signa dedit. Hoc verò dicit primo propter Eucharistiam, quam nunc in cena instituit. Cum enim amoris vis sit vnire amantem amato, vt Dionys. 4. de diuin. nominibus ait, in hoc sacramento maxima fit vnio, qualis est inter cibum, & cibatum, & hæc tanta est, vt non sit tanta inter brachium, & corpus: quoniam cibus in vniuersum diffunditur corpus, & vnum omnino efficitur cum cibato, & sic in finem dilexit implens omnem amoris affectum. Duplex erat in Christi corde affectus ex amore procedens. Altero desiderabat discedere a mundo, quia sic nobis erat expediens, vnde dicebat, Expedite vobis, vt ego vadam. Altero desiderabat manere: quoniam amor præsentiam expetit, & vnionem, adeò vt cum ad breue tempus discessit à discipulis in horto, dicatur: Auulsus est ab eis, quasi iactus lapidis. Auelli dicitur, quasi si brachium à corpore disungatur, quomodo non auelli dices, cum discederet in cælum, & Ecclesiã relinqueret tandiu? Quid hac in anxietate faciendum? Si primo affectui satisfacit, secundo videtur non posse satisfieri. Humanus vtrique amor, & humana sapientia vtrique affectui nesciret satisfacere, vt patet in patre amantissimo filiorum, qui discedere à domo vult, & in regiam ire, quia filijs ita conuenit, amor ab eo petit præsentiam, & amor item petit discessum, non potens simul discedere, & præsens esse, in finem diligere non valet, nec enim omnem amoris affectum explet. At diuina amor, & sapientia cum sit & ipsa omnipotentia, modò adinuenit quo in finem diligeret, & omni amoris affectui satisfaceret, discessit per mortem, quia expedit nobis, vt ille vadat, & mansit in sacramento Eucharistiæ. Et ita qui dixit, expedit, vt vadam, dixit etiam, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Sicut enim sponsa licet multa, ac pretiosa ab sponso recipiat, non ei satis sunt, si ille discedit, nihil enim præsentiam illius compensare valet: ita licet plura sacramenta, ac gratias Christus Ecclesiæ suæ relinqueret, ei satis nõ esset, ni ipse præsens maneret. Iuit ergo, & mansit, diuina amoris diuini adinuentio, cui nos respondere debemus desiderio eũ suscipiendi in eucharistiæ sacramento frequenter, vt illi vniamur, & in eũ conuertamur. Amicus est tibi dilectissimus, & nullum dul-

**Ioan. 16.****Luc. 22.****Simile.****Matth. ult. simile.****Simile.**

**A** dulcem cibũ capere potes, qui tibi suavis fit, quin amicus etiã illius particeps fiat; & aliquã illi partem porrigas. Audi Christum simile quid facientem, implentem quæ illud Iob: Si comedi buccellam meam solus, & pupillus non comedit ex ea? Consecrauit Christus in cena corpus, & sanguinem suum, & statim prior ipse comunicauit, & se ipsum suo ore sumpsit, non est in eo aucta gratia ex hoc, quoniam ante infinita erat, nec erat quo cresceret; auxit tamen consolationem spiritus, & exultationem, dulcissimus sibi fuit, quoniam se ille plenissimè degustauit. Cum quæ sibi charissimos discipulos haberet, ait: Accipite vos amici, comedite, & bibite, & inebriamini charissimi. sed addit: Quis nunc hic omnes electos præsentis haberet, vt illis darem hunc cibum, sed cum nõ adsint, illis vos vestris manibus me metipsum tradite comedendum, vt tanta cibi suauitate perfruantur, & gustando experiantur, & videant, quoniam suavis est Dominus. Quid ergo nobis agendum, ad quos talis cibus missus est, nisi illum libentissimè suscipere, ac desiderio desiderare.

**B** Secundo verò hæc verba: In finem dilexit eos, dicit propter mortem suam, in qua summam ostendit dilectionem in finem nos diligens. Vix enim pro iusto quis moritur. Commédât autem charitatem suam Deus. Quod cum adhuc inimici essem, Christus pro nobis mortuus est, quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? Aliquam huius rei videtur habere similitudinem amor David ad Absalon, cum diceret: Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Sed nullo modo diuinum æquauit amorem, quoniam non verbis, sed effectu Christus pro inimicis vitam dedit, & sanguinem. Magnitudinem amoris huius explicat Paul. Ephe. 2. dicens Deum diuitem in misericordia, & amore. Abundantiam enim magnam solet explicare Paul. nomine diuitiarum, Rom. 2. Diuitias bonitatis eius. Homo diues est pecunia, & substantia: sed Deus diues misericordia, & amore. Sed quia amor opere ostenditur, operibus hunc amorem videamus. Duo sunt, quæ facere potest amor, bona facere amato, & mala pro illo pati. Primũ fecerat ante incarnationem, multa bona homini conferens: sed ille modus beneficiendi non erat Deo mirabilis, considerata diuina bonitate

**Iob. 31.****Rom. 5.****2. Reg. 18.****Ephes. 2.****Rom. 2.**

tam propensa ad benefaciendum. Secundum verò, quod est bona conferre multa mala sustinendo pro amato, est plane mirabile. Quod postulabat Psal. 16. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. Verè in hac re mira facta est diuina misericordia, & impletum est illud Esa. 28. vt faceret opus suum peregrinum est opus eius, alienum à Deo pati, mori, sanguine fundere. Hoc vero fecit, vt nos liberaret, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Quod mysterium significauit Ioan. 19. dum ex latere Christi manauit sanguis, & aqua. Nam quia sanguis secundum humanum iudicium non videbatur aptus ad lauandum, additur ei aqua, vt intelligamus inesse vim lauandi sanguini illi: aquam enim ad lauandum vsurpamus. Peccatum macula est animæ carentis fulgore diuinæ gratiæ, sed Christi sanguine ab hac macula lauatur. Hoc hodie dicit Petro: Si non lauro te, non habebis partem mecum. Hebræorum nono. Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, multò magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis.

**Xenophon.** Sed quomodo nos tanto amori rependemus vices? Refert Xenophon, quando Cyrus superauit bello Regem Armenia, cepit filium eius qui nuncupabatur Tigranes, & vxorem eius. Interrogauit Cyrus Tigranem, quo pretio redimeret vxorem, quæ tunc ibi aderat. Respondit Tigranes: Dabo libenter pro illa vitam. Placuit Cyro amor tatus, & ambos liberos dimisit. Interrogauit postea Tigranes vxorem, quid illi visum fuerat de Cyri forma, & magnanimitate; illa respondit: Non ego in Cyrum oculos conuertit, sed in illum, qui dixit, vita sua me redempturum. Sic ergo nos facere oportet, oculos in solū Christum conuertere, qui propria vita nos redemit. Arist. ait: Consolatio amoris non est in vtilitate, sed in redamatione. Hoc maxime à te Christus quærit, vt eum diligas: sicut vxori nimirum virum diligenti, quod durissimum omnium est, si se à viro redamari non videat: & de hac re plus dolet, quam de reliquis omnibus malis. Sic Christus Dominus non sic afflictus est flagellis, clauis, atq; corona, vt ingratitude nostra, & peccatis. Hic

zelus

**A**zelus Dei est, propter què zelotes dicitur in Scriptura. Hinc Iaco. 4. Adulteri, an nescitis, quia ad inuidiam concupiscit spiritus, qui in vobis habitat? Quasi dicat: Ingrati amatores mundi nescitis Deum zelo moueri, cum vos videat alia diligere præter ipsum? Hic zelus comedit Christum, & eum tristari nimium fecit vsq; ad mortem. Pone me vt signaculum super cor tuum, quia fortis est, vt mors dilectio, dura sicut infernus emulatio. Amor Christi fortis vt mors est, quia in fine dilexit nos, & fortior morte ipsa, quæ superauit: sed emulatio, zelus, & inuidia, & dolor qui ex hoc amore nascitur, cum se diligi, & redamari non videt, est adeò durus, vt similis sit inferno, cui nulla pœna comparari valet. Diligamus ergo Deum, quoniam ipse prior dilexit nos.

**Surgit à cœna & lauat pedes.** Si factum hoc interius conspicias, eius significationem, scilicet, plane mirabile reperies. Significat enim hæc lotio illam, quam interius exhibet, misso in peluim sacramentorum sanguine suo: & idèd cum aquam in peluim funderet, intuebatur sanguinem suum, qui fundendus cõtinuò erat, vt à peccatis lauaremur. Sed si exterius hoc opus solum consideremus, admirabile plane est. Habac. 3. Consideraui opera tua, & expaui. O cœlestes spiritus qui maiestatem Christi probe noscitis, eum respicite, qui caput vestrum est, ad pedes deiectum vilium peccatorum, & ad Iudæ pedes. Si Solem, Lunam, & stellas videres descendere, & sub terra poni, si supremos Seraphinos seruos hominum fieri, quid hoc esset comparatione eius, quod nunc conspicias, Deum, scilicet, genu flexum coram peccatoribus? ille cui flectitur omne genu, & sub quo incuruantur, qui portant orbem. Ille, cuius nomini genu flectit cælum, terra, infernus, coram infimis hominibus genu flectit. Quæ modo relinquitur excusatio vili vermi se erigenti? Descendit Rex Niniue de folio suo, ieiunat, induit se cilicio, & omnes eum sequuntur, & Deum descendantem, & humiliatum non sequeris? Tanta erat hominis superbia, vt tam extrema indigeret medicina. Vidit Christus Sathanam tanquam fulgur cadentem de cœlo per superbiam, & ne similiter decidam, humiliat se, vt nos doceat humiliari. Non esse superbum hominem docuit humilis Deus, quia Deus superbis resistit. Vide, quem habeas resistentem, cum cælum ingredi volueris, si superbus inuentus fueris?

Aaa 2

fueris?

fueris? Quid te erigit, ô homo? nobilitas, sapientia, diuitiæ? Aequas ne in his Christum? Ecce Christum, qui est ipsa nobilitas, sapientia, & thesaurus humiliatur; quid superbis terra, & cinis? Dominus tantæ maiestatis, de quo dicitur: Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius, se deicit: quomodo ergo tu iniuriam non remittes? quomodo vanitatem mundi sequeris? quomodo non cedes alijs? Dic obsecro, quòd nam elationis tuæ fundamentum? Nonne vile lutum, quo innitebatur statua Nabuchodonosor? Ignoras ne terram te esse, fundamentumque tuum vile esse lutum? Audi, quid primo parenti, & in eo vniuersis filijs dictum sit: Terra es, & in terram ibis? Contra verò Christus sciens, quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, & quia omnia dedit ei pater in manus, cum hæc nosset adhuc humiliatur; vel quia hæc nouit, humiliatur, vt illud Sapientiæ impleat: **Quanto maior es, humilia te in omnibus.** Dicebat Iob: Ecce Deus magnus vincens scientiã nostrã. Sed nũc ecce Deus paruus, vincens scientiam nostram: plus enim mirabile est Deum videre humiliatum, quàm exaltatum, infimum, quàm magnũ. Sed vide summam deiectionem. Magna incarnationis humilitas, in qua fecit, quod olim Eliseus puerum suscitaturus, qui coniunxit manus manibus, pedes pedibus, oculos oculis pueri. Sed hodie maior est humiliatio, dum nõ pedes pedibus, sed manus pedibus iungit peccatorum, eos lauans. Maxime verò admirationis est, **Quod ante Iudam Christus humiliatur eius pedes lauans.** Sed num eius prodicionem nouerat? Vtique: nam contumud ait: Qui mäducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Et cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Dicens Iudæ prodicionem turbatus est misericordia illius, & protestatus est. Fecit protestationem, testimonium accipiens coram fidelissimo eius scriba Ioãne, quod Iudas sua culpa non Christi peribat. Huius rei necessaria erat protestatio, & testimonium tale. Mirum enim valde erat, vt in die, quo mundus redimebatur, & latroni paradus dabatur, Apostolus damnaretur, & in infernum mitteretur: in die, quo ascendens crucem, omnem gregem suum isæde contemplabatur, pro omnibus offerens seipsum, videret lupum rapientem,

ouem

**A** ouem eius, & deglutientem. Res stupenda hæc est, necessaria est protestatio. Et sic protestatur est, & dixit: Scribe fidelis Scriba, quæ ego in Iudam cõtuli beneficia, & delicias, quot ei adhibuerim medicamenta, vt saluti restitueretur. Scribe in mensa mea me illi dedisse panem intinctum manu mea, quasi mater ei blandiens, cum in principum mensa nõ solet fieri cuiquam singularia amoris indicia nisi grauissima de causa. Scribe, quomodo ante eum genu flexerim, petens, ne in malum iret: quomodo laui pedes eius etiã lachrymis, & eos tenui quasi vi abducens eum à via inferi, quam arripiebat. Scribe me pedes eius lauuisse, & simul manus mudasse meas, vt innocēs ego appareã, & causa me iusta, & feruetur protestatio hæc in hominũ memoriam in æternũ. **O benignissime Iesu, quàm iusta causa tua est cum Iuda, & similiter cum omni illo, qui damnatur.** Merito cuiunque impio dicere poteris: **Quid debui ultra facere vix neæ meæ, & non feci? Dedi sanguinem meum, vt illam irrigarem, facta est contra nos protestatio, sicut contra Iudam, si in viam iustitiæ non reuertamur.** Iam vidimus, quantum sit malũ peccatum, iam nouimus inferni pœnas. Exhibe mihi fidem, & testimonium, Christus loquitur, quod diem passionis dixi pascha meum, quia ea eos redemi. Ipsorum verò pascha fuit me offendere, quod dixi horam meam, quæ erat hominum hora: illi verò horam suam dicebant eam, in qua delinquebãt. **Quod transiui, & eis iter aperui, nec per illud transire voluerunt, nec in nauem recipi, cum viderent se in æternum perituros.** Quod dilexi eos in finem, tradens corpus, & sanguinem eis, & vitam pro eis fundens, & quod quæ potui facere, fecerim. **Quid ad hæc respondebis miser peccator? verè omnis iniquitas oppilabit os suum, vt Psal. ait. Et idèd Dominus de illo, qui veste nuptiali caruit, ait: At ille obmutuit. Idèd accede, gratiam accipe, peccatum dimitte, &c.**

Primus Tom.

Aaa 3

lo

Psal. 107.  
Matth. 22.

## In Cœna Domini.

*Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, &c. Ioan. 13.*

## Concio Secunda.

*Simil.*



**P**roximus iam est Christi discessus ex hoc munde ad patrem: cras enim proficiscitur. Vsu venire solet, vt prope mortē magni principis, vel discessū in longinquā regionē plurima negotia expediantur. Sic hodierna contingit die. Cum profectio, & mors Christi Domini proxima est, plurima peragunt negotia grauissima. Hodie institutum est diuinissimum Eucharistiæ sacramentum. Hodie Missæ sacrificium. Hodie institutū ordinis sacramentū. Hodie finis impetratus est agno paschali, & sacrificijs antiquis. Hodie conficit Christus Dñs testamentum suū. Hodie insigne charitatis, & humilitatis exemplū præbet. Nunc etiā opportunum nobis tēpus est, negotia nostra tractandi, & ex voto absoluendi. Cum proximus morti Dauid esset, accessit Betsabee, & regnū filio Salomoni petijt, & obtinuit. Oremus Mariam matrem, vt nobis regnum gratiæ obtineat, id hodie facile assequetur. A deo enim nunc Magnificus Christus est, vt se ipsum omnibus donet.

In Deo nostro omnē perfectionē esse, ratio naturalis manifeste docet. Cum ab eo omnis creaturæ perfectio emanauit: nemo verò dat, quod non habet. Hinc Dionys. c. 5. de diuinis nominibus: Deus nō est quidē hoc est, hoc autē nō est: sed omnia est, vt omniū causa. Est Deus ipsum esse: & ideò incircumscriptū esse, omni perfectione ornatū. Et hoc significabat nomen illud Iehoua antiquum. Et ideò aiebat ipsi Moyfi: Ego ostendam tibi omne bonum, id est, omnem perfectionem.

Cum ergo amor perfectio sit, sine illo nequaquā esse poterat.

*Reg. 1.*

*Diony.*

*Exod. 33.*

**A**rat. Hinc Ioannes: Deus charitas est. Non eum amantem dicit, sed amorē, & charitatem. Et hanc ita præcipuā habet, vt super omnia attributa sua illam manifestare voluerit: & maiora præstitit dilectionis signa, quam potentia, & maiestatis. Et cum in mundum venit factus homo, licet alia attributa diuina absconderit, dilectionem tamen præcipuē manifestari voluit: imo, vt hæc appareret, cætera occultauit. Et ei accidit quod Sampsoni, cui Dalila capillos abstulit, in quibus eius erat sita fortitudo: & sic eum infirmum reliquit. Ita natura humana, cui ardentissimo amore copulatus Deus est, ab eo abstulit diuinam fortitudinem, atque potentiam, non quidem nudando, sed occultando. Sed dilectionis, & amoris capillum, nec abstulit, nec occultauit: imo cætera occultauit, vt hic magis appareret, & ab omnibus cerneretur. Cum enim Dñs in maiestate esset, non eam dilectionem ostendit, ac factus homo: timendus tunc potius, quam amandus videbatur. Sed descendens exinaniuit se, maiestate & potentia, non amore. Hinc Paulus: apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei. Quasi dicat: Alia attributa occultata sunt. Sed Dei benignitas, & dilectio plus aparuit: & cum plura fecerit, vt potentiam, & sapientiam ostenderet, multo plura nunc fecit, vt amore manifestum faceret. Et qui in mundum venerat, vt hanc ostenderet dilectionem, nunc discedere volens in finem dilexit nos; id est, summis operibus eam declarauit, & tantis, vt quo ultra procederet, non erat. Cuius rei figura præcessit, cum descendit in rubum igne plenum; & dixit: Videns vidi afflictionem populi mei, & descendi, vt liberē eum. Nūc vere descendit homo factus, & humiliatus vsq; ad crucē, vt nos eripiat de potestate tenebrarū. Venit ad spinas dolorū, & tribulationū, & ardens charitatis igne. Quod si olim illud intuens Moyfes ait: Vadā, & videbo visionē hanc magnā. Multo magis nos procedere nūc debemus, vt Deū videamus inter tribulationū, & crucis spinas, amore flagrantē, cū in finē dilexit nos. Quis em̄, nisi amor, Deū in cruce, & angustijs posuit? Et quē admodū virga data olim Moyfi fuit, vt educeret filios Israel de Aegypto: ita Christo Dño crux data fuit, vt potētia demonia confringeret: eam vero immensus amor suscipere fecit.

*1. Ioan. 1.*

*1. Iud. 16.*

*Tit. 3.*

*Exod. 33.*

Poterat quis in dubium vocare, an Christi amor tepuerit, & imminutus fuerit, dum in mundo vixerat. Ad eum enim male susceptus, & tractatus fuit, vt si amore immenso non arderet, mutatus esset. Cum in propria venit, sui eum non receperunt. Locus in disensorio ei nascenti non fuit: & cum natus fuisset, statim Herodes eum interficere curat. Exul in Aegypto fuit, & vniuersa eius vita persecutio Scribarum, & Phariseorum dicitur. Nihilominus tamen in amore perseverauit vsque ad vitam finem: & tunc maiora signa amoris dedit. Quia ratione se ille palmam similem dicit. Sicut palma exaltata sum in Cades. Quia sicut palma, quo magis premitur, hoc magis tollit onus; & cum prope radicem tenuior sit, dum ascendit grossior efficitur: sic Christus Dominus, quod magis premebatur persecutionibus, quod plus in vita procedebat, maiora dilectionis signa dabat. Hoc significat: In finem dilexit, vt Chrysostomus ait homil. 69. Significat etiam in finem diligere, vsque ad mortem amare non destitit. Et quando patres filios charissimos obliuisci solent, tunc Christus maiora in suos dilectionis signa dedit.

Non minus attendit homo voluntatem ac dilectionem, quam ei donum datur, quam ipsum donum. Si enim minima dilectione donum grande detur minus efficitur. Si vero maxima donum paruum exhibeatur, maximum reputatur. Inter diuina dona precipuum tenent locum Christi Passio, & Eucharistia, vt hæc maxima sint omni ex parte, & ea debito in pretio habeamus, Ostendit nunc Ioannes, summo amore, ac dilectione hæc nobis data esse. Nec contenti esse debemus, si videamus, quid exterius Christus patiat, quidve donet: sed precipuum intuemur nobis esse eius cor, illius immensa dilectio. Quia ratione voluit, vt lancea latus eius aperiret, vt per ianuam illam apertam intraremus ad cor, vbi caminus ignis erat, vbi amor immensus, qui iam facile videri à nobis potest ianua aperta, inuitat nos mirabile ostium illud apertum, vt ingrediamur domum cordis mirabilem, eamque conspiciamus. Apoc. 11. Ioannes ait: Et apertum est templum Dei in caelo, & visa est arca testamenti in templo eius. Et facta sunt fulgura & voces. Apertum quidem fuit templum corporis Christi lancea: apparuit diuina arca mysterijs plena, operata auro purissimo charitatis. Mirabilia vniuersa Dei opera, quæ pro nobis

bis

bis fecit: mirabilior eiusdem pro nobis passio. Sed longe mirabilior charitas, qua hæc fecit, & passus pro nobis est. Mirabiles plane Christi cogitationes charitate plenæ: de quibus Psalm. Multa fecisti tu Domine Deus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Mirabile profecto spectaculum cras videbimus. Deum captum in horto, ligatum ad columnam, affixum denique cruci. Sed mirabilior illa charitas, qua non solum ista pati, sed multo plura paratus erat: quem Deus deiecit, vt nos exaltaret; de qua Ioannes: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Si vilis & abiectus seruus Regis sui causa aliqua tormenta pateretur, & tandem vitam daret, dilectionis opus insigne exhiberet, & quod in hominum memoria perpetuo duraret: precipuum vero in Regis memoria, vt ei beneficeret, eo quo posset modo. Si vero è diuerso fieret, vt Rex pro seruo nequam moreretur, multis prius perpensis tormentis, cum seruus ille criminis reus in Regem esset, & sola Regis in seruum dilectio huius rei causa esset, res inaudita mundo hæc foret: & excessus amoris tanti omnibus admirationi esset, & perpetuo in hominum memoria duraret, & à multis stultus amor diceretur. Quod si omnibus immensus hic amor appareret, qualis nam videretur ei seruo, cui amor tantus, ac beneficium exhibitum est? An non stupeficeret? an non perpetuo recordaretur Regis sui? An non eum laudaret? & dulcibus laudibus hæc audiret? Nunquam terræ Rex hæc præstitit seruo. Sed Rex ille sæculorum pro homine inimico vitam dedit solo amore, & charitate. Merito proinde amoris vexillum portare dicitur, quia super omnes dilexit. In finem ergo dilexit eos. Merito vero volens Ioannes proponere immensa Dei in nos beneficia, Eucharistiam, scilicet, mortem, & lotionem pedum, vt hæc credibilia reddat, ostendit prius immensum amorem, à quo hæc procedebant. Quasi dicat: Nolite dubitare, hæc opera à Christo Domino facta, dilexit enim suos in finem. Nihil enim est, quod amor eximius non faciat. Exod. 12. Præcipitur: Non comedetis ex eo (paschali, scilicet, agno) crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni? Quid necesse fuit precipere, ne crudus comederetur agnus? Quis enim crudum comedit vnquam? Respondit Gregorius, hoc ostendit, myste

Aaa 5 rium

Ioan. 2.

Eccle. 24.

Chrysost.

Ioan. 19.

Apoc. 11.

Psalm. 40.

Apoc.

Simile.

Exod. 12.

Gregor.

rium ibi latere. Crudum enim Christum manducat, qui exteriora eius opera considerat, non vero dilectionem, à qua procedunt, & hi scandalizantur in eo. Coctum verò aqua frigida eum comedunt, qui frigida speculatione naturali eum intuentur, vt Philoſophi, & idèd ei non credunt. Scādalum est Christus Iudæis, & Gentibus: quia opera eius mirabilia considerāt, non eius immensum amorē. Ideo dicūt: Durus est hic sermo. Si vero assum igni attenderent, si diuinam illius dilectionem considerarent, à qua hæc opera procedebant, facile illa crederent, incredibiles enim amoris effectus conueniunt amori infinito, bonitati immensæ. Sicut qui flumen magnum conspiciat, si videat fontem vberimum, à quo procedit, non miratur. Innumeræ fuere hæreses in mundo, negantium Dei Incarnationem, Eucharistiam, Passionem: quia non attendebant diuinum amorem infinitum, à quo hæc processerūt: sed diuinam dilectionem similem putabāt amori humano. Et idèd ea, quæ homo non faceret, credebant à Deo nequaquam effecta esse. Vnde sicut Epicurus (apud Ciceronē libro. 1. de natura Deorum) dixit, Deum figuram humanam habere, quia hæc figura optima omnium est earum, quæ in terra sunt: ita hi hominum dilectionem præcipuam esse putant, nec vllam inueniri maiorem. Tu vero noli sic cogitare, sed diuinam dilectionem, & bonitatem infinitam attende: quia Deus ipse est, & inde colliges, diuina opera excedere in immensum humana. Hinc Sapiens: Secundum magnitudinem eius, sic & misericordia ipsius cum ipso est. Quasi dicat: Tanta Dei misericordia est, quātus Deus ipse. Vnde opera ab ea profecta mirabilia plane erunt, & diuersa multum ab humanis. Hinc Psalm. Non est similis tui in Dijs Domine: & non est secundum opera tua. Quod si opera diuinæ Sapientiæ, & potētiae mirabilia sunt: multo magis opera bonitatis, dilectionis, & misericordiæ mirabilia erunt. Et quæ mirabilia, eo Deo digniora. Præclare Augustinus ait: Ibi verè Christus probatus est Deus, vbi plus fecit, quam fides optabat: id est, quando excessit illud omne, quod homo sperare poterat. Vnde qua ratione infidelis non credit, ego credo. Ille nõ credit, quia captū humanum opera ista diuina superant: ego hac ratione credo. Credamus ergo hæc opera nos, quia in

his

A his se Deum ostendit. Præcipuè cum Ioannes præmittat immensam Christi dilectionem, à qua procedunt. Nihil enim nõ credi potest effectum ab amore immenso. Nunc vero ista in litera Euangelij expendamus.

Ante diem festum paschæ sciens Iesus, quia uenit hora eius. Meritò sciens Iesus dicitur. Conueniēs nomē Saluatori est sciēs, ne decipi possit, vt hi, quibus dictū est: Eritis sicut Dij sciētes, q̄ si sciētes fuissent, nõ peccassent: quia omnis peccans est ignorās. Deinde meritò sciēs Saluator dicitur, vt prouideat malis futuris. Sicut enim Ioseph prænosens futuram sterilitatē, ei remediū adhibuit, & ideo mundi Saluator dictus est: & audit à Pharaone: Nunquid sapientiorē, & consimilē tui inuenire potero? Sic hodie Iesus sciens, & præuidens vniuersa mala Ecclesiæ, eis remediū adhibuit, instituens Eucharistiæ sacramentū contra famē, & ordinis sacramētū: vt duces Ecclesia haberet, & speculatores contra hostes. Et quemadmodū olim Eliseus premonēbat Regē Israel de omnibus insidijs Syrorū: ita hodie Christus prædicat Apostolis vniuersas persecutiones. Scit ergo horā mortis suæ, & præsciuit, & elegit, ac voluit, vt non scandalizeris, cū eū in cruce videris. Et ibi videre licet, quantum fuerit malū curiositas eorum, qui voluerūt esse scientes vt Dij: cum ea de causa tam acerba hora parata sit Christo Domino, quam ille sciuit, & voluit, vt peccatum deleret.

Horam suam mortē dicit. Hora mortis vere hominis est. Tempus enim vitæ nostræ multis alijs impendimus, amicis, corpori, negotijs, delicijs, vt fere nihil nobis remaneat: cum illa sit aded breuis, vt vapor sit ad modicum parens. Furatur nobis mundus maiorem eius partem. Idèd nos Paulus monet: Redimētes tempus, quoniam dies mali sunt, id est, multis impediti secularibus curis, & occupationibus. Hora verò mortis nostra dicitur, quia in ea reliquorum omnium oblitī, nos nostraque curamus. Quod si quispiam tunc accedat, vt alia negotia tractet, audit: Sine modo ista: tempus enim hoc meæ consulendæ saluti destinatum est. Præcipuè verò hora illa iustorum est, non verò impiorum. Res enim illa tua dicitur, qua vteris ad libitum, & cuius fructus colligis. Iustus ergo horam mortis suam habet: quia ea vtitur in sui profectum, &

et

Ioan. 6.

Cicero.

Eccl. 2.

Psalm. 85.

Augusti.

Gene. 2.

Genes. 41.

4. Reg. 9.

Iaco. 4.

Colos. 4.

Eccles. 7.

ex ea fructum colligit sempiternum. Cōtra verò hora illa peccatoris non est. Hinc Sapiens: Ne impiè agas multum, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Qui tempus vitæ Deo dedit, à Deo accipit tempus mortis. Qui verò diabolo vitam dedit, in morte se ipsum non curat: & idèd tempus illud eius non dicitur esse. Hinc Augustinus; Hoc supplicio puniatur peccator, vt quia viuès oblitus est Dei, moriès obliuiscatur, fui. Hinc Sapiès: Non est in hominis potestate prohibere spiritum: nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere ingruente bello: neque saluabit impietas impium Iustus verò potestatem habet in die mortis. Ea vtitur in bonum suum: ideo Sapiens ait: In malitia sua expelletur impius; sperat autem iustus in morte sua. Tunc enim audit impius; Nescio vos: Iustus verò vt requiescat à laboribus suis.

Pron. 14

Sed nunc attēde miram Euangelistæ eloquentiam, vt amorem Christi Domini illustret. Ait enim: *Sciens Iesus, quia uenit hora eius.* Quasi dicat: Cum hæc hora eius esset, in qua se curare deberet, & sua, omnium reliquorum oblitus, nihilominus in hac hora sui oblitus nostra curat, nobis prouidet. Hoc mirè ponderat Paulus: Quonian Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, &c. Quasi dicat: Cum mundus summam in eius proditorem machinabatur, & opere perficiebat: tunc ille dulcissimus, & amantissimus. Quando morti proximus se solum inspicere, sibi que prospicere oporteret: tunc sui oblitus nostra curat. Hoc mirè exaggerat Ecclesia dicens: Fructum salutiferum gustādum dedit Dominus mortis suæ tempore, quam diuersum Dei, & hominis ingeniu est. Homo hora mortis tristis est: beneficia, ac dona non confert: Deus verò tunc præcipuè beneficis & largus est. Nunc ad eum accede, vt maxima recipias. In morte se suaq; dat. In horto dedit Malcho auriculā, in Caiphæ domo Petro veniam; in cruce matre Ioanni, paradisum Latroni, veniam mundo. Nunc ergo accedamus omnes, vt petamus, qui tibi nunc sanguinem, & vitam tribuit: quid negabit?

Vt transeat ex hoc mundo ad Patrem. Vere difficilis, durusque transitus, & adèd durus, vt sola illius cogitatio sanguinis sudore effecerit. Sed asperitas huius trāsitus sublata es Christo transeunte

A eunte, & erūt praua in directa, & aspera in vias planas. Accidit sæpè, vt Rex viam agens offendant in itinere locum difficilem, in quo omnes impingunt, quem ille complanari præcipit, & infertur lapidibus, ac planum facilemque relinquit transeuntibus. Ita Christo Domino accidit, qui ad mortem veniens eius asperitatem expertus est, illius amaritudinem gustauit. Et idèd eam leniuit, dulcorauit, & omnibus facilem reliquit. Hinc ait Chrysofomus, post Christum mortem relictam esse similem Sampsoni detractis capillis. Ludebant enim cum eo Philistæi, & illudebant ei, ita martyres, pueri, virgines cum morte iocantur, ac ludunt. Quis mortis viam adèd planam hominibus reliquit, vt exultent in ea sancti? Certè Christus Dominus pertransiens. Hinc per Psalm. ait: Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. Sicut enim cornu vnicornis missum in aquam veneno infectam eam purā reddit, & omne venenum tollit: sic Christi cornu abstulit crucis, mortisq; venenū, vt ei dici possit: Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? reliquit mors stimulum in Christo. Nobis iam non est stimulus, sed mel, sed dulcedo.

Cum dilexisset suos qui erant in mundo. Cyrillus lib. 9. in Ioanem cap. 2. ait. Ad differentiam Angelorū dicit: Suos, qui erāt in mundo. Præcipua enim dilectione homines dilexit, & plusquam Angelos. Naturale hominum desiderium est, velle diligere: & adèd nobis placet dilectio in nos, vt etiam à paruulo canine diligere, vel à vili seruo, nos delectet. Sed cum diligimur à persona aliqua, in suprema dignitate cōstituta, placet magis: tum quia amor altior est, tum propter beneficia, quæ ab eo speramus. Audi ergo, o homo, quid dulcissimum. Rex ille æternus, à quo bona cuncta sperare potes, diligit te in finem, & super Angelos te amat. Dupliciter Dei amor considerari potest. Primo actus ipse dilectionis, qui in Deo est, & hic est simplicissimus, æternus, & est ipsa Dei substantia: & sic consideratus infinitus est, & æqualis omnibus. Secūdo consideratur hic amor secundū effectus, quos operatur in rebus dilectis. Vnde amare est velle alicui bonū. Et sic creatura illa dicitur à Deo plus dilecta, quæ plus boni recipit à Deo. Omnem creaturam diligit Deus hoc amore: quia omnibus tribuit esse. Hinc Sapiens

Simile;

Chrysof.

Psalm. 91.

Cyril.

Sap. 2.

diligit

diligis omnia, quæ sunt. Sed Angelos, & homines plus diligis, quam reliquas creaturas: quia non solum bona naturalia existit; sed etiã gratuita, quibus diuinę naturæ cõsortes efficeret.

Sed ostendenda nunc est præcipua Dei dilectio in hominem, & hanc ex hodierno Euãgelio facilè colligemus. Primò, condidit Deus Angelum, & hominem gratia ornatum: & donis cœlestibus, superbiens Angelus cecidit; & homo similiter, & bona gratuita vterque amisit. Sed Angelus cecidit irreparabiliter, & quam semel amisit gratiam, nunquam recipiet. Homo verò reparabiliter, & recuperare potest amissam gratiã: eiq; relictum est pœnitentiæ lauacrum, quod significatur hodierna lotionem, vt Cyprianus ait sermone Cœnæ. Super Angelum ergo dilexit Deus hominem, dum hoc in illum beneficiũ contulit, quod Angelo non præstitit, vt per pœnitentiam renouari possit. Et hoc est eximij signum amoris, iuxta illud Ioannis: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Contigit verò homini, & Angelo, quod pistori, & pincernæ Pharaonis; vnus in pristinũ gradũ restituitur, alter suspenditur.

Hac etiam in re præcipuam in homines misericordiam, & dilectionem Deus commendat, dum non semel, aut bis peccator admittitur ad pœnitentiam, sed septuagies septies, semperque est fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris. Et cum reliquis omnibus rebus tempus sit opportunum, pœnitentiæ tempus semper nobis præ manibus adest. Et qui initio mundi hoc die condidit hominem, alio Lunam, & Solẽ; alio volatilia, & pisces, ad pœnitentiã nullum statuit diem: sed omne tempus voluit pœnitendi esse conueniẽs, vt in quacunque hora ingemuerit peccator, veniã recipiat. Quando homini concessa pœnitentiã est, & non Angelo, hoc inter eos discrimen Deus posuit, q̃ cũ homine, vt cum filio, cum Angelo vero tanquam cum ministro se gessit. Minister tuus facinus magnum admittit in domo tua, furatur magna, vel quid simile peragit. Eijcis cum à domo tua omnino, nec villo modo eũ admittis in eam iterum. Perpetrat filius idem crimen, castigas eum, eijcis forte à domo: sed citò ei ignoscis, & iterum in domum reuocas. Hoc cum homine factum ostendit parabola filij dissipatoris. Et Psalmus. Quomodo miseretur pater filio-

rum,

rum, miseratus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Tanquã filios nos tractauit, sicut promisit se acturum cum filijs Dauid. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea. Illa repetitione, quæ non semel, sed quater peccata filiorum Dauid futura ostendit, multa peccata significantur, & omnibus indulgentiam promittit. De qua re Deo gratias agit Dauid dicens: Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius: qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis.

Quando ergo Deus homini concessit pœnitentiã semel, eum vt filium tractauit: sed quando sæpius, non vt filium duntaxat; sed vt charissimum, & dilectissimum. Semel prodigum recipi, summa misericordia fuit, quid si sæpius sic reciperetur? Semel veniam dedit Dauid Absoloni, & iterum ei volebat parcere: & forsã tertio non pepercisset. Tibi verò pepercit Deus millies. Quoties prodicionem in Deum cogitasti? Quoties in eum peccasti, & tamen propitius tibi fit. Hoc mire ponderat Psalm. Quoties exacerbauerunt eum in deserto, & tentauerunt Deum in inaquoso: & conuersi sunt, & tentauerunt Deum, & sanctum Israel exacerbauerunt. Et Numerorum. 14. ait: Tentauerunt me iam per decem vices. Mira profecto in nos Dei dilectio: Nullus enim in mundo parens est, qui cum filio sæpius indulserit, ac pepercerit, nõ eũ è domo eijciat, si in parentẽ machinetur prodicionẽ. Et tamen Deus millies ignoscit; & rogat, quæ pacis sunt, vt dicat Psal. Pater meus, & mater mea dereliquerunt me. Dominus autem assumpsit me. ¶ Secundo ostendit Deus præcipuũ in hominẽ amorẽ super Angelũ, in hoc, q̃ nõ solũ lauare hominẽ voluit, sed in sanguine suo, cũ ei huiusmodi lotio tã caro precio futura esset. Angelo ostẽdit dilectionẽ, ei benefaciẽs, sed homini, nõ solũ benefaciẽs, sed pro eo multa patiens, quod maius multo est. Qua in re mirabilis, in nos diuina misericordia, & dilectio facta est. Et propterea Ioannes ait: In finem dilexit eos: August. Dilexisti me Domine plus quam

te.

Cypria.

Apo. I.  
Genes. 40.

Simile.

Luc. 15.  
Psalm. 102.

Psalm. 88.

Psalm. 102.

Psalm. 77.

Nume. 14.

Psalm. 29.

August.



**Psal. 16.** te, quia mori voluisti propter me. Vitam pro nobis dedit, non autem verò pro Angelis. Quod petebat Psal. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. Non est adeò mira Dei misericordia, cum alicui benefacit: id enim Deo facile est. Sed vere mira facta est misericordia Dei in homines, cum pro illis passus est: hoc enim valdè mirum est. De qua re Psal. Deo gratias agit: Benedictus Dominus, quoniã mirificauit misericordiam suam mihi. Cum hanc dilectionem dicit Scriptura, vocat eam amoris excessum & nimiam dilectionem. Nec stupentes vidimus Angelos de misericordijs collatis eis à Deo. Vidimus verò de hac in homines ostensa delectatione: vt in propitiatorio significatum est, dum se respiciunt versis ad se vultibus.

Tertio tandem hanc præcipuam dilectionem in hominem ostendit in mirabili adinuatione, quam nunc adinuenit, cum Eucharistiæ diuinum sacramentum instituit. Propter quam Ioannes ait: In finem dilexit eos. Nunc verè magnificus Deus noster est: & dicere possumus illud: Date magnificentiã Deo nostro. Ad magnificentiam ait Aristoteles, requiri maximum donum, & quod respectu dantis magnum sit. Donec Deus se dedit, nihil dedit magnum respectu dantis. Cum se nobis in hoc sacramento tribuit, maximum quid dedit, totum, quod dare potuit. Et tantum hoc donum est, vt homo gratias debitas pro tãto munere reddere nequeat. Quod vidēs Christus Dominus, ipse gratias patri egit pro eo. Ided eleuatis oculis in cælum ad te Deum patrem suum omnipotentē, tibi gratias agēs; fregit & dixit, &c. Saltem exiles tu gratias age hoc intuens donum, vt illud fiat: quod Psal. ait: In voce exultationis, & confessionis sonus epulantis. Nulla lingua sufficit, vt explicet immensum hunc amorem, vt relictus tibi Christus sit sub speciebus illis, vt eum intra te habeas, quoties volueris. Solent amici cum inuicem discedunt, in mutuos amplexus ruere, simul comedere, & aliquid inuicem dono dare in perpetuam memoriam. Ionathas discessurus à Dauide ei dedit tunicam suam. Sicut enim animam suam, sic diligebat eum. Similem vestem Elias reliquit Eliseo. Sed Christus Dominus plusquam animam suam nos diligit, cum eam pro nobis dedit, & non pallium suum.

**Deu. 30.**  
**Aristot.**

**Psal. 41.**

**Simile.**

**1. Reg.**

**A** suū. Non aliud donum reliquit, quam seipsum. *Surgit à cœna, & ponit uestimenta sua, & capit lauare pedes discipulorum.* Augustinus tracta. 55. & libro tertio de consensu euange. capitul. primo ait. Peracta cœna agni paschalis, in qua passionis suæ figuram expressã viderat, surgit à mensa, & ante Eucharistiæ institutionem pedes discipulorum lauit. Adeo ei placuit passionis suæ figura, vt aliam continuo adinuenit. Adeo tibi Domine desiderata mors est, vt ea tibi sit pascha, sit hora tua. Hanc videns in agno delectaris: & iterum in pedum lotionem efformare vis.

**August.** Vestimenta posuit, dum in forma Dei existens semetipsum exinaniuit. Velut linteo se præcinxit, dum formam ferui accepit, & in peluim aquam misit, vt nos lauet, dum sanguinem suum in sacramentis posuit, vt fordes ablueret peccatorum. Linteo pedes terfit, cum in carne sua maculas à peccatis effectas sumpsit. O immensa Dei in nos charitas! Cum calor nimius te vexat, vestimenta deponis: ita nunc charitatis excessus vestimenta deponere cogit. Sed, o Domine non te peccet hoc factò charitas tua. Cras nudaberis omni veste, & ipsa pelle tua, nec calor charitatis minus ardebit. Imo ingredientur in animam tuam aquæ multæ: de quibus ais per Psal. Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Et nihilominus plures flammæ charitas excitabit: quia aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illã. Ardeamus nos

**C** charitate tanta, vt charitate nos vulneratos dicere possimus, &c.

Tom. Primus

Bbb

Passio-

Augu.

August.

Psal. 67.  
Cantic. 8.

# Passio Domini nostri Iesu Christi Secundum Ioan- nem. Capit. 19.



**N**auditum, & summum facinus genus humanū hodie perpetravit, occidit enim Deum verum, eā cruci affixit, nec verò illi solum, qui morti eius adfuerunt, id fecerunt, non Pilatus solum, & Caiphas, sed & nos omnes: quia cum propter omnium peccata mortuus sit, omnes Christum interfecimus peccatis nostris. Quis ergo orabit pro nobis? quis pro humano genere interpellabit? Nullus profecto posse orare videtur. Sic enim ait Heli filijs. 1. Reg. 2. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus, si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Audi tamen mirabilem rem, mater mortui pro occisoribus filij rogabit. Sed fieri ne potest tantam in ea esse misericordiam vt misericordiam petat, quæ vindictam clamare debuisset? Vtique, quia etiam mater nostra est. Sic 2. Reg. 14. Sapiens mulier ad Dauid ait: Heu mulier vidua ego sum, & ancillæ tuæ erant duo filij, qui rixati sunt aduersum se in agro, & percussit alter alterum, & occidit eum. Et confurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam dicit: Trade eum, qui percussit fratrem suū, vt occidamus eum pro anima fratris sui, & querunt delere scintillam meam. Ad quam Dauid, viuit Dominus, quia non cades de capillis filij tui in terram. Sic ergo hodie Maria orat pro humano genere: licet Christum occiderit: quia humanum genus filius eius est, & obtinet à Deo, quæ petit, ideo ad eā accedamus supplices.

Leuit. 23. de sacrificio expiationis dicitur: Affligetis animas vestras, & sic offeretis holocaustum. Omnis anima quæ afflicta non fuerit, peribit de populo suo. Hodie oblatum est hoc holocaustum expiationis pro omnibus Christus oblatum est, afflictus est, omnes affligendi sumus secundo Paralip. 35. Vniuersus

**A** sus Iuda, & Hierusalem luxerunt Iosiam, & Hieremias maximè cuius omnes cantatores, & cantatrices vsque in presentem diē lamentationem super Hieremiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel. Si lex est in Israel Iosiam plorare, quomodo nobis lex non erit mortem deplorare Christi? Hanc verò legem futuram, vt mors Christi deploraretur sicut Iosie mors, ostendit, Zacha. 12. Effundam super domum Dauid, & super habitates Hierusalem spiritum gratiæ, & precum, & aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu, quasi super vnigenitum: & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Hierusalem, sicut plactus Adadremon in campo Magedō, id est, in ciuitate Adadremon, quæ est in campo Magedon: qui planctus fuit propter Iosiam, quem ibi interfecit Nechao Rex Aegypti. 2. Paralip. 35. 2. Para. 35.

**B** Cum ergo dicat Christi planctum similem futurum planctui Iosie, manifestum est, huius legem obtinuisse, sicut illius.

Et profecto nulla est doloris ratio, quæ hac in re maxima non sit. Primò innocens, & iustus perit. Esai. ait: Ne ergo dicatur nobis, & non est, qui recogitet in corde suo. Iustum perire impossibile putabat Eliphaz Iob. 4. Recordare, obsecro quis innocens perijt, & quando recti deleti sunt? Hoc ipsum se, scilicet, iustum & innocentem videre, in custodia mēstū tenebat Ioseph. Gen. 40. dicentem pincernæ: Furtim de terra mea sublatus sum, & hic innocens in lacum missus sum. Indignum planè est iustum ligari, innocentem morti addici, hoc summa compassione, ac cōmiseratione dignum. Sed hodie vniuersa innocētis priuilegia tolluntur, patiturque qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Hinc Genesi. 31. persequitur Laban Iacob innocentem. Et ille iustus cū esset, cū iurgio tumens ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meū sic exaristi post me. Die, noctuque æstu vrgebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, & sic per. 20. annos seruiui tibi. Iustior multo Christi querela, quæ enim Domine peccata tua sunt? Quid mali à te mundus passus est, qui pertransisti benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, omnibus benefaciens, & tamè hodie morti addideris? Sūma ergo doloris causa nobis sit, quòd hodie innocens, & iustus occisus est.

Secundo verò dolorem augere solet, cum occiditur is, qui in te fuit maximè beneficus. Hac ratione Dauid prouocabat Israel, vt Saulis mortem defleret, dicens: Filia Sion super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro: Sed quanto excedant dona Christi dona Saulis quis dicet? Ab eo habes naturalia omnia, ab eo itè supernaturalia, nihil tibi bonum est, quod non ab eo acceperis: summè ergo de eius morte tibi dolendum. Cui adde, quod *capitula* tua moritur. Si propter filij delictum pater torqueretur? Si morti addiceretur, quâto dolore filius afficeretur id videns. Considera ergo Patrem futuri sæculi, qui attritus est propter scelera nostra. Summo dolore afficitur Dauid videns populi interitum propter peccatum suum, & ait: Ego sum, qui peccauit ego iniquè egi, isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur, obsecro, furor tuus in me. An non nos similia dicturi patri? Ego Domine sum, qui peccauit, ego qui iram merui, Christus tuus, quid peccauit? Me cruci addicito, non illum.

Tertio dolorem auget grauitas dolorum eius, qui moritur, & summa eius derelictio. Duplex est peccati pœna respondens duplici peccati malo, auersioni pœna damni, cõuersioni pœna sensus. Pro quibus, vt Christus satisfaceret, à patre, qui cum eo, quasi cum inimico se habuit, & à suis derelictus est, vt nullum ei à patre & suis leuamen esset. In super dolores sustinuit innumeros. Christus in passione sua illud vere vsurpare potest. Vt soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem se. Primùm à suis derelictus est, Iudas vendit, Petrus negat, omnes relicto eo fugerunt, quod eum summo affecit dolore. Psalm. 88. Longè fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem tibi. No ti mei, qui me viderant tot miracula facientem, quibus ego tantam contuli potestatem, quibus corpus dederâ. Ecce sicut Saul relictus sum in media acie: ecce egressus sum, sicut aquila ad prouocandum filios meos, & super eos volitans expandi alas meas: illi verò degenerarunt, & solem aspicerè renuerunt, etiâ cù eclipsim passus est. Quo discipuli sine magistro: quo oues sine pastore? Vbi Petre, quod dixisti: Si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo? Vbi illud: Ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes? Vbi Ioannes, & Iacobus, illud, possumus bibere calicem?

2. Reg. 1.

simile.

2. Reg. 24.

Eccles. 4.

Psalm. 88.

Deute. 32.

Math. 26.

A cem? Vbi Thoma, illud: Eamus, & moriamur cù illo. Sed minimum hoc erat, si à patre, & non defereretur. Hic verè dici potest: Vt soli, licet enim derelictus non sit quoad vnionem, sed relictus quoad consolationem, & leuamen dolorum. In me trāsierunt ira tuæ, & terrores tui conturbauerunt me, ait ipse per psalmistam. Quasi dicat: Omnis ira, quam in peccatores thesaurizaueras, ac congregaueras, in me vnum effudisti, & quasi cum inimico erga me te habuisti: quare me dereliquisti? cum dixeris per Esaiâ. Cùm transieris per a quas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te, quia ego Dominus Deus tuus. Meus es tu: quare ergo me dereliquisti? Qui Danielis recordatus es in lacu leonum, qui Susannæ iam iam lapidandæ accurristi, quare oblitus es mei: Pœnæ verò sensus Christi explicari non possunt. Quia enim omni sensu delinquimus, omni item ille punitus fuit, quia summè delinquimus, summè ille afflictus est. Vt leuitati oculorum nostrorum satisfaciât, oculi eius torquentur visa matre dolenti, & discipulo, tot etiam durissimis inimicis inspectis. Vt peccatis à nobis auditu commissis, auditu innumera opprobria, atque blasphemias percepit: vt peccatis gustus, gustauit fel, & acetum, vt peccatis tactus, innumeri in corpore dolores, à planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Quando caput tuum dolet, leuamen est, manus, pedes, & reliqua membra dolore non affligi: sed qui omni parte corporis dolet, miserè profectò torquetur. Verè Christus vir dolorum factus est, quia plenus doloribus, & quacunque eum parte inspexeris, nihil videbis præter dolorem. Sed qua ratione Domine tot sustines dolores? tot toleras passionem? vt nihil in te sit sine dolore? Vt peccata persoluam omnia, quæ omnibus hominum membris perpetrantur.

Quarto tandem in morte alicuius maximè dolere solemus propter personæ excellentiam, & mortis acerbiteriam. Exeamus ergo consideratione, & videbimus speciosum forma præ filijs hominum, qui flos mundi est, & optimum eius, corona capitis nostri, hac parte filium vnigenitum æterni patris, illa ve-

Ioan. 6.  
Matth. 26.  
Ioan. 11.

Psalm. 87.

Esai. 43.

Esai. 1.

Esai. 53.

rò filium vnigenitum principis Mariæ. Intuebimur speciosum Absalon vnice patri dilectum ex arbore pendentē, non vt inobedientem Absalon, sed vt obedientissimū Isaac. Attendamus mortis ipsius acerbiteriam, & abiectiōem. Abiectissima omnium morte ligat, scilicet, moritur in medio monte, vbi solo cælo cooperitur. Lectus quo decumbit, aspera crux. Vltimus cibus, & potus substantiæ, qui ei dantur fel, & acetum. Ministri eum circumstantes crudelissimi inimici. Verba consolatoria quæ audit, verba blasphemiarum. Ceruical, quo lassum caput reclinet corona spine. A patre desertus, à discipulis derelictus: & denique omnes in illū insurgunt, sine vlla cōmiseratione, aut dolore. Quis ratione, ille ait: Vermis sum, & non homo, & sicut aqua effusus sum. Sicut enim vermis sine comparsione occiditur, & aqua sine dolore effunditur: ita effusus Christus est, ita interceptus, & fratres eius, quos innumeris beneficijs sibi deuinxerat, cum tradunt gentibus. Quis te vendit optime Ioseph? quis te tradit Ismahelitis? Ibat Ioseph quærens fratres, vt eos visitaret, & alimenta deferret, pulcherrimus, aspectu, alacer vt fratres videret. Quo pergis Ioseph? fratres meos quæro: dulcescit in ore eius hoc verbum fratres. Sed, o Ioseph, à fratribus capieris, & venundaberis. Fieri ne potest, vt fratres mei, tam sint in me crudeles? Vtique summus hic mihi dolor est. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, sed quod fratres mei, durissimum est.

Omnibus ergo nominibus de Christi morte nobis dolendum est, tã enim acerba fuit, vt ipsi lapides eã senserint, & fracti tã dolore sint, & ipsi cœli tristitia testati sint tenebris, vt videas, quã sit duro corde, qui doloris affectu non tãgitur. Optime. D. Bonau. Promiseras Dñe: Auferã à vobis cor lapideū, & dabo vobis cor carneū. Sed modo Domine, diuersum ego peto, aufer à me cor meū cerneū, & da lapideū: quia lapides in tua passione franguntur. Si fuerit mihi cor lapideum frangetur, carneum vero meum durius est lapide, quod non frangitur.

De passionis verò historia illud primo nobis considerandum est, quod D. Bonau. dicit factū à Christo Dño, vt matri aperiret passionē suã, ab eaque peteret veniam, vt patereatur. Lex amicitia

Psal. 21.

Similc.

Genes. 37.

Psal. 45.

D. Bonau.

Eze. 11.

D. Bonau.

Atiã ea est: Causam tuam tracta cum amico tuo, quam sic Deus cum amicis seruat, vt dicat se aliter facere non posse. Vnde ait, Num celare potero seruum meum Abraham, quæ gesturus sum? à nulla enim amicitia lege liberum se voluit esse. Sed Dãe vide, quid agas, cum matri tuæ passionem tuam reuelare disponis. Hic enim maximè locum habet illud, quod de Benjamin dicitur, cum anima illius ex anima filij p̄deat: Deduces canos eius cum mærore ad inferos. Sed adhuc Mariæ dandum hoc nuntium est. Primum quoniam sanguis Christi Mariæ sanguis est, ex eius purissimis visceribus assumptus, vnde iuste ab ea petit facultas, vt fundatur. Secundum quia hoc Mariæ futurum erat martyrium, quo super omnes martyres meritò esset cello-canda, & occasio summi meriti illius. Si enim tantum est martyris meritū, cum vitam pro Deo profundit, qua charitate nullam maiorem Christus dicit, pluri meriti Mariæ fuit, cum vitam filij exposuit pro Dei gloria, & mundi salute, quã si mille vitas proprias exponeret, plus enim filij vitam diligebat, quàm propriam, absque numero, atque mensura.

Sic ergo eam Christus affatus est: Aduentus mei in mūdum causa tibi nota est, & opus quod mihi mandauit pater: etenim ea, quæ de me scripta sunt, finē habēt. Aduenit iã tēpus, quo mūdus redimēd⁹ est, & à potestate dæmonis erued⁹: tēpus est, vt reuertar ad eū, qui me misit, satis sis tibi, q̄ 33. annis me fruita fueris, & postea à in æternū me frueris, nūc verò ad patrem remeandū est, perficiendū mihi opus eius: sed hæc omnia morte mea cōficiēda sūt. Ego sum radix, cui nō debet esse species, neq; decōr. Vnde omnis Ecclesię pulchritudo pullulare debet. Iã ergo accessit tēpus tibi à Simeone dictū, cū ponēdus sum in signū, cui cōtradiceretur, & doloris gladius pertansibit animā tuā, & ad mensuram sanguinis mei effundendę erunt lacrymę tuę. Soluedū mihi est immēsum debitum humani generis, vnde omnis à me fundendus sanguis est, qui pretiū est, & siam vir dolorum, vt omnibus peccatis diluendis sit satis, ad hoc capiendus sum, flagellandus, coronandus, cruci denique affigendus.

Qualis nunchis auditis fuerit Mariæ dolor, quis explicet. Augustinus. de sp̄smo Virginis magna dixit. Cum enim sum-

Prouer. 27.  
Genesi. 18.

Genes. 44.

Ioan. 14.

Lucæ. 22.

Esa. 53.

Augusti

*Cantic. 2.*  
*Simile. Job. 26.*  
 me agnosceret Christi maiestatem, potentiam, atque gloriam, A quando cum eo conferebat Christi ignominias, atque passiones, quasi extra se fiebat, dicens: Fieri ne potest Deum mori? vitam morti esse obnoxiam? maiestatem infinitam contemni? vere virgo sanctissima modo es velut liliū inter spinas. Crescit rosa, crescunt simul spinæ, quia quo magis passioni Christus propinquat, eo timores matris erescunt. Nouerat enim illa filium in passionem tendere. Ante ergo fuisti ð beata virgo, quasi obscura nubes aqua plena. Sed adhuc ligata erat aqua in nube, nunc verò flauit spiritus eius, & fluent aquæ, lacrymarum flumina ab oculis Marię procedunt. Audit vxor Phinees arcam Domini captam, & præ trinitia moritur, sine dubio maiori dolore Maria corripitur, & qui sufficiens esset illam interimere, sed Dei voluntate conseruatur, & Dei agnita voluntate ait: fiat mihi secundum verbum tuum. Si ita æternus pater disposuit, B fiat voluntas eius: si ad mundi salutem hoc necessarium est, nõ mea, sed tua voluntas fiat.

*Ioan. 14.*  
 Facultate ergo à matre obtenta, ad cœnam venit Christus, qua peracta ait: Vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio: surgite, eamus hinc in hortum, scilicet, vbi capiendus sum. Iam cor regium amore plenum Christus ostendit, cor intrepidum ad omnia paratum pro patris gloria, & hominum salute.

*Dent. 20.*  
*Job. 1.*  
*C*  
 Egressus ergo Iesus cum discipulis suis, Procedit quasi gallina pullis comitata, & qui ante ei fuerant solatio, dum viveret, nunc ei dolori sunt, dum videt eos orfanos manere, & quasi oues sine pastore. Sed Domine quid pauidos discipulos tecum ducis? Voce præconis dicebatur in castris ante diem belli, quis est homo formidolosus, & corde pauido, vadat, & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. Vt quid ergo domine in bellum procedens pauidos discipulos tecum ducis, qui te continuo deserēt? Vtique vt testes sint doloris eius. Procedit ergo, Christus in mortem, nec detinuit eum ordinatio testamenti, cum discessurus erat, bona enim temporalia nulla habebat. Nudus, & pauper natus est Iob noster, & nudus moritur, in vita nõ habuit

*Math. 8.*  
 A habuit etiam illa que habere solent bruta. Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Corpus suum, & sanguinem iam nobis in cœna tradiderat, vitam suam nobis dedit in meritum, & exemplū. Bona cœli, quorum dominus erat, in prædicatione promiserat, & testamento nobis legauerat: quod vt impleatur, procedit in mortem, qua testamentum confirmatur.

*Cantic. 4.*  
*Genes. 3.*  
*Genes. 3.*  
 Et ingressus est in hortum, procedens in certamen contra mortem. Eligit ille certaminis locum, concedens morti, vt eligat arma, quæ voluerit, opprobria, clauos, flagella, spinas, crucē. Sed eligit hunc locum certamini, vt vbi mors primum Adam deiecit, ibi secundus eam vincat, & ad hunc hortum vt veniret, illud sponsa inuitarat, dicens: Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. Fructus horti illius spinæ sunt. Spinæ, & tribulos germinabit tibi. Hic fructus B in hoc horto à Christo Domino gustatur. Vide Domine mi, quo ingrediaris. Cherubim enim stat ad ostiū paradisi habēs gladium flammeum, & sic ingrediendum tibi est per ignem, & gladium: Ex loco hoc iam cognoscere poteris, quæ tibi sustinēda in eo sunt, cum sis secundus Adam. In horto commissa est culpa, in horto pœna persoluetur: in horto terribiliter loquēs Deus Adę, ei timorem incussit: in horto diuina iustitia pauere, & tædere te faciet: in horto indutus est Adam veste abiecta, & corruptibili, hic tu vestieris sanguine in horto irrisus est prior Adam. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus es: in eo secundus C irredebitur, capietur, & fiet quasi vnus ex nobis, dum ad eū exeunt tanquam ad latronem.

*Genes. 3.*  
 Hæc & similia Christus cogitans cœpit pauere, & tædere, & ait discipulis *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Ex multis tanta processit tristitia: sed præcipuè ex omnibus hominum peccatis, quæ ibi vidit tanquam sua, & ibi pro omnibus satisfecit. Cum diuino lumine mens illustratur, & Dei magna dilectione afficitur, in se verò conuersa videt graues Dei offensas, tristatur maximè, dolet, seque vellet discruciare. Hic verò dolor ex duobus nascitur, ex Dei amore, & ex peccatis in eum admissis. Duo hæc in Christo summa nunc erant: amor eius in patrem im

**Esai. 53.** mēsus, culpæ totius generis humani, quas proprias reputauit, in A numero, ac grauissimæ. Posuit in eo Deus iniquitates omnium nostrum. Ex hoc sequitur Christi dolorem, ac tristitiam superare omne illud, quod humano ingenio dici, aut excogitari potest. Hinc ò diuine pœnitens ortum habuit, vt vniuersam vitã asperam duxeris, & nunc in flagella, spinas, & crucem te dares. Hinc nunc cœpit pauere, quasi videns horribiles visiones. Vidit enim vniuersa peccata fœdissima, non operta dulcedine, ac delectatione, vt nos ea intueri solemus, sed vt in se sunt abominanda. Vidit ibi mortem suã, & vniuersa eius tormēta. Vidit in super paucis fructum tantorũ laborum profuturum, paucos deniq; fore, qui tot eius labores participant. Vidit vnicam sanguinis sui guttam infinitis mundis redimendis superesse, & cum vniuersum funderet, paucos hominum eo remedio sanandos. Vidit Iudæorum reprobationē, Iudæ proditionem. Hinc ait: Tristis est anima mea vsque ad mortem.

Et progressus pulillum procidit in faciem suam. Primũ procidit in faciem: cum enim personam agat omnium peccatorũ, & in se videat vniuersa hominum peccata, faciẽ in terra abscondit & quasi, non audet illam in cœlum leuare. Non solum habitus inuenit vt homo, sed in similitudinem carnis peccati, & personam peccatorum agens signis & actione erubescētis vsus est. Publicanus nõ audebat oculos in cœlũ leuare propter cōscientiã testimoniũ, quo nouerat se offēdisse Dñm cœli. Sic se Christus Dñs habet: vnde & loquitur: Tota die verecũdia mea contra me est, & cōfusio faciei meę cooperuit me. Propriũ hoc est veri pœnitētis, nõ audere corã offenso cōparere, vt ostēdit Magdalenã accedēs retro. Christus ergo innocētissimus eã personã peccatoris, quã suscepit in se exprimēs corã patre suo veniens procidit nõ audēs oculos ad cũ leuare. Sed ò Dñe eleua faciem tuã in cœlũ, nõquã enim proditor fuisti quasinec aliqua tibi causa est cōfusionis. In cœlos oculos leua, quia tui sũt. Hoc Chr̃s fecerat, cũ se innocentẽ præstabat, & patri æqualẽ: nũc verò peccatorẽ agens, verecũdatur, & procidit. Procidit sicut seruus debens decem millia talenta, qui orat: Patientiam habe in me: & sicut Hester visa maiestate, & seueritate Assueri, cedit in faciem,

**Luc. 10.**

**Psalm. 43.**

**Luc. 7.**

**Math. 18.**

**Hester. 15.**

**A**ciem, sic Christi humanitas visa patris iustitia.

Secũdo procidit, terrã amplexatus, quia ab ea discedere vult secundũ cõmunẽ vitam, quasi ei dicat: Discedo à te, ò amica terra, ad quã summo amore descendi, in qua summa dulcedine cõuerlatus sum, cũ delicię meę essent cũ filijs hominum versari, iam tẽpus est, vt reuertar ad eum, qui me misit. Discensus meus non ex ira, sed ex amore procedit: tui ego in cœlis memoriam iugem habebõ. Et tertio in terram procidit, quasi eam defendere volens, & tueri à patris ira, vt in eum prius Dei ira defœuiat, quã in eam. Quemadmodum enim cum in aliqua rixa cadit alter eorum, qui rixantur, cum inimicus accedat, vt eum cum terra confodiat, accedit aliquis amicus eius, & super eum, qui cecidit, se proijcit, vt inimicus videns inimicum ab amico protectũ, ab inimici vindicta arceatur, ne amicũ feriat sic Christus Dominus hac exteriori compositione corporis ostendit, quod omnino intus agebat, vidēs enim humanum genus deiectum, & in terram stratum, iramque Dei in illud defœuientem ille se proposuit medium stans oppositus contra Deum, ne dissipet terram, sed summa Dei ira non hoc factõ cessat, sed in mediatorẽ defœuit, qui eam defendit, propter scelus populi mei percussit eum. Sic verò procidens orat.

*Pater si possibile est, transeat à me calix iste.* Aduertamus orationem sublimẽ, & eloquentiã summum artificium, quod excogitare non valerent supremi mundi eloquẽtes, quo apparet Christus sapientia patris, & simul ostendit affectum maximum interiorẽ verba adinuenire, quibus se explicet, & maxime cõposita, quod si aliquomodo obtineri posset, quod petebatur, hac oratione obtineretur.

**C** Primum beneuolẽtiam captat voce, ac nomine patris. Pater verbum est amantissimum, verbum quod omnem lenit duritiam in eo, à quo petimus: quod in fiduciam erigit orantem. Pater, agnosco te patrem meum, agnosce & tu filium, & ostende, quod pater sis in eo, quod nũc peto: licet enim exterius me videas in veste peccatoris, tamen filius tuus sum. Semper ergo pater gloriatus sum me filium tuum esse, & te patrem habere, & quia me dixerim filium tuum, inimici mei indignati sunt

*Simile.*

*Esai. 53.*

Ioan. 17.  
Genes. 27.

sunt, & quærunt animam meam: Pater ego semper filium tuum me præstiti, quærens non gloriam meam, sed tuam, pater, manifestavi nomen tuum hominibus, agnosce ergo filium tuum. Licet enim manus videantur esse Esau, vox tamen Iacob innocentis est: ostende ergo pater te esse patrem in eo quod nunc peto. Alium titulum tibi non propono, quam quod pater sis. Quod à te nunc peto, est, transeat à me calix iste. Si huius ratione quæraris, vide calicem, & attende, quis ego sum. Flagella in me cur pater? corona spinea in capite meo cur pater? alapa in meam faciem cur pater? Saliuæ in faciem meam cur pater? fel, sententia mortis, locus malefactorum, blasphemiarum, crux, clavi in me cur pater? Considera calicem, & respice in me, & videbis eum mihi non convenire. In peccatores merito hæc mala veniunt, sed in me qui non peccaui, cur pater? Multa bona opera ego feci, propter quod horum vis me pater lapidare? Si quia mortuos suscitavi, cæcos illuminavi, semper tibi obediens fui, si peccatum est, semper quæsivisse tuam gloriam, nomen tuum mundo manifestasse, hæc peccata ego feci: sed ista peccata non supplicia, sed summam gloriam merentur: gloria, & honor in omnem animam hominis operantis bonum. Alia peccata bene tu nosti pater mi me non admisisse, sed nec cogitasse quidē: qua ergo ratione amor tuus versus est mihi in iram, & ille, à quo ex iustitia possum exigere bona multa, mihi adhibet supplicia? Si dixeris mihi pater, homines hæc mihi inferre supplicia, non te, iam nosti mi pater non esse potestatem aduersum me ullam, nisi à te detur, posseque te solo intuitu inimicos perdere. Si mihi dicis ò pater, ut hominem amo ego moriar, quid ego illis debeo, ut pro eis talia patiar? Ingratissimi mihi fuerunt, odio habuerunt me gratis. Si dicis mihi ò pater rem hanc ad te non pertinere, nec tuum esse succurrere afflictis: In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt, & liberaisti eos, exteris auxilium non negasti petentibus, quomodo filio negare poteris? Attende an oratio Christi potens, & efficax sit, & sine dubio si deliberata voluntate offerretur, obtineret, quæ petit. Sed non vult Christus, ut hæc illi rationes suffragentur, sed nunc eas vult obliuioni tradi, mortique ipsum addici, sicut pater vult. Fuit verò oratio illa non ex libera, & de

Ioan. 8.

Rom. 2.

Psal. 21.

**A** & determinata voluntate procedens, sed naturalis appetitus, & voluntatis etiam motus ante plenam deliberationem à morte liberari volentis. Deliberata verò voluntate dicit, quod sequitur: Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Contigit hac in re Christo Domino id quod infirmo accidere solet, qui novit salutem suam in eo sitam esse, si amaram ebibat potionem, & amore vitæ illam petit, sed cum eam manu tenet, videns eam turbulentam, & amaram nimis horrescit, & eam vitare conatur, deinde petit, & iterum horrore movetur: sed tandem amor vitæ vincit, & potionem omnem bibit. Nullus sic suam vitam diligit, ac Christus Dominus nostram dilexit, ad quam necessaria erat amara illa potio ab eo bibenda, eam iam petit, iam videns prope horret naturali appetitu: sed tandem perfecta charitas foras mittit timorem, & eam ebibit usque ad fæces. **O** dulcissime me animam amator, amor te devinciuit, ut è cælo descenderes: idem efficiet, ut calicem bibas. Calix in manu Domini vini meri plenus misit. Horribilis potio est, ac formidanda, sed non mea, sed tua voluntas fiat, ais.

*Et factus est sudor eius quasi gutta sanguinis decurrentis in terram.* Cum enim dicebat, calix iste perfectissima cogitatione universa passionis suæ tormenta ad vivum exprimebat: simulque omnium hominum peccata mente voluens tanta, ac tali anxietate premitur, ut sudore sanguineo maduerit copioso, tanto ardebat sanguis desiderio effusionis suæ pro nobis, ut intra venas contineri non potuerit, ne exiret, & antequam inimici eum educant tormentorum vi, ille voluntarie prodijt. **O** sanguis tot annis desideratus in mundo, & expetitus, quem significabat sanguis omnium sacrificiorum, à quo illa valorem mutuabant. **O** David, quis ad te sitientem accederet, cum dicebas: Sitiivit anima mea ad Deum fontem vivum. Ac si diceret: iam fons emanat, accede, ut bibas, quæ properè curreres, dicens, Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Hoc ego desiderabam, quando aquam de cisterna Bethlehematica petebam. Sudat ergo Christus, ut nos liberet à damnatione sudoris, quam omnes incurrimus peccato. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Genesis. 6. Aperti sunt fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt, & factum

Simile.

Psal. 41.

Psal. 41.

2. Paral. 1.

Genes. 3.

Genes. 6.

factum est diluuium. Sic modo in Christo Domino effectum est, flumina, & fontes emanauerunt abundanter, & nubes pluuiam dederunt, & ecce diluuium sanguinis, quoniam ex terra vniuersa peccata, ex cœlo ira, & iustitia in Christum iruerunt, & factus est sudor eius sanguineus.

Luce. 7.

Math. 17.

*Apparuit ei Angelus confortans eum.* Creditur fuisse Gabrielem. Sed quid hoc æterne pater? Loqueris ad filium tuum in baptismo verbis amoris, & dulcedinis, quando te ille non vocat: similiter in transfiguratione eius vitam & doctrinam approbans: modo verò cum in tanta angustia te vocauerit, ei non respondes, sed per nuntium ad eum mandata das? Nunc vt cum inimico cum Christo Domino agitur. Sic ergo eum alloquitur Angelus: Cœli princeps, pater æternus me ad te legatum mittit: dicitque orationem tuam ante eum peruenisse. Cui ille respondet, tripliciter orationem tuam intelligi posse, cum dixisti, *Transseat calix iste.* Si enim Domine petis, vt transseat, vt veniat cito, nec differatur: respondet pater, sic continuo faciendum, sed non tam velociter, quin prius quàm transseat, per delicatissimam tuam carnem trãseant innumera flagella, per caput multæ spinæ, per manus, & pedes clauis, per vniuersum corpus innumera tormenta, & sanguinis riui plurimi. Prius pertransibis ciuitatē cruce onustus. Si verò petis, vt pertrãseat calix iste à te ad tuos, fructus, scilicet, huius passionis det veniã peccatoribus, gratiam iustis, constantiam martyribus: ita Domine hoc fiet, sed bene nosti amaram potionem membris prodesse non posse, nisi prius caput illã bibat. Ideo bibe calicem amaritudinis, & membra dicent: Calix meus inebrians, quàm præclarus est. Si

Psal. 22.

verò oratione tua petis mortem, passionisque non subire: respondet pater æternus, non obstante appetitus, & voluntatis inclinatione naturali, voluntatem eius esse, vt patiaris. Sententia hæc lata est à te in concilio Trinitatis, & voluntate tua per prophetas mundo nunciata. Ad id verò, quod oratione dixisti, quid ad te pertineret hic calix, cum innocens esses, respondet pater non hanc in te ferri sententiam propter peccata tua, sed propter aliena, quæ propria reputasti. Non quod illum tu offenderis, nunc enim sicut ante sæpe ille fatetur, te tuaque omnia infinitè ei placuisse, & ob id tibi ad dexteram suam sedem

præ

**A** preparasse, & nomen tuum exaltare pollicetur super omne nomen, vt ei omnes genu flectant: sed via ad hæc omnia mors est. Ad id verò quod dixisti, quid homines tibi essent commeriti, vt pro eis talia sustineres, respondet Pater, mortem tuam nullo modo in eorum merito fundari, impossibile enim erat tantam rem mereri homines: sed in tua, & patris misericordia, debereque te agere quali Deum, & Dei filium, eoque gloriosius hoc opus esse, quo minus illud homines merentur. Insuper memor esto, nec sanctissimam tuam matrem, nec vllum hominum cœlum intraturum, nisi tu moriaris. Summum amoris, & obedientiæ argumentum vsque ad mortem datum non est: nec aliter vmbra legis, & prophetiæ implebuntur nisi morte tua. Et super omnia vrget promissio à te facta moriendi, qua ratione diceris occisus ab origine mundi. Ideo esto fidelis vsque ad mortem, & dabitur tibi corona vitæ. Si posueris pro peccato animam tuam, videbis semen longeuum. Et tandem Pater æternus hoc præcipit absoluto, & obligante præcepto, & benedictionem suam mittit, vt hoc bellum ingrediaris, & vt amorem in te illius videas: arma quidem quibus intraturus bellum es, ad te mittit. Cum sis Rex Regum, visum est patri tuo, induaris tanquam Rex. Ecce coronam spineam tuo capiti imponendam, & tam spinis plena est vt nullus ventus eam à capite tuo valeat dimouere. Flagella hæc vestis sunt, qua à capite ad pedes vsque cooperiendus es, & his acubus ornabitur mille, scilicet, laboribus, vt ditissima sit super omnes vestes regias. Hac fune ligandus es, & cingendus strictè, vt iustitia iustissima tuos redimas. Hæc crux equus erit, in quo inimicos superabis, & aciem eorum dirumpes, & hi clauis te figent in equo, vt in eo sis securus. Lancea ista vltimum ornamentum erit, qua cum vsus fueris, iam inimici tui superati erunt. Hac veluti clauis aperietur area thesaurorum Dei, hæc fontem in te aperiet, in quo lauentur macula filiorum Adam. Tam inimici tui veniunt, ad eos procede in fortitudine tua. Hæc Angelica confortatio in figura præcessit Eliæ tertio Regum decimonono. Cui quidem dormienti sub vmbra iuniperi apprensus dicit Angelus, Surge, comede, grandis tibi restat

Apo. 13.  
Esa. 53.

3. Reg. 19

via



via. Surge Domine, qui in consideratione passionis es sub spinosa Iunipero, grandis tibi usque ad Caluarium via restat. **Ge-**  
**Iud. 6.** deoni etiam paranti fugere Madianitas, apparet Angelus, eum confortans. Vnde surgens qui prius fugam meditabatur, vicit inimicos. Vade ait, & in hac fortitudine tua liberabis Israel de manu Madian. Sic Christo meditati fugam mortis, Angelus apparet, eum confortans, sicque hostes aggreditur.

Ter ad discipulos venit, sed dormiunt, nec eum solatur. Sed iam tertio ad eos veniens ait: *Ecce qui me tradit.* Et venit Iudas cum cohorte, vt eum capiant. Dum hæc mysteria in horto geruntur, Iudas ad Phariseos venit, & oblitus omnium beneficiorum Christi, eum inimicis venundat. Sed, ò hominum sceleratissime, vide quid agas. Vendis enim creatorem tuum, patrem, magistrum, fratrem, & summum benefactorem, qui in te plurima contulit beneficia: A postolum te fecit, principem super omnem terram, potestatem dedit miracula patranda. Et si priscorum oblitus es beneficiorum, eorum saltem recordare, quæ hac nocte tibi præstitit. Coram te genua flexit, pedes lauit etiam lachrymis, eos osculatus est, corpus dedit tibi, & sanguinem, quod tantum est donum, vt illud non obtinuerit obedientia Abraham, mansuetudo Dauid, nec religio omnis antiquorum patrum. Proditionem tuam noluit aperire, quam si non offent discipuli, te discerpissent. Considera, quia à principe, & iudice mundi defecis, & vilissimum damnatorum te constituis. Quod si hæc omnia non te mouet, recordare obsecro matris illius dulcissimæ, quæ eum genuit, & in vtero nouem mensibus portauit, noli vendere vnigenitum eius, nullum enim ei aliud restat bonum, si hoc ei auferas. Quod si eum vis vendere, vende: sed vbi agnoscitur pretium eius, vt tibi quod iustum est, pro eo reddatur? Non inuenitur in terra pretium eius, nemo nouit filium nisi pater. Vende eum in cæli platea patri eius, & Angelis Dei, & pretio eius diues eris in æternum. Quod si in terra illum vendere vis, vende illum matri eius, illa libenter emet, & se vendet, vt illum emat: semel illum redemit quinque siclis, nunc iterum emet quocumque pretio. O cæli Regina, Angelorum Domina, vide, an velis filium tuum emere adiuua nunc illum, eumque eme, ne inimicis diuendatur. Recordare, quoniam in matrem te elegit, in visceribus

Iob. 28.

Matt. 11.

**A** visceribus tuis nouem mensibus fuit, respexit humilitatem ancillæ suæ: beatam te fecit super omnes mulieres: integram te in partu conseruauit: lac tuum suxit: tanquam matri semper tibi detulit. Iam Iudæ pedes, in faciem cade, osculare pedes eius lachrymisque riga, roga illum, vt tibi filium vendat, & quod in numis tibi deest, lachrymis solue. Quod si vt auarus pecuniam desiderat, ora eum, vt tibi vendat eo pretio, quo inimicis vendit, & cum de venditione pactum fuerit, cum adeo pauper sis, & paupertatem colueris, vt. 30. argentei tibi non sint, personam præconis age, & elemosynam pete ad captiui redemptionem. Dic ad homines: Miseremini, ò homines hominis pauperis, qui non despicit clamorem pauperum, cuius oculi in pauperem respiciunt, condonate mihi. 30. argenteos, vt filium emere possim. Quod si hominum durities tanta fuerit, vt tibi non præstant 30 argenteos, ad cælestes spiritus propera, & ab eis pete, vt tibi auxilio sint, vt filium tuum, & eorum Dominum emere possis. Sed non patri, non matri, non amicis, sed inimicis Christus vendi vult, vt pro nobis mortem sustineat.

Accedit ergo Iudas cum cohorte, salutat Christum, osculatur, cadit retrorsum, & tandem Christus Dominus capitur, & funibus ligatur, vbi primum à suis derelinquitur omnibus fugientibus, desertus enim est à patre, qui Prima causa est, non mirum deseratur à seruis. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. Capitur ergo, & acceptis sacratis illis manibus, quæ paulò ante tot fecerunt mirabilia, eas ligat ita strictè, vt sanguis erupat. Omnes impetum faciunt in eum, in terram dei ceciderunt, calcant, dilaniant, capillos, & barbam euellunt, alapis, & pugnis cædunt. Misere, ait, mei Deus, quoniam coculcauit me homo. En arca Dei capta est, quod audiens Heli retrorsum cadens expirauit. En Ioseph in vincula conijcitur, quod adulteræ consentire noluit. En ferrè Sanson ligatum, quia Dalila capillos illius abstulit, Rubeus ò Sanson funes hos, nam Philistij super te, si alijs vinculis non constringeretur, faciliè hæc rumperet: sed vinculis amoris constrictus est, & funibus peccatorum nostrorum constringitur. Psalm. Funes peccatorum circumplexi sunt me, tetigit ferrum caput Sansonis, & amisit fortitudinem, & ideo funibus tenetur ligari que potuit. Ità ex quo cecidit super caput Christi

Zachar. 13.

Psalm. 55.  
1. Reg. 4.  
Genes. 39.  
Iudi. 16.

Psalm. 118.

Adam erratā qui à via virtutis aberrauit, teneri potuit, & ligari. Sic ergo ducitur ad Anam. Egredimini, & videte filia Sion sponsum vestrum ligatum, ductumque ad mortē: audite innumera, quæ ei dicuntur opprobria, saturabitur opprobrijs. Vide te quā inhumanè omnes se cum illo gerant, & inter hæc consideranda diuina illa modestia, & mansuetudo. Cùmque respondisset Anæ interroganti, alapa cæditur. Hic Chrysofomus clamat: Exhorresca, cælum, & contremiscat terra. Alapa Deus percuti potuit? O Angeli, qui hæc intuemini, quomodo filetis? quomodo manus cōtinere potestis? quomodo pro Dño vestro non respondetis? An hoc ita facitis, quod attonitos vos teneat tanta insolentia: tanta mansuetudo? tanta pueritas? tanta patientia? O pater æterne respice in faciē Christi tui alapa percussam. An hoc tibi patienter sustinendum est? qua nunc pœna puniretur, qui Regi alapā daret? Quid verò Reges terræ sunt corā Christo tuo, nisi vermes viles? Manus Ieroboā aruit, quia eā extendit cōtra prophetā, vt caperetur. Oza moritur, quod areā te rigit, ne decidat, quod ergo dignum supplicium irreuerentiæ tæte. En Michæā alapa percussam. 3. Reg. 22. quod Regi ad placitū non respōderit. Sed quid ad hæc Christus Dñs? Si male locutus sum &c. Dederat ille cōsiliū. Matt. 5. Si quis te percusserit in vnā maxillā, præbe ei alterā. Quod sic intelligendū est: Esto paratus vna accepta iniuria ad aliā, atq; aliā perferēdā, nec vindictā exerceas. Hoc autē Christus Dñs nunc perfectissimè implet: paratissimus enim est aliā, atq; aliā sustinere iniuriā, vt opere cōprobat, impleatq; illud: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellēribus. Responsio verò Christi nō irascētis est, sed blāde monetis, ne miser ille pereat. Huic verò, qui eū percussit, solū respondet ob maiorem eius ingratiitudinem. Hic enim erat, cui auriculam in horto restituit, vt Chrysofomus dicit.

Ducitur ad Caiphā. Ad tribunal ducetis ò Iesu, cui flectitur omne genu, ad sacerdotem, cuius est iudicare de lepra, quia reputauimus eum quasi leprosum. Quærentur falsi testes, sed nō erat conueniens testimonium eorum. 3. Reg. 21. perquiruntur falsi testes contra Nabot, quod vineam iniquo Regi dare noluerit, qui dicāt eum blasphemasse. Sic quia dæmoni animas nō promiserit Christus, falsi quærentur in eum testes, qui dicant

cum

2 eū blasphemasse. Sed tandē adiuratus per Deū viuū respōdet se Christū esse. Ego, ait, sum. Rupit Caiphā vestes: & cōtinuò in faciē Christi Dñi expuūt: colaphis eū cædūt, & pugnis: faciem eius velāt, & aiūt: Prophetiza, quis est, qui te percussit. O facies diuina tādiu in mundo desiderata, tot lachrymis expetita à patriarchis: & prophetis, gaudiū Angelorū, in quā desiderāt Angeli prospicere. O facies, de qua Moyses: Si inueni gratiā coram te, ostende mihi faciē tuam. Et Psal. Ostende faciē tuam, & salui erimus. Hanc illi faciē velant, hanc expuūt, hanc percutiūt. Ecce impletū illud Esai. Faciē meam dedi percutientibus. Sed Dñe quis est, qui te percussit? Dicat Esai. Cū tu taceas: Propter scelus populi mei percussi eū. Illa nocte alligatus fuit Chr̄s olivæ, cuius trūcus vsque hodie permanet, & tota illa nox iniurijs, & opprobrijs illū saturādo consumpta est. Ea nocte recordatus est omnium electorū plorans super singulos, sicut Ioseph super singulos fratres plorauit. O Dñe inter Aegyptios nunc versaris, & hac nocte rependunt tibi, quod olim alia fecisti nocte, occidens eorum primogenita, & tu primogenitus es, idēd hac nocte sic tractaris, quia hæc est hora vestra, vt dixisti, & potestas te nebrarū. Omnes condēnauerunt eum reū mortis esse: & quinque illusionum species Euangelistę memorant hac nocte exhibitas Christo. Prima expuerunt in faciē eius, quod erat summę apud Iudæos iniurię, vt patet Num. 12. Si pater eius expuisset in faciē illius, nonne debuisset saltē septē diebus rubore suffundi? Et Deuter. 25. Mulier expuit in faciē eius, qui non suscitāt fratri semē. Secūda oculos eius velāt, vt audacius, & inuerecundius eum percutiāt. Tertia eum alapis, & pugnis percutiunt, vnde facies tumida esset. Quarta eū illudūt, dicētes: Prophetiza Christe, & multa alia ait Lucas, blasphemātes dicebant. Horror hæc omnia plena sunt. Horrēdum enim cogitatu est, homini quantumuis reo hæc fieri morituro. Sed innocenti, & eorum benefico, lōgē horribilissimum. Deum verò hæc pati, adēd est execrandum, vt humanæ aures audire nequeāt. Impletum modo est in Christo illud Iob. 16. Aperuerunt super me ora sua, exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Et illud Psal. Ego autem vermis sum, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Ccc 2

Sed

Thren. 3.

Chrysof.

3. Reg. 13.

1. Reg. 6.

3. Reg. 22.

Matth. 5.

Thren. 3.

Chrysof.

Esai. 53.

3. Reg. 21.

1. Pet. 2.

Exod. 33.

Psalm. 79.

Esai. 50.

Esai. 53.

Genes. 45.

Exod. 12.

Num. 12.

Deut. 25.

Iob. 16.

Psalm. 21.

Iob. 1.

sed dubitas, unde tanta rabies in Christum? Respondetur fuit hæc potestas tenebrarum, scilicet, dæmonum. Sicut enim olim in sanctum Iob defecit dæmon, vt ad impatientiam eius prouocaret animum, ita nunc in Christum insurgit, totamque inferni ferociam armat, vt omnibus his machinis posset animum eius in impatientiam commouere. Inferni ergo erat seuitia tanta.

*Mane autem facto ducunt eum ad Pilatum.* Disponamur ergo hoc mane, vt videamus, quæ pro nobis sponsus noster facit. Videmus enim miranda amoris eius insignia. Sinitur coram Pilato, & dicunt: Si non esset hic malefactor &c. Sed eius innocentia cognita, tribus medijs Christum liberare conatur. Primum eum ad Herodem mittendo. Secundum conferens illum Barabbæ Tertium eum flagellando, & coronando. Primum eum misit ad Herodem, sed coram illo nullum fecit mirabile, sed nec ei respondit, ne per eum à morte liberaretur: ideo illum tanquam stultum despicit Herodes indutum alba veste. Ecce mansuetum David coram Achis tanquam fatuum Psalm. Deus tu scis insipientiam meam. En Dei sapientiam stultitiam reputatam. En Achior despectum coram Holopherne, & ducibus eius, & ad Betuliam remissum. Iterum enim ad Pilatum eum mittit.

I. Reg. 21.  
Psalm. 68.  
Indic. 5.

Secundum verò medium in grauissimū Christi opprobriū redundauit. Quem vultis vobis dimittam. O Angelorum regina bono animo iam esto. Filius tuus liber erit, sine dubio filius tuus eligetur, nec enim vilo modo populus ei præponet Barabbam. Iam enim nosti Domina, quot famelicos satiauit, quot infirmos sanauit, quot dæmoniacos liberauit: omnes hi clamabunt, da nobis communem benefactorem. O mundi Redemptor vide stateram, in qua pones. Tu es in hac statera, Barabbas in illa: videamus, vtra maiori pondere grauetur. Sed ò Domine in statera tua etiam est alter Latio Adam, & omnium hominum peccata, & super hæc omnia, vt statera tua grauius pendeat, facit tua misericordia, ac bonitas, viscera illa pietatis, quibus pro nobis satisfacere voluisti, & hinc fit, vt clament: Non hunc, sed Parabbam. En duos hircos Leuit. septimo quorum alter dimittitur, alter sacrificatur. Vos san-

Leuit. 7.

A sanctum, & iustum negastis, & petijstis virum homicidam donari vobis. O cæci quid postulatis, vt viuat is, qui vitam adimit viuis, & moriatur, qui vitā mortuis largitur? Vt viuat, qui diuites facit pauperes, & moriatur, qui pauperes ditat, scelerato libertatem, innocenti mortem? Mendaces in stateris filij hominum, dum eligitis potius peccatum, quàm Deum, dæmonem, quàm Christum.

Acto. 3.

Psalm. 61.

Sed iam cum hæc non profuissent Christo liberando, decreuit tandem Pilatus supplicium maximum de Christo sumere, & tale, ac tantum, vt furij illis inferni, inimicis eius videretur satis, nec vitā iam eripi postulerent. Præcepit ergo eum flagellari. Timentes verò Pharisei, ne, scilicet Pilatus nollet occidi, curauerunt taliter eum flagellari, vt inter flagella animā daret, quod & factū fuisset, ni diuinitus vitam cruci reseruasset. Hic ergo oculos in altum subleuemus, & intuebimur inauditum spectaculum. Sicut quondam columna præcessit Israeliticum populum in deserto: ita nūc nos præcedit in altera columna, cui alligatur. Sed prius nudatur secundus noster Adā, & cognouit se esse nudū. Nudauerunt Ioseph tunica sua. Considera honestissimum Dominum oculis omnium, quasi in publicam expositum verecundiā. O Esaiā, quàm opportunè nūc vestis illa accederet, vt Christum operiret, de qua dixeris; Viuit Dominus, quia omnibus his velut ornamentō vestieris, & circumdabis eos tibi, quasi sponsa. Sic ergo nudum columnæ alligant, & continuò, vt Hiero. ait, sex carnifices accedunt. Duo eorum virgis spicæis, duo loris nodosis, duo cathenis ferreis vnguibus terminatis aduncis. Incipiuntque primi totis viribus eum percutere: adduntur vulnera vulneribus: decurrit sanguis, & sanguinis fluenta. Accedunt secundi primis defessis, atque lassatis; & super eorum vulnera, vulnera noua addunt: & tandem reliqui, qui etiam partes carnis vncinis auferebant; & tandem talis relictus est, vt à planta pedis, vsque ad verticem capitis non sit relicta in eo sanitas. Sed quid inter flagella mansuetissimus agnus dicit? Vtique secum loquitur, plura accipiā vulnera, cum hominum plurima peccata soluam. Sed obsecro pater æterne, qui huic ades spectaculo, est ne hæc tunica dilecti filij tui Ioseph, an non? O beatissima Virgo quomodo nūc

Exod. 14.

Gene. 2.  
Genes. 37.

Esai. 49.

Hiero. 2.

Esai. 1.

Gene. 37.

Cant. 2.  
Esa. 53.

non protegis filium tuum? O sponsa vide, an nunc sponsum agnoscas, quem dicebas pulchrū electum ex millibus? O Esaiā, ecce quod desiderabas impletum, desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum.

Gene. 3.

Cant. 6.  
Cant. 3.

Exod. 13.

Gene. 17.  
Baruc. 6.

Cūque flagella consummata essent, dicunt; Hic se Regē facit. Coronemus ergo eum, induamusque purpura, & illudamus ei. Impenunt ergo ei coronam ex iuncis marinis, & spinis oblongis abundantem, & sacrum Christi caput perforant. 72. vulneribus. Diaboli planē adinuentio: cū enim esset Deus, qui patiebatur, & infinito amore, tortor verò dæmon summo odio, atque malitia, à quo istæ procedebant adinuentiones, nō mirum crudelissimam ei positā coronam. Nunc Domine, implet terra maledictionem illam, spinas, & tribulos germinabit tibi. Nunc verè comæ capitis tui sicut purpura Regis iuncta canalibus. Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonē in diademate, quo coronauit eum mater sua. Verè spectaculū dignum visu, Deus spinis coronatus. Vadam, inquit Moyfes, & videbo visionem hanc magnam, Deum, scilicet, in igne inter spinas, & ad hoc vt accedat, calceamenta soluit. Eamus & nos cum illo, & videamus hunc immēsum ignem amoris, quo Deus ardet, & has inter quas versatur spinas. Ecce arietem sacrificandum loco Isaac hærentem cornibus inter vepres. Baruch. 6. in spina horti omnes aues sedebant. Hic nidum nostrum collocemus, eo properemus, vt protegatur, nec solum hac crudelitate satiati ei illudunt, genuslectunt. Aue Rex Iudæorum.

Esa. 53.

Flagellis, & spinis tot in Christo Domino vulnera, atque liuores erant, & concitabat sui commiserationē tantā, vt putaret Pilatus, eo viso posse mansuescere crudelissimorū inimicorū corda. Ided eis illū producit dicens: Ecce homo. Ecce, attentionem poscit ad rē mirabilē inspectandam: Ecce ergo homo, in quo plura digna visu; in reliquis nihil tale est. Ecce homo non singularis, sed vniuersalis, gratiā capitis habens. Ecce homo, qui ita formam hominis amisit, vt mirum sit, quod sit homo, & oporteat dici, esse hominem, vt id credatur, non est ei species neque decor: Vnde nec reputauimus eum. Ecce homo, qui pro vobis factus est homo, cū esset Deus.

Tolle,

A Tolle, tolle, crucifige eum. Facta est hereditas mea quasi leo in sylua, dedit cōtra me vocē suā. Curat Pilatus eum cripere, sed frustra, & tādē. Tradidit illū uoluntati eorum. Et sedens pro tribunali sententiam mortis in eum profert, quā Christus audiēs, vidensque patris sententiā esse, & remedium humani generis genibus flexis eam acceptat, ei que cōsentit, gratias patri agēs, nec Cæsarem appellat, aut patrem. Sed nuncietur sententiā ista Mariæ matri, vt veniat, & eius executioni assistat, vel si iure matris appellare vult, appellat nunc. Psalm. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui. Nuncium mittamus in cælum, vt procedat: omnis curia cælestis ad videndum immensum Dei amorem; alterum ad patres in limbo consistentes, qui nunciet iam viam illo inire Christum,

Defertur Christo crux, quam ille videns salutat, melius quam Andreas. Veni crux pretiosa tandiu desiderata, & iā concupiscenti animo præparata. Veni clauis Dauid, qua ego aperiam cælum, vt nullus sit, qui claudat. Veni cathedra, in qua ego docturus sum mundum. Veni virga hucusque in terram proiecta. Serpens videbaris, à qua fugiebant omnes, sed nunc virga eris, qua fiant mirabilia. Veni virga directionis, virga regni mei. Veni baculus Iacob, in quo transeam Iordanem, libentissimè, ergo crucem amplexatus est. O ardentissimus amor, diuinusque ignis plus ardens in aquis tribulationū, aque multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruēt illam, imò illam magis accendunt.

Procedit ergo Christus bajulans sibi crucem, quasi innocēs Isaac cum lignis sacrificij. Factus est principatus eius super humerū eius. Non interrogat vt Isaac; Vbi est victima pater innotuit enim se esse victimā sacrificandā. Incipit tunc præco clamare valenter: Hoc supplicium datur huic homini iussu Pilati, quoniam se Regem fecit, & commouit populos. Sed, o insensate, nescis, quid loquaris; sic potius tibi dicendum est: Hoc supplicium pater æternus præcipit fieri filio suo vnigenito, ac dilectissimo, crucisque affigi mandat pro hominum peccatis. O diuina, & infinita iustitia, qui proprio filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Ccc 4

Accedit

Psalm. 21.

Accedit tunc Maria mater, quam de hac re Ioannes monuit, Accurre Maria, quoniam tribulatio proxima est, & non est, qui adiuuet. Tu tua humilitate eum à caelo descendere fecisti, in utero portasti, in sinu dulciter fouisti; nunc eum adiuua, quoniam non est, qui adiuuet. Surgam, ait, & circuibo ciuitatem, quæram, quem diligit anima mea. Num quem diligit anima mea vidistis? Qualis est dilectus tuus ex dilecto; quia sic adiurasti nos? Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Hunc nõ vidimus. Despectum, nouissimum viro- rum, cui non est species, neque decor, hunc vidimus, opprobrium hominum, vermem, non hominem. Sed hæc etiam signa filij mei sunt: talè enim peccata hominum efficere debuerant. Tandem peruenit ad filium suum, & mutudè se conspiciunt. Quid est Maria, nisi speculum Christi? Sicut in speculo optimo omnia representantur, quæ ei proponuntur: sic tale cor Mariæ, qualis Christus ei obiectus. Cũ verò Christus nunc talis esset, vide, quale fuerit cor Mariæ illo aspectu. Erat illa cæca, ille sigillum. Omnia Christi vulnera in illa impressa sunt. Quando nauim impetit aliqua vnda, potest aliquo modo effugere: sed si omnes simul maris fluctus eam impetant, quid faciat? Omnes fluctus tuos induxisti super me, ait Christus Dominus, & omnes illi nunc Mariam impetunt. Verè intrauerunt aquæ vsque ad animam tuam: nihil sibi mutudè loquuntur; nõ enim verba, sed corda sibi inuicem ostendunt, quo magis cruciantur.

Cant. 3.

Esaï. 53.

Simile.

Simile.

Simile.

Psalm. 87.

Sed iã Domine vires fume, vt viam perficias. Exultasti vt gigas ad currendam viam, ne stes in medio viæ, in stadio curris, sic curre, vt peruenias, & comprehendas.

3. Reg. 6.

Perueniunt ad Caluarium: *Et ibi crucifixerunt eum.* Sed facer Euangelista tam summatim hæc enarras? Quomodo non dicis vestem ei ablatam, & iterum excoriatum fuisse, & quasi vnica plaga totum corpus eius visum esse, quia sanguine fuerat vestis copulata carni, ac conglutinata. Vnde nunc cùm tollitur, omnis plaga renouatur? Clauos aptant, & manibus infigunt, cor matris vulnerant, sicut filij manus. Malleus, & omne ferramentum nõ sunt audita in templo Salomonis: quia omnes mallei, & clauis in secundum templum erant seruati. Et deinde quoniam

Animam nerui collecti sunt, cùm manus affigerentur, fune pedibus ligato dissoluitur vniuersum corpus, vt perueniant pedes ad locum foraminis. Dinumerauerunt omnia ossa mea.

Psalm. 24.

Num. 17.

In altum Christus leuatur, vt ab omnibus videatur, in salutem, tanquam serpens in deserto exaltatus. O dulcissime sponse animarum nostrarũ, quis te videre poterit sine dolore? quis sine amore intueri? O auis vnica phoenix, qui igne amoris conceptus es Spiritu sancto, & in igne amoris in mudo vixisti, vt Salamandra, & hunc ignem amoris in terra incendere venisti, & igne amoris in crucem ascendisti; & tanto igne charitatis ardebat sanguis tuus, vt ne crucè ignis absumeret, oportuerit aquam cum sanguine exire, quæ id prohiberet. Quis tantum amatorem non diligit? non depereat? Si alius Deus est, o homo, qui pro te vel amplius, vel huic simile effecerit, illũ sequere; at si nullus, quomodo Christum nõ amas? quomodo illum non sequeris? O violentus amor, cui nullus resistit, nec verò ipse Deus. Deum fecisti hominem, passibilem, & tandè in cruce posuisti. Si contra Deum fortis fuisti, quomodo magis contra homines præualebis? Quomodo homo poterit resistere tibi? Iam charitas Christi vrget nos, æstimâtes hoc, quia si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.

2. Cor. 5.

Nunc impletum est illud Psalm. 44. Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis. Ideò audi filia, & vide, & omnia obliuiscere propter Deum tuũ. Sed quæ ratio hæc est? Audi, Myrrha arbor est, quæ initio veris in illam insufflante Aquilone, & Austro sudat myrrham primam, sed quia myrrha optima est, solent agricolæ circum circa arborem ignem accendere, vel eã scindere, vt ampliorè det myrrhã, & eam dicunt myrrhã secundam. Quæ omnia mirè expendit Hierony. Initio veris, scilicet t, cùm sponsa vocat sponsum in hortum, processit Christus Dominus in illum. Tunc ait spõla, surge Aquilo, veni Auster, persila hortum meum, & fluent Aromata illius. Insufflauerunt in Christum, vel duo populi Gentium, & Iudæorum, vel peccata mundi, & ira patris, ex quibus factum est, vt sudore sanguineo perfunderetur. Illa fuit myrrha prima, amara quidè Christo, nobis verò viuifica medicina. Sed hac myrrha non con-

Psalm. 44.

Plin. lib. 12.

c. 15.

Hieron.

Cant. 4.

tenti inimici apponunt denuo ignem, vt plurimam myrrham A  
det, capiunt illum, & tam strictè ligant, vt sanguinem multum  
eliciant. Ea ampliozem myrrham, cum in terram proijciunt, &  
conculcant, sudat, iterum que sanguinem dat. Videte, quia sa-  
tis superque sanguinis dederit in nostri redemptionem. Ad-  
huc agricolæ plus myrrhæ cupiunt. Ligant eum ad columnâ,  
& ibi myrrha sanguinis non guttatim, sed per riuos decurrit:  
& quia aliquid sanguinis in capite manebat, adhuc illum ex-  
quirunt: nouum ignem apponunt, capiti coronam figunt, &  
sanguinis vnda manauit. Nec verò hoc contenti nouum appo-  
nunt ignem. Mittamus lignum in panem eius. Crucem impo-  
nunt eius kumeris, qua sudorem, & sanguinem denuo det no-  
bis: & quasi in torculari ponitur, vt vniuersum det sanguinem B  
trabe torcularis pressus. Nec hoc contenti Caluarium deuene-  
re, vbi iterum expoliatus est, & decoriatus, & sanguinis v-  
dæ procedunt: crucifigitur, & è manibus, & pedibus riuus de-  
currunt sanguinis. Verè dicere poteris: Manus meæ distil-  
lauerunt myrrham, & digiti mei pleni sunt myrrha proba-  
tissima. Et tandè lancea vulneratus sanguinem qui ad cor ac-  
cesserat, dedit, vt gutta iam in eo non maneret. En myr-  
rham nostræ in corruptioni, & saluti seruatam; ea  
proficiamus in salutem: ea abluantur pec-  
ccata nostra, vt cumeo resurgamus,  
& viuamus

Sap. 2.

Cant. 5.

## A De compassione Beatæ Mariæ.

*The. Tetendit arcum suum quasi inimicus: firma-  
uit dexteram suam quasi hostis: occidit omne  
quod pulchrum erat visum in tabernaculo filia  
Sion: effudit quasi ignem indignationem suam.  
Threnorum. 2.*

B



Efficitis consolatio esse solet, vt alij ipsis compa-  
tiantur. Sic vt consolarentur Iob amici eius, Iob  
2. dicitur, Exclamantes plorauerunt, scissisque ve-  
stibus, sparserunt puluerem super caput suum in  
cælum: & sederunt cum eo in terra septem die-  
bus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. Vi-  
debant enim dolorem esse vehementem. Quod vero ipsi non  
esset qui condoleret, & compateretur. Conqueritur, Psal. Su-  
stinui, qui simul contristaretur, & non fuit. Erit ergo solatio  
Mariæ, vt ei nos compatiamur. Tenemur verò hoc præstare,  
C quia filij eius sumus: quos hac die summis illa doloribus ge-  
nuit. Inter dolores enim eius in hac die vnus fuit, cum audi-  
uit: Mulier ecce filius tuus. Pro Christo filio recipit discipulû,  
inæqualis planè commutatio, sed nobis summæ misericordiæ.  
Omnibus enim datur in matrè. Vnde vidisse discipulû, dicitur  
Christus: quia vt discipulus, potius, quam vt Ioannes, eam re-  
cipit in matrem: ad eam ergo accedamus.

Verba illa Hieremiæ, ad literam de excidio Hierosolymi-  
tano dicta sunt: simul vero de Christi morte, in qua solu-  
tum est templum illud diuinum, & Deus, vt inimicus vltus  
est hominum peccata. Ne recogites peccatû aliquod sine ius-  
ta punitione à Dei iustitia præteriri. Quod si in aliquo pec-  
cato videtur aliquid dissimulasse maxime in hominis pec-  
cato

Iob. 2.

Psalm. 68.

Ioan. 19.

cato id esset. Sed hoc sine dubio punitum est, plusquam Angelicæ peccatū: de quo licet vindicta sumatur, nunquam tamē diuinæ iustitiæ factum est satis, sed nec fiet vnquam. Sed hominis peccato eam vltionem adhibuit, vt plenissimē satis factum sit diuinæ iustitiæ, adeo vt si inimicus Deus esset, vindicta sumpta ab eo esset abundans. Meritò ergo Propheta ait, dum Christi dolores videt: *Tendit arcum suum quasi inimicus, firmavit dextram suam quasi hostis.* Addit verò. *Occidit omne quod pulchrū erat visu in tabernaculo filie Sion.* Omne quod erat pulchrum in tabernaculo Mariæ, Christus Dominus est. De quo Esaias, gloria Libani data est ei: decor Carmeli, & Saron. Et de quo in figura dicitur. 2. Reg. 14. Porro sicut Absalon non erat vir pulcher in Israel, à planta pedis vsque ad verticem capitis non erat in eo macula: & quotannis tondebantur capilli eius, vt ornaretur filia Hierusalem. *Effudit quasi ignem indignationem suam,* Hieremias ait. Quia castigatio hodie crudelior facta est, quam quæ in inferno fit. Quia ibi puniuntur nocētes, & citra condignū: hodie verò punitus est innocens, & vltra condignum. Suscepit ille peccata nostra: dedit nobis iustitiam suam: sed diuersimodè, peccata enim sumpsit sola extrinseca imputatione, eius tamē iustitia a nobis participatur formaliter. Peccata verò ille de toto rigore iustitiæ persoluit: quod in inferno nunquam fiet, quia nunquam factum erit satis diuinæ iustitiæ.

Sed magnitudinem dolorum, quos Maria hodie pertulit, quis explicabit? Ex duobus dolor eius processit, ex amore ad Christum Dominum, & ex summis Christi doloribus. Quanta verò hæc sint, quis dicendo consequi valeat? Amor Mariæ in Christum tantus est, ait Anselmus, vt omnem humanam, & Angelicam etiam excedat cognitionem. Videamus copiosissimos fontes huius amoris, & inde colligere licebit, quātus, & quam redundans sit fluuius amoris, qui ex fontibus tam vberissimis proficiscitur.

Ex triplici fonte promanat amor Mariæ in Christum. Primò, ex affectu naturali matris ad filium, & filium tantum, ac talem. Secundò, ex gratia, & charitate infusa, quæ ei plenissimè concessa fuit. Tertiò, ex tam longa cū Christo conuersatione, & familiari cōiuctu, ex quo oriri solet amor amicorū. Ex quo

libet

libet autem istorum tātus oritur amor, vt excogitari vix possit, Quid ergo erit amoris fluuius exundans ex his omnibus collectus? De primo naturalis matris in filiū effectus, diuina scriptura attestata cognoscitur, esse maximus. Adeo, vt cū velit Deus amorē suū infinitū in homines exaggerare dicat, maiorem esse amorē matris in filiū. Et si illa oblita fuerit, ait, ego nō obliuiscar tui Esai. 49. Nec solet mons cōferri cū grano sinapis. Maximus ergo ille amor est, cum quo comparatur diuinus infinitus amor. Et cū Dauid vellet suū in Ionatham declarare summum amorē, non alium inuenit, cui eum cōferret, quā amorē matris in filiū. Sicut mater, ait, vniciū amat filiū suum: sic ego te diligebā. Summa probatio Dei, & tentatio in Abrahamā fuit: Tolle filiū tuum, quē diligis, Isaac, & offer mihi illum. In omni labore

B suo: nō legitur plorasse Iacob, nisi quādo Ioseph amissus est. Iob donec quartus nuncius ei dixit filiorū mortē, nihil videbatur cōmotus, licet plura ei nunciata sunt mala. Verbū loquutus non fuerat, nec quisq; aliud fecisse dicitur, sed morte filiorū audita scidit vestes, totondit caput, & in terrā se deiecit. Heli audiēs filios mortuos in bello, moritur. Et experiētia cōpertū est, tantū amorē esse matris in filiū, vt eā dementet, ac faciat plura deliramenta loqui. Vnde eū vocat Regē, ducē, sponsū. Et si in amore aliquo verū est, quod Plato in Phedro ait, qui ponit amorē inter species mania est in hoc amore matris in filiū: qualis ergo Mariæ in filiū amor? maxime cū plura cōcurrāt, quæ hunc amorē mirum in modum augent. Primum ex Anselmo, quod cū

C Christus patrē in terra nō haberet, erat ei Maria, quali pater & mater, & sic cōcurrabant in ea amor patris, ac matris. Secunda, quādo filius vnicus est, quādo matri simillimus, quādo primo genitus, & multorū bonorū hæres, quādo pulcherrimus, quādo sapientissimus, quādo optimus, mirū in modum crescit, & exuberat matris in filiū dilectio. Attende quanta in Christo cōcurrant, vt à matre nimium diligatur. Vnicus illi hic filius est, illi simillimus in natura humana, sicut patri in diuina hæres vniversorū. Speciosus forma præ filijs hominū, talis deniq; , vt esset totus desiderabilis, & oculos omnium ad se traheret, & angelorū oculos attonitos teneret, etiā si alia ex parte videant inuitā Dei pulchritudinē, in quē desiderant Angeli prospicere, Pe-

trus

Esa. 35.

2. Reg. 14.

Anselmus.

Esa. 49.

2. Reg. 17.

Gen. 22.

Iob. 1.

1. Reg. 17.

Plato.

Anselm.

1. Pet. 1.

trus ait, & ex quo ille conceptus est, additus est Angelis beatis singularis cumulus gloriæ ex illius aspectu. Vnde ipsemet ait; hæc est vita æterna, vt cognoscant te, & quæ misisti Iesum Christum. Si ergo eos, qui exteri ab eo sūt, sic vulnerat charitate, quid matrē non vulneret? Ecce tu quam pulcher es dilecte mi, & decorus. Præterea singulare erat Mariæ priuilegium, quo mirū in modū amor hic naturalis eius crescebat. Et quid illud? Certe securitas certa, quod hic amor eā à Deo suo non separabat, nec diuidebat: imò vero conglutinabat, ac coniungebat, & sic habenas omnino laxabat amori huic. Amor naturalis aliorū tēperari debet ac cohiberi, ne diuino amori contrarius sit, si nimiū crescat. Quod si ita non esset, non diceret Christus Dñs, Siquis uenit ad me, & non odit patrem, matrem, filios &c. Potest enim amor creaturæ peccare, vel quia rei prohibitæ est, vel, quia nimirus est. Hinc Hiero. cōtra Iouinianum ait: Adulter est in suā vxorē amator ardētior. Quod explicabat Pythagoras Symbolo illo: Arcū annulum ne gestato, id est, ne sit tibi amor creaturæ, qui te angat, & cruciet nimiū. Ita Hieron. explicat. Hoc verò in Maria locū non habet, quæ cum filiū diligit, Deum suum diligit, & idē in filij amore excedere non valet. Non potuit tantū filium diligere, vt nō esset ille amplius, & amplius diligendus. Non hic amor eam separat à Deo, imò coniungit. Ideò sine timore diligit, habenas laxat, amoris flāmas & licet à se, quasi fornax septuplū succensa. His verò, quæ dicta sunt accedit quod mater est, quā filius deuinxit summis beneficijs, vt eū diligit. Prius enim ei ille esse dedit, quā ab ea reciperet, & filius est qui in immēsum eā exaltauit, eā in matrem assumens, ait Ansel. Et in conceptione, & natiuitate ei integritatem conseruauit, quā illa summē dilexit, quod nullus vnquā filiorū fecit cū matre sua. Quò, amor perueniet hic tot titulis exaggerat? Quo ultra procedam? nō restare videtur, sed quod minus est, hucusq; dixim⁹.

Erat secundo in Maria amor supernaturalis, procedens à gratia, & charitate infusa, de quo in Apoc. Suadeo tibi, emere à me aurū ignitum probatū, vt locuples fiat. Est enim charitas, vehemens fortissimaq; inclinatio, quā Deus animæ præstat, vt eum diligit. Estq; adeò fortis, ait Ambrosius, vt excedat omnē amorem naturalem, illumq; facile vincat, vt effectis manifestis ostēsum

Cant. 1.

Luc. 14.

Hiero.  
Pythag.  
Hiero.

Anselmus.

Apoc. 3.

Ambros.

A sum est. Nullus enim naturalis amor parentum effecit, vt ea pro filijs præstarent, ac paterentur, quæ martyres pro Christo. Et cum amor supernaturalis cum naturali in arenā descendit, obtinuit, vincitque supernaturalis amor, vt in emblemate depictū est ligante amore honesto Cupidinem. Et manifestum id factū est in Abrahamo, in quo duo isti amores pugnaverunt: vicit verò supernaturalis amor. Et in matre Machabæorū, & in Symphorosa simile accidit, in quibus Dei amor, amorē naturalē filiorū facile superauit. Hic verò supernaturalis amor fuit in Maria summus. Adeò enim copiosa gratia & charitas ei data fuit, vt singulari priuilegio in via posita omnes beatos vinceret gratia & habitio charitatis. De hac tanta gratia, qua plena fuit gloria & habitio charitatis. De hac tanta gratia, qua plena fuit gloria & habitio charitatis.

B turilla, Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatē. Vinum nouum charitas est, mustum illud de quo in Actibus dicitur: Isti musto pleni sunt. De quo Mariæ concessum est nō vas solū, sed vniuersa cella vinaria. Nam cæteris per partes: sed in mariā se infudit gratiæ plenitudo. Fuit ergo hic Mariæ supernaturalis amor multis patribus maior naturali affectu eiusdē ad filiū. Simul ergo in illo camino cordis Mariæ pone amorē naturalē maximū, & super adde gratuitū, quo perueniet flāma illa? Solus amor supernaturalis effecit in Paulo, vt diceret: viuo ego iā nō ego uiuit verò in me Christus. Quid Maria diceret? quæ eructaret, cū ardentis ima flagraret charitate.

Erat tertio in Maria amor acquisitus perpetuo cōiuctu Christi. Est enim conuictus oleum, & ligna, quibus amor incēditur. Hinc sancti cum Deo suo maxime conuersantur, fugiuntque creaturarum conuictum, vt hic ignis in eorū corde ardeat. Maria vero Christo perfruita est ab initio vsq; in finem. Perpetua enim Christi assecla fuit. Exteros vero sibi maximē deuincibat Chrs Dñs, vt Magdale nam Petrum, & alios, qui eo fruebantur. Quid efficeret in Maria quomodo illā ignirēt verba illa vite, quæ alios post se ducebāt, & dulcedo illa tāta, quo omnes alliciebant vidētes eū, qui tot⁹ erat desiderabilis. Crescebat in dies naturalis amor & supernaturalis, in immēsu noua seper addita gratia, & charitate ex meritis Mariæ. Hic liquidò perspicias, quāuis qualisq; arderet ignis in corde Mariæ. Sine dubio Seraphini descēdere è cælo poterant: vt amorē discerent in corde Mariæ,

vola.

Gene. 22.

Cant. 1.  
Apo. 2.

Gal. 2.

Cantic. 5.



volauit hæc aquila terræ super Cherubinos & super pennas ve-  
torum. Ex hoc immenso amore Mariæ procedebat opera eius  
summi meriti esse. Cum enim præcipua ratio meriti sit gratia  
& charitas, plus Maria merebatur cum pannis inuoluebat Chri-  
stum infantem, quam Laurentius, cum super craticulam vreret.  
Hic etiã amor, hæc gratia, eam summe Deo gratã reddebat.  
Sed, ò beatissima virgo ex eodem tibi fonte promanat amarũ,  
& dulce, quod te Deo facit gratissimam, & quod te reddi-  
tissimã. Carnifex enim torquens Mariæ cor hic amor est. Et  
quo maior, eo maiora dat tormẽta. Cũ enim charitatis sit, gau-  
dere cũ gaudentibus, flere cũ flentibus, mẽsura doloris amor  
est. Quis ergo dolorẽ dicẽt? qui amorẽ. Hic inexcogitabilis est,  
ergo & dolor. Meritò Ieremias ait. Cui cõparabo te, vel cui assi-  
milabo te filia Ierusalẽ? Cui adæquabo te virgo filia Siõ? Magna  
est velut mare contritio tua, quis medebitur tui? Nulli cõpara-  
ri potest in amore, nulli item in dolore. Sed si alicui cõparetur,  
mari cõparanda est. Sicut enim initio mundi omne aquam in  
vnum collegit Deus, & cõgregationes aquarum appellauit ma-  
ria, sic in nouo Ecclesię mũdo aliud condidit Deus mare, quod  
est Maria, & ibi congregatæ sunt omnes tribulationes. Vnde  
eius nomine dixit Noemi Ruth. 2. Ne vocetis me Noemi, id est  
pulchram, sed vocate me Mara, id est amaram, quia amaritudi-  
ne valde repleuit me omnipotens. Egressa sum plena, & vacuã  
reduxit me Dominus: cur ergo vocatis me Noemi, quam do-  
minus humiliavit, & afflixit omnipotens? Cui ergo comparabi-  
mus te, o virgo beatissima. Non quidem matri Tobie, de qua di-  
citur. Flebat irremediabilibus lachrymis, dicens: Vt quid te mi-  
simus peregrinari lumẽ oculorũ nostrorũ, baculũ senectutis no-  
stræ, solatiũ vitę nostrę? O virgo sanctissima, si à te quæramus,  
quod lumẽ oculorũ tuorũ, quis amor tuus, certe Christus. Nõ  
ergo cõferẽda illi es, amor inæqualis est, inæqualis & causa dolẽ-  
di. Dolet enim illa, quia filiõ morã facit: tu verò corã oculis tuis  
cernis vnicũ filiũ crucifigi. Nec verò matri Machabæorũ cõpa-  
rabo te, quę septẽ filios coram se vidit occidi, eos enim populus  
Israel vt martyres laudabat, & matri eos consolari licebat.  
Sed Maria innumeras in Christum blasphemias audit,  
nec eum leuare potest vlla consolatione. Derelictus à patre

est

**A** est causa prima, ab omnibus causis secundis est derelinquẽdus,  
fons totius consolationis pater est, qui est pater misericordia-  
rum, & Deus totius consolationis, alia omnia alui sunt, per  
quos fuit cõsolatio, fonte vero clauso omnis alui aridus ma-  
net. Nec te comparabo Abrahæ filium in sacrificium ducenti:  
ille enim si filiũ duxit in montẽ, reduxit tamen incolumẽ, & be-  
nedictum, tu vero sine filio relicta es orfana. Nec te compara-  
bo Iacob ploranti Ioseph, supererant enim ei vndecim filij. Nec  
etiam Dauidi ploranti suum Absalon, & dicenti, quis mihi det,  
vt ego moriar pro te, ille enim, licet pulcher aspectu, sed fœdus  
moribus, inobediens patri, & proditor occubuit, Christus vero  
subditus illis, omni præditus pulchritudine. Nulli itaque com-  
paranda es dilectione, nulli conferenda dolore. Hic ergo amor  
carnifex fuit cordi Mariæ. Et secundum amoris magnitudinẽ,  
magnitudo erat doloris. Ad eò vt Hiero. dicat puncturam acus  
Christo inflictã vulnus læcæ fuisse cordi Mariæ. Si ergo Chri-  
stus exterius tantis vulneribus confossus erat, quale esset inno-  
cens Mariæ cor, si vulnera per corpus Christi sparsa tã fœdum  
Christi corpus effecerunt, quã amarũ Mariæ cor esset, in quo  
simul vniuersę plage? Sed præcipua aliqua dicemus, in quibus af-  
flictio Marię summa extitit. Primũ cũ ei Christi passione annũ-  
ciauit suã. Secũdũ cũ eũ crucẽ baiulatẽ vidit in via publica, quę  
nũc hanc ob causam dicitur amaritudinis. Tertium cum eũ vi-  
dit crucifigi, & eleuari, ac mori. Quarto cum eum sepeliuit.

**C** De primo D. Bonauen. in Meditationibus vitæ Chri c. 72. ait  
Regauit Magdalena Chrm, vt in domo sua maneret tẽpore il-  
lo, quod iam instabat paschæ, ad eũq; illo paschate matri Ma-  
riæ, quæ ibi præsens erat ille vero negauit, asserens se omnino  
in Ierusalẽ ascẽsurũ. Tũc Magdalena accessit ad Christi matrẽ,  
cui nũquã aliquid negatũ fuit. Pete mater mea, nec enim fãs est  
vt auertã faciẽ tuã, ait Salomõ. Tũc Maria post cœnã filiũ sic al-  
loquitur: Nosti filimi, filios cũ extra domũ parentũ sunt, prope-  
rare, vt tẽpore paschę cũ matre sint. Hoc ergo paschate mecũ tu  
mane Christus vero Dñs faciẽ cõposuit in tristitiã. Tristati sũt  
illi, qui carcere tenebãtur in Agypto, propter visionẽ, quam  
viderãt, ad quos Ioseph ait. Gene. 40. cur tristior solito est ho-  
die facies vestra? Acceperat iã Chrs Dñs mortis sententiã, quã in

Tom. Primus

D d d

stare

Thren. 2.

Gen. 2.

Ruth. 2.

Tobie. 10.

2. Mach. 7.

Genes. 37.

2. Reg. 18.

Luc. 22.

Hiero.

D. Bonan.

3. Reg. 2.

Gene. 40.

flare videbat, & tāquā nocti proximus obnubilatur sol ille iusti-  
 tię, à quo mater querit. **Quę** insolita hec tristitia est? Cui filius:  
**Luc. 2.** Recordare mater dulcissima tridui, quo māsi in Hierusalē, dixi  
 quē ubi, in his, quę patris mei sunt, oportet me esse. Simile tibi  
**Luc. 2.** nūc dico, oportet nūc Patri obtēperare, accessit iā tempus, quo  
 ego pro patris obediētia, & mūdi salutē vitā expositorus sū, in  
 quo doloris gladius pertrāfibit animā tuā, vt tibi Simeō prædi-  
**Deut. 34.** xit, in quo debitū humani generis soluēdū mihi est. Sed Dñe vt  
 quid hæc ei loqueris? vis immolare matrē cū filio, cōtra legis præ-  
 ceptū? Et vt simul capiatnr nidus cū matre? Cor dulcedinis re-  
 ples amaritudine? Vere enim nunc dicet: Inebriauit me absin-  
**Iob. 23.** thio: repleuit me amaritudinibus. Ecce vas sanctitatis factū vas  
 pœnalitatis. Nūc dicere Maria potest illud Iob. Deus molliuit  
 cor meū, & omnipotēs cōturbauit me. Vere nunc dicet, anima  
 mea lique facta est, vt dilectus loquutus est, vberimafq; fudit la-  
 chrymas, sūmo dolore facta intrinsecus. Tūc filius serui perso-  
 nā agēs, qui ad pedes discipulorū cōtinuo genuflectēdus erat,  
 prius matri genuflex<sup>o</sup>, ab ea petit tū veniā, tū matris benedictio-  
**Psal. 19.** nē, vt in bellū difficile proficiscatur. Quā illa immēsis lachrymis  
 affecta dat. Eā verò regius psaltes prædixerat integro Psal. Exau-  
 diat te Dñs in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.  
 Mittat tibi auxiliū de sancto, & de Siō tueat te. Memor sit om-  
 nis sacrificij tui, & holocaustū tuū pingue fiat. Tribuat tibi secū-  
 dū cor tuū, & omne cōsiliū tuū cōfirmet. Impleat Dñs omnes  
 petitiones tuas. Quia vero diuersi respētus in Maria se mutuo  
**Gen. 32.** nō impediūt, postquā vt mater Christū benedixit, illa vt eius fi-  
 lia genuflectēs ab eo petit benedici dicēs: Nō dimittam te, nisi  
 prius benedixeris mihi. Merito Dñe benedices coronę annibe-  
 nignitatis tuę. Indiget illa benedictione tua in tāta acerbitate  
 passionis ingressura. Benedicit ergo illā Chrs Dñs, ei promittēs  
 auxiliū, vt in tāta tribulatione stare possit. Et insuper ei promit-  
 tit passionis suę fructū vberimū, quē illā participabit super om-  
**Gall!** nes homines in gratia, donisq; cœlestibus. Nō immerito Gręci  
 amorē dixere glichi picros, qđ significat amarū dulce. Galenus  
 li. 3. de simpliciu medicamētorū facultate c. 16. ait. Si parē absin-  
 thij, portionē melli exquisito cōmixtā linguę imponas, glichi pi-  
 crō, quēadmodū poetę cognomināt amorē, quod ex ambobus  
 mix-

**A**mixtū fuerit, videbit. Vnde amor similis dici solet malo medi-  
 co, quod vulgo dicitur la cidra, cōtinēti acedulce. Quod si ali-  
 cubi videri potest, maxime in Maria, in qua sūmus amor: vnde  
 sūma dulcedo, & sūma amaritudo. Sūma ei fuit dulcedo in Chri  
 cōceptione, partu & cōiūctū. Vere beati oculi Marię, & beatę  
 aures & beata viscera. Nūc vero sūma est ei amaritudo, ineffabi-  
 lis tristitia irremediabilis plaga, quia in Christo omnia amitte-  
 bat. Tu cū salutē amittis, adhuc vitā retines, qua te cōsolari po-  
 tes, sed qui vno tēporis momēto cūcta perderet, quomodo le-  
 uari posset? Erit Deus omnia in omnibus, & sanctis. De<sup>o</sup> omnia  
 est. Dicebat ex eis quidā: Deus ræus, & omnia, quid diceret Ma-  
 ria. Quę vita tua ò Maria: quę salus? quis honos? quę substātia?  
**B**plane solus filii<sup>o</sup>, eo amisso oīa simul amittit, irremediabile malā.

Secūdū dolore plenū Marię fuit, cū crucē baiulātē intuiat  
 fuit in calle amaritudinis, cū iā morti proximus, flagellatus, spi-  
 nis coronatus, omnino deformatus esset. Attende: qualis tunc  
 Chrs procederet, factus vir dolorū, & tot doloribus plenus, vt  
 putauerit Pilatus, posse se eius aspectu lenire corda inimicorū,  
 & ideo eis illū ostēdit, dicēs. Ecce homo, cū ergo talis apperuit  
 dulcissimæ matri dictūq; ei est. Ecce homo, ecce filii<sup>o</sup> tuus, quo  
 dolore fuerit affecta, quis cogitet. Quēadmodū cū speculo res  
 aliqua obijcitur, illā omnino intra speculū videbis: & quēadmo-  
 dū, cū sigillū cerę blādæ imprimitur, omnis eius linea incera fi-  
 gnatur, sic Marię cor dici potest speculum sine macula, in quo  
**C** Chrs totus efformatus & effigiatus est, cera, in qua impressę om-  
 nes illę figurę. Simile ergo tūc Marię cor Chri corpori. Si ille  
 vir dolorū. Maria mulier dolorū. Si ille ait: Attēdite si est dolor,  
 sicut dolor meus. Maria similiter. Tūc vere doloris gladius per-  
 trāfibit animā eius, vt Simeō ad eā fuerat præloquutus. Similia  
 verba, & quę tantū significarēt dolorē, nulli vnquā in mūdo di-  
 cta fuere ac Simeō Marię dixit, cū ait: Doloris gladius &c. Gla-  
 dios nouissimus ex ferro, vel ære factos, sed ex dolore quis vn-  
 quā vidit? Quo dolore afficiet gladius doloris? Vt ergo Spirit<sup>o</sup>  
 sanctus significaret sūmū, acerbissimūq; dolorē, hoc verbo vsus  
 est, gladius doloris pertrāfibit animā tuā. Sed amplior te adhuc  
 dolor manet ò dulcissima virgo, ac cēdamus in mōtē, vbi innu-  
 meri tibi dolores parati sūt. Ibi oculis cernes Chrm crucifigi, ex

Simile<sup>o</sup>Thren. 2<sup>o</sup>Luc. 2<sup>o</sup>

poliari veste sua, & ad hoc coronā tolli de capite eius. Deinde v̄  
 excoriari Chr̄m, quoniā vestis adhæserat carni Christi, quę vni  
 uersa plaga vna erat. Vidit nudū Adā secūdū videt deinde coro  
 nā iterū capiti illius affigi sūma crudelitate. Vidit manus pedes  
 que perfodi, in altū eleuari, sanguinē vndatim profluere. Audit  
 innumera opprobria, atq; blasphemias. Ad quid hodie virgo  
 beatissima oculi? Ad quid aures? Quid morti filij astas? Morie  
 bas præ siti Ismael, nec potuit Agar eius morti intueri, sed ait:  
 Nō videbo puerū moriētē & proiecit eū sub vñā arborē, quomo  
 do, ò virgo videbis moriētē filiū tuū? O virgineū cor gladijs do  
 loris vndiq; trāsfixū? Nō est numerus arenæ maris, stellis cœli;  
 sed potius nō est numerus dolorū Marię. Intrauerū hodie aque  
 vsq; ad animā tuā. fluctus feri maris ascēderūt super Marię cor.  
 Vidisti Deū tuū indignissime tractari, & blasphemari. O quot  
 dolores in cor tuū intrarūt per auditū? quot per oculos? Sustulit  
 oculos mulier prima vt videret pomū vetitū, apparuitq; ei pul  
 chrū visu, aspectuq; delectabile. Sustulit oculos Maria in cruce  
 vt Chr̄m videret, plusq; dolet, cū eū sic videt quā delectata sit  
 Eua viso delectabili fructu. Desiderat Maria Chr̄m videre, ei  
 enim aspectus sanat, etiā à serpente morfos, & iustos amore incē  
 dit. Oculos ergo eleuat, in eū, Sed quā primū eleuat tā cito de  
 primit, vidēs eū, a deo deformē, vt eius aspectū ferre nō possit.  
 Amor cogit oculos leuare, & dolor cogit eos deprimere. Et  
 quocunq; modo sit, in cruce, illa est & in angustijs maximis. Si  
 enim eum non aspicit, amor eā torquet desiderio videndi eū, Si  
 eum aspicit, dolor eam transfigit videns eum virum dolorum:  
 nam ex dolore quid nasci potest nisi dolor?

Sed cū eū expiratē vidit, expiraret vtiq; illa nisi à Deo teneret  
 tur. Expirauit enim ille spiritū Marię: spiritus enim Christi magis  
 erat Marię spiritus quā proprius. Quę hic illa verba diceret,  
 quis nouerit? Tu Deus meus mortu⁹, & ego viuo super terram  
 quomodo potuit cor meū mortē tuā videre, nec cōtinuo defe  
 cit. Grādis amor inte me⁹, cui⁹ testis dolor est immēsus: sed quo  
 modo mori potuisti nec me interfecit tecū amor meus, cur me  
 Dñe tecū nō duxisti? Quid matertua sinete faciet! Quoibo? quē  
 audia? quē intuear? tu sol⁹ De⁹ cordis mei, & pars mea: sinete vt  
 quid viuā. *stabat autē iuxta crucē.* Donec de poneretur. 2. Reg. 21

Rephā

**A** Rephā cōcubina Saulis vidit duos filios suos crucifigi propter  
 Gabaonitas, & tollēs Rephā cilicium, substravit sibi supra pe  
 tram ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cœlo, &  
 non dimisit aues lacerare eos per diem, neque bestias per noctē  
 Donec ergo Deus placaretur terræ, morte filiorum, & aquam  
 mitteret, inde nō recessit. Videt Maria crucifigi vnum filium,  
 sed in duabus naturis subsistentem, & propter aliorum peccata  
 crucifixus est, vt Deus terræ repropiciaretur, cui erat iratus. Re  
 spha vero ciliciū sibi substravit. Ait Vatablus, fecisse sibi ex cili  
 cio tētoriū. Interiori cilicino fuit Maria super petram Caluarij,  
 quia circumdata dolore, per cilicium significato: nec inde rece  
 dit, nisi Deum placatum videat. Sed ad quartū veniamus. Acce  
 dūt viri, & Iesū deponūt de cruce, & in vlnas matris dāt corpus  
 exangue. Vide, an hæc sit tunica filij tui Ioseph, an nō, videt cor  
 pus illud vndiq; laceratū, tabidū morte sine specie, & decore.

**B** Quis nūc Marię plāctū valeat explicare? O Deus, & fili mi, quo  
 modo me dereliquisti? Est hæc facies gratiarū plena, in quā desi  
 derant Angeli prospicere, quam ego meo pectore demulsi? O  
 pulchritudo sēdata ò luminare cœli maius obīcuratū. O lingua  
 quę verba vitæ habuisti, quis te mutā reddidit? O oculi luce splē  
 didiores, quis vos clausi? O manus diuinæ tornatiles aureę, quę  
 omnibus opē tulistis, quis vos per forauit? O cor dulcissimū in  
 homines, quis te aperuit? O caput tremendū, potestatis quis  
 te spinis transfixit? Quomodo cōuersus est chorus meus in lu  
 ctū, & typanū in dolorem? Cor Marię adeò plenū misericordia

**C** omnibus erat, vt si videret crucifixores filij sui pati, cōpateretur  
 eis: quid vel quodo filio cōpateretur. Sed tādē corpus eius ab  
 illa tollitur, & in sepulchro deponitur, & in domum redit cum  
 Magdalena, & Martha quæ vestē luctus aptauit Marię, viduæ.  
 scilicet, vestē, ac lintheū. Facta est quasi vidua dominagētiū, prin  
 ceps prouinciarū facta est sub tributo. Vno momento omnia  
 amisit Maria, & dānū eius hoc fuit, qđ illa perdita nō sit cū filio.  
 Esai. 41. Veniēt tibi subito indie vna duo hæc, sterilitas, & vidui  
 tas. Id est vno die carebis filio, & spōso, & omni bono tuo. Nō e  
 nim illa vidua māsit, cū Iosep. mortuus est, sed cū Chr̄s, qui erat  
 eius præcipuus sponsus. Quis ergo medebitur tui? Quis lethale  
 vulnus cordis tui, curare valeat? nō est medicus malo tāto, vnus

Tom. Primus

Ddd 3

enim

Genes. 21.

Genes. 37.

Thren. 1.

Esai. 41.

2. Reg. 21.

Psal. 39.

enim qui descendit de cœlo, vt mederetur contritis corde ipse te vulnerat. Quis ergo tibi medebitur? Vera dicere poteris, cū Psa. cor meū dereliquit me. Vere qui cor tuū erat, qui iuxta cor tuum genitus, quem diligebas plusquam cor, ipse te dereliquit. Christus & Maria vnū sūt. In Maria nihil est nisi Christus. Mori Christum erat illam omnino deficere, quia nihil in ea erat, quod non esset Iesus. Dicebat Paul. Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus. Sed in nullo solus Christus viuebat, nisi in Maria, solum in Maria Christus solus viuebat, in qua nihil regnabat, nihil erat nisi Iesus. Sine Iesu relicta est quasi nihil, reliqui aliquid habēt suum, quod non est Iesus, Mariæ solus Iesus. Eam ergo commitemur, eius dolore doleamus, vt cum ea consolemur suo tempore &c.

Galat. 2.

## In die Resurrectionis Dñi.

*Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni &c. Luc. 24.*

Exol. 15.



I antiquæ legis Maria adèd letata est, videns fratrem Moysen transisse cum vniuerso Israele mare Rubrū, A Egyptijs submersis, vt tympanū tenens & decāans diuinas laudes, iruitaret, omnes virgines Israel vt choras ducerent, Deumque laudarent. Quæ hodie erit lætitia Mariæ noui testamēti, & legis gratiæ, cum viderit vnigenitum Dei, & suum transisse mare passio nis, & in eo omnia peccata submersa reliquisse? Incredibilis hodie lætitia illius est, & quando aliud signū resurrectionis Christi non esset, quàm Mariæ immutatio, sufficiens hoc erat, vt Christus surrexisse crederetur, cū videremus omnium tristissimam matrem summa lætitia perfusam. Quis enim nisi Iesus suscitatus sufficiens esset mare amaritudinis in mare mutare dulcedinis? Magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tui. Thre. 2. Quis mare amaritudinis exiccabit, & in mare lætitiæ

Thren. 2.

**A** lætitiæ permurabit? quis plagam in medio cordis positam curabit? quis lunam eclipsim pallam reddet lumine plenam? Ecce Esai. 66. Præfens ego, ait Christus Dominus, hoc efficiam, vt fluminis impetus lætificet ciuitatem Dei. Flumen Maria habet, sibi, & alijs sufficiens. Ad hanc hodie lætitiā inuitamur. Sed nulla vera est abiquè gratia, eam petamus in hac die lætissima.

Esai. 66.  
Psal. 45.

**B** Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea, omnis creatura etiam insensibilis in Christi passione dolore ostendit, omnis item in resurrectione lætitiā. Sicut omnis mundus in solis ortu lætatur, & quemadmodum cum alicuius familiæ princeps in magnam dignitatem assumptus est, omnis familia lætatur, & congratulatur ei: sic nunc Christo à mortuis suscitato omnis creatura congādet, ac gratulatur. Cū enim omnis creatura naturaliter plus diligit Deum, quàm se, plus lætatur de bono Dei, quàm de proprio. Et cū omnis creatura reuelationem expectet filiorum Dei in spe, quia ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei in Christi resurrectione accipit signum, & pignus huius libertatis, vnde omnis exultat.

Psal. 117.

Simile.

Rom. 8.

Sed, vt omnium ostendamus lætitiā, historiam resurrectionis Christi dicamus, inde exordiētes, vbi eius passioni enarratæ finem imposuimus. Separata est anima Christi à corpore in passione vi tormentorum, sed suppositum diuinum separatum non est ab anima, nec à corpore, vt figuratum fuit Leui. 1. vbi dicitur, turturis extinctæ caput à corpore non separetur. **C** Caput Christi Deus, nō est hic separandus à corpore suo, quod est anima, & corpus Christi. Corpus ergo ad sepulchrum delatum est, sed anima descendit ad inferos, & hoc re vera, & nō solum secundum operationem, vt cum Lazarum suscitauit. Vnde est illud Psal. quod Petrus de hoc explicat: Non derelinques animam meam in inferno, nec verò hoc derogat Christi dignitati, non enim captiuus descendit, vt reliqui sed inter mortuos liber. Sicut ergo duci aliquem in Argerium, vel Constantino-polim captiuum signum est infirmitatis, & imbecillitatis, at eò ire vt victorem, & triumphatorem, vt captiuos liberet, potentia, & honoris est eximij, ita reliqui omnes descenderāt in infer-

Leui. 1.

Psal. 15.  
Act. 2.

Simile.

Eph. 2.

num tanquam mortis captiui, Christus verò tanquam mortis victor, vt captos eripiat. Eph. secundò. Expolians principatus, & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. De hoc descensu Christi ad inferos loquitur Zacharias nono cum dixisset: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus &c. Ad Christum conuersus ait: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. Erant sancti in limbo expectantes Christi aduentum, vt in cœlum ascenderent. Artificium enim inferiorum est lapides, & ligna expolire in ædificium, sed supremi artificis illa collocare suis locis, quod est domum construere. Sic ad legem & naturalem, & scriptam pertinebat aliquos hominum quasi incidere, dolare, ac elaborare: sed ad Christum, & eius gratiã, ex eis ædificare Hierusalẽ cœlestem. Donec ergo veniret Christus, erant in limbo, qui dicitur lacus sine aqua, id est, carcer, subterraneus: lacus enim carcer dicitur in scriptura, quãdo est subterraneus, vt Ioseph ait: Hic innocens in lacum missus sum. Additur verò sine aqua, vt carcer esse notetur, non puteus, aut cisterna. Sed ait propheta, in sanguine testamenti ereptos esse. Pro cuius expositione, & plurium locorum, qui de testamentis meminere, not. factas antiquis patribus promissiones, tum bonorum temporalium, tum æternorum: factæ verò sunt non contractu, qui donatio nuncupatur, sed

Genes. 40.

testamento: inde dicitur testamentum vetus, & testamentum nouum. De quo latè Paul. Hebræorum nono, & decimo. Id verò quod testamento legatur, vim non habet, nisi mors intercedat testatoris, vt Paulus ait, & iura omnia. Promissiones ergo terrenorum confirmatæ sunt morte testatoris figuratæ. Cum enim illa figura bonorum essent, satis etiam fuit figura mortis Christi in sacrificijs veteribus, vt confirmaretur testamentum vetus, & terra promissa patribus tribueretur. At vt vera & æterna bona darentur, necessaria erat vera mors, testatoris, sine qua nondum erat confirmatum testamentum, nec poterant homines hæreditatem cœlestem adire. Hoc significat Christus Dominus dicens: Hic est calix noui testamenti, id est, sanguis, cuius effusione confirmatur nouum testa-

Marc. 4.

mentum.

mentum, vt possint hæreditatem adire, qui vocati sunt. Et Paul. **A** Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum preuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Hanc ergo mortem testatoris expectabant in limbo patres, vt æternam hæreditatem obtinerent, ideo ait Zachar. In sanguine tuo, quo testamentum tuum confirmatum est, emisisti vinctos de carnere. **Matth. 28.**  
**Heb. 9.**

Descendens ergo Christus in limbum mutauit carcerem in paradysum, ostendens ibi patribus diuinitatem suã, & quando dæmon putauit se agnum occidisse, & vicisse, apparuit leonis virtus cum expoliantis. Quanta vero lætitia patres affecerit, mente cõprehendi non potest. Erat ibi primus parens, quem sapientia eduxit à delicto suo. Sapientiæ decimo. Erat ibi **B** iustus Noe, Abel martyr, plures prophete, qui diuersis generibus mortis Deum glorificauerunt, & denique patriarchæ, & iusti omnes, iam læti propinqua spe aduentus Christi, quem eis nunciauit Ioannes Baptista, vt eis esset præcursor, sicut & mundo.

Veniente ergo Christi anima gloriosissima conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, tunc vox exultationis, & lætitiæ, audita est, in tabernaculis iustorum. **Exod. 14.**  
**Psal. 17.** Inter alia verò maximè lætati sunt videntes librum signatum sigillis septem, quem nec in cœlo, nec in terra aliquis poterat aperire, per Christum apertum, id est, scripturam per Christum impletam, & declaratam. Viderunt omnes figuras Christi veritati redditas, quas hodie discipulis euntibus in Emaus ille aperuit, multo potius & patribus. Vidit Adam mortuo Abel datum ipsi filium Seth, id est, positum, significare **Gene. 5.**  
**Gene. 9.** Christo mortuo inuidia Iudæorum, nunc surgere Christum positum super omnia, iudicem viuorum, ac mortuorum. Ibi vidit Noe se ipsum nudari, deludi à Cham, & surgere, maledicere eum, & reliquos filios benedicere, significare Christum in cruce nudatum, ebrium vino amoris, derisum à Iudæis, sed à gentibus acceptum honore post resurrectionem suam. Vidit Abraham ire in montem Moria sacrificare arietem, & tertia die cum filio viuo, ac benedictionibus auctore redire ad suos, significare, **Gene. 17.**

*Genesi.* 37. Christum montem ascendisse, sacrificatum fuisse, & tertia die resurgentem viuum ad suos venire. En ait Ioseph, impleti somnia mea. En Christum adoratum à stellis, & manipulis, ab Angelis, & hominibus. Ecce ænigma meum solutum, ait Sancton. Interfecit Iesus Leonem, cum mortem interemit, omnia deuorantem: educit ex ore eius fauam mellis, accipiens patres, qui in ore erant leonis. Quando stomacho non bene congruit cibus aliquis, ipsum turbat, & nõ ille tantum cibus euomitur, sed omnis item cibus, qui in stomacho est. Impossibile erat limbo detineri animam Christi iuxta quod impossibile erat eum detineri à morte, & sic ipse exit, & secum educit omnia, quæ ibi detinebantur. Ibi vidit Dauid impletum illud: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, & denique omnes prophetæ videntur impleta ea omnia, quæ de Christo dixerant?

*Psal.* 15. Cum ergo Christus Dominus illustres illos: præcipuosque viros, qui antè mortis captiui fuerant, nunc verò sui erant, latificasset, cumque iam cum eis in limbo versatus esset tantum temporis, quantum satis erat, vt mors eius vera ostenderetur, eos inuitauit, vt relinquerent carcerem obscurum, & migrarēt in cælum, ad quod aperta iam via erat eius passione. Omnibus ergo factis stipatus primum in sepulchrum venit, vbi iacebat exanimè corpus, & illud intrans, ac informans gloriosissima Christi anima summa ipsum gloria cumulauit, vt qui socius fuit laboris, sit & consolationis. Sed quis explicare valeat dona corpori illi concessa? dicat ipse, qui dedit, vel qui accepit. Si enim oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te, quis enarret, quæ a filio præparauit?

*Esai.* 64. Sed aliquibus rationibus id inuestigare conemur, quarum illa sit prior, quod Christus filius Dei est, & corpus illud hypostatice vnitum verbo diuino. Vidimus, ait Ioannes, gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Talis in Christo gloria est, qualem decet vnigenitum patris habere, quando solum hæc esset ratio, quod Deus illam naturam humanam assumpsit, oporteret eam summa gloria decorari. Hac solà ratione dicit Paul. Vt sit in omnibus primatum tenens. Quia enim Dei naturalis filius homo ille erat, in omnibus primatum habere debuit: sicque illum habuit in omni gloria, & in ipsa resurrectione: vt hodie

etiam

**A** etiam patet, cum factus primogenitus ex mortuis est, primum resurgens in incorruptionem. Et ideo *1. Cor.* 15. dicitur, primitiæ dormientium. Licet enim alij surrexerint prius, sed iterum morituri, idè non profus à morte liberi: sed Christus resurgens ex mortuis, iam non moriturus, Initium fuit plenæ resurrectionis, vt in omnibus illie teneret primatū, & sic ille primus vidit in matris vtero diuinam essentiam. Primus resurrexit gloriosus, primus ascendit in cælum, ascendit pandens iter ante eos, non in vna re duntaxat, sed in omnibus: & hoc ea ratione, quia primogenitus Dei est, in omnibus debet tenere primatū. *Psal.* Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ Regibus terræ. Sicut enim multi sunt filij Regis, sed primogenitus omnia regna hæreditario iure sibi vsurpat, illeque solus plus percipit ex paternis bonis, quam reliqui omnes filij: Ita Christus Dominus, quia primogenitus est, plus accipit regni honoris, & gloriæ, quam omnes beati simul collecti. Ideo *Apoca.* 1. dicitur, primogenitus mortuorum, & princeps Regum terræ: Vbi per Reges terræ iusti intelliguntur, qui suas regunt terrenas cupiditates, quos hac ratione Stoici dicebant Reges, quorum princeps, & primogenitus dicitur Christus, & quasi primogenitus plurimam gloriam obtinuit integrum regnum. Alij alimenta habent ex mensa regia, sed Christus regnum ipsum. Eiusdem gloriæ magnitudinem alia ratione colligere possumus. In matrimonijs defert dotem vxor, vt sustententur onera matrimonij, & vita coniugum sit ampla, & abundans. In matrimonio vero Dei cum Ecclesia, quod in cælis celebratur, ac consumatur (venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se) est etiam necessaria dos, qua & anima, & corpus iusti ornentur, non ad onera sustentanda, quæ nulla sunt, sed, vt vita quæ cum sponso cælesti paragenda est sit abundans omni bono. Vnde sancti definiunt hanc dotem, vt sit perpetuus ornatus animæ, & corporis ratione spiritualis matrimonij, vitæ sufficiens, in eterna beatitudine iugiter perseuerans. Sed cum Deo tanto nubat anima in cælo, quanta, quamque pretiosa dos necessaria erit, vt tali sponso sit digna? Pro magnitudine enim mariti dos maior exigi solet. Quanta ergo dos illa futura est, qua ornandus est beatus, vt tanto Deo desponsetur? *Ephes.* 5. Christus dilexit Ecclesiam, & tradi-

*1. Cor.* 15.*Michæ.* 2.*Psal.* 80.  
Simile*Apoc.* 1.*Apoc.* 21.

Genes. 30.

tradidit semetipsum pro ea, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam: non habetem maculam, aut rugam. Dicere beati possunt illud: Dotauit me Dominus dote bona. Sed an dona concessa Christi humanitati, vt Verbo desponsetur, sint dicenda dos, an non, in dubium vocatur à Doëtoribus, quia ibi duę personę non sunt, vt matrimonium sit re ipsa. Sed nihilominus matrimonium dicitur propter naturarum diuersitatem conuenientium in vna persona. Sed siue per modum dotis, siue per modum ornamenti omnibus est in confesso esse illi concessa immensa bona, omnium excellentissima, qualia cōueniebant naturę suppositandę in diuino supposito. Si omnibus puellis intraturis ad Assuerum, dabatur de ornamentis, quicquid volebant, & petebant, quę obsecro Hester iam reginę daretur? Si omni animę, & corpori in gloria datur dos pro eorum voluntate: Dilata os tuum, & implebo illud, quid dabitur animę, & corpori Christi? Alio enim vinculo longe diuerso Ecclesia Christo iungitur, & alio humanitas verbo in vnitatem, scilicet, suppositi, qua ratione ille sponsus dicitur, quia Ecclesię desponsatur, & sponsa etiam dicitur eius humanitas, quia diuino supposito vnitur Esai. 61. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis?

Esai. 61.

Tertia verò ratione idem colligere licet, si attendas Christi merita infinita. Infinitum per omnia fuisse Christi meritum, omnes fatentur, Primo ratione suppositi infiniti operantis, qua ratione minimum eius opus fatis erat in redemptionem mundi, & infinitorum hominum, si essent. Secundo ratione infinite gratię inesse gratię, quę in Christo erat Tertio ratione mirabilium operum, quę pro patris gloria perpetravit, ego quę placita sunt ei, facio semper. Et cum anima Christi secundum D. Thom. in finita cognoscat, & comprehendat, omnia, scilicet, quę Deus videt scientia visionis, omnia tormenta inferni in æternum futura, & operatum beatorum, tum damnatorum. Et sic licet omnia opera operatus non fuerit, nec omnia tormenta passus, voluntate tamen efficaci, ita se patri obtulit, vt omnia illa faceret, & pateretur, si ei placeret, quę in æternum omnes homines facere, & pati poterant, & quę ille scientia sua cognoscebat. Par nãque voluntas cognitioni fuit, quã voluntatem, quia verissima erat,

Hester. 2.

Psalm. 80.

Ios. 7.  
D. Thom.

A erat, pater acceptauit, ac si illa omnia perfecisset, ac passus re vera esset. In hunc sensum Franciscus Venetus in harmonia mundi Cant. 2. Tomo 3. c. 14. accipit verba Christi orantis: Trãseat à me calix iste, non quod vellet passionem recusare, sed longiore moram erat contentus nobiscum trahere, vt opus redemptionis excellentius perficeret. Ided non ait: Auferatur calix, sed transeat, id est, differatur vsque ad finem mundi, quod pater non audiuit, acceptans ea omnia, quę voluit, ac si perfecisset re. En Christi merita omnibus rationibus infinita. Quod ergo erit tantorum meritorum præmium? Non gloria essentialis animę Christi, quam ab instanti conceptionis habuit ante omne meritum: quę ergo infiniti meriti merces? Primum quidem huius meriti nobis fructus condonabitur, in nos enim transtulit ille, quidquid ei obuenerit potuit. Sed ei quid dandum est? Certè sola gloria corporis, quę accidentaria est. Sed qualis futura gloria est, quę in finitis meritis respondeat? videtur infinitam futuram? Sed quia capax creatura non est glorię infinita, tanta erit, vt omnem superet mensuram, omnem cogitationem. Si enim calicem aquę frigidę, sic Deus munerat iusto, vt seipsum in mercedem tradat, qua remuneratione talia filij obsequia munerabit? Si iustorum capillos numerat, vt vnus non pereat, quia etiam minimas remunerat cogitationes, quid ingentia filij facinora? Maxime cum pater sit remunerator. Grauitas passionis ex odio processit inimicorum, magnitudo glorię ex patris amore, vires odientium finitę, amantis infinita. Si ergo illi tam atrociter eum cruciauerunt, quam immense pater illum glorificabit? Passus est solus: Singulariter sum ego, donec transeam, ab omnibus derelictus. Nũc pater ait: Sede à dextris meis, & omnes tum homines, tum Angeli ei genuflectant, quia sub omnium pedibus fuit. Nunc omnia dedit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quia à tribunali in tribunal ductus est. Nunc constitutus est à Deo iudex viuorũ, & mortuorum, & data est ei omnis potestas in cœlo, & in terra. Labores, & dolores breues fuerunt, quia fundamentum eorũ fuit vita corruptibilis, citò transiens, sed gloria, & regnum æternum, quia in vitę æternitate, immortalitate, ac impasibilitate fundatur. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, cen-

sus

Psalm. 21.  
Franciscus  
Venetus.  
Matth. 27.

Matth. 10.

Matt. 10.

Psalm. 104.  
Psalm. 109.Ephes. 1.  
A. 3.  
Mar. ultim.

sus perpetui super Verbum Dei locati, ac constituti, quod manet in æternum; summa ergo gloria Christi Domini corpus ornatum est.

Glorificasti Domine carnem tuam. Sed memor esto, quoniã mater tua etiam caro tua est, & quæ socia fuit passionis, sit & cõsolationis. Sanfon de fauo mellis, quem inuenit, primum matri dedit. Sine dubio Christus Dominus resurgens mel illud gloriæ, quod inuenit, matri communicauit, eique primo apparuit. Ita Ambro. Sedulius, Anselmus, & Greg. Nissenus oratione. 2. de resurrectione. Cum vero dicitur primum Magdalenæ apparuisse, intelligitur de testibus iure non suspectis. Ita Rupertus li. 7. de diu. officijs. c. 25. & Simeõ Metaphrastes in oratione de vita, & dormitione Marię. Nec verò apparitionẽ hãc Euãgeli-  
stæ narrant, quia res erat ad eò manifesta, vt ratione illam manifestante necessarium non fuerit illam memoria prodi. Hæc verò ratio multa, & mirabilia nobis cogitare permittit in hac apparitione facta. Venit ergo Christus cum omnibus sanctis, vt inuiferet matrem, tum propter gaudium matris, tum propter sanctorum gloriam. A natura nobis insitum est, cum nobis aliquid est valde pretiosum, vt illud ostendere velimus amicis, ad nos venientibus, vt illius fruantur aspectu, illudque laudent, & in pretio habeant. Sic legatis Babylonis ostendit Ezechias thesauros domus suæ. Sic ergo sanctis patribus primum Christus ostendit diuinitatem suam, deinde humanitatem gloriosissimam, ex cuius conspectu summam concepere lætitiã. Cum verò tertium, quod illi erat pretiosissimum, ac charissimum mater esset, voluit eis eam monstrare, vt eam intuerentur prope agnoscerentque mediatricem omnium bonorum, quæ possidebant, & viderent puram creaturam summè ab eo dilectam, & vt magnalia conspicerent, quæ in parua muliere ille posuerat, magna, quæ in ea fecerat, qui potens est, virtutes eximias, quibus illam ornauerat, vt viderent exemplar omnium virtutum, præcipue humilitatis, & castitatis, fornacem amoris diuini, immensum bonorum pelagus, & totius perfectionis summam. Venite, ait, Patriarchæ, Regesque Iudææ, & videte filiam vestram, matrem meam, vas pretiosissimum, ex quo reliquia corporis mei sumpta est. Venite prophætæ sancti, & videri-

Ind. 14.

Ambro.  
Se. Julius.  
Ansel.  
Nissenus.  
Iuan. 20.  
Rupertus.  
Metaph.

4. Reg. 20.

- A debitis virginem illam, cuius promissione cõsolabimini Israel, fœminam quæ circumdedit virum. Veni Eua, & vide mulierem sine vâ, filiam quidem tuam, sed non culpæ participem, quæ omni malo, quod per te intrauerat, remedium adhibuit. Veni propheta Regie, & videbis filiam tuam, de qua tu multa dixisti, dicens eã terram fructiferam, domum Dei, tabernaculum eius. Veni Efaia, videbis virgam de radice Iese. Veni Ezechiel, videbis orientalem portam. Venite ergo, & videte eam non à longe oculis propheticis, sed prope. Et tandem hoc Christus nunc cum sanctis agere voluit, quod quondam Assuerus cum cœn iuiuis suis. Vocauit enim reginam vasti, vt eius pulchritudine eos maximè oblectaret. Sic Christus Dominus patres ad Mariam duxit, vt esset in oculis eorum stupor, & pulchritudinem eius mirarentur nimium. Cum enim opera gratiæ excedant opera naturæ, in nulla creatura Deus posuit gratiæ, quàm in Maria, & sic postquam humanitatem suam eis ostenderat, statim eam eis monstrat. Honorificatur Deus matre tanta, angeli tali Domina, Patriarchæ, & Reges tanta filia.

Erat verò tunc Maria summo dolore contemplans Christi vulnera, conferens in corde suo. Nunquam tantò dolore, nunquam tantò ingenti amore inflammata fuit. Immensis diuinæ charitatis visis exëplis, tam ei viuus sensus omnium dolorum Christi erat, ac cū eos intuebatur: in tanta namque dilectrice locus vilius obliuioni non erat, igne charitatis liquefiebat, dolore deficiebat. Sed inter hæc spe confortabatur resurrectionis Christi firmissima & veluti mater Thobias illum expectans, cacumina montium conscendebat, vt videret, an filius veniret. Sic diua mater altissima contèplatione omnes transcendebat colles, & montes, Christi filij aduentum expectans, tempus longissimum ei videbatur præ desiderio, licet breue esset.

Cum ergo sic Maria esset, ingreditur Christus Iesus illius cubiculum, gloria ornatus, & Angelis, & sanctis associatus. Clarefcit cubiculum, plus quàm si solem intra se contineret, oculos illa conuertit, & primum vidit Christi faciem plenam gratiarum. Probe eum agnouit, licet enim statum mutauerit, & qualitates, non tamen figuram, & formam: Agnouit eum

Ier. 31.

Hester. 11.

Thobia. 11.



eum inter agmina illa Beatorum. Quia verò cum corpore veniebat, & si aliqui sancti suscitati verum haberent corpus, tamen inter milia millium spoliatorum, quæ secum Dominus deferebat, lucebat ille tanquam sol inter stellas, erat etiam ille primus, qui virgini proximavit. Licet enim omnes desiderio tenerentur videndi Mariam, per quam vniuersa eis bona prouenerant, sed maximè filius eius Mutuo ergo se conspiciunt, duo cœli luminaria Christus, & Maria, & priusquam lingua, cordibus se salutant, corda enim velociora extiterunt in diligendo, quam linguæ in loquendo. Quale nunc fuerit Mariæ gaudium, dicat, qui nouit, quantus eius in passione dolor, & vtrumque fieri poterit, qui nouit, quanta charitas talis matris in talem filium. Sed quæ verba loquutus ei fuerit Christus, quis nouerit. *Mag* huic diei valde conueniunt, quæ sponsus sponsæ loquitur *Cantic. 2.* Surge, propera amica, mea, iam hyems transijt, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Claudatur nunc, & plicetur liber lamentationum Hieremiæ vertatur in laudum, & lætitiæ cantica, tristitia cantica mutantur in læta, & omnis dolor in dulcedinè. Transijt iam sæua hyems, iam pluuiæ, & nix quæ super me ceciderunt, abierunt, iam flores apparuerunt in corpore, meo, dotes gloriæ. Iam ver aduenit: amplexare me amatissima mater, pedes enim mei, ad quos te proijcere vis, seruabuntur Magdalenæ, & Marijs: nec te terreat magnitudo gloriæ, mater enim es, quam ego semper reuerebor. Quæ vnquam mulier vel Regina tam læta fuit tanto filio ornata, tãto gaudio propter filium affecta, tali ornata monili, tali lapide pretioso in pectore; qualis Maria in Christi seruatoris amplexu? Quæ vnquam Augusta se vidit tantis principibus coronatam? tam illustribus viris cinctam? Aliquo temporis spatio filium complexa eum inter brachia tenebat, deinde tantillum recedebat, vt eum conspiceret. Cùmque tanta gloria ornatum videret, iterum eum complectebatur, iterum eum cõspiciens ait: Ecce tu quã pulcher es dilecte mi, & decorus, tu à natiuitate pulcherrimus eras, sed nunc nota hac immortalitatis veste, noua gloriæ tunica omnè superas pulchritudinem. Fælices oculi mei, qui hæc conspiceremuerunt. Quæ sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? quis immensus splendor hic, qui plagas ornat. Cui filius: His

vulne-

**A** vulneribus meam maxime aperio gloriam, & dilectionè. Dum hæc & his similia inter matrem, & filium colloquia miscentur, quàm læti omnes iusti sunt, qui eos circumstant, præcipuè verò Virginis progenitores, cùm se videant parentes tantæ Virginis, & tanti filij, & truncos, vnde processit germen, quod nunc est in magnificentia, & gloria. Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt, & omnes coram Maria prostrati, eam liberatricem suam dixerunt, ei gratias agentes, fecerunt què erga eam quod principes Hierusalem erga Iudith, qui venientes ad eam dixerunt: Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificètia populi nostri, pro te ad nihilum redegit Deus inimicos nostros. Sed quàm lætum Mariæ cor videns vniuersos sanctos fructum esse veri sui: omnes enim filij eius per gratiam sunt, sicut: filij Christi. Quod verò sancti ad Mariam venerint, ex eo patet quod Euangelista ait, multa corpora sanctorum surrexisse, & multis apparuisse, maxime verò ad Mariam illis veniendum fuit. Inter alia verò gaudium Mariæ immensum fuit Christo viso, quod semper fidelissima fuerit filio suo. Cùm enim discipulis apparuit, licet non continuo exprobrauerit eis, quod fugerint, quod in fidei confessione defecerint, conscientia tamen eorùm arguebat eos, resurrectionisque gaudium temperabat, at Maria in nullo defecerat, vnde summa lætitia perfundebatur.

Nos verò in hac resurrectione habemus, quo lætemur, & quod imitemur, lætandum nobis est, quia futuræ nostræ resurrectionis accipimus spem, & pignus certum inchoata est in Christo resurrectio, suo tempore in nobis consummanda, radix nostra viuit, non dubium viuificabuntur & rami. Ideo *Apocal. 2.* dicitur, Christus radix vitis vera, hodie gloriosa apparuit, glorificabuntur aliquando palmites. Multum pertinet ad ramos vitæ radicis, quia qualis radix, tales & rami. Inde Paul. Si Christus resurrexit à mortuis, quomodo quidam in vobis dicunt quod resurrectio mortuorum non est, In Christo iam surreximus *Ephes. 1.* Qui conresuscitauit nos, & consedere nos fecit in cælestibus in Christo, in Christo collatum est virtute, quod aliquando confertur re ipsa. Est enim ille nouus Adam factus in spiritum viuificantem, paterque futuri sæculi, vt qualis cælestis, tales & cælestes, & sic fulgebunt iusti, sicut sol in regno pa-

Primus Tom.

E e e

tris

*Iudith. 15.**Matth. 28.**Simile.**Apoc. 2.**1. Cor. 15.**Ephes. 1.**1. Cor. 15.**Cantic. 2.**Cantic. 1.*

**Esai 7.**  
**Sap. en. 5.**  
**Rom. 8.**  
**Philip. 3.**

tris eorum. Primogenitus ex mortuis hodie surgit, quem nos sequemur, ut sit ille primogenitus in multis fratribus, Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum: qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Sed perpendendum est verbum illud, corpus humilitatis, quia licet omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Sed hi qui hic configurati sunt corpori humilitatis Christi, optimum est ipsi corpori hic humiliari, & pati, ut postea resurgat in gloria, nec enim corpus odit, qui illud mortificat, sed myrrha vngit, ne corrumpatur. **Rom. 8.** Si spiritus eius, qui suscitavit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitabit Christum à mortuis, suscitabit mortalia corpora vestra. Ex quo infert, ergo fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus.

**Rom. 6.**

Quod verò nobis imitandum est in Christi resurrectione ostendit Paulus dicēs: Ut sicut Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. De qua re **Ambr. serm. 74.** explicat illud **Psal. 115.** Notas mihi fecisti vias vitæ, sua enim resurrectione (ait) viam vitæ aperuit mortalibus ante ignotam, quia nullius fuerat temerata vestigio. Sed Christo resurgente nota facta est hæc via vitæ, dum multa corpora sanctorum surrexerunt, & notas nobis fecit vias vitæ, cum docuit fidem, misericordiam, iustitiam, castitatem his enim itineribus pervenitur ad salutem. **Bern. Serm. 1. de resurrectione:**

**Bernard.**

Hodie Christus non cecidit, sed surgit, non redijt, sed transijt, & pascha transitum, non reditum significat, & Galilæa ad quam ire discipulos præcipit, ut videatur, transmigrationem sonat, nõ remeationē. Si resurrectio Christi fuisset ut Lazari, qui ad mortalem redijt vitam, non diceremus ad aliam vitam transisse, sed ad priorem redijisse, sed quia resurgens ex mortuis iam non moritur, eum transisse dicimus in aliam vitam. Vide ergo, ne pascha sit tibi reditus in priorem vitam, tunc enim non transis, sed redis. **Paul.** Si conresurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quæ rite, non quæ super terram. Si repetis ludum, & delicias, non transis, sed redis. **Paul.** Si mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? Laui pedes meos, quomodo iterum inquinabo eos? Hos dicit **Bernard.** amatores huius sæculi, inimicos cru-

**A** cis Christi, cuius in vacuū accepto nomine dicitur Christiani Resurrectio Christi tibi casus est? ex hoc tempore Iudi, comestiones, quasi ad hoc surrexit Christus, & non magis propter iustificationem nostram. Sic miseri honoratis Christum, quem suscepistis? Venturo parati hospitium ieiunio, & pœnitentia, & nunc inimico prodis? Quid minus debetur præfenti, quàm venturo? Hos credit **Bernardus** non verè pœnituisse, sed fictè. Redite ergo ad cor, & in toto corde quærite Dominum, odite malum, pœnitentes non ore solum, sed corde, nec suscitantur in te vitia, cum Christus surgit; sed magis virtutes cum Rege virtutum surgant.

B

Eeē 2

FERIA

# Feria Secunda Resurre- ctionis.

*Non ne hæc oportuit pati Christum: & ita intrare in gloriam suam &c. Luc. 24.*

**Simile.**



Icut sol mundo oriens radios primum mittit in altissimum montem, & deinde in montes, & colles minores, deinde verò in vniuersam superficiè terre: ita nunc Mundo oriens Christus Dominus effecit, Malachias ait: Vobis timentibus nomen

meum orietur sol iustitiæ. Nunc oritur Christus iustitiæ sol in vniuersi latitiam. Sed primum radijs gloriæ suæ illustrauit, & lætificauit matrem suam, quæ mons est altissimus, mons supremus in quo quiescit arca post diluuium. Mons ille, de quo Psa. Mons Dei mons pinguis, mons coagulatus, mons, in quo bene placitum est Deo habitare in eo. Mons, qui celsitudine sua omnem creaturam puram transcendit, in quo omnes virtutes fuerunt in supremo gradu: mons, ex quo præcipua petra est sine manibus, quæ idololatriæ statuas comminuit. Petra vero hæc Christus est, qui à Mariæ utero processit. Et ideo merito nunc ad eam venit prius. Apparuit postea Magdalene, deinde Petro: postea euntibus in Emaus, deinde omnibus apostolis, deinde plusquàm quingentis fratribus, vt Paulus ait. En solem, qui omnes illustrat: vt nos etiam hac eius gloria frui possimus, accedamus ad Mariam.

Dies hic lætissimus est vniuerso mundo, quia cum sit tempus flendi, & tempus ridendi, vt Sapiens ait, processit in passione flendi tempus: adest nunc tempus ridendi. Cum inter duas ciuitates bellum geritur difficile, & ne in supremum discrimen adducantur vniuersi ciues, eliguntur duo præcipui viri, qui in arenam descendant, & quisque eorum pro ciuitate sua pugnet, & vincat, qui victor euasit, summo cum gaudio, ac gratulatione

à suis

**A** à suis excipitur, Venit Christus in mundum, vt pro hominè pugnaret factus homo, vt fortem armatum superet. Ingressus in difficile bellum fuit in passione, victor nunc ad suos redit. An non summis gaudijs excipiendus? Sicut Dauid cui decantatur: Vicit Saul mille, & Dauid decem millia. Nunc vero quid Christo decantent animæ iustæ, audi. Vicit Moyses nulle, & Iesus decem millia. Liberauit Moyses populum vnum submersis Aegyptijs: sed Iesus redemit vniuersum mundum, vicit vniuersos demones, & peccata, quæ suo in sanguine suffocauit. Melius ergo hodie dicemus, Cantemus Domini gloriose enim magnificatus est, equum, & ascensorem proiecit in mare. Dominus quasi vir pugnator: omnipotens nomen eius. Sed si nosse

**B** velis, quis sit equus, & quis ascensor equi, quem superauit Iesus, audi Ioannem: Audiui vocem quarti animalis dicentis: Veni, & vide. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super illum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, ecce equum, & ascensorem: ecce inimicos, quos Christus superat hodie. Et quemadmodum Dauid, vt superaret Goliath: arma, & indumenta regia non induit. Sed victoria parta induitur vestibus Ionathæ: ita Christus, vt pugnet, indutus est veste sordida, & abiecta, carne, scilicet, mortali. Sed hodie post victoriâ vestibus induitur regijs, de quibus Psalm. Confessionem, & decorem induisti, amictus laminae, sicut vestimento. Et iterum, Dominus regnauit: decorem iudatus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

**C** Sed non vnica victoria hodie, parta est à Christo Domino, sed multæ. Augustinus, Hodie cælum referatum est, & sublatus Cherub, qui custodiebat introitum paradisi. Hodie portæ inferi contractæ sunt, & claustra illius referata: hodie victus demones, infernus, & mundus, mors, & peccatum. Quis tam mirabiles victorias explicare poterit? Respondet Spiritus sanctus: Vir obediens loquetur victorias. Quis nam vir obediens, nisi Christus Dominus? His proxime elapsis diebus vidimus illius, mirabilem obedientiam, cum factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Difficillima obedientia ei iniuncta à patre est, vt mortem oppeteret abiectissimam, doloribus plenam, & maledictioni obnoxiam. Scriptum est enim: Maledictus à

Tom. Primus

Ecc 3

Deo

1. Reg. 17.

Exod. 14.

Apoc. 6.

Psal. 102.

Psal. 92.

Augusti.

Prover. 28.

Deut. 21.

Malac. 4.

Gene. 8.  
Psal. 67.

Dan. 2.

1. Cor. 15.

Eccles. 3.  
Simile.

Deo est, qui pendet in ligno. Sed dubitari merito potest, quæ ratione maledicatur à Deo is, qui ligno suspēdebatur, & non is, qui lapidibus, aut ferro necabatur. Credo equidem, in peccati detestationē id factum fuisse. Peccatum enim primum in ligno commissum fuit à primis parentibus. In peccati ergo execrationem dicitur, maledictus qui pendet in ligno, quasi lignum infamiam, & dedecus ei præstet, qui in ipso pendet. Vide quo Christus Dominus se deiecerit, cum factus sit pro nobis maledictus. Quia, ergo tam difficilem subiit obedientiā, Deus eum exaltauit hodie. Obediuit Deo Abraham, & benedictus ab eo est: obediuit Christus, & hodie exaltatus est: & pro maledictione benedictiones plurimas est consecutus.

Vidimus virum obedientem, attendamus eum loquentem victorias. Quis enim loquetur potētias Domini? Loquatur ipse: Audi loquentē: Omnes gentes circuierunt me, & in nomine domini, quia vltus sum in eis. Circumderunt me sicut apes, & exarserunt, sicut ignis in spinis, & in nomine Domini, quia vltus sum in eis. Dextera Domini fecit virtutē, dextera Dñi exaltauit me. Non moriar, sed viuam, &c. Attende victorias eius. Vicit mundū cum principe suo. Vnde ait: Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Eiectus è cælo dēmo, deturbatus à sede sua. Voluit in mūdo Deus haberi. Decepit Adamū, & in eo vniuersum genus hominū, & facti sunt vniuersi homines ei sub tributo. Omnes ei persoluebāt tributa, peccata, scilicet & mortem: ecce princeps mundi factus est annis multis. Sed, nunc, ait Christus, iudiciū est mundi. Nūc ostenditur sentētia prolata, cuius sit mūdus, an meus, qui cōdidi, an dæmonis, qui surripuit. Tolle tur obedientia mea, inobedientia Adæ, & restituetur mundus, mihi vero Domino. Hinc ait ipse: data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Tolle idololatria, per quā in lignis colitur dæmo, & solus ego colar in ligno, & sicut Arca deiecit Dagon, cum in eius altari posita est. Ita ego in ligno positus deijciam dæmonem, qui in lignis colitur. Hinc Esai. præcipitabit Dñs in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam, quam orditus est super omnes nationes, è monte Caluario præcipitabit Christi.

Psal. 117.

Iob. 12.

Mat. 28.

1. Reg. 5.  
Esa. 25.

A Christus hoc dæmonis vinculum. Telam etiam dicit disruptam, quæ erat, cōcipi, & nasci in peccato, viuere, & mori in peccato, & inferno statim deputari. En telam, quam dæmon fuerat orditus super omnes gentes. Iam ergo vinculum dæmonis contractum est. Iam principatus eius cecidit tanquam grassator poterit aliquando capere inscium, & inertem viatorem. Sed princeps iam non est nec tanquam princeps capere poterit quempiam. Vita superataque mors est, victus, & expoliatus infernus: impletumque illud est. Ero mors tua, o mors, & morsus tuus o inferne. De hac victoria loquitur dominus ad Iob. num extrahere poteris Leuiathan hamo? Vbi Greg. Solus Christus Dñs è mari mundi huius potuit extrahere Leuiathan, hamo vero illum cepit. Crux Christi arundo fuit, esca humanitas hamus diuinitas, voluit dæmo, deglutire humanitatem, & à diuinitate captus est, & eductus à mari mundi, ne amplius ei principaretur. Effectumque est, quod Dominus subiungit, loquens ad Iob: Nunquid fune ligabis linguam eius? Linguam eius ligauit, ne iam libere homines decipere possit, ne responsa in idolis daret. Addit Dominus: nunquid pones circulum in naribus eius? aut armilla perforabis maxillam eius. Naribus odorabatur dæmon cuiusque hominis ingeniū, vt eū deciperet, & per Christum nunc prohibitus est magna ex parte. Maxillam etiā illius perforauit, dum portas inferni confregit, & ex ore ipsius patres sanctos eduxit, quos non deglutierat, sicut damnatos, tamen ore fortiter tenebat, vt solus Christus eos extrahere potuerit, perforans maxillā eius, & dentes illius cōfringens, iuxta illud Psal. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus.

Vidimus à Christo Dño victoriā partā. Sed quia mūdū sibi subiugaturus erat exercitu discipulorum coacto: illi verò dispersi fuerant tempestate passionis, & turbine illo horribili, nunc exercitum colligit suum, & in ordinem ducit, vt possit certare cum hostibus. Aliquando turbine ingruente acies militum dispersuntur, & deordinantur milites. Et hi hanc viam tenent, illi aliam. Sed turbine quiescente dux strenuus milites quærit acies cōglomerat, vt in hostes pugnare possint. Hoc nūc peragit Christus Dominus. Dulcissima rei huius historia nobis pro

Zachar.  
Iob. 4.

Psal. 37.

Simile

ponitur, duorum discipulorum, qui turbine, & tempestate i-  
 A Stati, quasi sine spe in Emaus proficiscebantur: quibus obuiat  
 dux Christus, & in locum castrorum ducit, & exercitui suo re-  
 stituit. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spa-  
 tio stadiorum sexaginta ab Hierusalem nomine Emaus. Sexaginta sta-  
 dia faciunt duas leucas cum dimidia. Alij dicunt esse fere  
 quatuor leucas. Qui vero fuerint hi discipuli, si inquiras, vnum  
 fuisse Cleopham, Euangelista testatur. Alterum fuisse Lucam  
 Euangelistam, ait Gregorius in præfatione Moral. capitulo se-  
 cundo, & Nicephorus libro primo. c. vigesimo quarto, & Theo-  
 philactus hic.

Gregor.  
 Nicopho.  
 Theophi.

Et ipsi loquebantur ad inimicem, de ijs omnibus, quæ acciderant.  
 Loquebantur de Christi passione, & Ijs, quæ in ea acta erant. Et B  
 factum est, dum fabularentur, & secum quæreret, & ipse Iesus appro-  
 pinquans ibat cum illis. Paulus ait. Omnibus omnia se factum, vt  
 omnes lucrificeret, Christus potissimum omnia omnibus fit,  
 & cuique se accommodat tanquam socius. Viam agentibus via-  
 tor apparet, quia, vt Psalm. ait. Cum sancto sanctus eris, cum in-  
 nocente innocens, cum electo electus, cum peruerso peruersus.  
 Quo loco Athanas, & Theodoretus aiunt, his verbis significa-  
 ri, qualé quis se Deo ostenderit, talé se Deû ei ostendere, vt spe-  
 culum, quicquid objicias, refert: si placidû ei te objicias, placi-  
 dum se ostendit, si iratus, iratû. Ita Deus speculum sine macula,  
 misericors ostéditur misericordi, seuerus, & iratus crudelibus.  
 Si ergo Deû tibi misericordé vis, disce misereri. Peregrinus pe-  
 regrinis nûc ostéditur. Greg. Talé se illis exhibuit exterius, qua-  
 C les illi erant interius. Erât illi amâtes, & dubitâtes, offert se illis,  
 sed incognitus. Augustinus, Vt quid Domine quærentes te fu-  
 gis, & fugientes te quæris, fugisti mulieres quærentes te, & hos  
 fugientes quæris, & iungeris ipsis. Egre diuntur mulieres deuo-  
 tæ, feruidæ, aromatibus onustæ, vt te quærant, & solum Ange-  
 lum inueniunt, & hi discipuli te non quærent, sed desperant,  
 & eis appares? Vere Domine semper maiori accurrens neces-  
 sitati. Sicut enim cor, in medio consistens corpore, ad sinistrum  
 latus inclinatur, quia illud imbecillius est: ita Christus ad est  
 maiori periculo. Et Sicut in timore sanguis ad cor properat,  
 quia tunc debilius est: ita Christus Dominus refugium, &  
 virtus

1. Cor. 6.

Psalm. 17.  
 Athanas.  
 Theodor.

Sap. 7.  
 Grego.  
 August.

simile.

A virtus, adiutor in tribulationibus. Hinc Psalm. Ego dixi proie-  
 ctus sum à facie oculorum tuorum. Ideo exaudisti vocem ora-  
 tionis mee: id est cum me vidi derelictum, & in summo peri-  
 culo, tunc tu mihi adfuisti hinc nobis discédum est, succurrere  
 miseris, abiectis & derelictis.

Psalm. 30.

Sed nihilominus hi discipuli indigni omnino non fuerunt. **Matth. 18.**  
 diuina visitatione loquebatur enim de Iesu. Promiserat vero  
 ille, vbi cõgregati fuerint duo, vel tres in nomine meo, ibi sum  
 in medio eorum, in nomine vero Christi congregantur, qui de  
 eo loquuntur. Quod si sola verba Christum traxerunt, vt esset cõ-  
 loquētibus de eo quid facient recta opera? Hinc ipse loquitur  
 per sapientē in vijs iustis ambulabo, in medio semitarum iudi-  
 cij, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. Qua-  
 si dicat. Si vis nosse, o homo, in qua via inuenies me, ambula in  
 via mandatorum Dei, in ea enim socium eũ reperies. Hinc Psalm.  
 psallā, & intelligā in via immaculata, quādo veniens ad me, id est,  
 tunc Deus ad hominē venit, quādo homo quod rectum est, facit.  
 Si ergo vis tibi Deũ adesse, de eo colloquia misce in itinere,  
 in domo, & quod rectū est in oculis eius, præsta. Sic adfuit de  
 se in itinere loquentibus. **Oculi autem eorum tenebantur ne eum**  
**agnoscerent.** In potestate beati est lumē corporis tenere ne agat.  
 in visũ, quia summa obediētia est corporis glorificati ad animā.  
 Quasi alienus ergo Christus suis apparet. Loquitur Ioseph fra-  
 tribus per interpretē, nec à fratribus agnoscitur, quāuis ipse fra-  
 tres agnoscat suos. Sed cito in cõuiuio eis se manifestabit. Ita  
 nūc nobiscũ agitur. Oculi nostri teneantur, ne agnoscamus Chri-  
 stũ in eucharistia. Sed cito in cõuiuio cœli transferemur, vt eda-  
 mus & bibamus super mensā eius, & tũc videbim⁹ eũ, sicuti est.  
**Genes. 42.**

Proec. 8.

Psalm. 102.

C Colloquium Christus incipit dicens: **Qui sunt hi sermones,**  
**etc.** Cui Cleophas. **Tu solus peregrinus es in Hierusalem.** etc.  
 Vere Christus Dominus solus peregrinus est in hoc mun-  
 do: quia de cœlo ille venit, nos de terra sumus. Vos deor-  
 sum estis, ego de supernis sum. Peregrinus vero factus est in ter-  
 ra, quoniā votũ peregrinandi emisit, quod Psalm. illo contine-  
 tur. **Votũ vouit Deo Iacob, si introiero in tabernaculũ domus**  
**meæ: si ascendero in lectũ strati mei: donec inueniā locum dño,**  
**tabernaculũ Deo Iacob.** emisit votum eũdi in terrā sanctā, visi-

Genes. 42.

Ioan. 7.  
 Psalm. 131.

Ioan. 19.

visitandi præsepj caluarij sepulchri, & quasi dispensationem vo-  
 ti huiuspetijt cum orauit, Pater si possibile est transeat à me calix  
 iste. Sed dispensatio nulla erat voto tanto, impleri oportebat om-  
 nino. Impleuit votum peregrinus noster, nec agnoscitur à su-  
 is sed agnosceretur plane si superior vestis apperiretur. Viderēt  
 certe peregrinationis ipsius insignia, vulnera scilicet. An non  
 merito peregrinus Christus Dominus est, qui dicit per prophe-  
 tam. Dimisi domum meam reliqui hæreditatem meam? Sed  
 qua nam ratione peregrinus esse voluisti? Quidam enim peregrina-  
 nant vt merita noua acquirant: alij vt substantiam congregent:  
 alij vt magnifient, & plures habeantur. Propter hæc omnia pe-  
 regrinatus Christus Dominus est, vt nobis merita acquireret in  
 finita & sibi gloriam corporis & proprij nominis exaltationem  
 & vt plures facultates acquirat. Qui enim Angelos in cælo ha-  
 bebat homines etiam habere secum voluit & demum vt plures  
 haberetur ipse certe infinito pretio est, sed à multis vilipendi-  
 tur, & quasi nihil esset, sic æstimatur. Vt ergo nos eum in summo  
 habeamus pretio peregrinus, esse voluit: videmus nos ab eo in tā  
 to habitos pretio vt sanguinem pro nobis libenter effuderit, nos  
 ergo simili eum in pretio habeamus.

Gen. 4.

Simul docet nos peregrinus noster, vt peregrini simus super  
 terrā. Ex duobus Adæ filijs Cain ædificauit ciuitatem, qui  
 caput iniquorum extitit. Abel vero & iusti omnes dicunt, non  
 habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus. Pri-  
 scis patribus donabat Deus temporalia, illi petebant æterna: no-  
 bis contra accidit, promittit nobis Deus æterna, nos petimus tem-  
 poralia & caduca. Illi contententur se peregrinos, nos incolæ esse  
 volumus mūdi. Hinc psal. aduena ego sum, & peregrinus, sicut  
 omnes patres mei. Et reuera ita est, quia dum sumus in hoc cor-  
 pore perigrinamur à Domino. Væ autem his, qui incolæ mundi  
 sunt, ita Ioānes audit Angelum dicentem. Væ væ habitantibus  
 in terra. Mira hominis stultitia, terrena magni ducere, cœlestia  
 obliuisci. Qua in re confusione nobis esse potest Anaxagoras  
 philosophus de quo Laertius refert: Cum in ius vocabatur sup-  
 per aliquo prædio, vel domo statim relinquebat petenti quic-  
 quid petierat. Cumque substantia illius minueretur in dies eum

Psalm. 38.

Apo. 8.

Laertius.

cor-

A corripuerunt amici dicentes, cur substantiam tuam non curas?  
 Quibus ille digito ostendens cœlum ait: Illa patria mea est, ea  
 hæreditas mea, illam ego curo ac custodio. Quæ in terra sunt  
 non ad me pertinent.

Sed audiamus potius Christum peregrinum quid respon-  
 deat suis dicentibus. Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & nō  
 cognouisti, quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille di-  
 xit, quæ? Mirum profecto verbum & omni consideratione  
 dignū. Quid domine ais? quæ sunt, quæ facta sunt in Ierusalem  
 his diebus. An non Domine in te ea facta sunt, & ea passus es  
 tormenta quæ, omnem superant cogitatum, quo modo nunc  
 ais quæ facta sunt? Pertransierunt spinæ sacrum caput tuum  
 clauī manus & pedes, flagella, & rui sanguinis vniuersum  
 corpus, & tu ais, quæ transierunt? Quasi nihil pertransierit.  
 En illud: Obluioni traditæ sunt angustia prioris. Huius vero  
 verbi Christi duplex est causa. Prior quod tanta arderet, charita-  
 te vt nihil illi videatur vniuersa illa, quæ pro nobis passus est, &  
 paratus sit plura pati si oporteret. Nos contra si aliquid pro Deo  
 patimur, aut agimus magnū quid esse censemus quia parum  
 diligimus.

Secunda vero ratio est, quod beatus ille resurrectionis sta-  
 tus adeo fœlix est, & gloria redundans, tantum illud præmium  
 est, vt cum inde beatus oculus conuertit, vt videat vniuersos  
 dolores, ac tribulationes quæ passus est, vt tantum conseq-  
 retur regnum, nihil illi apparent. Vnde merito dicit: Quæ sunt  
 quæ passus sum quæ sustinui? Nihil omnia illa sunt, si cum  
 tanta mercede conferantur. Merito Paulus ait. Non sunt  
 condignæ pansiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ  
 reuelabitur in nobis. Si nunc in cœlū conscenderes, & vniuersos  
 beatos interrogares, quos in terra sustinuerunt labores, illi dice-  
 rent, quos labores? quæ? quod si rursus diceres: Nō recorda-  
 mini ò beati tormentorū quæ sustinuistis? Non recordaris, ò Ste-  
 phane lapidum quibus lapidatus es? & tu Laurenti Craticulæ in  
 qua positus es? & tu Petre crucis, in qua crucifixus? tu Paule en-  
 sis, quo perēptus es, & vos omnes iusti non recordamini carce-  
 rum ignium, bestiarum equuleorū infirmitatū persecutionū

Esa. 95.

Rom. 8.

iuris

ieiuniorum, flagellorum, & omnium tribulationum, quas stultici  
 contempsistis? Sine dubio nobis responderent: Quæ? sicut Christus  
 Dominus. Et adderent, Obluioni tradita sunt hæc omnia.  
 Nihil illa fuere, si cum iramensa gloria, qua fruimur, confe-  
 rantur.

Id ipsum reprobis cõtingit, cū in inferni tormētis sunt, obli-  
 uioni ab illis traditæ sunt delitiæ diuitiæ, & honores, quos in ter-  
 ra obtinuerunt, & quorū causa innumera sustinent tormen-  
 ta, & nihil illis apparent ea omnia, quibus in mundo vsi sunt.  
 Vis hoc manifesta experientia comprobari? Audi Abrahā-  
 hamum loquentem epuloni diuiti: recordare fili, quia recepisti  
 bona in vita tua. Oblitus ille erat honorum, quæ recepit in  
 vita: ideo ei dicitur: recordare. Si nunc in infernum descen-  
 deres, & vniuersis damnatis loquereris dicens. Quid vos mise-  
 ros dicitis, an non recepistis multa bona in vita an non impe-  
 ria, & regna obtinulistis? An non diuitias, & voluptates, hono-  
 res, & glorias? responderent vna voce. Quæ imperia? quæ regna?  
 quas diuitias? quas voluptates? quos honores? Quid profuit  
 nobis superbia, diuitiarum iactantia quid contulit nobis?  
 Transierunt omnia illa velut vmbra. Obliti sumus, hæc nos  
 recepisse bona. Nec mirum, hæc dicant, quoniam vt Sapiens  
 ait, malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maxi-  
 mæ. Si ergo vna hora misera, & mala obliuisci facit luxuriam  
 maximam, quid facient mille anni tormentorum, quid æter-  
 nitas eorum? optime loquuntur, cum dicunt. Omnia velut vm-  
 bra transierunt. Sic enim tribulationes iustorum, sic & delitiæ  
 praborum transierunt, tanquam vmbra: Sed diuerso modo, vt  
 nunc subiecto exemplo manifestum erit. Vmbra efficitur ex  
 interpositione corporis opaci, & lucidi. Cum declinat  
 sol, & versus occidentem accedit, vmbrae fiunt maximæ.  
 Quod si quæras, qua ratione tam magnæ sunt vmbrae, audi:  
 quia declinat sol versus occidentem. Quid putas esse diui-  
 tias, voluptates, honores? Vmbrae sunt, & tanquam vmbrae per-  
 transient. Sed magna hæc tibi apparent, & pluris ea facis, quo-  
 niam recedit à te sol iustitiæ, & longe à Deo es. Ideo tibi vi-  
 dentur maxima, quæ mundi huius sunt. Hinc propheta  
 vā nobis, quia declinauit dies, longiores factæ sunt vmbrae  
 vesperi

Luc. 16.

Sap. 5.

Ecclesi. 1.

simil.

Avesperi. Iustis, quibus sol iustitiæ prope est, non hæc magna vi-  
 dentur. Peccatoribus, quibus Deus longe est, magna hæc appa-  
 rent, magnæ vmbrae fiunt. Sed caue finientur hæc vmbrae, & cito  
 disperient. Sed quomodo, ais: Sicut cum sol occidit luce pe-  
 nitus sublata, omnis vmbra discedit, & vna efficitur vniuersalis  
 vmbra, quæ omnes occupat vmbra: quod si vmbra tuam re-  
 spicere velis, eam non inuenies: ita peccatori accidit. Longe à  
 Deo recedit per peccatum, longe ei, & magnæ apparent vm-  
 brae, quibus nunc delectatur. Sed accedit mors, & vmbra mor-  
 tis, quæ omnes eius vmbrae tollet. Substantiam, honorem, deli-  
 cias auferet, & nihil illi boni reliquum erit. Inflamabit eos dies  
 veniens, quæ non relinquet eis radicem, & germen, vt prophe-  
 ta ait, & in perpetua, malaque nocte manebit in æternum. Cum  
 que caput conuertere velit, vt vmbra suam intueatur, vt bo-  
 na, quæ habuit, consideret, nihil inueniet. Septem anni A Egy-  
 pto fuere abundantes, & pingues: sed septem alij venerunt tan-  
 ta sterilitatis, vt nec vestigium prioris abundantia reliquerint.  
 Cum ergo ei abundantia, ac prosperitati, qua in vita vsus est pec-  
 cator. Succedat in inferno æternitas tormentorum, quod nam  
 figurum, aut vestigium manebit prioris abundantia?

Sed iam intueamur, qua ratione, & via finem accipiant tribu-  
 lationes iustorum, quas etiam vmbrae dicimus esse, & tanquam  
 vmbrae terminandas. Alio modo vmbra tolli solet, cum, scilicet  
 sol tibi oritur. Maxima vmbra tua apparet, sed sole ascendente,  
 vmbra minuitur: quia sol magis appropinquat. Cum vero sol  
 ascenderit, vt super capitis tui zenit sit, tunc nulla relinquitur  
 vmbra. Hac via, & ratione tribulationes iustorum finem acci-  
 pient. Ortus est tibi sol iustitiæ, cum gratia recipis. Si tunc ocu-  
 los conuertas in vmbrae tribulationum, & laborum, quos passu-  
 rus es, longe tibi apparebunt vmbrae, quia adhuc longe tibi Deus  
 est, Vnde putas dici ab aliquo, o quam longa infirmitas, o quam  
 immensus labor mihi subeundus est? Certe longe à perfectione  
 charitatis est, qui hæc dicit. Vmbra illa est, magna apparet:  
 quia nunc tibi sol oritur. Sed appropinquabit sol, & in virtute  
 proficies, & minuetur vmbra. Crescat, in te Dei charitas, &  
 minuetur dolor. Sed quando omnino tolletur? Appropinquabit  
 sol, & cum mors tibi adfuerit, accedet omnino ad te Deus, &

Mala. 4.  
Gene. 40.

proxi-

proximus tibi omnem auferet tribulationem, omnem lachrymam absterget, & obliuisci te faciet omnium tribulationum, ut cum de eis fueris interrogatus dicas cum Christo Domino. Quæ tibi que cōtinget illud, quod Ioseph accidit in Aegypto. Venditus est: in carcerem trusus, ubi ferrum pertransiit animam eius. Sed è carcere eductus uxorem duxit, & duos filios habuit quorum primum dixit Manasse, dicēs; Obluisci me fecit Deus omnium laborum meorum in terra paupertatis meæ. Alterū dixit Ephraim, dicēs; abundare me fecit Deus omnibus bonis. Nunc iuste pateris, multa sustines, ut Ioseph: aliquando è carcere egredieris & in regiam domum duceris, in cælestē patriam, ubi duo tibi nascentur filij: quorum prior erit Manasses, & dicēs, Obluisci me fecit Deus omnium laborum meorum. Secundus erit Ephraim, dicēsque. Abundare me fecit Deus omnibus bonis. Ita Christo Domino accidit cum ait, quæ? Ita & tibi continget.

Gene. 41.

Eccles. 19.

Theolo.

Gene. 42.

Psalm. 65.

Heb. 13.

Sed audi in crepantem Christum Dominum. *Ostultus, & tardus corde ad credendum* &c. Nec increpatione commotus sunt. Imo eum coegerunt, ut cum eis maneret. Quo contra reprobi superbi, qui correctionem sustinere non possunt, de quibus Sapiens: Qui odit correptionem, minuetur vita. *Non ne hæc oportuit pati Christum.* &c. Si ut suam intret gloriam, oportet Christum pati, an non oportebit, nos pati, ut in alienam intremus? Sed qua ratione nos ille pati voluit? Theodoretus ait: Sicut hortulanus præscindit ramos siccos ab arbore, ut virides nascantur, & fructiferi, & ramos etiam tollit, qui prope terram, & truncum nascuntur, ut sursum arbor crescat, & germina in altum mittat: ita Deus noster cum suis agit. Terrena, & caduca aufert, ut spiritualia quæras. In terra te crescere non sinit, ut in cælestibus proficias. Et hac ratione efficit Deus, ut dulcius nobis gloria sapiat. Post tribulationem enim gaudium dulcius est, & post ieiunium, cibum. Ideo Ioseph primum fratres tribulat, ut dulcius postea recipiat. Hinc Psalm. Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.

Coegerunt illum, & hospitio susceperunt, ubi ab eis agnitus est. Audiamus Paulum dicentem: Hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio receptis.

Sed

A Sed nunc amplius quid videmus, quia Dominus Angelorum hospitio recipitur, dum peregrinus receptus est, & Gregorio magno id contigisse, memoriam proditum est: & omnibus nobis continget, cum audierimus: Hospes eram, & collegistis me, quia quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

Matth. 25.

Tandem cognouerunt illum in fractione panis. Vis oculos metis tibi aperiri, sede cum Iesu in mensa: accede, cum frangitur, & diuiditur cælestis panis: accede ad Eucharistiam. Persequerantur hostes Ionathas, sed infirmus iam erat, & oculi fere caligauerant præ labore, & fatigatione. Vidit in arbore fauam mellis: comedit ex eo, & visum, & vires recuperavit. Dicit ei: Caue, quia præcepit Saul, ne vllus comedat, donec inimici penitus deleantur, & ait Ionathas: Turbauit pater meus terram. Vidistis ipsi: quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto: quanto magis si comedisset populus de populo inimicorum suorum. Non ne maior plaga facta esset in Philistijm Multi hodie similes Sauli sunt, qui dicunt, ad Eucharistiam frequenter non accedendum, nisi victis, & profligatis omnino inimicis, passionibus superatis. Sed hi terram turbant: quia, ut vires, visumque recipias in pugna, mensa hæc tibi parata est. Vnde Psalm. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus omnes qui tribulant me. Mortalia ergo peccata per confessionem expelle, & accede ad Eucharistiam, ut oculi tui illuminentur, & hostes penitus delere valeas &c.


1. Reg. 14.

Psalm. 22.

C

FINIS.





## Ad Lectorem.



**S**OLENT Hoc tempore loci sacrae paginae qui in aliquo opere exponuntur in breuem indicem conijci quo facile inueniantur. Quam consuetudinem nos etiam sequemur. Verum quoniam interdum huiusmodi locorum dumtaxat germanus sensus tangitur, interdum vero longa & rationibus, alijsque scripturae locis contexta amplificatio subnectitur, quae maxime, ab ijs qui concionandi munus obeunt expecti solet, ideo hic utrorumque index conficitur. Quare lectorem monitum vellem ne oculos in solis locis qui citantur in indice figat, sed ea etiam quae locis saepe praemittuntur legendo percurrat, ex quibus locorum fusioem explicationem petere possit.



# INDEX AV- THORITATVM Scripturæ quæ sparsim in hoc opere explicantur ab authore secundum ordinem veteris ac noui testa- menti.

## EX GENESI.

Cap. 2.



48 **H**oc nunc nos ex ossibus meis & caro, &c. pag. 174.  
3 De ambulans ad auram post meridiē. pag. 616.  
3 Sed serpens erat calidior cunctis. pag. 151.  
Maledictus eris tu inter omnia animantia terræ.  
pag. 686.

Terra es & interram ibis. pag. 312.

Quare fecisti hoc. pag. 594.

4 Ecce eijcis me hodie à facie tua. pag. 117.

Non ne si bene egeris recipies. pag. 556.

Si recte obtulisti sed non recte diuifisti. pag. 491.

3 Iste consolabitur nos ab operibus manuum nostrarum. pag. 96.

6 Pœniret me fecisse hominem. pag. 388.

8 Ponam arcum meum in nubibus. pag. 284.

11 Celebremus nomen nostrum. pag. 448.

17 Tentauit Deus Abraham. pag. 533.

18 Nun celare potero Abraham quæ gesturus sum. pag. 218. & 328.

Loquar ad Dominum meum cum simpuluis. pag. 317.

Si fuerint decem iusti. pag. 656.

20 Memento te fuisse deprehensam. pag. 561.

21 Aperuit Dominus oculos Agar. pag. 612.

22 Portabat Isaac ligna. pag. 597.

In monte Dominus videbit. pag. 598.

28 Erexit lapidem in titulum. pag. 518.

32 Dimite me. pag. 407.

32 Dic mihi quo appelleris nomine. pag. 163.

Castra

## INDEX

Castra Dei sunt hæc. pag. 518.

48 Do tibi partem vnā extra fratres tuos. pag. 517.

49 Lauabit in vino stolam suam. pag. 220.

Scio fili mi frater eius minor maior erit illo. pag. 186.

## Ex Exodo.

Ca. 3. Vadam & videbo visionem hanc magnam. pag. 104.

Solue calceamentum de pedibus tuis. pag. 66.

Ego sum qui sum. pag. 159. & 166.

Si dixerint, quod est nomen eius, quid respondebo eis? pag. 163.

8 Vsq̄ue quo non vis subijci mihi. pag. 150.

14 Memeto te diei huius in qua egressi estis ex Aegypto. pag. 559.

18 Apellatum est nomen loci illius tentatio. pag. 518.

19 In caligine veniam ad te. pag. 159.

20 Non loquatur nobis dominus Deus ne forte moriamur. pag. 137.

25 Cortina cortinam trahat. pag. 22.

Versis ad se vultibus. pag. 72. & 137.

30 Dimidium sicli quisquis offerat. pag. 494.

32 Vade populus tuus peccat. pag. 627.

## Ex Numeris.

11 Sepulcra concupiscenciæ. pag. 518.

Sed & Moysi intoleranda res visa est. pag. 269.

12 Iratusque contra eos abiit nubes quoque recessit. pag. 490.

16 Dirupit terra & deglutiuit Dathrm. pag. 15.

24 Quam pulcra tabernacula tua Iacob. pag. 140.

## Ex Deuteronomio:

Ca. 6. Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruias. pag. 154.

8 Vt affligeret te atque tentaret. pag. 533.

18 Anima quæ non audierit prophetā illū exterminabitur. pag. 420.

28 Si non audieris vocem domini Dei tui. pag. 461.

## I N D E X.

- 32 Audie cœli quæ loquor. pag. 148.  
 Videte quod ego sim solus. pag. 154.  
 Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus. pag. 181.  
 Utinam faperent & intelligerent. pag. 272.
- 13 Benxamin amantissimus Domini habitauit confidenter in eò  
 quasi in thalamo tota die morabitur. pag. 119.  
 Qui dicit patri suo & matri suæ nescio vos. pag. 194.

### Ex lib. Iudicum.

- Ca. 1. Abijt ad habitatores Dauir cuius nomen vetus erat Cariath  
 Sepher, idest ciuitas literarum. pag. 471.
- 6 Vellus plenus rore. pag. 177.
- 13 Obsecro Domine vt vir Dei quem misisti iterum veniat & doceat nos quid facere deueamus de puero qui nasciturus est. pag. 60.

### Ex liberis Regum.

#### Ex Primo.

- Ca. 4. Translata est gloria Domini de Israel. pag. 178.
- 5 Deiecit arca Dagon. pag. 154.
- 16 Reuersit spiritus Domini à Saul, & exaggitabat eum spiritus nequam. pag. 476.
- 19 Posuit animam suam in manu sua. pag. 352.
- 20 Cum omnes principes mensa regis ad essent vacuus aparuit locus Dauid. pag. 62.  
 Mutatus est Saul in virum alterum. pag. 561.
- 25 Erit anima Domini mei custodia quasi in fasciculo venietium. pag. 261.  
 Tollá panes meos & carnes pecudú quæ occidi tóforibus. p. 336
- 30 Hæc est præda Danid. pag. 664.

### Ex Secundo.

- Ca. 3. Semper ibat proficiens & crescens. pag. 147.
- 1 Dauid abstulit cæcos à ciuitate Domini. pag. 306.

## I N D E X

- 8 Mensus autem est duos funiculos vnum ad occidendum & vnum ad viuificandum pag. 546.
- 12 Ego vuxi te regem, quare centempisti imperium meum? pag. 14.
- 15 Mane consurgens Absalon estabat iuxta introitum porte pag. 564.
- 23 O quis mihi daret aquam de cisterna, quæ est in Betlem pã. 58.
- 24 Coarctor nimis sed melius est vt incidam in manus Dei pag. 560.

### Ex Tertio.

- C. 19 Vsquequo claudicatis vtro que pede. pag. 154.  
 Zelo zelatus sum pro domino. pag. 540.  
 Operuit vultum sum palio pag. 559.
- 21 Nonne vidisti Achab humilatum. pag. 533.

### Ex quarto.

- C. 10. Ignis de cœlo descendat. pag. 496.
- 4 Animaduerto quod vir Dei sanctus est iste qui transit per nos frequenter pag. 65.  
 Deambulabat in domo semel, huc atque illuc. pag. 616.
- 5 De historia Naaman leprosi vide pag. 230.  
 De Naaman multa vide pag. 587. & deinceps.
- 17 Cum Dominum colerent quoque suis seruebant. pag. 154.
- 20 Memento quod in corde perfecto seruerim tibi pag. 576.
- 21 Extendam super Hierusalcm funiculum Samariæ pag. 424. & 546.
- 22 Pro eo quod audisti verba voluminis huius, & perterritum est cor tuum pag. 380.

### Ex liberis Paralipo.

#### Ex tertio.

- C. Vltimo subfanabant nuntios Dei & parui pendebant sermones eius pag. 230.

## Ex libro Esdræ.

Ex tertio.

C.3 Magna est veritas &amp; præualet pag. 592.

## Ex libro Thobia.

C.2 Hanc autem tentationē ideo permisit ei Deus, vt posteris daretur exemplum patientiæ pag. 452.

4 Superbiam in tuo sensu aut, in tuo verbo nunquam dominari permitas pag. 489.  
si exiguum tibi fuerit, exiguum etiam libenter impertiri stude pag. 703.

17 Qui autem facit iniquitatem &amp; peccatum hostes sunt animæ suæ. pag. 567

## Ex lib. Iudith.

C.5 Nunc ergo domine mi perquire: si est aliqua iniquitas eorum pag. 461.

8 In superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum. pag. 351.

Memores esse debent quo modo Abraham pater noster tentatus est. pag. 550.

## Ex lib. Hester.

10 Non solum regem læsi t regina vasthi pa. 472.

12 Fœdū est. appud Afirios si formina virū irideat. pag. 45

14. Omnia loca in quibus ante letari consueuerant Crinium laceratione compleuit. pag. 405.

## Ex lib. Iob.

C.3 Expectet solem, &amp; non videat, nec ortum surgentis auroræ pag. 61.

Expoliavit me gloria mea &amp; abstulit coronam de capite meo pag. 276.

Comparatus sum luto pag. 317.

15 Homonatus ad laborem pag. 276.

Vidi

Vidi impium firma radice pag. 446.

9 Dies mei velociores fuerunt curfore fugebunt &amp; non videbunt bonum pag. 58.

In turbine conterit me pag. 556.

Verebar omnia opera mea sciens quia non parcis delinquenti pag. 3.

Si voluerit cōtendere cū eo, non respōdebit vnū pro mille. p. 14

11 Instauras contra me testes tuos pag. 217. &amp; deinceps.

Vtinam Deus loqueretur tecum pag. 269.

12 Lampas contempta apud cogitationes diuitum pag. 290.

13 Si occiderit me, sperabo in eum pag. 394.

14 Requiesces &amp; non erit qui te exterreat pag. 248.

Et aducere cum tecum iudicium. pag. 360.

15 Stultum interfecit iracundia pag. 345.

Tetendit aduersus Deum manum suam pag. 486.

Nunquid sapiens rēspōdebit quasi iuuentum loquens pag. 25.

Abominabilis &amp; inutilis homo qui bibit iniquitatem quasi aquam pag. 561.

17 Si substinero infernus domus mea est pag. 11.

16 Expoliavit me gloria mea pag. 317.

20 Reuelabant cœli iniquitatem eius pag. 6.

Diuitias quas deuorauit euomet. pag. 507.

Vtinam impleatur venter eius pag. 257.

Vadunt &amp; veniunt super eum horribiles. pag. 291.

21 Interrogate quemlibet de viatoribus pag. 3.

Gaudent ad sonitum organi pag. 378.

22 Quid prodest Deo si iustus fueris pag. 522.

26 Cum vix paruam scintillam sermonis eius pag. 13.

27 Iustificationem quam semel tenere cepit non deseram pa. 308

30 Sto &amp; non respicis, clamo &amp; non exaudis pag. 396 &amp; 247.

Si occidit occidat semel &amp; non de penis inocētium redeat. p. 69.

31 Semper enim quasi tumentes super me flectus timui Deū. pa. 31

Si non dixerunt viri tabernaculi. pag. 326

33 Si reuerfus fueris ad omnipotentem. pa. 232

33 &amp; videbit faciem eius cum iubilo. pag. 511.

Tabescet caro eius. pag. 621.

35 Tunc enim non infert furorem suum nec vlcis citur scelus

velde. pag. 547.

39 Nunquid volet aliquo rinoceros feruire tibi. pag. 183.

Et caligine illud quasi pannis infanciar ob voluere. pag. 82.

41 Corpus eius quasi sculta fuisilia, compactum scamis, se pra-  
mentibus. pag. 655.

## Ex Psalterio.

Ps. Beatus vir qui non abiit in consilio. pag. 661.

Non sic impij non sic, sed tanquam puluis. pag. 233.

2 Quare fremuerunt gentes. pag. 154.

Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum. pag. 654

Ego autem constitutus sum rex ab eo. pag. 682.

Apræhendite disciplinam. pag. 174.

Reges eos in virga ferrea. pag. 174.

3 Ego dormiui, & soporatus sum. pag. 533.

7 Sagittas suas ardentibus effecit. pag. 258. & 106.

9 Vides quoniam tu laborem, & dolorem consideras pag. 259.

In qui natæ sunt viæ illius. pag. 503.

Propter quid irritauit impius Deum. pag. 3.

13 Dominus de cælo prospexit. 532.

14 Qui custodit veritatem in seculum. pag. 25.

15 Notas mihi fecisti vias vitæ. 786.

Nec memor ero nominum eorum. pag. 448.

16 Mirifica misericordias tuas. pag. 722.

18 Constitues me in caput gentium. pag. 180.

Benedictus Deus, qui docet manus meas ad prælium. pag. 348

Cum peruerso peruerteris pag. 9. & 387.

Ignis a facie eius exarsit. pag. 318.

Vox exultationis & salutis. pag. 530.

Filij alieni inueterati sunt. pag. 27.

18 Et occurfus eius vsque ad summum eius. pag. 303.

19 Mirifica misericordias tuas. pag. 23.

Tibi derelictus est pauper. pag. 450.

Domine saluum fac regem. pag. 673.

22 Paraisti in conspectu meo mensam. pag. 799.

23 In vanum receperunt animam suam. pag. 278.

24 De necessitatibus meis eripe me Domine. pag. 392.

29 Ad annunciandum mane misericordiam tuam. pag. 389.

30 Quam magna multitudo dulcedinis. pag. 525. & 529

Abcondes eos in abscondito faciei tuæ. pag. 30.

Factus sum tanquam vas perditum. pag. 193.

31 Multa flagella peccatoris pag. 361.

Beati quorum remissa sunt peccata. pag. 6.

32 Non saluatur rex per multam virtutem. pag. 393.

33 Gustate & videte quoniam suavis est dominus. pag. 525. & 129.

& 554.

Quis est homo qui vult vitam. pag. 555.

34 Qui oderunt iustum delinquent. pag. 496.

35 Noluit intelligere, vt bene ageret. pag. 297.

Apud te est fons vitæ. pag. 611.

36 Vidi in pium super exaltatum. pag. 265.

Non vidi iustum derelictum. pag. 450.

37 Sicut onus graue grauate sunt super me pag. 404.

Domine ne in furore tuo arguas me pag. 9.

Humiliatus sum nimis. pag. 313.

38 Substantia mea apud te est pag. 606.

Verumtamen vane contuabatur omnis homo. pag. 141.

Misericordia eius præueniet me. pag. 279.

Propter iniquitatem corripuisti hominem pag. 556.

39 In capite libri scriptum est de me. pag. 86. & 87.

Non respexit in vanitates & insanias pag. 141.

Aures autem perfecisti mihi. pag. 168.

Deus meus volui pag. 235.

41 In die mandauit Dominus misericordiam suam & nocte canti-  
cum eius. pag. 272.

43 Si oblitus sum nomen Dei nostri pag. 363.

Vendidisti populum tuum sine præcio. pag. 466.

Propter te mortificamur tota die pag. 535.

AEstimati sumus sicut oues occisionis pag. 147.

44 Mirra & Gutta & casia. pag. 761.

47 Deus in domibus eius agnoscitur pag. 65.

48 Vocauerunt nomina sua in terris suis pag. 448.

Audite hæc omnes gentes pag. 360.

# I N D E X.

- 81 Tunc videbunt iusti, & super eum redebunt. pag. 6.  
 57 Prius quam intelligerent spinæ vestræ rhanum pa. 257. &  
 684.  
 Super cæcidit ignis, & non viderunt solem. pag. 305.  
 Ecce parturit in iustitiam, concepit dolorem. pag. 499.  
 59 Dedisti me tuentibus te dignificationem. pag. 379.  
 61 Interficitis vniuersi vos tanquam parieti inclinato. pag. 345.  
 Semel locutus est Deus, duo hæc audiui. pag. 367.  
 Non ne Deo subiecta erit anima mea. pag. 149.  
 63 Conturbati sunt omnes, qui videbant eos. pag. 141.  
 67 Terra nostra dabit fructum suum. pag. 87. & 88.  
 Venient legati ex Aegypto. pag. 180.  
 Qui ascendit super occasum pag. 303.  
 Iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei. pag. 530.  
 Deus noster Deus saluos facienti. pag. 25.  
 Magnificencia & virtus eius in nubibus. pag. 42.  
 98 Deleantur de libro Vicentium. pag. 448.  
 Veni in altitudinem maris. pag. 246.  
 Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. pag. 258.  
 Non me de mergat tangestas aquæ. pag. 584.  
 70 Ego autem semper sperabo, & adijciam. pag. 407.  
 72 In labore hominum non sunt. pag. 95.  
 Ecce qui elongant se à te peribunt. pag. 318.  
 Transierunt in affectum cordis. pag. 351.  
 Mihi ad hæere Deo bonum est. pag. 445.  
 74 Calix in manu Domini vini mæri. pag. 441. & 520.  
 75 Tu terribilis es, & quis resistet tibi? pag. 9.  
 Dormierunt somnium suum. pag. 315.  
 Respice vineam istam. pag. 459.  
 Illuminans tu mirabiliter. pag. 4.  
 79 Hæc mutatio dexteræ excelsi. pag. 561. & 336.  
 77 Ad huc escæ eorum erant in ore. pag. 414. & 354.  
 Excitatus est tanquam dormiens. pag. 9.  
 Dillexerunt eam in ore suo. pag. 492.  
 Obliti sunt benefactorum eius. pag. 299.  
 80 Et non audiuit populus meus vocem meam. pag. 258.  
 Perficite eam, quam plantauit dextera tua. pag. 187.

Et

# I N D E X.

- Et erit tempus eorum in secula. pag. 307.  
 83 Melior est dies vna in atrijs tuis. pag. 530.  
 85 Omnes gentes quascunq; fecisti. pag. 579.  
 Saluum me fac Domine. pag. 579.  
 Misericordia tua magna est super me. pag. 666.  
 Libera me ex inferno inferiori. pag. 396.  
 86 Nunquid Sion dicet homo. pag. 57. & 177.  
 Sicut latantium omnium. pag. 178.  
 87 Non est sanitas in carne mea. pag. 591.  
 88 Inueni David seruum meum. pag. 303.  
 89 Ibunt de virtute in virtutem. pag. 489.  
 Latati sumus pro diebus quibus nos humiliasti. pag. 439.  
 90 Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. pag.  
 238.  
 Clamabit ad me & ego exaudiam eum. pag. 395. & 302.  
 Altissimum posuisti refugium tuum. pag. 414. & 300.  
 Quoniam in me sperauit. pag. 483.  
 92 Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. pag. 24.  
 95 Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à ligno. pag.  
 635.  
 Simul montes exultabunt. pag. 18.  
 96 Alluxerunt fulgura eius orbi terræ. pag. 10.  
 98 In quacunq; die inuocauero te. pag. 238.  
 Deus tu propitius fuisti eis. pag. 258.  
 100 Opera manuum eius veritas, & iudicium. pag. 4.  
 102 Quomodo miseretur pater filiorum. pag. 734.  
 Longanimis & multum misericors. pag. 666.  
 Qui sanat omnes infirmitates tuas. pag. 913.  
 Omnem escam abominata est anima eorum. pag. 279.  
 104 Imolauerunt filios suos demonijs. pag. 218.  
 107 omnes iniquitas oppilabit os suum. pag. 14.  
 108 Sicut oleum in ossibus eius. pag. 613.  
 109 Iudicabit in nationibus. pag. 4.  
 110 Virtutem operum suorum anuntiabit. pag. 304.  
 In matutino interfaciebã omnes peccatores terræ. pag.  
 306.  
 Oculi mei ad fideles terræ, vt se adeant mecum. pag. 306.

115 Di

## I N D E X.

- 115 Dirupisti vincula mea. pag. 679.  
 117 Circundederunt me sicut apes. pag. 349.  
 118 Beati immaculati in via. pag. 306.  
     Amputa oprobrium meum. pag. 7.  
     Mirabilia testimonia tua. pag. 26.  
     Narrauerunt mihi iniqui fabulationes. pag. 24.  
     Viam iniquitatis amoue à me. pag. 39.  
     Consideraui vias meas. pag. 406.  
     Clamaui in toto corde meo. pag. pag. 395.  
     Pax multa diligentibus legem tuam. pag. 248.  
     In corde meo abscondi eloquia tua. pag. 291. & 296.  
     A mandatis tuis intellexi. pag. 207.  
     Vidi præuaricantes & tabescēbam. pag. 296. & 542.  
     Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum. pag. 501.  
     Tuus sum ego saluum me fac. pag. 579.  
     Narrauerunt mihi iniqui fabulationes. 668.  
     Consilium meum iustificaciones tuæ. pag. 658.  
 116 Quid detur tibi aut quid apponatur tibi. pag. 7.  
     Ad Dominum cum tribularer clamaui. pag. 394.  
 122 Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum. pag. 397.  
 136 In Salicibus in medio eius. pag. 375.  
 142 Spiritus tuus bonus deducit me in terram rectam. pag. 349.  
 144 Prope es Dominus omnibus inuocantibus. pag. 569. & 679.  
 148 Iuuenes & virgines senes cum iunioribus. pag. 157.

## Ex lib. Prouerbiorum.

- Ca. 1. Sapientia foris prædicat. pag. 602.  
 2 Et stulti ea, qui sibi sunt noxia cupiūt. pag. 568.  
 5 Bibe aquam de cisterna tua. pag. 609.  
 8 Delitiæ rææ esse cum filijs hominum. pag. 92.  
 5 Qui confidit in diuitijs suis corruet. pag. 393.  
 12 Verte impios, & non erunt. pag. 383.  
 14 Risus dolore miscebitur. pag. 514.  
     Qui dispicit proximum suum peccat. pag. 282.

Estultus

## I N D E X.

- Stultus illud & peccatum. pag. 495.  
 Qui odit increpaciones, stultus est. pag. 527.  
 15 Stultus irridet disciplinam patris. pag. 527  
 16 Melior & paciens viro forti. pag. 101.  
 19 foeneratur Domino qui miseretur pauperis. pag. 485.  
 20 Virum autem fidelem quis inueniet. pag. 439.  
     Honor est homini, qui sepatat se à contemptionibus. pag. 490.  
 25 Dens putridus & pes lassus. pag. 619.  
 26 Sapientior sibi piger videtur. pag. 268.  
 27 Domum fratris tui venit rex infelix. pag. 111.  
 28 Qui abscondit scelera sua non dirigitur. pag. 47.  
     Qui auertit aurem suam, ne audiat legem. pag. 297.  
 29 Qui delicate nutrit peccatum suum. pag. 351.  
     Humilem spiritu accipiet gloriam. pag. 330.  
     Puer qui dimittitur voluntati suæ. pag. 192.  
 30 Quartum penitus ignoro. pag. 137.  
     Quod est nomen eius. pag. 165.  
     Tergit ad suum dicens non sum operata malum. pag. 224  
 31 Date sicceram merentibus. pag. 112. & 222.

## Ex lib. Ecclesiastes.

- Ca. 8 Sunt impij, qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant.  
     pag. 1.  
 9 In medio laquorum ingredieris. pag. 499.  
 11 Si annis multis vixerit homo. pag. 315.  
 C. vlti. Finem loquendi audiat omnis homo. pag. 360.

## Ex Canticis.

- Osculetur me osculo oris sui. pag. 694.  
 1 Oculi tui columbarum. pag. 408. & 211.  
     Vulnerasti cor meum. pag. 691.  
     mure nullas faciemus tibi. pag. 187.

C. 2 In-

## I N D E X.

- Ca. 2 Introduxit me rex in celam vinariam. pag. 185.  
 Oleum effusum nomen tuum pag. 167. & 160.  
 En ipse stat post parietem nostrum. pag. 253.  
 Fasciculus mirrhæ dilectus meus. pag. 300.  
 3 Tenui eum nec dimittam. pag. 308.  
 4 Veni columba mea in foraminibus Petræ. pag. 591.  
 Sicut turris David collum tuum. pag. 102.  
 Sicut columbæ superfluenta. pag. 212  
 Vulnerasti cor meum in vno crine. pag. 632.  
 Ca. 5 Electus ex millebus. pag. 215.  
 Laui pedes meos quomodo inquinabo illos. pag. 303.  
 At ille declinauerat pag. 555.  
 6 Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens. pag. 90.  
 Auerte oculos à me. pag. 556.  
 Coma capitis tui sicut purpura. pag. 632  
 7 Caput tuum vt camelus. pag. 304.  
 Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius pag. 663.  
 8 Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. pag. 415.  
 Quis det te fratrem meum. pag. 58.  
 Fuge dilecte mi pag. 187.  
 Dura sicut infernus emulatio pag. 549. & 723.

## Ex libris Sapientiæ.

- 1 Hoc quod continet omnia scienciam habet vocis pag. 39.  
 2 Sermo scintilæ ad comouendum cor pag. 39.  
 Grauis est nobis etiam ad videndum pag. 145.  
 3 Quoniam deus tentauit illos pag. 443. & 573.  
 Vilisunt oculis ni sapientium mori pag. 303.  
 5 armavit creaturam ad vltionem pag. 11.  
 nos infensati vitam illorum pag. 449.  
 stabunt iusti in magna constantia pa. 397.  
 ambulauimus vias difficiles pag. 525.  
 9 Præ occupat eos qui se concupiscunt pag. 276.  
 Absident enim illam pag. 596.  
 20 Certamen forte dedit ei vt vinceret pag. 102.

## I N D E X.

- Dedit illi scienciam sanctorum. pag. 185.  
 13 Quoniam donum & pax est electis. pag. 248.  
 16 Homo per malitiam occidit anima in suam. pag. 565.

## Ex Ecclesiastico.

- Ca. 1 Timor Domini expellit peccatum pag. 708.  
 2 Si penitentiam non egerimus incidemus in manus domini pag.  
 591.  
 Ve eis qui perdiderunt sustinentiam. pag. 249.  
 Cor durum male habebit in nouissimo. pag. 584. & 189.  
 Sicut aqua extinguit ignem. pag. 370.  
 Quanto magnus est humiliare. pag. 370.  
 3 Ne impie agas multum, ne moriaris in tempore non tuo pag.  
 732.  
 Nec habet potestatem in die mortis. pag. 732.  
 10 Quid superbis terra & cinis. pag. 724.  
 Fili in mansuetudine serua animam tuam. pag. 312.  
 11 Malitia vnus horæ obliuionem facit. pag. 16.  
 Attende tibi à pestifero. pag. 23.  
 Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt. pag. 27.  
 15 Secundum datum Dei de illo pag. 703.  
 17 Quoniam non est immortalis filius hominis. pag. 76.  
 18 Super mortuum plora. pag. 595.  
 Super plumbum quid grauabitur. pag. 310.  
 23 Magna gloria sequi Dominum. pag. 335.  
 25. Vir & mulier sibi bene confetientes. pag. 217.  
 Include elemosinam in sinu pauperis.  
 28 Non impediaris orare semper. pag. 105.  
 32 Ne impediaris orare semper. pag. 308.  
 In multis esto quasi inscius. pag. 122.  
 33 Est tibi seruus fidelis, fit tibi quasi anima. pag. 326.  
 In omnibus operibus tuis præcelens esto. pag. 336.  
 34 Sicut qui sequitur vmbra pag. 353.  
 35 Oratio humiliantis se nubes penetrat. pag. 325.  
 36 Nomen eius requiretur. pag. 164.



# I N D E X.

- Ob audite me diuini fructus. pag. 261  
 47 Dedisti maculam in gloriam tuam. pag. 227.  
 51 A puericia quesui sapientiam. pag. 191.  
 Cum adhuc iunior sum priusquam ab errarem. pag. 191.

## Ex Esaia.

- Ca. 1** Dereliquerunt filia Sion. pag. 180.  
 Vulnus & libor & plaga tumens. pag. 19.  
 Dicite benefacere. pag. 42.  
 Nisi Dominus Sabaoth relinquet nobis semem. pag. 287.  
 Facta sunt mihi molesta. pag. 321.  
 Populo graui in iniquitate. pag. 311.  
 Discite bene facere. pa. 402.  
 2 Qiescite ab homine, cuius spiritus in naribus. pag. 36.  
 Erit mos domus Domini. pag. 117.  
 3 Peccatum sum quasi Sodoma preciauerant pag. 270.  
 Tumultabitur puer contra senem pag. 473.  
 4 Nunquid tolletur à forti præda. pag. 475  
 Mihi curbabitur omne gene. pag. 149.  
 Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion. pag. 618.  
 5 Tibia & Tympanum & Lyra in conuiujs vestris. pag. 61.  
 Vinea facta est dilecto meo. pag. 459.  
 Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem. pag. 526.  
 Væ qui dicitis bonum malum. pag. 593.  
 6 In die illa erit germen Domini. pag. 87.  
 8 Eterit Dominus in lapidem offensionis. pag. 143.  
 Sume tibi librum grandem. pag. 176.  
 Pro eo quod abiicit populus hic aquas Siloë. pag. 560.  
 9 Lætabuntur coram te sicut qui lætantur in messe. pag. 83.  
 Sceptrum ex actoris eius. pag. 97  
 Vocabitur nomen eius admirabilis. pag. 137.  
 Paruulus natus es nobis. pag. 176.  
 Iugum enim oneris eius. pag. 509.  
 Factus est principatus eius. pag. 570.  
 Quia omnis violata prædatio. pag. 702.

# I N D E X.

- 1 Delectabitur infans ab vberibus. pag. 97.  
 In die illa erit radix Iesæ pag. 144.  
 Habirabit lupus cum agno. pag. 183.  
 Requiescet super eum spiritus Domini. pag. 200  
 14 Quomodo cesauit exactor. pag. 509.  
 16 Emitte agnum domine dominatorem terræ. pag. 205. & 184.  
 19 Ecce Dominus ascendet super nuuem leuem. pag. 131.  
 In die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti. pag. 131.  
 22 In illa die vocauit Dominus ad fletum. pag. 311.  
 26 Nomen eius requiretur à generatione pag. 164.  
 Indulsi tibi Domine. pag. 384.  
 27 Replebunt faciem orbis femine. pag. 288.  
 Indignatio non est mihi. pag. 379.  
 28 Percusimus fœdus cum morte. pag. 28.  
 Manda manda expectare expecta. pag. 20.  
 Coangustatum est statutum. pag. 67.  
 Vt faceret opus suum peregrinum est opus eius. pag. 722.  
 29 Et audient in die illa surdi. pag. 28.  
 30 Pro eo quod reprobastis verbum hoc. pag. 392.  
 Qui dicunt videntibus nolite videre. pag. 297.  
 Sicut conteritur lagenam figuli. pag. 361.  
 Erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio. pag. 466.  
 Væ vobis filij desertores. pag. 658.  
 31 Væ qui descendunt in Aegyptum. pa. 393  
 32 Super humum populi mei ascendet spina. pag. 441.  
 33 Et erunt populi quasi incendio cinis. pag. 318  
 35 Saliet sicut ceruus claudus. pag. 27.  
 Tunc aperientur oculi cæcorum. pag. 24  
 41 Nec timeas quia ego tecum sum pag. 357.  
 42 Gloriam meam alteri nondabo. pag. 154.  
 Triturabis montes, & cominuens pag. 9.  
 Nec clamabit nec audietur vox eius foris pag. 294 & 600  
 43 Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. pag. 471.  
 Seruire me fecisti in peccatis tuis. pag. 311.  
 44 Memento horum Iacob, & Israel. pag. 299.  
 45 Omnis voluntas mea fiet. pag. 32.  
 Vere tu es Deus absconditus. pag. 300.

# INDEX

- 46 Dabo in Syon salutem. pag. 80.  
 47 Descende sede in puluere. pag. 313. & 648.  
 Veniēt tibi hæc duo subito in die vna. pag. 575.  
 49 Vinit Dominus quia omnibus his velut ornamento vestieris. p.  
 86. & 87.  
 50 Quis ex vobis timet Dominum, speret in nomine Domini, &  
 innitatur super Deum suum. pag. 482.  
 51 Cōsurge cōsurge induere fortitudine brachiū Domini. p. 475.  
 53 Quasi absconditus vultus eius. pag. 300.  
 Languires nostro ipse tulit. pa. 328.  
 Ideo dispersit ei plurimos. pag. 663.  
 Domine quis credit auditui nostro. pag. 675.  
 55 Erit Dominus nominatus in signum. pag. 376.  
 56 Super quem iurastis, super quem dilatastis os. pa. 496.  
 57 Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. pa. 507.  
 58 Nunquid tale est ieiunium quod elegi. pag. 382.  
 Vocaberis ædificator sēpium. &c. pag. 459.  
 59 Palpauimus sicut cæci parietem. pag. 27.  
 Telas araneæ texerunt. pag. 279.  
 61 Euangelizare pauperibus misit me. pag. 95. C.  
 Omnes qui viderint eos, cognoscent illos. pag. 140. C.  
 Gaudens gaudebo in Domino quia induit me vestimentis sa-  
 lutis. pag. 188. & 436.  
 62 Exulta satis, & iubila filia Syon. pag. 662.  
 63 Misericordiam Domini recordabor. pag. 26. C.  
 Ipse debelauit eos, & conuersus est eis in inimicum. pag. 258.  
 64 Vtinā dirūperes caelos, & descēderes & aque arderēt igni. p. 68.  
 65 Ecce serui mei comedent, & vos esuriētis, &c. pag. 530.  
 66 Tremētem sermones meos. pag. 580.  
 Quæ est ista domus, quam. &c. pag. 615.

## Ex Hieremia.

- Ca. 2 Maculata est iniquitate tua. pag. 227. & 503.  
 Nunquid seruus est Israel, quare factus est in prædam. 353.  
 Omnes qui deuorant eum delinquent. pag. 495

In

# INDEX

- 1 In alijs tuis inuentus est sanguis animarum. pag. 447.  
 Nunquid terra sterilis ego sum? aut serotina? pag. 412.  
 3 Quomodo si contemnat mulier amatorem suum. pag. 225.  
 Plaga inimici percussit eos, castigatione crudeli. pag. 258.  
 Ecce locuta est, & fecisti malum, & potuisti? pag. 585.  
 4 Si reuerteris ad me, conuerte Israel. pa. 619.  
 5 Quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudiciū  
 & querentē fidem, & propitius ero ei. pa. 656.  
 Et non dixerunt metumamus Dñm, qui dat nobis pluuiā. p. 408.  
 6 Interrogate de femitis antiquis, quæ sit via bona & ambalate in  
 ea. pa. 320.  
 Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, &c. pag. 618.  
 State supra vias vestras & videre & interrogate. &c. 406.  
 Ecce ego adducam mala super vos. &c. pag. 40. C.  
 7 Filij colligunt ligna patres succendunt ignem & mulieres con-  
 spargunt adipem. pag. 655  
 Nonne vides quod isti faciunt, in plateis Hierusalem? pag. 532.  
 Sta in porta domus Domini, & ibi clama vclum istud. pag. 458.  
 Sta in porta domus Domini, & ibi clama verbum istud. pa. 458.  
 Cor suum posuerunt vt adamantem. pag. 291.  
 8 Quomodo dicitis sapientes nos sumus, &c. mendatium operatus  
 est stylus mendax scribarum. pag. 338.  
 12 Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam. pag. 411.  
 13 Si potest ethiops mutare pellem suam. pag. 393.  
 14 Cerui in agro pepererunt & dereliquerunt, &c. pag. 381.  
 15 Sedebam solus quia comminatione replesti me. pag. 364.  
 Si steterint Moyfes, & Sannel coram me non est anima mea  
 ad populum istum. pag. 343.  
 Ocoicit eis sol cum adhuc dies esset. pag. 618. & 305.  
 17 Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo vngueque adamantino  
 &c. pag. 424.  
 Recedentes à te in terra scribentur. pag. 448.  
 22 Principes tui pascunt ventum. pag. 357.  
 Locutus sum ad te in abundantia & dixisti non audiam. pa. 448.  
 23 Nisi pactum meum stitisset. &c. pag. 87. & 88.  
 25 Summe calicem vini furoris huius de manu mea. pag. 440.  
 31 Est merces operi tuo. pag. 281.

b z

Vlque

## I N D E X.

Vfquequo dilitijs diffolueris filia vaga, quia nouum creauit  
Dominus fuper terram, mulier circundabit virum. 645.

- 33 Dominus iuftus nofter. pa. 147.  
35 Preualuerunt fermones Ionadab. 594. C.  
44 Ex quo ceffauimus facrificare reginæ cœli. pag. 528.  
46 Vitula elegans, & formofa. A Egyptus ftimulator ab Aquilone  
venit. ei. pag. 634.

## Ex Hieremia in Thren,

- 1 Vix Syon lugent eo quod non fit. &c. pag. 320.  
Facta eft quali vidua domina gentium. pag. 773.  
Vocauit aduerfum me tempus. pag. 48.  
3 Ego vir videns paupertatē meā in virga indignationis tuæ. p. 301  
Quis eft ifte, qui dicit, ex ore altiffimi non egredientur neque  
bona neque mala. pag. 3.  
4 Filia populi mei crudelis, vt ftutio. pag. 439.

## Ex Baruch.

- 3 Quid eft ò Ifrael quod in terra inimicorum es, &c. pag. 477.  
6 Nunc videbis in Babylonia Deos aureos. &c. paa. 25. A.

## Ex Ezechiele.

- C. 1. Cum fieret vox fuper firmamentum, &c. ftabant animalia, &  
fubmittebant alas fuas. pag. 72. B. C.  
De medio ignis quali fpecies electri. p. 77.  
Quafi fonum fublimis Dei. pag. 106.  
Facies aquilæ de fuper ipforum quatuor. pag. 114. A.  
Ibāt nec reuertebātur, cum ambularent. 147.  
30 Eris mutus nec quali vir obiurgans, quia domus iexasperans eſt  
pag. 375.  
8 Vbi erat ftatutum idolum zeli. pag. 543.

10 Egre

## I N D E X.

- 20 Egrediebatur gloria Domini, & ftetit in introitu portæ. pa. 470.  
13 Violabant me ad populum meum propter puxillum hordei, 591.  
16 Super hoc caput vniuerfum. vide multa. pag. 223. & deinceps.  
Auferetur zelus meus à te. pag. 540.  
21 Diuinationem quærens commifcens. pag. 109.  
27 Tu cherub! extensus & protegens. pa. 33. B.  
30 Difpendam fimulachra, &c. pag. 157.  
33 Vnus erat Abraham & hæreditate poffedit terram. pag. 132. B.  
34 Et faciam cum eis pactum pacis. pag. 248.  
36 Effundam fuper vos aquam mundam. pag. 526. & 28. A.  
Hæc fuit iniquitas Sodomæ fororiftuæ. pa. 450.  
40 Et in manu eius calamus menfuræ. pag. 106.  
43 Porta hæc elaufa erit. pag. 74. c. & deinceps.  
44 Sufficiant vobis domus Ifrael omnia fcclera veſtra. pag. 407.

## Ex Daniele.

- Ca. 1. Tentā nos obfecro feruos tuos diebus decem. pa. 330. & 554  
2 Suscitauit Deus cœli regnum, quod ia æternum non diffipabi-  
tur, &c. pag. 263.  
30 Signauit lapidem. pag. 104.  
4 Peccata tua elemofinis redime. pag. 370.  
7 Fluius igneus rapidus que. 561.  
Dedit ei poteftatem & honorē. & regnum. pag. 683.  
10 Tegit me & confortauit me, & erexit me fuper genua mea &c.  
pag. 635.  
13 Anguftiæ funt mihi vndique, & quid eligam ignoro. pag. 590.

## Ex Ofea.

- Cap. 1 Fac filios fornicationis. pag. 181.  
2 Et dabo ei vinitores ex eodem loco. &c. pag. 20. A.  
Iudicāte matrem veſtram quoniam ipfa non vxor mea auferat  
fornicationes fuas, &c. pag. 208.

b 3

4 Ma

## INDEX

4. Maledictum, mendacium, furtum, &c. inundauerunt. p. 611.  
Populus meus in ligno suo interrogauit, &c. pag. 109.
5. In gregibus suis, & in armentis suis vadent ad quarendum domum, & non inueniet. pag. 180.
6. Misericordia vestra sicut nubes matutina. pag. 666.
7. Ephraim factus est subcinericius panis, &c. pag. 493.  
Factus est Ephraim quasi columba seducta. p. 212.  
Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. 227.
9. Væ eis, cum recefero ab eis. pag. 490.  
Noli latari Israel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo. pag. 577.
10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. 473.
11. In funiculis Adam traham eos. 546, &c. 651.  
Quomodo dabo te Ephraim protegam te Israel? quomodo dabo te. pag. 259.  
Ex Aegypto vocaui filium meum. pag. 133. C.
13. Abscondita est consolatio ab oculis meis quia ipse inter fratres diuidet. pag. 285.

## Ex Ioel.

- Ca. 1. Resilierunt iuence apud præsepia sua. pag. 381.
2. Magnus dies Domini, & quis poterit sustinere? pag. 106.  
Exultate filia Syon in Domino quia dedit vobis doctorem iustitiæ. pag. 420.  
Redam vobis annos quos comedit locusta, brucus, & rubigo. pag. 283.
3. Quid mihi, & vobis tyrus, & Sydon, &c. pag. 392.

## Ex Amos.

- Ca. 1. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum. pag. 257.
3. Congregamini super montes Samariæ, & videte insanias multas. pag. 141. A.  
Si clanget tuba in ciuitate, &c. nõ faciet Dominus verbum nisi re-

## INDEX.

- si reuelauerit secretum, &c. pag. 380.  
Diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad Deos alienos & diligunt vinatiam vuarum. 462.  
Quomodo si eruat pastor de ore leonis dua crura. p. 527.

## Ex Abdia.

- Ca. 5. Si inter sidera posueris nidum tuum inde retraham te. p. 356.

## Ex Iona.

- Super Ionæ historiam vide multa seria. 4. post dominicam primam quadragesimæ. pag. 378.

## Ex Michæa.

- Ca. 1. Super hoc plangam, & vlulabo, vadam spoliatus, & nudus, quia dispersa est plaga eius. pag. 561.
4. Et tu turris gregis nebulosa. &c. pag. 463. C.
6. Curuabo genu Deo excelso. pag. 149.

## Ex Nahum.

- Ca. 1. Quid cogitatis contra Dominum? consumptionem ipse faciet quia sicut spinæ se inuicem, &c. pag. 655.
3. Plures fecisti negotiationes tuas, quam stellæ sunt cæli. 293.  
Reuelabo pudenda tua in facie tua. pag. 5.

## Ex Abachuc.

- Ca. 1. Mundi sunt oculi tui, & ad iniquitatem, &c. pag. 228.
2. Dñs in templo sancto suo fileat à facie eius omnis terra. p. 31. B. C.  
Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ. p. 455.

## I N D E X.

- Væ ei, qui multiplicat non sua. pag. 485.  
Lapis de pariete clamabit. pag. 519.  
3 Exultabo in Deo Iesu meo. pag. 171.  
Ut ascendam ad populum. accinctum. nostrum. pag. 261.

## Ex Sophonia.

- Ca. 1. Visitabo super viros defixos in fecibus suis. qui dicunt in cordibus suis non faciet bene dominus, & non faciet male. p. 3. C.  
Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina. pag. 449.  
Ambulabunt ut cæci, quia domino peccauerunt. pag. 531.

## Ex Zacharia.

- Ca. 2. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. 496.  
7 Cor suum posuerunt ut adamantem ne audierent legem. pag. 289.  
9 Exulta fati, & iubila. pag. 662.  
Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu. pag. 776.  
11 Benedictus Deus, quoniam diuites facti sumus. pag. 293.  
13 Erit fons patens, &c. & tunc disperdam nomina idolorum de terra. pag. 157.  
14 Erit Dominus vnus. & nomen eius vnum. pag. 159.  
In die illa erit quod super frenum equi est sanctum Domino, & erunt lebetes in domo Domini. pag. 647.  
Stabunt pedes eius in illa die super montem Oliuarum. p. 666.

## Ex Malachia.

- Cap. 2. Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, &c. aut certe ubi est Deus iudicij. pag. 4. A.  
Disperga stercus super vultum vestrum a solenitatibus vestrarum. p. 502.  
3 Nun-

## I N D E X.

- 3 Nunquid affiget homo Deum quia vos affixistis me. pag. 326.  
4 Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. pag. 61. B.

## Ex Machab. 1.

- Ca. 1. Eamus & disponamus testamentum cum gentibus, &c. ex quo enim recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. pa. 528.  
2 Et si omnes gentes regi Antiocho obediant, ego & filij mei. pag. 501.

## Ex Machab. 2.

- 6 Etenim multo tempore non finire peccatoribus ex sententia agere, &c. pag. 258.

## Ex Matthæo.

- Ca. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. pag. 76. B. C.  
3 Omnis arbor quæ non facit fructum bonum. pag. 536.  
6 Si oculus tuus scandalicat te erue eum. pa. 392. A.  
Beati misericordes, &c. 370.  
Ego autem dico vobis, &c. 460.  
Magnus vocabitur in regno cælorum. pag. 282.  
Estote perfecti sicut pater vester. pag. 336.  
6 Si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. pag. 342.  
Dimitte nobis debita nostra. pag. 625.  
Orantes autem nolite multum loqui. pag. 580.  
Nemo potest duobus Dominis seruire. pag. 508.  
7 Omnis qui petit accipit, &c. quis ex vobis homo quem si petierit filius suus panem, &c. pag. 24. & deinceps.  
Lata est porta quæ ducit ad perditionem. pag. 39. C.  
8 Dolores nostros ipse tulit. pag. 328.  
9 Non est opus valentibus medico. pag. 18. B.  
Festinans descende. 332.

## I N D E X.

- Auferaturab' eis sponfus. pag. 160.
- 10 Cauete ab hominibus. pag. 104.
- Qui confitebitur me coram hominibus. &c. pag. 271.
- Deus propitius esto mihi peccatori. pag. 284.
- 11 Venite ad me omnes qui laboratis. &c. pagin. 161. & 174. & 689. C.
- 13 Colligite in fasciculos. 655.
- 15 Quid cogitatis interuos modicæ fidei quia panes non habetis non recordamini quinque panum: &c. pag. 534.
- 15 Vade post me Sathana scādalu mihi est. pagina. 415. C. & de inceps.
- Quodcūque solueris super terram. pag. 679.
- Qui non odit patrem & matrem &c. pag. 194.
- 18 Ita faciet pater meus cœlestis, si non dimiseritis. pag. 342.
- 20 Filius hominis non venit ministrari sed ministrare. pag. 168.
- 21 Debebat decem milia talenta. 625.
- 22 Licet censum dari Cæsari. pag. 75. C.
- 23 Ecce relinquetur domus vestra deserta. pag. 490
- Sepulchra dealbata. pag. 461.
- Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum galinæ &c. pag. 519.
- Et vos implete mensuram patrum vestrorum. pag. 257.
- 24 Duo erunt in lecto vno. &c. pag. 585.
- Quia abundauit iniquitas refrigescet charitas multorū. p. 618.
- 25 Exierunt obuiam sponso, & sponsæ. pag. 207. C.
- 26 Fiat voluntas tua. pag. 253.
- 27 Hodie mecum eris in paradiso. pag. 284.
- Si in ligno viridi hæc fiunt. pag. 442.
- Vlt. Data est mihi omnis potestas. pag. 155.
- Ecce ego vobiscū sum vsque ad consumationem seculi. pagin. 44. C.
- Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus. pag. 720.

## Ex Marco.

Ca. 3. Libenter audiebat Ioannem, & audito eo multa faciebat.  
pag.

## I N D E X.

- pag. 291.
- 14 Hic est calix noui testamenti. pag. 779.
- Vlt. In nomine meo demonia eijcient. pag. 160.

## Ex Luca.

- Cap. 1 Dabit illi Dominus sedem Dauid. pa. 109.
- Præibis ante faciem Domini parare vias eius. pag. 37. B.
- Venit in motana cum festinatione. pag. 627
- Regnabit in domo Iacob in æternum. 633.
- 2 Natus est vobis hodie saluator. pag. 167
- Maria conseruabat omnia verba hæc. pag. 91.
- 3 Nisi pœnitentiam egeritis, &c. 462.
- Facite fructus dignos pœnitentiæ. 370.
- 4 Non poterat ibi facere virtutes. pag. 325.
- 5 Exiit me Domine: quia homo peccator sum. pag. 330.
- 6 Cum stabitis ad orandum dimittite si quid habebitis ad versus aliterum. pag. 344.
- Væ vobis qui ridetis. pag. 526.
- 7 Dilexit multum. pa. 283.
- Duo debitores erant cuidam fæneratori. pag. 915.
- 8 Beati pauperes. pag. 65. R.
- 10 Optimam partem elegit sibi Maria. pag. 283.
- Descendit hic iustificatus. pa. 944.
- Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in libro vitæ. pag. 448.
- 11 Quanto magis pater vester Cœlestis dabit spiritum bonum peccantibus se. pag. 241.
- 12 Nolite timere pusillus grex, &c. pag. 271.
- Baptismo habeo baptizari & quomodo coarctor &c. pag. 415
- Habes anima mea in annos plurimos. pag. 536.
- Capili capitis vestri numerati sunt omnes. pag. 635.
- 13 Lucerna ardentes in manibus vestris. pa. 38. R.
- 14 Si quis venit ad me & non odit patrem. &c. 766.
- 15 Senior filius indignatur. pag. 335.
- Hic peccatores recipit. &c. pag. 335.
- Filius dissipator recipitur à patre. pag. 734. C.

- Cito afferte stolam primam. p. 644.  
 16 Epulabatur quotidie splendide. p. 351. & 354.  
 Quod altum est hominibus. abominatio est apud Deū. pa. 267.  
 Deridebant eum farisei. p. 290.  
 17 Quando veniet regnum Dei. p. 263.  
 Regnum Dei non veniet cum obseruatione. p. 267.  
 21 Vidit autem & quandam viduam pauperulam. & c. p. 691.  
 22 Ego dispono vobis regnum sicut disposuit mihi pater. p. 444.  
 Vos estis qui permanistis mecum. & c. 550.  
 Hoc facite in meam commemorationem. pa. 299.  
 Facta est contentio iuter discipulos. p. 204.  
 Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. p. 168.

## Ex Ioane.

- Ca. 1. Ante me factus est. p. 86. & 87.  
 Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. p. 174.  
 Vidimus gloriā eius, & c. pag. 200.  
 3 Qui habet sponsam sponsus est. pa. 170.  
 Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. pa. 200.  
 Scimus quia à Deo venisti magister. p. 18. A.  
 Sic Deus dilexit mundum, vt filium & c. p. 30. B.  
 Dilexerunt homines magis tenebras quā lucem. p. 32. A. & 423.  
 4 Fatigatus exitinere, & c. pag. 277.  
 Domine da mihi hanc aquam. pag. 612.  
 5 Vos misistis ad Ioannē. & ille testimoniū perhibuit, & c. p. 31. C.  
 7 Non potest mundus odisse vos me autem odit. pa. 145. & 146.  
 Stabat Iesus & clamabat. pa. 294.  
 Qui sitit veniat ad me & bibat. pag. 526.  
 8 Opera que ego facio testimoniū prohibent de me. p. 25. C.  
 Qui sequitur me non ambulat in tenebris. p. 307.  
 Abraham exultauit vt videret diem meum vidit & gauisus est.  
 pag. 663.  
 10 Ego veni vt viam habeant, & c. pa. 105.  
 Oues meæ vocem meam audiunt. pag. 594.

Illud

- Illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est. pag. 289.  
 12 Qui mihi ministrat me sequatur. p. 307.  
 Pauperes semper habebitis vobiscum. pag. 506.  
 Sermo quem locutus sum vobis ille vos condemnabit. pa. 250.  
 Cum exultatus fuero à terra omnia traham ad me. 651.  
 14 Ad eum veniemus, & mansionem apud eū faciemus. pag. 615.  
 In domo patris mei mansiones multæ sunt. pag. 280.  
 15 Si de mundo fuissetis, & c. propterea odit vos mundus. pa. 145.  
 Vsq̄ modo non petistis quicquam. pag. 309.  
 Non vos me elegistis sed ego elegi vos. pag. 279.  
 Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo.  
 pag. 428.  
 Tristitia vestra vertetur in gaudium. 512.  
 16 Dabo vobis spiritum veritatis, vt maneat vobiscum. pag. 210.  
 Expediit vobis vt ego vadam. 720.  
 17 Ego dedi eis sermonem meum, & mundus eos odio habuit.  
 pag. 145.  
 18 Regnum meum non est de hoc mundo. 683.  
 19 Iesus Nazrenus rex Iudcorum. pag. 689.  
 Quod scripsi scripsi. pag. 685.  
 20 Beati qui non viderunt, & crediderunt. pag. 321.  
 21 Pasce oues meas. pag. 284.

## Ex Actis Apostolorum.

- 5 Ibant gaudentes à conspectu concilij pag. 437.  
 9 Vas electionis est mihi. pag. 636.  
 10 Lintheum de caelo, & c. pag. 177.  
 13 Disseminabatur verbum Dei. 288.  
 28 Audiuimus de secta hac, quia vbique ei contradicitur. pag.  
 144.

## Ex epistola ad Romanos.

- 1 Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, & c. pag. 151. & 154.  
 Tra

## I N D E X.

- Tradidit eos Deus in desideria cordis eorum. pag. 258.  
 Reuelatur ira Dei, &c. qui veritatem Dei in iniustitia detinent  
 pag. 592.  
 Non glorificauerunt Deum, aut gratias egerunt. pag. 408.  
 In eo enim iustitia Dei reuelatur de fide in fidem. pag. 429.  
 Virtus Dei est in salutem omni credenti. pag. 515.  
 3 Quem proposuit propiciatorē. &c. pag. 569.  
 4 Quis me liberabit de corpore mortis huius. pag. 509.  
 5 Gloriamur in tribulationibus. pag. 20. C. & 414.  
 Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. pag. 406.  
 Peccatum vobis nō dominabitur, nō enim estis sub lege. p. 323.  
 Commendat autem charitatem suam Deus, &c. 721.  
 7 In felix ego homo, quis me liberabit, &c. pag. 96. C.  
 8 Omnis creatura vanitati subiecta est. pag. 11. A.  
 Ipse spiritus postulat pronobis gemitibus inenarrabilibus.  
 pag. 395.  
 Si tamen compatimur, vt conglorificemur. pag. 443.  
 Qui spiritu Dei aguntur, &c. pag. 349.  
 Quis nos separabit à charitate Christi? pag. 233. & 695.  
 9 Et vocabo non plebem meam. pag. 281.  
 Sustinuit in multa patientia vasa iræ. pag. 311.  
 Quod si Deus volens ostendere iram in vasa iræ, &c. pag.  
 368.  
 11 Vide bonitatem & seueritatem Dei. pag. 181.  
 Alioqui & tu excideris. pag. 458.  
 12 Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. p. 288  
 Nolite conformari huic sæculo. pag. 429.  
 13 Redite omnibus debitum. pag. 438.  
 Induimini dominum Iesum Christum. pag. 357.  
 14 Mihi flectetur omne genu. pag. 149.  
 15 Vt obsequij mei oblatio accepta fiat. pag. 505.

## Ex epistola ad Corinthios. I.

- 1 In omnibus diuites facti estis in illo. pag. 148.  
 Si fortij passionum fuerimus. pag. 442.

3 Qui

## I N D E X.

- 3 Qui apprehendit sapientes in astucia eorum. pa. 3.  
 An nescitis quia templum Dei estis. pag. 615.  
 Si quis templum Dei violauerit, disperdet eum Deus. 616.  
 4 Spectaculum facti sumus angelis, &c. 103. B. C.  
 5 Tradidi eum Sathanæ in interitum carnis. pag. 395.  
 6 Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. pag. 17. B.  
 Qui fornicatur in corpus suum peccat. pag. 28. A.  
 Nolite errare, neque fornicarij, &c. pag. 228.  
 7 Ego itaque vobis parco. pag. 215.  
 9 Castigo corpus meum, &c. pag. 351.  
 11 Martem Domini anuntiabitis, donec veniat. pag. 299.  
 Probet autem seipsum homo. pag. 538.  
 13 Nunc cognosco ex parte. pag. 253.  
 Charitas omnia sperat. pag. 693.  
 15 Sicut stella differt à stella in Claritate, &c. pag. 280.  
 16 Qui non amat Dominum Iesum anathema sit. pag. 651.

## Ex epistola 2. ad Corinthios.

- 1 Iudeis scandalum. pag. 143.  
 3 In eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem.  
 pag. 429.  
 4 Portamus thesaurum in vasis fictilibus. pag. 265. C.  
 5 Pro Christo legatione fungimur, &c. pag. 273.  
 Charitas Christi vrget nos, assimantes hoc pagina: 376. &  
 651.  
 7 Super abundo gaudio in omni tribulatione nostra. pag. 444.  
 11 Despondi vos vni viro. pag. 207.  
 Quis infirmatur, & ego non infirmor. pag. 519.

## Ex epistola ad Galatas.

- 4 Vbi venit plenitudo temporis. pag. 87. & 88.  
 5 Qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt. pag. 351.  
 6 Dum tempus habemus operemur bonum. pag. 48. B. & 558.

Ex



## Ex epistola ad Ephesios.

- 1 Qui conresuscitauit nos, &c. pag. 169.
- Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, &c. 377.
- Deus qui diues est in misericordia, &c. 677.
- 2 Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc euangelizare ingentibus &c. pag. 171.
- Alijs generationibus non est agnitum misterium hoc gentes esse &c. pag. 177.
- Scire etiam super eminentem scientiæ charitatē Chisti. pag. 651.
- 4 Omnis clamor & ira, & amaritudo auferatur a vobis. pagina. 600. C.
- 5 Expolians principatus, & potestates, &c. pag. 155.
- Ipsam dedit caput super omnem ecclesiam pag. 169.
- Christus dilexit ecclesiam, &c. pag. 179.
- Viri diligite vxores vestras pag. 217.
- Redimentes tempus &c. pag. 283.
- Eratis aliquando tenebrę nunc autem lux in domino. pag. 552.
- 6 Induite vos armaturam Dei, &c. 352.
- Auaritia idolorum seruitus. pag. 699.

## Ex Epistola ad Philipenses.

- 1 Vobis datum est non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. pag. 443. C.
- 2 In nomine Iesu omne genu flectatur. pag. 148.
- Per totam contionem.
- Dedit illi nomen quod est super omne nomen. pag. 206.
- 3 In omni opere bono fructificantes, & crescentes. pag. 146. C.
- Quę retro sunt obliuiscens. pag. 147.
- Quorum Deus venter est. pag. 450. & 354.

## Ex Epistola Pauli ad Colossen.

- 1 Qui est imago Dei, inuisibilis, primo genitus omnis creaturæ.

&amp;c.

- &c. pag. 86. & 87.
- Expoliatus principatus & potestates traduxit confidentes. &c. pag. 475.
- Vt sic in omnibus primatum tenēs. 778.
- 2 Delens quod aduersus nos erat chyrographū decreti, &c. 476
  - 3 Exuentes vos veterem hominem. pag. 294.
  - 4 Orationi instate, &c. vt Deus aperiat nobis ostium, sermonis, &c. pag. 286.

## Ex Epistola 1. ad Thesalonicēs.

- 2 Accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut vere est verbum Dei. pag. 268.
- 5 Omnes vos filij lucis estis. 552.

## Ex epistola 2. ad Thesalonicēs.

- 2 Immisit illis Spiritum erroris. pag. 423.

## Ex epistola. 1. ad Thimoteum.


- 4 Pietas ad omnia valet, promissionem habens eius vitę, quę nunc est &c. pag. 486.
- 5 Qui suorum maxime domesticorum curam non habet, &c. pagina. 327.
- Vidua, quę vere vidua est, & desolata, speret in domino, &c. pagina. 483.
- Vidua quę in dilitijs est viuens mortua est. pag. 565.

## Ex epistola. 2. ad Thimoteum.

- 2 Non coronabitur, nisi qui legitime, &c. pag. 100.
- Labora sicut bonus miles, &c. pag. 100. & 442.

c

Reci-



Recipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur. pag. 679.  
 Recte tractante verbum veritatis. pag. 537

## Ex Epistola Pauli ad Titum.

- 1 Co inquinatis & immundis. pag. 503.
- 2 Ut is qui ex aduerso est veretur nihil mali habens dicere de no-  
 bis. pag. 140. C.
- 3 Apparuit benignitas. etc. pag. 80. & 676. C. & 727.  
 Sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. 663.

## Ex Epistola ad Hebreos.

- 2 Videmus Iesum per passionem mortis gloria vt honore corona-  
 tum. pag. 520.  
 Qui sanctificat & qui sanctificatur ex vno omnes. pag. 166.
- 3 Adhottamini vos metipfos per singulos dies vt non obduretur  
 quis ex vobis fallacia peccati. pagina . 425 & 292. & 384. &  
 614.
- 6 Impossibile est eos qui semel illuminati sunt. pag. 423.
- 9 Testamentum morte testatoris. &c. pag. 776.  
 Iuxta fidem defuncti sunt omnes non acceptis repromissioni-  
 bus. pag. 58. C.
- 10 Horrendum est incidere in manus Dei. pag. 590. & 302.  
 Quinitiauit nobis viam nouam. pag. 719. & 303.
- 11 Fide Moyses grandis factus negavit se filium pag. 422.  
 Fide Ioseph mandauit de ossibus suis. pag. 59. A.  
 Fortes facti sunt in bello. pag. 102.  
 Fide reliquit Aegyptum. &c 326.  
 Abel plurimam obtulit hostiam. pag. 491.  
 Argumentum non apparentium. pag. 559.
12. Per patientiam curamus ad propofitum nobis certamen aspici-  
 tes in authorem fidei. pag. 108.  
 Recogitate eum. &c. pag. 299. & 302.  
 Quem diligit Deus castigat. pag. 419.

## Ex Epistola beati Iacobi

- Cap. 1 estote factores verbi, & non auditores tantum. pag. 290.  
 Vnufquisque tentatur à concupiscentia sua. pag. 406.  
 Deus intentator malorum est. pag. 532.  
 Peccatum cum consumatum fuerit. generat mortem. pag. 398.  
 Omne gaudium existimate fratrescum in varias, &c. pag. 416.  
 & 437.  
 Sufferentiam Iob audistis, & finem domini vidistis. pag. 452.
- 2 Qui offenderit in vno factus est. &c. pag. 792,  
 Ostende. mihi fidem tuam ex operibus. pag. 326.  
 Iuditiū sine misericordia fiet, qui nō fecit misericordiam. p. 370.
  - 4 Scienti bonum & non facienti peccatum est illi. pag. 29. A.  
 Deus superbis resistit. pag. 331. C. & deinceps. pag. 723.  
 Ad inuidiam concupiscit spiritus. pag. 540. & 723.
  - 5 Agite nunc diuites plorate vlulantes. pag. 272.

## Ex Epistola. i. Petri.

- Ca. 1 Qui aliquando non populus Dei nunc autem populus Dei,  
 pag. 181.  
 in quam desiderant angeli prospicere. pag. 266.  
 Sperate in eam quæ offertur vobis gratiam. pag. 569.
- 3 Considerantes in timore conuerfationem vestram. pag. 141.  
 Circuit querens quem deuoret. pag. 353.  
 Parati rationem rederede ea quæ in vobis est fide & spe. p. 24. A.  
 Fratres magis satagite vt per bona opera. &c. pag. 413.
  - 4 Christo igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini  
 pag. 299.  
 Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. 587.  
 Si autem primam à nobis quis finis eorum. qui non credunt  
 Enangelio. pag. 440. C.  
 Sufficit præteritum tempus ad voluntatem. pag. 407.
  - 5 Humiliamini sub potenti manu. Dei. pagina 149. & deinceps.  
 Deus superbis resistit. pag. 487.

## Ex Epistola, 2. Petri:

- Ca. 1 Per quem maxima & præciosa nobis promissa donauit. pag. 566.  
 2 Qui facit peccatum seruus est peccati. pag. 476.  
 Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum. pag. 652.

## Ex Epistola Ioanis. 1.

- Cap. 1 Si quis peccata sua fuerit confessus. pag. 471.  
 2 Qui non diligit. manet in morte. pag. 345.  
 3 Diligamus Deum. quoniam ipse prior dilexit nos. pag. 723.  
 4 Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non obseruat mendax est. pag. 339.  
 Charitas foras mittit timorem. pag. 693.  
 5 ipse est prior pitiatio pro peccatis nostris. pag. 173.

## Ex Epistola, 2. Ioanis

- Ca. 4 In hoc est charitas non quasi nos dilexerimus Deum sed quia ipse prior dilexit nos. pag. 279.

## Ex Apocalipsi.

- Ca. 1 Posuit dexteram super me, & erexit me. pag. 636.  
 Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. pag. 722 & 652. & 729.  
 Princeps regum terræ. pag. 799.  
 3 Dicis diues sum, & nullus egeo cum sis pauper. &c. pag. 34. A.  
 Non delebo nomen eius de libro vitæ. pag. 448.  
 Cum sis pauper miser, cæcus, &c. pag. 553.  
 2 Ego sto ad ostium, et pulso. pag. 602.

¶ Vicif

- 5 Vicif leo de tribu Iuda. pag. 475  
 Redemisti nos domine Deus in sanguine tuo. pag. 663.  
 6 Exiuit vincens, vt vinceret. pag. 475.  
 7 Palmæ in manibus eorum. pag. 100.  
 14 Cecidit Babylon illa magna & facta est habitatio demoniorum, &c. pag. 468.  
 Rex regum, & dominus Dominantium. pag. 649.  
 18 Quantum glorificauit se.  
 Factum est silentium in cælo quasi dimidia hora. pag. 12. A.  
 19 Habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. pagina. 164. C.  
 20 Vidi thronum magnum, & sedentem supra eum, à cuius conspectu fugit cæelum & terra. pag. 14. A.  
 21 ipsa vero ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. pag. 71.  
 Venerunt nuptiæ agni, &c. pag. 208.  
 Nihil coinquinatum intrabit in illa. p. 228.  
 Foris canes, & venefici. &c. pag. 228.  
 Qui iustus est iustificetur adhuc. pag. 282.  
 22 Ego sum radix, & genus David. pag. 86. & 87.

c 3 INDEX

# INDEX RERVM

notabilium, quæ in hoc opere explicantur,

*Numerus indicat paginam litera cum apponitur locum paginae.*

## A.



**B V S V S** Qui irasperunt contra Dei legem. pag. 497.

Adam & euae ingratitude. pag. 150.

Adam mutus fuit in Dei laude. pag. 464.

Ad casus tristitiae nobis causa est. pag. 275.

Ad inuentiones Dei amantis, vt animas nostras ad se trahat. pag. 409.

Aduentus Christi quantæ sit letitiæ. pag. 18. A.

Aduentus Christi quantam in nobis dispositionem requirat. pag. 43. A.

Aduentus Christi maxima nobis confert beneficia. pag. 66.

Aduentus Christi fructus. pag. 190. C.

Amicus probatis se suaque Deus committit. pag. 550.

Amor Dei quantum à nostro desferat. pag. 29. B.

Amor Dei naturalem amorem vincere solet. pag. 766. C.

Amoris Dei effectus erga homines. pag. 39. C.

Amor Dei in nos ostenditur, in compalsione tanta, vt nobiscum sit fatigatus, & tribulatus. 519.

Amor Christi in nos. pag. 713. & deinceps.

Amorem nostrum Deus querit, & exigit, vt amori eius respondeamus. pag. 722.

Amor creature amori Dei impedimento esse solet. pag. 766.

Amor Dei in nos quam ardens fuerit, vt nobiscum vnus fieri voluerit. pag. 63. A.

Amor

# RERVM.

Amor Dei in nobis ita ardens esse debet, vt nos cum Christo vniat. pag. 63. C.

Amor Dei in nos ardentissimus. pag. 71. B. C.

Amor noster in Deum maximus esse deberet, postquã homo factus pro nobis est. pag. 70. C. & pag. sequenti.

Amoris Dei in nos signa præcipua. p. 80. A. & deinceps.

Amor Dei in creaturas vnicum mundi beneficium, & causa omnium bonorum. pag. 114. C.

Amorẽ præcipue ostendit Deus veniens in mundum. pag. 727.

Amor hominem flectit in amati voluntatem. pag. 215.

Amor Dei in hominem plusquam in angelum. pag. 733. & deinceps.

Amor Dei in nos efficit, vt à creaturis diligamur. pag. 327.

Amor coniugum. pag. 217.

Anima Deo desponsatur per gratiam. pag. 223.

Anima adultera efficitur per peccatum. pag. 224.

Animæ excelentia, & pulchritudo vt eam magnificias. pag. 312.

Appetit vnusquisque esse plusquam est. p. 34. B. C.

Appetitus, & eius passiones per christi gratiam domantur. pagina. 509.

Aquila pulum qui sub corde nascitur vnice diligit. pa. 117. C.

Auaritiæ summum malum. pag. 699.

Auis cuiusdam mirabilis natura. pag. 47. A.

## B.

**B**aptismi institutio, & eius virtus. pag. 204.

cur baptisus tam facile puerum in cœlum inducat. pag. 172.

Bestias, & Bruta terræ considerat Deus, ne punit homines. pagina. 381.

## C.

**C**ero præcipua mundi sibi vsurpat. pag. 418. C.

Ceremoniæ, & cultus exterior necessarius est, Deoque debitus & ad quid seruiat. pag. 491. & deinceps.

Ceremoniæ, exteriores sine interiori corde parum valent. pagina. 492.

Charitatis diuinę gradus. pag. 692. & 693.  
 Charitate ordinata firma sunt, inordinata à Deo auferri solent. pag. 571.  
 Christi Domini multa præcesere signa vt agnosceretur. p. 79. A  
 Christi bona nostra sunt. pag. 147. & 167  
 Christi domini gratiæ mirę, & infinitæ. pag. 199.  
 Christi domini humilitas. pag. 202. deinceps.  
 Christi Domini fuga in Aegyptum nostra est instructio. pagina. 130.  
 Christi pro nobis tribulationes. pag. 246.  
 Christi regnum maximum, quod à Prophetis dictū fuit quod nam est? pag. 263. quomodo hoc regnum maximum est, & paruum ibidem per totam contionem.  
 Christi domini labores pro nobis ingratiss. pag. 277.  
 Christi passionis consideratio. pag. 304.  
 Christi regnum duplex. pag. 684. & deinceps.  
 Christi regnum diuersum ab alijs regnis. pag. 670.  
 Christi aduentu omnes mundantur. pag. 28. A.  
 Christi merita infinita. 780.  
 Christi via crux est, quam tenere debemus. pag. 433.  
 Christi domini innocentia, qua crucis scandalum tollitur. p. 587. & deinceps.  
 Christo domino offerenda erant omnia pretiosa mundi. pa. 697.  
 Sine Christo mundus solus erat. pag. 87. C.  
 Sine Christo homo nihil est. pag. 89. B.  
 De Christo domino nichil certi est, nisi quod euangelistæ tradiderunt. pag. 189.  
 Christo gratiæ referendæ pro liberatione nostra. pag. 324.  
 Christo gratias refer si tentatione superatus non es. pag. 358.  
 Christo peccata non gratis remissa, sed nobis. pag. 635.  
 Christo domino dulcissimum colloquium passionis. pag. 415.  
 Ad Christum maxima fiducia accedendum, licet multa habeas peccata. pagina. 406.  
 Christum sequi tenemur, etiam ad mortem. pagin. 306.  
 In Christum & eius euangelium persecutio. pag. 144.  
 Christus dominus similitudinem peccati induit. pag. 81. R.  
 Christus cur in presepio voluit reclinari. pagina. 82. B. & deinceps.

deinceps.  
 Christus Dominus finis est vniuersi mundi, & primum quod Deus intendit & cuius causa reliqua facta sunt. pag. 86.  
 Christus Dominus veros labores à fidelibus tollit. pag. 96. B.  
 Christus nobis exemplar est. pag. 106.  
 Christus exemplo suo martyres roborauit. pag. 107. B. C.  
 Christus Dominus noluit adhuc puer sub Herode mori, vt virtutum excellentia in seipso ostenderet ad viuum. pag. 126. B.  
 Christus Dominus cur puer ab angelis appellatur. pag. 128. A.  
 Christus Dominus cur fugiens in Aegyptum se recepit. pag. 131.  
 Christus lapis offensionis. pag. 143.  
 Christus dicitur seruus hominum. pag. 168.  
 Christus caput hominum est. pag. 169.  
 Christus sponsus noster. pag. 170.  
 Christus solus rex. pag. 182.  
 Christus rex desiderandus. pag. 184.  
 Christus quærendus à nobis. pag. 185.  
 Christus maxima maiestate est, dum est in matre. pag. 186.  
 Christus tempori subiectus. pag. 190.  
 Christus ecclesiæ causa patrem & matrem reliquit. pagina. 193.  
 Christus vir dolorum efficitur, vt in doloribus nos solatium habeamus. pag. 195.  
 Christus quomodo gratia crescere dicatur, & sapientia. pag. 198.  
 Christus agnus Dei dicitur, & qua de causa. pag. 205. & 206.  
 Christus leo improbis est. pag. 207.  
 Christus sponsus ecclesiæ. pag. 207.  
 Christus præcipue operatur in sacramentis. pag. 213. C.  
 Christus gratiam & feruorem mundo attulit. pag. 220.  
 Christus ad nos descendit, quia nos ad eum ascendere non poteramus. pag. 229.  
 Christus peregrinus nos docuit peregrinos esse. pag. 794.  
 Descensu suo mirabilia Christus operatus est. pag. 229.  
 Christus quasi leprosus factus vt nos mundaret. pag. 234.  
 Christus plenam celestium notitiam nobis tradidit. pag. 253.  
 Christus multa nobis contulit bona, sicut Adam mala. pag. 322.  
 Christus nos eripuit de potestate Sathana. pag. 322. & deinceps.

# INDEX

- Christus tentari voluit propter nos instruendos.** pag. 348.  
**Christus armatura nostra est.** pag. 357.  
**Christus lux mundi, omnia terrena abijciens fecit vt eum homo imi-  
taretur.** pag. 558.  
**Christum mitem suscipe, ne suscipias iratum.** pag. 560.  
**Christus dominus promisit, mortem se opetiturum.** pag. 570.  
**Christi lachrymæ consideratione dignæ.** pag. 575.  
**Christus vera nomina rebus indidit.** pag. 593.  
**Christus cur voluit tanta pati, cum minimum satis esset.** pag. 650.  
**Christus rex.** pag. 669.  
**Christus arbor est.** pag. 671.  
**Christi anima vere descendit ad inferos.** pag. 775. C.  
**Christus iudex, & cur.** pag. 7. C. & 8. A.  
**Christus quare tanta cum potestate veniet iudicare.** pag. 8. B.  
**Christus quare tam iratus apparebit in iudicio.** pag. 8. C.  
**Christus non sanat nisi eos qui se cognoscunt.** pag. 18. C.  
**Christus venit vt nos dicit & sanat.** pag. 18. B. C. & deinceps.  
**Christus quare vili pretio fit venditus.** pag. 19. C.  
**Christus per opera cognitus.** pag. 15. & 16.  
**Christus Dominus quantâ corporis gloriâ pro nobis reliquerit dū  
in mundo fuit conuersatus.** pag. 410. C. & deinceps.  
**Christus Dominus cur montibus delectatur?** pag. 412. C.  
**Christum licet dilectum, pater crucifigi vult.** pag. 419.  
**Christus à nobis audiendus.** pag. 420.  
**Christus Dominus est principium.** pag. 430.  
**Christus fidelissimus homini amicus.** pag. 382.  
**Christus Dominus fons verus.** pag. 611.  
**Christus refugium peccatorum.** pag. 628.  
**Christus humilia de se prophetata impleuit abundanter excelsa ve-  
ro ad mixta humilitate.** pag. 667. C.  
**Christus rex est & cuius regni rex.** pag. 682. & deinceps.  
**Christus benedictus, quia nobis bonorum causa.** pag. 686.  
**Christus in cruce violenta sagitta est.** pag. 706.  
**Christus viam nobis in cœlum aperuit.** pag. 718.  
**Christiani fideles verbis non facti, & moribus.** pag. 717.  
**Christianorū quidā Christū sequuntur quidā vero præcedunt.** p. 307.  
**Christiani nomina labore & sudore ostendunt.** pag. 276.

Ciborum

# R E R V M.

- Ciborum apparatus vitandus.** pag. 450.  
**Claudi qui dicantur.** pag. 27. C.  
**De columba in qua spiritus sanctus descendit, vide multa.** pa. 210.  
& deinceps.  
**Consortium malorum fugiendum.** pag. 22. C. & 23. A.  
**Consideratio cœlestium necessaria est.** pag. 524.  
**Consolationis terrenæ mala.** pag. 525. & deinceps.  
**Confessio necessaria peccatori.** pag. 470.  
**Confessarios addere in alos quam malum sit.** pag. 31. B. & 32. A. B.  
**Contionator qualis esse debeat.** pag. 38. A.  
**Condurum in aliquo peccato.** pag. 291. & deinceps.  
**Cor nostrum in Dei habitaculum præparandum assidua meditatio-  
ne tanti hospitis sordium veterum emundatione & charitatis  
nitore.** pag. 65 & c.  
**Cor solius Dei domicilium, & sedes.** pag. 67. A.  
**Correctio fraterna optima est.** pag. 706.  
**Creaturæ ad creatorem notanda differentia.** pag. 31. C.  
**Creaturæ sunt Dei voces.** pag. 36. A.  
**Curiositas vitanda.** pag. 122. A.  
**Crux torcular est.** pag. 462.  
**Crux via in cœlum licet naturæ nostræ aduersa.** pag. 433.  
**Crux, & passio prætiiosissimus ornatus est oculis Dei, & angelorū  
pag. 434. & deinceps.**  
**Crux litera est in voluta, quæ vulgo dicitur cifra.** pag. 437.

## D

- Damnati quanto tempore obliuiscantur priorum delectationū  
pag. 156.  
 Quam firmiter clausi manebunt in inferno damnati.** pag. 16. A.  
**David mirabilis quia plura peccata vicit.** pag. 637. C. & deinceps.  
**Debita tria iusti, & peccatoris.** pag. 624. C. & deinceps.  
**Delectatio cœlestis potior terrena.** pag. 523.  
**Delectationis terrenæ mala.** pag. 525.  
**Delectationis terrenæ periculum.** pag. 525. C.  
**Delectationes in via vitiorum non in Dei via esse dæmon persuade-  
re curat.** pag. 528.  
**Delectatio maxima in virtute est.** pag. 528. & deinceps.

Delitiosa

Delitiosa vita cauenda. pag. 350.  
 Delitiosa vita, & diuitia parui pendendæ. pag. 109. C.  
 Demonis inuidia, qui nec minimabona nobis cōcedere vellet. p. 365  
 Dēmon ab anima non egræditur, nisi vi pellatur. 469. C.  
 Dēmones vniti sunt inter se, vt nos perdant. pag. 472.  
 A dēmonē in anima possideri, quam malum sit. pagina. 395. C. &  
 &. 396. A.  
 Dēmonis astutia. p. 47. A.  
 Desperare non debet maximus peccator. p. 406. &. 407.  
 Deus non plus à nobis petit, quam redere valeamus. 136. A.  
 Deus maxime offenditur, cū quis fratrem ad peccatū inducit. p. 137. B.  
 Deus noster factus est incarnatione, & omnia quæ Christi sunt no-  
 stra reputare debemus pag. 167. & deinceps.  
 Deus tripliciter amittitur, mortali peccato, veniali, & sine vlio pec-  
 cato. pag. 196.  
 Deus prius nos diligit, quam diligatur à nobis. p. 279.  
 Deus importune nos in sequitur. p. 279.  
 Deus idem merces est beatis, æqualis, & in æqualis. pag. 280.  
 Deus non mutatur, sed nos pag. 382. C.  
 Deus ab anima non egrediur, nisi pellatur. p. 469. C.  
 Deus fatigatur: dum pluries ad nos venit, nos rogat nos vero ei non  
 afentimur. pa. 520.  
 Deus obsequia nostra petit, non sibi, sed vt nobis reddat eorum præ-  
 mium. p. 521  
 Deus cur tot creauit creaturas. p. 29. C.  
 Deus vndique perfectus est, & præcipue amorem ostendit veniens  
 in mundum. p. 727. per totam contionem.  
 Deus quam miro ordine exequatur, quæ homines impedire conā-  
 tur. p. 32. c.  
 Deus nobis talis est, quale nos ei præstiterimus. pag. 792.  
 Deus cur potius pater misericordiæ, quam iudicij dicatur. pag. B.  
 386.  
 Deus quare sit pronior ad miserendum, quam ad puniendum. pag.  
 Deus cum vidit hominem iuste à gentem, vel in iuste, bona, vel  
 infert. p. 532. mala  
 Deus fidelis hominis amicus. p. 582.  
 Deus solus animam sat. at. ac perficit. p. 603.

Deus his contentus est, quæ ei dare possumus. pag. 703.  
 Dei voluntas quam efficax sit. pag. 32. c.  
 Dei quæ sint propria opera, quibus dignosci potest. pag. 24. C.  
 Dei desiderium salutis, & conuersionis nostræ. pag. 521.  
 Dei in suos summa beneuolentia. pag. 383.  
 Dei proprium est se disfundere quo contra homo, qui sibi cuncta  
 vult retinere, pag. 254.  
 Dei nostri bonitas, & misericordia quanta sit. pag. 240, & deinceps.  
 Longe alienum est à Deo quoslibet punire. pag. 386. & infra.  
 Deo nostro genuflectendum est. pag. 149.  
 Deum nominare creatura non potest. pag. 163.  
 Deum ad nos venire, nos quoque rogare, ingens beneficium est.  
 Ad Deum in omni necessitate confugiendum est. pagin. 15. B. &  
 392. infra.  
 Deum homini loqui, maxima dignatio fuit. pag. 43.  
 Detractor mihi tua dicit, tibi mea. pag. 495.  
 Derelictio Dei, qua iustum permittit tentari, & affligi nec ei adest  
 consolans eum. pag. 247.  
 Deuotionis feruor aliquando amittitur, pag. 157. & deinceps.  
 Diabolus maximo prosequitur odio Christum Dominum. pagin.  
 124. B. & infra.  
 Difficultas aliqua est in peccatoris curatione sed citò transit, & sua  
 uitas infunditur. pag. 510. & deinceps.  
 In dilectione excellere debemus. pag. 336. & deinceps.  
 Dilectio inimici. pag. 339.  
 Diligenti inimicum dimittuntur peccata. pag. 342.  
 Diues dimidium recipit Euangelium. pag. 95. C.  
 Diuitijs, & delitijs dæmon proximus est. pag. 108. F. C.  
 Diuitia impedimenta sunt gratiæ. pag. 453.  
 Diuitia & paupertas larmæ sunt theatralis. pag. 454.  
 Diuitias congregare malum est. pag. 455.  
 Diuites dæmon impetit. pag. 485.  
 Diuinationis genus per baculos. pag. 109.  
 Diues humano iudicio felix, non diuino. pag. 444.  
 Diues difficile iustificatur. pag. 447.  
 Diues rapit, quæ pauperis sunt. pag. 452.  
 Doctor vide verbo magister.

## I N D E X.

Doctrina cuique statui conueniens detur. pag. 536. & deinceps.  
 Doctrina Euangelij interius preciosissima. pag. 190.  
 Dulcedo spiritualis datur animæ cum in Deum conuertitur pro  
 gaudio carnali. pag. 222.  
 Duritia cordis maximum malum. pag. 421.

### E.

**E**cclēsia Christo charissima. pagin. 178. C.  
 Ecclesia nauis est magna, & parua. pag. 242.  
 Ecclesia humilis est. pag. 243. & 244.  
 Ecclesia à Deo plantata, ideo eam diligit, & fructus illius quærit. pa-  
 gin. 459.  
 In Ecclesia esse, maximum Dei beneficium est, sed fatis hoc ad sa-  
 lūtem non est, nisi opera bona præstes. pag. 479. C.  
 Ecclesiæ triplex status in Dei cognitione. pagin. 60. B.  
 Ecclesiæ feruor in teporem versus, ignis in cinerem pag. 318.  
 Elæmosyna, & misericordia solum proponitur in iudicio à Chri-  
 sto Domino, & qua ratione. pag. 370.  
 Elæmosynæ multa bona promittuntur. pag. 484.  
 Elæmosynam faciens plus recipit, quam donet. pag. 505.  
 Elæmosyna auget bona etiam temporalia. pag. 535. & deinceps.  
 Error Scribarum, & Phariseorum in lege. pag. 337.  
 De Eucharistia conueniens loquendi modus. 70. C. & deinceps.  
 Eucharistia fermentum est nos ad se trahens. pag. 274.  
 Eucharistia suscipienda, vt inimicos supremus. pag. 799.  
 Ad Eucharistiam reuerenter accedendum. pag. 333. C.  
 Ad Eucharistiam qua preparatione accedendum. pag. 537. C.  
 In Eucharistia præcipuum nobis ostendit amorem Christus Domi-  
 nus. pag. 736. & 720. & 721.  
 Exemplum memorabile cuiusdam sancti. pag. 397. C.  
 Externam rerum apparientiam mundus contemplatur. pag. 264.

### F.

**F**ebri peccatum significat. pag. 506.  
 Feruor Ecclesiæ tepuit. pag. 318. & deinceps.

**Feruor**

## I N D E X.

Feruor Ecclesiæ tepuit. pag. 318.  
 Feruor Ecclesiæ datus per Christum. pag. 220. & deinceps.  
 Festiua Ecclesiæ mysteria non corporis delitijs. sed mentis gaudijs  
 celebranda. pag. 61. & infra.  
 Festiuitates Ecclesiæ quantum differant ab alijs comedijs mundi. pa-  
 gin. 43. C. & 44. A.  
 Festiuis diebus vitijs vacare, quam malum sit. pag. 45. C. & infra.  
 Fides magna & perseuerans omnia obtinet. pag. 396.  
 Fides perficitur operibus dignis ipsa fide. pag. 429.  
 Fides imperfecta in peccatore. pag. 429. & 430.  
 Fides viua maxima operatur in corde, & pagin. 634.  
 Fides cur tot æncomijs in scriptura celebretur. pag. 321.  
 Fides quomodo dicatur hominem iustificare. pag. 321.  
 Fides magna quæ iustificat, & omnia impetrat quæ sit. pagin. 324.  
 C. deinceps.  
 Fides ab alijs ammissa est, caueamus ne eam Dei iudicio iusto amit-  
 tamus. pag. 458.  
 Fides illuminat cæcando. pag. 559.  
 Vna fidei veritas, fatis est hominem sanctificare si cordi imprimere-  
 tur viua, & experientia hoc præstare solet. pag. 238.  
 Filius Dei efficitur, qui diligit inimicum. pag. 341.  
 Filiorum educatio studiosa. pag. 217.  
 Fortitudo Christiana superat gentium fortitudinem. pag. 202. B.  
 Fortitudo & virilis animus in peccatore non est. pagina.  
 401.  
 Fortitudinis duo actus aggredi inimicos, & pati, & quis præstan-  
 tior, pag. 101. B. C.  
 Funiculus amoris, & funiculus qui flagellum est. pag. 546.

### G.

**G**entium vocatio in Ecclesiam. pag. 177.  
 Gloria cœlestis sine labore, & pugna non datur. p. 99. C.  
 Gloria cœlestis quanta sit, quæ obliuionem efficit omnium prio-  
 rum dolorum. pag. 795.  
 Gloria cœlestis nobis statim parata consolari nos debet in omni  
 labore nostro. pag. 110.

**Glo-**



Gloria in presenti seculo, & in futuro non quærenda. pag. 418.  
 Gloria, & præcipuè eius sedes seruata sunt patientibus, & hoc titulo danda sunt. pag. 442.  
 Gloria corporis Christi Domini maxima, & quibus rationibus id manifestum sit. pag. 778.  
 Gloriam Dei sibi arrogantes grauissimè puniuntur à Deo. pag. 336. C. & infra.  
 Gratia Dei in mundum venit. pag. 607. C. & deinceps.  
 Gratia Dei quanta res sit. pag. 565. & deinceps.  
 Gratia, & meritorum pretium inestimabile. pag. 445.  
 Gratia Deo referenda pro acceptis donis. pag. 408.  
 Gratiarum actio Christo referenda pro nostra redemptione. p. 174.  
 Gratitude hominis propter diuina munera. pag. 255.  
 Gula perdit homines. pag. 354.

H.

**H**erculis memorabile exemplum. pag. 39. A.  
 Homo nobis æquus debet semper cogitationibus esse. pag. 16. & 17. B. C.  
 Homo viuus diuerso vtitur iudicio, quàm defunctus. pag. 417.  
 Homo vilis res est, & infima. pag. 316.  
 Homo Deum imitari debet in operibus. pag. 335.  
 Homo curat omnia sua bona esse. pag. 338.  
 Homo ita debilis est, vt quod in eius manu est, perditum putetur. pag. 352.  
 Homo à natura cæcus est. pag. 553. C.  
 Ad quantam dignitatem eleuauerit Deus hominem. pag. 16. C. & pag. 17. A. B. C.  
 Hominum quanta sit stultitia, qui Deum intra se habentes illum extra se quærunt. pag. 35. C.  
 Honor iustis ablati restituendus est. pag. 696.  
 Humilitas Christi Domini, qua nos humiles esse docuit. pag. 723.  
 Humilitas merita commendat. pag. 328.  
 Humilitas fidem ornat. pag. 328. C. & deinceps.  
 Humilitas conueniens peccatori. pag. 312.  
 Humilitas via noua ascendendi à Christo ostensa est. pag. 303.

Humi-

Humilitatis mirabilia. pag. 328. & c. D.  
 Humiles quam parui se faciant. pa. 34. A.

I

**I**dolgentiù & eorum destrutio. pag. 153.  
 Ieiunium præclarum armorum genus contra tentationes p. 354.  
 Ieiunium quibus circumstantijs ornandum, vt proficiat nobis. p. 381.  
 Iesus vere saluator. pag. 76. B.  
 Iesus nomen super omne nomen & quare. pag. 159.  
 Iesus nomen inuocandum. pag. 158.  
 Iesus nomen ostendit Deum maxime nostrum. pag. 170.  
 Imitari nos oportet iustos & sanctos viros. pag. 455. C.  
 Incarnatio mirabile Dei opus. pag. 136. & 137. & deinceps.  
 Incarnatio verbi diuini verbo humano in enarrabilis & ineffabilis. p. 57. C.  
 Incarnationis & aduentus Christi desiderium quam in antiquis patribus flagrans. pag. 58. & infra. & pag. 68. & 69.  
 Quam frequenti reuelatione & promissione incarnationis. priscos patres Deus consolabatur. pag. 59.  
 Incarnatio est opus manuum Dei cetera operantur oris Dei. p. 61. C.  
 De incarnatione modi loquendi conuenientes. p. 70. C. & deinceps.  
 Incarnatio summum Dei opus. pag. 136. C.  
 Incarnatio Christi summum Dei signum. pag. 77. & deinceps.  
 Incarnatio Christi letitia est mundi & eius perfectio, ac consumatio. pag. 85.  
 Incarnatio facit quod Deus sit hominum, sicut creatio facit, quod homines sint Dei. pag. 196.  
 Incrementum in vita spiritali vide verbo profectus.  
 Increpationem suscipere signum prædestinati eam non sustinere reprobi. pag. 527.  
 Induratio peccati. pag. 584.  
 Inferni atrocissime pœnæ in causa sunt vt non cito illuc Deus peccatorem tradat. pag. 529.  
 Inferni tormenta grauissima obliuisci faciunt priores delicias. pag. 796.  
 In inferno conuigentur impij in supplicio qui focij suere delictorum. pag. 261.

d

Inuidia

# I N D E X.

- Inuidia impedimentum est diuinis donis. pag. 483.
- Infirmirate graui, & tribulatione curare Deus solet eos, qui Dei obliui sunt. pag. 572.
- Innocentes cum sint agni & milites cur à Christo pastore & duce in mortis periculo quasi desferantur. pag. 113. A.
- Innocentiū martyrium an vere tale fuerit & quomodo se habeat in comparatione ad martyrium aliorum sanctorum. p. 134. B. C.
- Inimici dilectio prodigium est. pag. 105. A.
- Inimicus diligendus & rationes ad id. pag. 339. & deinceps.
- Qui de inimico ultionem sumit plus mali sibi infert quam inimico.
- pag. 345
- Ioannes euangelista filius. V. medius inter naturalem & adoptiuum pag. 111. C.
- Ioannes euangelista virgini Mariæ datur quasi imago Christi domini. p. 112. A.
- Ioannes euangelista supremus ecclesiæ martyr. pag. 113. A.
- Ioannes euangelista summus Patriarcha, & primus prophetarum ibi
- idem. B. 2. 6. 116.
- Ioannes euangelista in igne & anima est glorificatus. ibidem. C.
120. A. B. C.
- Ioannis euangelistæ magna prerrogatiua. quod nouerit se dilectum à Deo. pag. 115. A.
- Ioannes euangelista adeptus est nomen ipsius filij Dei. pag. 115. B.
- Ioannes euangelista plus diligebat Christum, & deligebatur à Christo quam ceteri Apostoli. pag. 115. C.
- In tribus ostenditur Ioannem euangelistam maxime dilectum à Christo Domino. pag. 116 & 117. & 118.
- In triplici sinu requieuit Christus Dominus quorum vnus fuit sinus Ioannis Euangelistæ. pag. 118. C.
- Ioannes euangelista triplici in thalamo requieuit. pa. 119. P. & C.
- Ioannes euangelista mortuus est & quid acciderit in eius morte. pag. 122. B.
- Ioannes euangelista quare non sit passus martyrium. pag. 121
- Ioanes Baptista cur dicatur vox. pag. 37. A. B. C.
- Ioanis Baptistæ modestia quanta fuerit. pag. 34. A.
- Ioannes cur ter dixerit non sum ego Christus. pag. 336.
- Ioannes Baptistæ quanta fuerit firmitas. pag. 33. A.